13

14.4.R.18

LOGICA Aristotelis,

LIBRI LOGICORVM AD ARCHETYPOS recogniti, cum nouis ad literam commentarijs, ad fœlices primum Parisiorum, & communiter aliorum studiosorũ successus, in lucem prodeant, ferantque literis opem.

Nunc ergo, O iuuenes ex Aristotelico opere seu ex proprio fonte purissimas haurite delibateq; aquas: peregrinas autẽ tanquã viles lacunas insalubresq; Trinacriæ lacus deuitate.

Omne enim malum studijs inseminatum fere est, quod authorum literis dimissis, ipsisque authoribus, ad vana glossemata sese totos cõtulere: & eos qui non essent authores (ac si apes fucos sequerentur) pro ducibus & delegerunt & secuti sunt.

Sed nunc melius studiorum consulite rebus.

Si autem dialecticam artem cum modestia suscipitis, consequens est vt bonæ disciplinæ redeant omnes.

Bonas autem disciplinas morum probitas & vitę decor cõmitatur omnis, omnisque virtus, quod summopere studijs & optamus, & imprecamur.

PARISIIS

In ædibus Ioannis Parui, sub insigni Floris Lilij, via Iacobæa.

1540

IACOBVS FABER STAPVLENSIS, INSIGNI probitate viro Germano Ganaiensi consiliario regio.

CVeri sæpe solebas bonarum literarum studiosissime cultor, tot tãtasque
per omnia passim studia disciplinarum labes irrepsisse non humanarũ
modo, verum (quo magis dolendum est) etiam & diuinarum. Huius aũt
tanti mali causam, dialectices insciciã sophisticãque accusabas: & rectis
us sane (vt tum quoque mihi visum est) quam olim Laocoon ex Epei
suffarcinata milite machina, Troianorum vaticinatus est excidium. Ad

Laocoon Epeus Parmenides Stoici Chrysippus Carneades.

debas insuper te ex veterum lectione didicisse, dialecticem illam veri fidam assecutricẽ
falsique & erroris expultricem vigilantissimam, ex ægyptiorum adytis olim euocatã,
& ad Parmenidem & Aristotelem vsque peruenisse, tandem vero in Stoicis & Cry-
sippo & eius auditore Cyrenæo Carneade in noxia quædam & futilia sophismata de-
generasse. demum vero sub nostris temporibus nõ in sophismata: sed in sophismatum
fęcem, vilissimamque propemodum algam. Quapropter hortabaris pariter vt ad Ari
stotelis institutionem logicam (quę vniuersas recte differendi continet leges) enucleati
us promendam: studium conuerterem. Nanque illa late se fundẽtis arcendi mali via.
primitus tibi auspicanda visa est. Quam rem memetipsum metiens, tanquam grauem
sarcinam & longe meis viribus imparem repuli, pariter erubescens quod mihi tantum
tribueres. Tandem vero tuo desyderio victus volũtati tuæ cessi: cum id pro modestia
tua afflagitare pergeres, non quod pro dignitate rem tantam deceret, sed quantum no-
stræ vires sufficerẽt. Igitur tua causa logicorum libros aggressus, vt illos recognoscerẽ
pro tenuitate nostra primum rentaui, Paraphrases institui, & quæ commentarios ma
gna pro parte supplerent annotatiunculas adieci, recognitos autem & vtcunque adiu-
tos, nomini tuo nuncupatos vtilitati publicę iam inseruituro emisi. Dialecticis tamen
& vnaquaq; alia seu arte siue disciplina recte is vtetur: qui summopere sese extra disci
plinæ limites arcebit, continebitque, quos qui egrediuntur non aliter intelligentia deer
rãt quam nauita qui vię exæstuantis maris ignarus, nauem allidit ad scopulos. Nõ igi
tur curanda erunt (quę ab aliquibus adducuntur) aduẽtitia quædam & peregrina, circa
quæ totos annos tam importunis quam vanis altercationibus ne quicquam conterũt.
Fuit enim iampridem publicum id studiorum vitium: vt cum de logicis dissereretur,
nullus logicorum haberetur vsus, sed forensium quorumdam & extraneorum, quæ cõ
temni potius quam refelli semper digna iudicasti. Verum hactenus bona venia censen
di sunt: cum logicos libros id temporis adeo vitiatos, mendisque scatentes fuisse cõstet,
vt a nemine legi satis syncere potuerint, iuuenibus per tot annos illusis, quibus nõ au-
thorum sensa, sed nouitia quædam & frigidiuscula tãquam mala gramina propinaban
tur, non tam certe (vt conijcio) docentium, quam vitiatorum codicum iniuria. Et quam
tunc venia dignandi: tam nunc quoque & in futurũ culpandi putandi sunt, qui repara-
tis instauratisque vtcunque instrumentis, ad futilia hæc inania prolabentur. Assuefa
ciant ergo discipulos modestiam seruare, intelligentia sana fore contentos, disciplinę vo
cabula discere, illis vti, illa non excedere, non innouare, non ad insulsam, crassamque
barbariem prolabi, ex aptis differere: non ad quoduis dictum fastidiosa proteruitate po-
tius ineptire quam aliquid dicere videri. Qui vero sophismata, sorites, antistrephonta,
quæ & reciproca & id genus calamitatum obseruantius adducto supercilio tractant, &
quos facere ex prophetæ versu ridebat quidam Parisiorum theologus, declinantes au-
tem (inquiens) in obligationes: adducet dominus cum operantibus iniquitatem: sic ride
antur vt temulenti qui cum maxime desipiunt fumis summum verticis cerebrum oc-
cupantibus, maxime se sapere putant, voluntque perscioli videri, sed de his satis. Pro-
pter intelligentiarum lapsus: interdum maiusculas adieci notas: Literam per sola capita
distinxi, & per numeros conciliaui, vt confusio deuitetur omnis, vt certum quippiam
habeant qui interrogetur aut respondeatur & qui interrogant, & qui ad interrogata re-
spondent: quod maxime vsum habet cum de profectu, studioque auditorum periculũ
sumitur. Stilũ ita tẽperaui, vt nullus de intelligentia (si nõ me mea fallit opinio) aut que
ri, aut diffidere debeat: nisi forte qui in barbarorũ castra deiectus, adhuc misera sub ca-
ptiuitate lãguet infirmus. Ergo si noster proderit labor: id summopere vterq; cupiuimus
sin minus, prodesse tamen voluimus. Vale præsidium meum.

LOGICORVM LIBRI RECOGNITI, BOETIO Seuerino interprete,& Paraphraſes in eoſdem cum adiectis an notationibus: ordinatore Iacobo Fabro Stapulenſi.

Præfatio Porphyrij ad Chryſaorium.

CVm ſit neceſſarium Chryſaori & ad eam quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam noſſe quid ſit genus,& quid differentia,quid ſpecies,quid proprium,& quid accidens.& ad diffinitionum aſſignationem, & omnino ad ea quæ in diuiſione vel demonſtratione ſunt vtili iſtarum rerũ ſpeculatione,compendioſam tibi traditionem faciens:tẽtabo breuiter, velut introductionis modo,ea quæ ab antiquis dicta ſunt aggredi,altioribus quidẽ quęſtionibus abſtinens,ſimpliciores vero mediocriter coniectãs.Mox de generibus & ſpeciebus,illud quidem ſiue ſubſiſtant: ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint. Siue ſubſiſtentia:corporalia ſint,an incorporalia. Et vtrum ſeparata a ſenſibilibus:an inſenſibilibus poſita,& circa ea conſiſtentia,dicere recuſabo. altiſſimum eñi eſt huiuſmodi negocium,& alterius maioris egens inquiſitionis. Illud vero quemadmodum de his,ac de propoſitis magis probabiliter antiqui tractauerunt,& horum maxime Peripatetici: tibi nunc tentabo monſtrare.

Præfationis Porphyrij notę.

Præfatio tantum eſt,quantum epiſtola alicui libro præfixa.Et omnis introductio facilem,præparatiuam,non curioſam non nimis exactam requirit intelligentiam,& in ea rudi præparatione,craſſaq;(vt aiunt)inſtituti minerua,debemus abire contenti alioqui,auditoris importunitas præceptorem aut præceptoris indiſcretio faſtidiet auditorem.Et continet hæc præfatio numerum prædicantium vocum,quæ prædicabilia ſolent dicere.& ſunt quinque,genus,differentia,ſpecies,proprium,& accidens.Inſuper continet huius introductionis,ac diſciplinæ vtilitates quatuor.quæſtiones difficiles(quæ metaphyſicę ſunt & idcirco ab hac inſtitutione reijciendę)tres neque ab re reijciendę,tum quod difficiliores quam introductionis ferat pondus,cuius officiũ eſt ſola facilia diſcutere,tum quod alterius ſint diſciplinę.Continet inſuper quas quæſtiones tractaturus ſit.nam quæ logice coniectari,deprehendique poſſint, non omnes tamen.Nam non infimas & indignas & prope modum ſophiſticas,neque item ſummas,arduas & exactas ad amuſſim,ſed mediocres & quę inter vtraſque cõtinẽtur.In primis ſophiſtes contendit & altercatur.poſtremas autem analyticus contemplatur medias autem hæc introductio & reliquę eiuſmodi.Denique adiungit quos imitari velit philoſophos.nam tametſi Platonicus ſit,hic ſummopere imitari vult Peripateticos.Sed nunc ad particulares notas. Neceſſariũ conducibile,conueniens.Chryſaorius auditor Porphyrij Phœnicis, ab aurato enſe ita dictus, cui pręſentem librum nuncupauit. Vtilis eſt hæc diſciplina ad quatuor, prædicamentorum diſciplinam aſſequendam,ad diffinitiones,diuiſiones,& demonſtrationes.Ad diſciplinam quidem prædicamentorum aſſequendam.quia in vno quoque prædicamento ſunt genera,ſunt ſpecies,ſunt indiuidua.& præter hæc in ſubſtantia,differentiæ maximę proprię.& in aliis prædicamentis ſunt differentię tum proprię tum cõmunes,& propria & accidẽtia. Ad diffinitiones quia diffinitio ſi eſſentialis eſt, conſtat ex genere & differentia, vna quidem aut pluribus. ſin accidentaria eſt (quæ & deſcriptio nuncupatur) ex genere & proprio aut aliquibus quæ eorum funguntur officio,eorumque loco ponuntur.Ad diuiſiones vtilis eſt. Nam in diſciplinis quædam ſunt diuiſiones generis in ſpecies. quædam generis in differentias, quædam in propria,quędam ſubiecti in accidentia,quędam rurſus accidẽtis ſubiecta.Vtilis deniq; eſt ad demonſtrationes.Nam diffinitiones & diuiſiones in diſciplinis ad principia demonſtrationum vt plurimum attinent, & oppido quam crebro propria de ſuis demonſtrantur ſubiectis, quæ omnia in ſuis locis perfacile cognoſcentur.quę tamen illic bene,prompteque cognoſci nõ poſſent,niſi prius cognoſceremus quid genus,quid ſpecies,quid differentia,quid proprium,& qd accidens, q in hoc opere vel apertiſſime mõſtratur.ſubſiſtant,ſubſiſtentia ſint,in rerũ exiſtãe natura.Solis,ſolum.Intellectus nudi & puri idem,Puri enim eius quod eſt nudi interpretatio eſt quę in græco non habetur.& ſunt intellectus ſupramundani,abſtractique & a materia ſeiũges,qui per ſe limpide omnia cognoſcunt ſine aduenticia,accidentariaque,quę foris aduenit, affectione.Corporalia,ſubſtãtię corporeę.Incorporalia,ſubſtantię incorporeę.Senſibilia,ſingularia, quę ſenſui ſeſe obiiciunt.vt ſunt cœli,elementa,animalia,vegetabilia, foſſilia & mixta imperfecta.Alia maiore indagatione ac inquiſitione,ſcilicet metaphyſica. Et hę quęſtiones de

generibus & speciebus. Platonicis quæ ad materiam idearum pertinent: motæ sunt. quę & metaphysica & non logica profecto si essent genera. Vnde sit vt non ad intétionem Porphyrij loquantur, qui eas de generibus logicis discutere annitútur, sed discutiẽdi locus (vt scite Porphyrius admonet) alio ex loco metaphysica scilicet, est expectandus. Vbi interpres habet magis probabiliter, græcus habet λογικώτερον, quod (vt Argyropilo visum est) magis secundum eam quam logicen, differendique scientiam dicimus, etiam interpretari possumus, alias autem rationabilius significat. Peripatetici sunt qui doctrinam sectantur Aristotelis. Quatuor gręcorum philosophorum sectæ sunt Aristotelis. Peripatetici Platonis, Academici Zenonis, Stoici. Epicuri, Epicurei. Certe dubie, moraliter, voluptarie. Hæc disciplina pariter & prædicamentorum, plurimum intellectus, & parum scientiæ præbet, hinc potius ad intellectum quã ad scientiam attinere censenda est. Quid intellectus & quid scientia, ex libro posteriorũ expectãdũ est.

PRAEFATIONIS PORPHYRII PARAPHRASIS.

CVm necessarium sit o Chrysaori cum ad Aristotelis prædicamentorum doctrinam, cum ad assignandas diffinitiones, & prorsus ad ea quæ in diuisione demonstratione ve locum habent agnoscenda cognoscere quid genus, & quid differentia, quidque species, & quid proprium, & quid accidens, harum quidem rerum illis agnoscendis vtili, accommodataque contemplatione, ego sane succinctam editionem tibi cudens, enitar paucis veluti introductionis modo, ea quæ nostri sensere maiores aggredi. qua quidem in re facienda, a profundioribus altiorisque intelligentiæ quæstionibus temperabo, humiliores vero & captui tuo peruias moderate, mediocriterque cõiectabo. Subinde & de generibus & de speciebus id missum faciam differere, verum subsistant, an in solis nudis cogitationibus collocentur, verum si subsistant, corporea sint, an corporeę molis immunia. Et verũ separabilia sint, an insensibilibus, circave ea subsistentia. Nec ab re quidẽ hæc missa facienda nam arduissima huiusmodi rei discutio est, & alia maiore quam præsens institutio ferat, inquisitione egens. Nunc vero illud q̃admodum de his ac ꝓpositis magis logice, discusserunt antiqui, & horũ præsertim Peripatetici, tibi manifestare, dilucidũq; facere operã dabo.

LIBER QVINQVE VOCVM ID EST Prædicabilium Porphyrij

De genere. Cap. I.

VIdetur autem neque genus, neque species simpliciter dici. Genus
Cõclusio. enim dicitur & aliquorum quodammodo se habentium ad vnũ 1
aliquid, & ad se inuicem collectio. Secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab vnius scilicet habitudine (dico autem Romuli) & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam (quæ ab illo est) cognationem, secundum diuisionem ab alijs generibus dictum. Dicitur autem & aliter rursus genus quod est vniuscuiusque generationis principiũ: vel ab eo qui ge-
Cõparatio s nuit, vel ab eo loco in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus a Tan 2
talo habere genus: Hylum autem ab Hercule, & rursus: Pindarum quidem Thebanũ esse genere: Platonem vero Atheniensem. Etenim patria principium est vniuscuiusq; generationis: quemadmodum & pater. Hæc autem videtur promptissima esse significatio. Rhomani enim sunt qui ex genere descendunt Rhomuli: & Cecropidæ, qui a Cecrope, & horum proximi. Et prius quidem appellatum est genus vniuscuiusque generationis principiũ, dehinc etiam & multitudo eorum qui sunt ab vno principio, vt a
Rhomulo. quam diuidentes & ab alijs separantes, dicebamus oẽm illam collectionem 3
Cõparatio ŋ esse Romanorũ genus. Aliter aũt rursus genus dicitur cui supponitur species. Ad horum fortasse similitudinem dictum. etẽ principium quoddam est huiusmodi genus, earum quæ sub ipso sunt specierum. Videtur etiã multitudinem continere omnem specierum quæ sub eo sunt. Tripliciter igitur genus cum dicatur, de tertio apud philo
Descriptio sophos, sermo est, q etiam describentes assignauerunt. Genus esse dicẽtes, quod de plu
Diuisio. ribus & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur vt animal. Eorum enim 4
quæ prædicantur, alia quidẽ de vno dicuntur solo sicut indiuidua, vt Socrates: & hic, & hoc, alia vero de pluribus queadmodum gña, & species, & differentia, & ꝓpria, & accidentia communiter sed non proprie alicui. est aũt genus quidẽ: vt animal, species vero

vt homo.differentia autem vt rationale,proprium vt riſibile,accidens vt album nigrū ſedere. ¶ Ab ijs vero quæ de vno ſolo prædicantur differunt genera, eo quod hæc de pluribus prædicantur. Ab ijs autem quæ de pluribus a ſpeciebus quidem,quoniam ſpecies etſi de pluribus prędicatur,non tamen de differentibus ſpecie, ſed numero. homo eñ cum ſit ſpecies de Socrate & Platone prædicatur/qui non ſpecie differunt, ſed numero.animal vero cū ſit genus:de hoīe & boue & equo prædicatur, qui differūt a ſe inuicē ſpecie/non numero ſolo. A proprio vero differt genus,quoniā proprium quidem de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium prædicatur,& de ijs (quæ ſub ipſa ſpecie ſunt) indiuiduis.quemadmodum riſibile de homine ſolo,& de particularibus hominibus , genus autem non de vna ſpecie prædicatur, ſed de pluribus & differentibus . A differentia vero & ab ijs quæ communiter ſunt accidentia,differt genus quoniam etſi de pluribus & differētibus ſpecie prædicantur differentiæ,& coīter ſunt accidentia,non tamen in eo quod quid eſt prædicantur, ſed in eo quod quale quid eſt . interrogantibus enim aliquibus,quid eſt illud,de quo prædicantur hęc,genus reſpondebimus.differentias autem & accidentia non reſpondebimus . non enim in eo quod quid eſt prædicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale quid eſt.interroganti enim quale quid eſt homo, dicimus quoniam rationale,& in eo quod quale quid eſt coruus , dicimus quoniam niger.eſt aūt rationale quidē differentia,nigrū vero accidens. quando autem quid eſt homo interrogamur,animal reſpondemus.eſt autem hominis genus,animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab ijs quæ de vno ſolo eorum quæ ſunt indiuidua prędicantur,de differentibus vero ſpecie:ſeparat ab ijs quæ ſicut ſpecies prædicantur/vel ſicut propria.in eo autem quod quid eſt prędicari ,diuidit genus a differentijs/& communiter accidentibus ,quæ non in eo quod quid eſt/ſed in eo quod quale quid eſt, vel quomodo ſe habet vnūquodq;,prædicantur de ijs de quibus prędicantur. Nihil igitur ſuperfluum,neque minus continet , generis dicta deſcriptio notionis.

Primi cap. introductionis prædicabilium Porphyrij notæ.


Concluſio eſt ex alia,aut alijs approbata enunciatio. Simpliciter, vno modo, vna ſignificatione, vniuoce. Acceptio,ſignificatio. Pro collectione Heraclidarum quorum Hercules fuit principium, interpres,Rhomanorum poſuit,quod hæc latinis ſit dinotior. Argyropilus vero poſuit Pelopidarum quorum Pelops primus progenitor & principium. Ad aliquid vnum, vt ad primū originis & proſapiæ patrem,aut locum in quo ortum ducunt. Hinc Rhomani bifariam dicūtur Primo qui ex Rhomulo per generationum ſucceſſionem & ſanguinis affinitatem deſcenderūt, qui & proprie Rhomulidæ,& de his litera intelligitur,cuiuſmodi forte hac tempeſtate nulli reperiantur. Secundo modo ab originis loco, vt qui Rhomæ naſcuntur,& huiuſmodi hac tempeſtate quam plurimi ſunt,qui non ex illo nobili Rhomuleo ſenatorumque & conſulū deſcenderunt ſanguine . Secundos vidi. primos vero, æqui amantior vidit ætas. Rhomulus Martis & Iliæ filius a gentilibus creditus eſt. primus Rhomanorum rex & vrbis conditor, Vrbs Rhoma, Hercules Iouis & Alcmenæ filius monſtrorumque ac portentorum, orbiſq; domitor. Hylus Herculis & Deianirę filius. Tantalus Iouis & Plotes nymphę ſecundum gentilium fabulas aſſeritur filius,qui deos tentans Pelopem proprium filium membratim inciſum & coctum mēſis appoſuit epulandum & idem fuit atauus Oreſtis, Oreſtes Agamennonis & Clytemneſtræ filius, matrem letho ſuſtulit, illa prius patrem. qui & cæſa matre inſaniuit. Et de his ſcribuntur tragœdiæ. Pindarus, inſignis græcus poeta lyricus. Plato inſignis philoſophus Athenięſis, Socratis auditor, & præceptor Ariſtotelis. Cecrops Athenarum conditor & qui primus in eis regnauit, Cecropidę, Athenienſes. Thebę & Athenę gręciæ vrbes præclariſſimæ. Ad Rhomulum quodāmodo vt ad primum patrem & progenitorem, etiam loci conditorem & ſuum primum regem. Genere primo & ſecundo modo frequenter vtuntur oratores & poetæ. De genere primo modo Virgilius. Italiam quæro patriam & genus ab Ioue ſummo. De genere ſecundo. Ouidius. Et genus & proauos & quæ non fecimus ipſi, Vix ea noſtra voco. Genus logicum genus tertio modo. & logici & philoſophi frequēter illa ſignificatione vtuntur, alij autem aut raro aut nūquam. Cui ſupponitur ſpecies vt ſcilicet genus eſt, perinde ac dominus eſt cui ſubiectus ſeruus eſt, ſed quatenus dominus eſt. Differētia ſpecie, ſunt diuerſæ ſpecies. Diuerſę ſpecies ſunt ſpecies quę non ſunt eædem vt homo & homo, aut multiuocę vt gladius & enſis, quę eodem conceptu ſua ſignificant ſignificata .

Genus primo modo continet in ſe collectionem multorum vt totum integrale, & collectionis

Similitudo generis tertio cum primo & secundo

ſuas partes, Genus vero tertio continet ſub ſe multitudinem ſpecierum. vt totū vniuerſale ſub ſe ſuas continet ſpecies, quæ & dicuntur eius ſubiectiuæ partes. Continet enim tum prędicando tum ſignificando. Genus ſecundo, contentorum principium eſt effectiuum, & cauſa efficiens. Genus vero tertio, ſuarum ſpecierum principium eſt diffinitiuum. Id alicuius principium diffinitiuum eſt, quod diffinitionis illius pars eſt. Diffinitionis partes ſunt duę, ſcilicet genus quod eius vocatur materia, & differentia quæ eius nominatur forma. Materia diffinitionis, principium materiale, quod primo intellectum eſt tanquam ſubſterniculum, determinabileque, atque contrahibile. Forma diffinitionis, eius principium formale, determinatioque (& vt ita dicam) contractio. Diffinitio, diffinitio eſſentialis, & differentia maxime propria. Et ex ſubiecta figura tres generis modi coniectare in omnibus alijs facile poterunt.

Partes diffinitionis



I	II		Genus tertio
Genus primo	Genus ſecundo & pri-		quod & logicu m
A PATRE	mogenitores		❧ Subſtantia
❧ Heraclidæ	❧ Hercules		Corpus
Aeacide	Aeacus		Corpus animatum
Priamidę	Priamus		Animal
Tantalidę	Tantalus		❧ Quantitas
Pelopidę	Pelops		Continuum
Cecropidæ	Cecrops		Diſcretum
Hiſmaelitę	Hiſmael		Numerus
Iſraelitæ	Iſrael qui & Iacob		Qualitas
Amonitæ	Amon		Habitus
Moabitæ &	Moab		Scientia.
ſimiles			Virtus
A LOCO	LOCA		Ad aliquid
Athenienſes	Athenæ		Inæquale
Thebani	Thebæ		Aequale
Sparthani	Spartha		Multiplex
Pannonij	Pannonia		Superparticulare
Latini	Latium		Superpatiens
Thuſci	Thuſcio		Agere
Galli	Gallia		Generare
Britanni	Britannica in-		Corrumpere
& ſimiles	ſula		Augere
A PATRE ET LOCO	PROGENITORES	LOCA	Minuere
Troes	Tros	Troia	Alterare
Phryges	Phryx	Phrygia	Ferre & ſimilia
Phocenses	Phocus	Phocis	Pati
Iudæi	Iudas	Iudæa	Generari
Rhomani & ſimiles	Rhomulus	Rhoma	

Et ex ijs quæ in superiori descriptione cõtinentur,omni alia genera,seu primo modo dicta a pro
genitore,seu a loco seu ab vtroque sint,siue secundo progenitores sint,siue sint loca, deprehendũ
tur.Genera autem tertio per omnia reperiuntur crebrescere prædicamenta,quanuis exempli gra
tia solum de aliquibus sit adductum.Et genera primo modo, a suo principio similem sortiuntur
vt plurimum nuncupationem.vt Rhomulidæ a Rhomulo,Priamidæ a Priamo, Tusci a Tuscia,
Campani a Campania,& Vmbri ab Vmbria.Aliquando tamen nominationem non retinene vsi
4 tatam ,vt Itali ab Ioue.Et conditiones ceteræ facile cognoscũtur ex litera.Sed hæc planiora sunt,
quam quę vlteriorem declarationem requirant.Nunc autem ad alia transeundum. Diuisio est
vocabuli communioris in minus communia distributio,atque dissectio.Et hæc diuisio logica di
ci solet. Accidentia communia quæ de pluribus prædicantur,vt album, nigrum. Accidentia
propria,quę de vno solo.vt hoc album,hoc nigrum,Et eadem,accidentia cõmuniter,& accidẽtia
proprie alicui dicuntur inesse. Species,species specialissima,quam & vltimam,& infimam di-
cimus. Proprium,speciei specialissimæ.& est quod cum speciei specialissima recurrit ac conuer
5 titur. Aut quomodo sese habens prędicatur vnumquodque,si quidem accidens sic sese habet
vt quantitatem importans,in quantum prædicatur.vt quantus pes est?quatuor palmorum.quã
tus palmus?quatuor digitorũ Si se habet vt qualitatem importans,prædicatur in quale vt qua
lis ? alis Aethiops?niger.& si alterius sit prædicamenti,sic sane prædicabitur quẽad-
modum & sese habuerit.vt quid ad alterum attinens?quid agens?quid patiens? quãdo?vbi?quo
nam modo positus,quove habitu. Corroll arium,est enunciatio quæ ex præcedentibus dictis se
qui potest,cui adhiberi solet aliqua corrollarñ nota.Notę corrolarij sũt hæ,igit,iccirco,ideo, qua
re,quo fit,vnde fit,vnde manifestum est.& similes.Ex corrollario cognosci potest assignatũ gene
6 ris descriptionem bonam esse atque sufficientem.Nan eam bonam,sufficientemque dicimus,quę
nihil superfluum,nihilque imminutum continet,sed ei quod describitur æqua neque plus minus
ve continet,Et quod nihil superfluum contineret,ostendit Porphyrius declarando ad quid quæ
que particula adiecta esset,& similiter quod nihil minus & imminutum,ostendendo per adiectas
particulas genus a quolibet alio,quod genus non est,secerni atque secludi.

PARAPHRASIS IN PORPHYRIVM PHOENICEM, ET PRIMO CAP. PRIMI.

LIBRI Porphyrij cap.primum.conclusio vna. acceptiones generis tres.compa
rationes duæ.generis logici descriptio.diuisio vna,diffinitiõis declaratio. corrol
larium vnum. Cõclusio.Videtur neque genus neque species simpliciter, vno
que modo dici De specie posterius,nunc vero de genere id ostenditur. Nam ge
nus tribus modis dicitur.Primo nanque modo genus collectio & aggregatio
aliquorum est,ad aliquid vnum & inter se affinitatis habitudinẽ respectumque
habentium.quæquidem inter se coniunctio & affinitas ab illo vno,principioque pendet. secun-
dum quã significationem secollectio Rhomanorum genus dicitur,ab vnius,scilicet Rhomuli habi
tudine,&multitudinis habentium quodam modo cognationis affinitatem,quæ a Rhomulo principium,ortumque sumpsit ita nuncupatum,& ab alijs generibus diuisum atque seiunctum. Ge
nus secundo est vniuscuiusque generationis principium,siue principium id pater sit qui genuit,
siue locus in quo quispiam genitus est,Sic enim Tãtalus genus fuit Orestis. Nam attauus.& Her
cules genus Hyli. Fuit enim pater. Et Pindarum dicimus Thebanum genere fuisse, Platonem ve
ro Athenienseṁ,Nam Thebę & Athenę eorum patria,est enim patria vniuscuiusque generatio
nis principium perinde atque pater. Prima comparatio.Et hæc secũda generis significatio, prõ
2 ptior prima esse videtur.Primo.Nam primum significatum,generis nomen a genere hac secun-
da significatione dictum,sumere videtur sunt enim Rhomani qui ex genere descenderũt Rhomu
li,& Cecropidæ qui ex genere Cecropis & horum proximi.Secũdo.quia prius appellatum est ge
nus vniuscuiusque generationis principiũ,deinde ea multitudo quæ ab illo principio fluxit (vt
Rhomani a Rhomulo)genus nuncupata est.quam quidem collectionem totam seiugantes & ab
alijs secernentes,Rhomanorum genus dicimus.Non immerito igitur secundo loco adducta gene
ris significatio, prõptior prima & principalior esse videtur. Genus tertio id prædicabile dici-
tur,cui supponitur species.manifestum est igitur genus non simpliciter,vnoque modo dici. Se
3 cunda comparatio.Et fortasse genus hoc tertio modo,ad aliorum duorum similitudinẽ genus di
ctum est . Nam principium quoddã est hoc pacto dictum genus,eorum quæ sub ipso sunt.quare
secundę significationis generis,gerit similitudinem.& videtur multitudinem omnem eorũ quæ
sub ipso sunt complecti,& continere.quare similitudinem etiã habet,cũ genere primo modo assi
4 gnato,Nõ ab re igitur videatur,ad aliorum similitudinem dictũ. Descriptio. At cum genus
tripliciter dicatur,de tertio apud philosophos sermo est.quod & describẽtes dilucidũ fecerunt,id
genus esse dicẽtes,quod de pluribus & differẽtibus specie in eo quod quid est prędicatur. vt ani
mal. Diuisio Eorũ,enim quę prędicantur quędam de vno solo dicũtur,quẽadmodũ indiuidua,
vt Socrates,& hic,& hoc:quędã vero de pluribus,quemadmodũ genera species,differentiæ,pro

specie quidem est corporis animati, genus vero rationalis animalis. sed rõnale animal De aĩali
species quidem est animalis:genus vero hominis.homo vero species quidem est ratio- rõnali Pla
nalis animalis:non autem genus particularium hominum,sed solum species. & omne tonicũ, &
quod ante indiuidua proximum est,species erit solum,non etiam genus. Quemadmo gẽtiliũ.
dum igitur substantia cum suprema sit, eo ꝙ nihil supra eã sit, genus est gñalissimum.
sic etiam homo cum sit species postq̃ non est alia species,neq; aliquid eorum quæ pos-
sunt diuidi,sed solum indiuidua(indiuiduum eñ est Socrates & Plato) species erit so-
lum & vltima species,&(vt dictum est)specialissima.quę vero sunt ĩ medio:eorum qui-
dem quæ supra ipsa sunt:erunt species,eorum autem quę post ipsa sunt gña. ¶ Quare corrollar. 1
hæc quidem duas habent habitudines, eam quæ est ad superiora secundum quam spe-
cies ipsorum esse dicuntur,& eam quæ est ad posteriora,secundum quam genera ipso-
rum esse dicuntur. ¶ Extrema vero vnam habitudinem. nam & generalissimum ad ea Corollar. 2
quidem quę posteriora sunt habet habitudinem,cum sit genus omnium id quod est su
premum,eam vero quę ad superiora non habet, cum sit supremum & primum princi-
pium,&(vt diximus)supra quod non est aliud superueniens genus.specialissimum au-
tem vnam habet habitudinem,eam quę est ad superiora,quorum est species:eam vero
quæ est ad posteriora non diuersam habet, sed etiam species indiuiduorum dicitur.sed
species quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens: species autem superiorum, diffinitio
velut quæ ab eis continetur. ¶ Determinant igitur gñalissimum genus ita, quod cum G. G. 2.
genus sit,nõ est species. ¶ Et rursus,supra quod nõ est aliud superueniẽs genus. ¶ Spe diffinitio
cialissimum vero,quod cum sit species non est genus. ¶ Et cum sit species, nunq̃ diui S. S. 2.
ditur in species. ¶ Et ꝙ de pluribus & differẽtibus numero in eo quod quid est prædi-
catur. ¶ Ea vero quæ in medio sunt extremorum,subalterna vocãt genera & species:
& vnumquodq; ipsorum speciem esse & genus ponunt ad aliud quidem & aliud sum- diffinitio
ptum.ea enim quæ sunt ante specialissima vsq; ad generalissimum ascendentia: & ge- mediorũ.
nera dicuntur,& species subalterna. ¶ Vt Agamemnon, Atrides,& Pelopides,& Tan
talides: & vltimum Iouis. ¶ Sed in familijs quidem plerunque ad vnum reducuntur declaratio ĩ familiis.
principiũ,verbi gratia,ad Iouem,in gñibus vero & speciebus non sic se habet. ¶ Neq; differẽtia
enim est commune vnum genus omnium ens: nec omnia eiusdem generis sunt secun conclusio
dum vnum postremum genus,quemadmodum dicit Aristoteles.sed posita sint(quem
admodum in prædicamentis dictum est)prima decem genera:quasi prima decem prin-
cipia.Et si quis omnia,entia vocet,ęquiuoce(inquit)nuncupabit & non vniuoce.si eñ
vnum esset commune omnium genus ens:vniuoce entia dicerentur.Cum vero decem
sint prima,communio secundum nomen est solum,non etiam secundum rationẽ quæ
secundum nomen est. ¶ Decem igitur generalissima quidem sunt, specialissima vero Corollar. 1
in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito, indiuidua autem quæ sunt post
specialissima infinita sunt. ¶ Quapropter vsque ad specialissima a generalissimis de- Corollar. 2
scendentes iubebat Plato quiescere, descendere autem per media diuidentes specificis
differentijs.infinita vero(inquit) relinquenda sunt, neque enim eorum disciplinam pos-
se fieri. ¶ Descendentibus igitur ad specialissima necesse est diuidentes per multitudi
nem ire, ascendentibus vero ad gñalissima necesse colligere multitudinem in vnum,
collectiuum enim multorum in vnam naturam:species est,& etiam magis id quod ge-
nus est. particularia vero & singularia: econtrario semper in multitudinem diuidunt,
id quod vnum est.participatione enim speciei plures hoĩes,vnus:particularibus autem
& singularibus vnus & coĩs plures.diuisiuũ eñ semper est quod singulare est:collecti-
uum autem & adunatiuum quod commune est. ¶ Assignato autem genere & spe- conclusio 2
cie,quid sit vtrumq; eorũ,& genere quidem vno,speciebus vero pluribus(semper enim
in plures species:diuisio generis est) genus quidem semper de speciebus prędicatur,&
omnia superiora de inferioribus, species autem neq; de proximo sibi genere,neque de

superioribus, neque enim cõuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari vt hinnibili de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de hoĩe: minora vero de maioribus minie. neque eĩ dices aĩal esse hoĩem: quẽadmodũ hoĩem dices esse aĩal. De quibus aũt species p̃dicatur: de ijs necessario & speciei gñs prædicabitur, & generis genus vsq; ad generalissimum. si enim verum est Socratem hominem dicere, hominem autẽ aĩal. animal autem substantiam. verum est & Socratem & animal dicere, atque substantiã. 18
semper enim cũ superiora de ĩferioribus p̃dicentur: & species quidem de indiuiduis p̃dicabitur: genus aũt & de specie, & de indiuiduo. generalissimum vero: de genere vel generibus si plura sint media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. dicit eĩm generalissimum quidẽ de oĩbus sub se positis generibus, & speciebus, & indiuiduis. gñs aũt quod ante specialissimum est: de oĩbus specialissimis & indiuiduis. solũ aũt species: de 19
oĩbus indiuiduis. indiuiduũ aũt: de vno solo particulari. indiuiduũ aũt dicitur Socrates, & hoc albũ, & hic ueniens. Sophronisci filius, si solus sit ei Socrates filius. ¶ Indiuidua autem dicuntur hmõi, quoniam ex proprietatibus consistit vnunquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates, nunquam in a- 20
lio quolibet erunt particularium eedem. eæ vero quę sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eedem in pluribus, magis autẽ & in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt. ¶ Continetur igitur indiuiduũ qui- 21
dem sub specie: spẽs autẽ sub gñe. Totum enim quiddam est gñs, indiuiduum aũt pars: species vero & totum est & pars. sed pars quidem alterius: totum autem non alterius sed in alijs, in partibus enim totũ est. ¶ Igitur de gñe quidẽ & spẽ, & quid gñalissimũ, & quid specialissimum, & quæ gña eadẽ, & spẽs sint: quæ etiam indiuidua, & quot modis genus & spẽs dicantur, sufficienter dictum est.

Indiuiduum autẽ de vno solo, hic eliciunt vnã indiuidui diffinitionẽ, & duas illi differẽtias assignant.

Correlarium.

Recollectio.

Secundi capitis notæ.

Primum, primitus, siue primo ipso aspectu. Et primum, non Priami dicendum, cum ex vetustis codicibus, tum ex codice græco (in quo habetur πρῶτον εἶδος ἄξιον τυραννίδος hoc est, Primũ siue prima species digna imperio) quem corruptũ profecto credidissem, nisi ita & in codicibus latinis legissem. Et ex his duabus speciei acceptionibus colligi potest, speciem nõ simpliciter, vnoque modo dici. Atque id totum approbatũ quod in fronte pręcedẽtis capitis adductũ fuerat, scilicet, videtur aũt neque genus, neque spẽs simpliciter dici. Sed hic quęret forsitã aliquis, cũ prius in pręfatione Porphyrius ita ordinauerit quinq; p̃dicabiles voces, genus, differẽtia, spẽs, propriũ, & accidẽs, cur hic statim post genus, determinationem suscipit speciei, nõ aũt differẽtię potius? Id in causa est, q̃ illa prius secundũ naturã ordinauit. hic aũt secũdũ doctrinã. Nã genus vt materia est. differentia vt forma. & spẽs vt cõpositũ. propriũ vt cõpositi proprietas. & accidẽs vt quid ipsi cõposito aduentitiũ. & ordine naturę, materia formã p̃uenit. & vtrunq; cõpositũ. Ip̃m aũt cõpositũ, eius proprietatẽ. & proprietas, accidẽtariũ quid, atq; aduentitiũ. Sed ordo doctrinæ est vt illa p̃cedãt, q̃ ad p̃cedẽtiũ itelligẽtiã paratiora sunt. & magis accõmodata. mõ cũ descriptũ sit gñs id eẽ cui supponit̃ spẽs, siue quod p̃dicat̃ de pluribus & differẽtibus spẽ i eo quod quid est, hoc autẽ app̃rie cognosci nõ possit, nisi cognoscat̃ spẽs, haud immerito post gñs, spẽi suscepta determiatio ẽ.

Duplex ordo prædicabilium vocum.

Ordo naturæ	Ordo doctrinæ
Genus	Genus
Differentia	Species
Species	Differentia
Proprium	Proprium
Accidens	Accidens

Assignatum, diffinitum, descriptum. & particula illa minime ad diffinitionis integritatem necessaria est sed adijcitur ad certitudinem, vt cognoscatur qua in significatione capiatur genus. Sensus itaque est, species est quæ sub assignato genere collocatur. id est species est generi subijcibile. sed ei quidem generi quod paulo ante assignatum diffinitumque est esse pręddicabile de pluribus & differentibus specie in eo quod quid est. Subiicitur generi. vt ge-

nus eſt,& ſi enim indiuiduum generi ſubiiciatur,ſubiicibileque ſit,non tamē quatenus genus eſt ſed id accidit vt & patris eſſe ſeruum. Species autem per ſe filii ſubiicitur,perinde ac filius per ſe patris eſt. & vt pater eſt. Eſt ergo ſpecies id quod ſubiicitur generi,perinde ac filius id,cuius pater eſt. quę autem per accidens ſunt reiiciuntur Circulatio in diffinitionibus committitur, quando duorum,quæ diffiniri debent,primum diffinitur per ſecundum,& rurſus ſecundum per primū. quod in relatiuis & iis quæ ad aliquid ſunt,non ducitur incommodum. Vtrumque vtriuſque, id eſt genus eſt ſpeciei genus & ſpecies generis ſpecies. In vtroſque rationibus vtriſque vti. in vtro rumque deſcriptionibus viciſſim ſe mutuo vti. Differētia numero ſunt diuerſa indiuidua,hoc eſt quæ neque eadem neque polyonima multiuocaque ſunt. Species ſpecialiſſima,eadem ima ſpecies vltimaque & infima dicitur. Quæ ſolum ſpecies eſt,quę eſt ſpecies & non genus.

❧ In prima diffinitione ſpeciei ſpecialiſſimæ particula ſolum,aut particula nullo intercedente medio aut, proxime,intelligitur ſed nō exprimitur Pleriſque enim in diffinitionibus particula ſolum obauditur. quam authores ſupprimentes admodum raro exprimunt, quod ſophiſtica ſit, & ad quam qui ſophiſticam plus æquo obſeruant cauillantes,rectam difficulter admittant intelligentiam. intellecta autem & non expreſſa,plurimam tollit phantaſiam. Superueniens genus,ſuperius genus & quod antecedit,tranſcenditque. Sumptum,comparatum. Animal rationale,genus hominis. id dictum eſt ſecundum opinionem Platonicorum,non autem ſecundum veritatem qui quidem ritu gentilium credebant cœlos & aſtra deos eſſe. & inſuper dæmones quoſdam igneos,aereos,terrenoſque & aqueos,& omnia illa animalia eſſe & ratione vigentia & Porphyrius magis platoni quam Ariſtoteli fuiſſe videtur addictus, generaliſſima. eadem genera prima & ſumma dicūt. Quę Porphyrius appellat γενικώτατα, καὶ εἰδικώτατα. hoc eſt generaliſſima & ſpecialiſſima, contendit Laurentius non eſſe dicendum generaliſſima & ſpecialiſſima,ſed potius prima ſummaque genera & vltimæ,infimęque ſpecies. Verum non vſqueadeo ad verba ſimus nō modo curioſi ſed & contentioſi,& quod grece Porphyrius non horruit,neque horreamus latine. & interdum promiſcue cum res ſeſe offeret,generibus primis ſummiſque,& generaliſſimis, & ſpeciebus vltimis,imis,& ſpecialiſſimis pro eiſdem vtamur. Victorinus tamen generaliſſimorum, ſpecialiſſimorumque vocabulis,loco magis generibus & magis ſpeciebus vſus eſt. Decem prima genera & generaliſſima ſunt. ſubſtantia,quantitas,ad aliquid,qualitas,actio,paſſio,quando, vbi, ſitus poſitiove,& habitus. Et totidē ſunt prędicamentales ſeries quę ſunt ſeries generū ſpecierūque ſubſtantię,ſeries quantitatis. ad aliquid. qualitatis & hunc in modum reliquorum per ordinē Diuerſę ſeries generum & ſpecierum, ſeries,ordinationeſque generum & ſpecierum diuerſorum prędicamentorum. Regula topica. Omne genus vniuoce de iis quorum genus eſt,prędicatur. Proxime prędicatur,immediate, nulloque intercidente medio, Nam indiuiduum eſt Socrates & Plato. grece etiam adiectum eſt & hoc album,verum non multum videtur conducere ac aſtipulari ſententię,neque antiqua lectio id habere viſa eſt. idcirco et in litera et in paraphraſi,illud omiſſum eſt. Infinita numero tā multa et icerta,vt quæ lōge fugiāt humanū captū. cōprehendēdique facultatē. Specificis differentiis deſcēdere. Nam ex differētia ſuperiori generi adiūcta cōtinuo reperitur vnum interuallū,intermediūq. donec in ipſum peruētū ſit ſpecialiſſimū,vt ex corporeo ſubſtantiæ adiūcto,ſumitur corpus ex animato corpori iūcto,ſumitur corpus aīatū,et ex ſenſitiuo corpo aīato adiūcto,ſumitur aīal,ex rationali iūcto aīali,ſumitur hō. Subſtātia generaliſſimū. hō autē ſpecialiſſimū corpus corpus animatū,aīal,intermedia,corporeū,aīatū,ſenſitiuū,differentiæ et ad hominem ſpeciem ſpecialiſſimam huiuſmodi ſpecificis differentiis ſumendo ſcilicet intermedia,et extremorum generaliſſimi ſpecialiſſimique interualla deſcēdimus. Habere diuerſas habitudines atque reſpectus. eſt ad diuerſa comparatum diuerſas habere prædicandi denominationes. Multitudinem in vnum contrahere,vt multa ſingularia in vnam ſpeciem, et multas ſpecies in vnum genus,eſt multa indiuidua quæ multis, variiſque ſingularibus notionibus deſignantur in vnam ſpeciei notionem,rationemque reuocare,et multas ſpecies multarum ſpecialium notionum in vnā generalem notionem,naturamque ac rationem coarctare. Collectiuum, complexiuum,communiorique notione deſignatiuum. Diuiſum. ſpecialius, particulariuſque deſignatiuum,per quod et id quod communius eſt diuidi natum eſt. diuidere ſiquidem eſt (vt dictū iā eſt) communius in plura contradictiora,minuſque communia diducere,atque ſecare. Speciei communicatione plures homines vnum dici,eſt plures homines vna notione ſpeciei homo deſignari,quę quidem notio vna et eadem omnibus hominibus communis eſt, et ab omnibus participata. Et contra,particularibus; et ſingulis hominibus vnum et commune plures dici,eſt ſpeciem cōmunē homo in plures homines,particularium et ſingulorum hominum ſingularibus notionibus reſolui. Et ſermonis modus quo Porphyrius hoc in loco vſus eſt,magis ſecūdū Platonicorum loquendi conſuetudinem quam Ariſtotelicorum tractus eſt. Aequa conuertibilis. Maiora ſuperiora ſunt quæ cum amplius,communiuſque deſignētur accōmodate,apteque prædicentur. Minora vero ſunt inferiora aut quę cū minus ſpecialiuſve. vt ſubiiciāt apta ſūt. Prædicari: p̄dicari apte: atque accommodate. Intermedia genera,genera ſubalterna,quod inter generaliſſimum et ſpecialiſſimum media ſint. Et ſubalterna dicuntur quod ſub aliis generibus ſita ſint.

Indiuidua dicuntur quod in plura diuidi non possint, quæ eorum rationem participent. ob id
ipsum quod indiuiduum quodque ex proprietatibus consistit vt forma, loco, tempore, voce, pro
genitoribus, patria, nomine & huiusmodi, quarum congeriem nullus alius vnquam participat. &
si qua non participant, in ea minime diuidi potest. Nihil enim in ea diuiditur, quibus suæ pro-
prietates non conueniunt. Et indiuiduorum proprietates ex accidentibus coaceruantur, specierũ
autem proprietates non iam accidentia, sed propria nominantur, de quibus sermo postmodũ est
futurus. Præterrea est indiuiduum ex conditione. vt Sophronisci filius, conditione quidem fa-
cta si vnicus sit ei filius, fuit enim Sophroniscus Socratis pater (& vt sol, luna, mũd⁹ & similia apud
logicos genera, species, aut indiuidua simpliciter non dicuntur, sed aptius indiuidua ex suppositio
ne. Nam partim conueniunt cum indiuiduis. Nam de vno solo prędicantur, partim etiam dissen
tiunt, quia notionem, rationẽq; habent communem. Partim cum speciebus conspirant. nam ratio
ne notioneque communi significant. Partim item differunt, quia non de pluribus differentibus
numero prędicantur, quod illa non habeant, neque plerunque natura habere possunt. Proinde vt
& Porphyrius appellat, neque genera dicantur sed indiuidua, cum addito tamen indiuidua ex cõ
ditione atque suppositione. Boetius tamen cui latinæ philosophiæ schola tantum debet, quantum
Tulio rhethorice, huiusmodi in speciem reuocat. Porphyrius autem potius videretur in indiuidu
um, Et vterque sane, recte sed alia via, alioque respectu ac consideratione. Nam qui notionem re-
spicit quod suapte natura communicationi apta est, in speciem reuocat, qui autem subiectum ip-
sum & rem ipsam intuetur quæ vnica & singularis est, reuocat ad indiuiduorum partes. igitur no
tionem, rationẽq; Boetius rem autem ipsam & ipsum subiectũ considerasse, ponendus esset Por-
phyrius. Phœnix hoc pacto indiuiduum non tam esse videtur, quam secundum locutionem quę
in doctrinis admittitur & quæ neque hic neque nunc id est neque, locum neque tempus respicit,
etiam de differentibus numero prædicetur. Totum, totum vniuersale, pars pars subiectiua,
pars totius vniuersalis.


PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

SEcundum cap. Speciei acceptiones duæ. obiectionis dilutio, speciei diffinitiones tres 7
declaratio generalissimorum, specialissimorum, & intermediorum. Corrollaria duo
diffinitiones generalissimi duæ, specialissimi tres, & mediorum vna. Declaratio in
familiis differentia in familiis & prædicamentis. Conclusiones tres. Corollaria qua-
tuor. Diffinitio indiuidui. Et determinatorũ recollectio. Acceptiones. Species pri
mo, est cuiusque rei forma, secundum quam quidem significationem dictum est primum speciem
dignam esse imperio. Secundo. species est quę sub assignato genere collocatur, secundum 8
quam significationem dicere solemus hominem speciem esse animalis (cum animal, id ipsum
sub quo collocatur, genus sit) & albedinem speciem coloris, & triangulum figuræ speciem. Ob-
iectio. Genus pauloante per speciem descriptum est, & hic iterum, species per genus describitur.
Id igitur vitiosum, siquidem circulus in descriptionibus vitium. Dilutio. Tametsi genus descri-
bentes speciei meminerimus, dicentes id genus esse quod de pluribus & differentibus specie in eo
quod quid est prędicatur, nunc speciem id ipsum esse dicamus quod sub genere collocatur, nihil
sane incommodi. Nam id nosse oportet & genus alicuius esse genus & speciem alicuius esse speci
em, vtrumque scilicet vtriusque necessarium, igitur & perdecens etiam fuerit, in amborum ratio
nibus, ambobus vti. Speciei descriptiones tres. Prima. Describunt hoc pacto speciem. species est
id quod subiicit generi, Secunda species est de qua genus in eo quod quid est prędicatur. Tertia
species est quod de pluribus & differentibus numero in eo quod quid prædicatur. Sed hæc qui- 9
dem tertia descriptio speciei specialissimæ est, & quę solum species est, nõ etiam & genus, aliæ vero
erunt etiam earum specierum quę non specialissimæ sunt. Declaratio. Perspicuum aũt
erit & quod dicitur hoc pacto In vno quoque prędicamento sunt quædam generalissima, quæ
& summa genera, & rursus quędam specialissima, quę & species imę. Inter autem hęc generalissi
ma specialissimaque, alia sunt quę eadem genera speciesque dicuntur. Et est generalissimum qui-
dem & summum genus, supra quod non sit aliud superueniens genus. Specialissimum vero ima
que species est. sub qua nulla alia supponitur species. Porro intermedia generalissimi, specialissi-
mique alia sunt, quę & subalterna, & sunt genera & species ac aliud quidẽ & ad aliud sumpta. Et
dilucidum fiat quod dicitur, vt vno prędicamento hoc pacto.

Substantia autem, & ipsa est genus. sub ea autem est corpus. sub corpore, corpus animatum
sub corpore animato, animal, sub animali, ratione animal & sub animali rationali, homo. sub ho-
mine autem Socrates & Plato et singuli homines, Et horum substantia generalissimũ est, &
quod solum genus est non etiam species Homo vero. specialissimũ et quod solũ species est non
etiã genus. Intermedia vero, corpus, corpus aĩatum, aĩali, aĩal rationale, genera sunt & species ad
aliud quidem & aliud collata. Corpus scilicet substantię species, & corporis animati genus & cor
pus animatum species corporis, & generis animalis. & animal species corporis animati, & genus
animalis rationalis. animal vero rationale species est animalis, & genus hominis. At homo speci
es quidem est animalis rationalis. nõ est etiam genus singulorum hominũ, sed solũ spẽs. Et omne

quod de indiuiduis proxime prædicatur, ſpecies erit ſolum non etiam & genus. vt igitur ſub
ſtantia quę ſumma eſt eo ipſo quod ante eam nullum genus ſit, generaliſſimum eſt, ſic & homo
qui ſpecies eſt poſt quam non eſt alia ſpecies, neque eorum quidquã quod diuidi poſſit in ſpe
cies, ſed ſolum aliquid eſt indiuiduorum (nã indiuiduũ eſt Socrates & Plato) ſpecies, erit ſolũ
& vltĩa ſpẽs & q̃admodũ dictũ eſt) ſpecialiſſima. Media aũt, eorũ quidẽ quę ante ipſa ſunt, ſpẽs
erunt, eorum vero quę poſt ipſa ſunt, erunt genera. Primum corollarium. Quare generaliſſi-
11 mi, ſpecialiſſimique intermedia, duas habent habitudines diuerſoſque reſpectus, vnam quidẽ
ad ea quę ante ipſa ſunt, ſecundum quam ſpecies eorum eſſe dicuntur, & alterã ad ea quę poſt
ipſa ſunt, ſecundum quam eſſe dicuntur eorum genera. Secundum corollarium. Extrema ve-
ro generaliſſimum ſcilicet & ſpecialiſſimum vnam habent habitudinem, vnicunque reſpectũ.
Nam generaliſſimum ad ea quę ſub ipſo ſunt habitudinem habet, quippe quod omnium hu-
iuſmodi genus ſummum ſit, eam vero quę eſt ad ſuperiora non habet. nec ab re quidem, cum
ſummum ſit & primum principium, & (vt diximus) ſupra quod non eſt aliud genus ſuperueni
ens. Species autem ſpecialiſſima vnam habet & ipſa habitudinem, eã ſcilicet quę ad anteriora
12 eſt quorum dicitur ſpecies, ad poſteriora vero non aliam habet habitudinem, verumetiam in-
diuiduorũ ſpẽs dicitur, ſed ſpecies quidem dicitur indiuiduorum: vt ipſa continens ſpecies au
tem rurſus anteriorum nominatur, vt quę ab eis continetur. Prima diffinitio generaliſſimi.
Diffiniunt igitur generaliſſimum genus, hoc pacto. Genus generaliſſimum eſt quod genus eſt
13 & non ſpecies. Secunda Et rurſus. Genus generaliſſimum eſt ſupra quod non ſit aliud ſuper
ueniens genus. Prima diffinitio ſpecialiſſimi. Speciem vero ſpecialiſſimam ſic definiunt. Spe
cialiſſima ſpecies eſt quę ſpecies eſt & non genus. Secunda ſpecies ſpecialiſſima eſt, quæ cum
ſit ſpecies nunquam dirimere valemus in ſpecies. Tertia inſuper autem, & ſpecies ſpecialiſſima
eſt quod de pluribus & differentibus numero in eo quod quid eſt prędicatur. Diffinitio me-
diorum. Media vero extremorum tum genera tum ſpecies, ſubalterna vocant, & vnumquod-
que eorum ſpeciem eſſe & genus ponunt, ad aliud tamen & ad aliud ſumptum. Nam quę
ante ſpecialiſſima ſunt ad generaliſſimum vſque, genus aſcendentia, ſubalterna & genera &
ſpecies dicuntur. Declaratio in familijs. vt eſto Agmennon, Deinde Atreus. Deinde Pelops.
Deinde Tantalus & poſtremo ſummoque in loco Iupiter in hac familię, genealogięque diſ-
14 poſitione. Iupiter pater eſt & non filius: eique aſſimilatur generaliſſimum genus, quod ſolum
genus eſt non etiam ſpecies. & in eadem Agmennon ſolum filius eſt, & non pater, eiq; ſimi
lis eſt ſpecies ſpecialiſſima, quæ ſolũ ſpecies eſt & non genus. Intermedij vero Atreus, Pelops,
& Tantalus, patres ſunt & filij ad aliũ quidẽ & aliũ ſumpti, cõparatiq;, & his quoq; aſſimilã-
tur ſubalterna, quę genera ſunt & ſpecies ad aliud quidem & aliud ſumpta. Eſt enim Tantalus
filius Iouis & Pelopis pater. Pelops vero filius Tantali & pater Atrei. Atreus autem filius Pe
lopis & pater Agmennonis. cęterum Agmennon filius Atrei, at non eſt alicuius huius genea-
logię pater. Differentia in familijs, & generibus & ſpeciebus. Sed in familijs, generibuſq;, & ſpe
ciebus id intereſt, quod diuerſę familię plerunque ad vnum principium, & ad vnum primum
patrem reducuntur vt ad Iouem, at vero diuerſę generum, ſpecierumque ſeries ad vnum pri-
mum genus non reducuntur.

GG Genus generaliſſimum	Series doctrinę	Series naturę	
G S Genus ſubalternum	G G Subſtantia	vt G G Iupiter	P T
S S ſpecies ſpecialiſſima	G S Corpus	vt G S Tantalus	P E
P T pater tantum	GS Corpus animatum	vt G S Pelops	P E
P E pater & filius	G S Animal	vt GS Atreus	P E
F T filius tantum	S SHomo	vt S S Agmemnon	F T



Subſtantia	Quantitas
Corpus	Diſcretum
Corpus animatum	Numerus
Animal	Numerus
Homo	Binarius

Series diuerſę prędicamẽtorum quę ad vnũ principiũ & cõmune genus non reducũtur

Prima concluſio . Diuerſorum prædicamentorum ſeries ad vnum primum & cõmune genus
nequaquam reuocantur. Nam non eſt ens omnium commune genus. atqui ſi huiuſmodi gene
rum, ſpecierumque ſeries ad vnum primum & commune genus reducerentur, id maxime om 15
nium videretur eſſe ad ens, non igitur reuocantur ad vnum primum & cõmune genus. Quod
autem ens non ſit omnium commune genus, patet primo. quia non omnia vnius, eiuſdemq;
generis ſunt ſecũdum vnum ſummum genus (vt ait Ariſtoteles) ſed par eſt vt quemadmodũ
in prędicamentis, diſponantur decem prima genera tanquam decem prima principia. non igi
tur omnia reuocabuntur ad ens vt ad vnum primum & commune genus. Secundo. Tametſi
quiſpiam omnia, entia vocet, ęquiuoce, inquit, nũcupabit & non vniuoce. non igitur ens om-
nium vnum primum & commune genus. nam ſi vnum commune genus omniũ ens eſſet vni-
uoce profecto omnia, entia dicerentur. Tertio. Cum decem prima ſint genera commune illis
ens eſt ſecundum nomen ſolum, non etiam & ratio ſubſtantiæ ſecundum id nomen. Non igi-
tur ens per diffinitionem, vniuoce de illis dicitur. quare nõ eſt ens omnium commune genus.
non igitur variæ, diuerſorumque prędicamentorum generum & ſpecierũ ſeries ad vnum pri
mum & commune genus reuocantur. Primum corollarium. Igitur generaliſſima ſunt decem,
ſpecialiſſima vero in numero quidem quodam ſunt, tamen nõ infinito. Indiuidua autem quę
poſt infraque ſpecialiſſima ſunt infinita. Secundum. Quapropter, a generaliſſimis ad ſpecialiſ- 16
ſimas vſque ſpecies, deſcendentes: iubebat Plato quieſcere & diuidentes ſpecificis differentijs
per media deſcendere, ſed non vſque ad indiuidua, quod infinita ſunt. Infinita vero dixit relin
quenda eſſe, nam & neque eorum poſſe fieri diſciplinam. Tertium. Ergo qui ad ſpecialiſſi-
ma deſcendunt diuidẽdo, per multitudinem procedere neceſſe eſt, qui autem ad generaliſſima
ſcandunt, neceſſe eſt multitudinem in vnum contrahere. Nam multorum in vnam naturã, cõ
gregatiua ſpecies eſt, & magis etiam genus, particularis vero ac ſingula contrario modo, ſem
per in multitudinem diuellunt dirimuntque ac diſtrahunt vnum. Nanque ſpeciei communi- 17
catione plures homines, vnus particularibus autem & ſingulis vnus & communis, plures di-
citur. Nam ſemper diuiſiuum, ſingulare eſt, at commune collectiuum, vniuſque affectiuũ ſem
per. Secunda concluſio. Cum autem aſſignatum ſit genus & ſpecies quid vtrunque ſit, & cum
genus ſit vnũ, ſpecies plures ſint (nam ſemper in plures ſpecies partitio generis eſt) genus ſem
per de ſpecie prędicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus, at ſpecies neque de proximo ſibi
genere, neque de ſuperioribus generibus prædicatur. Nam ſuperiorum prædicatio cum infe-
rioribus non conuertitur. Oportet enim æqualia de æqualibus (vt hinnibile de equo) prædica 18
ri aut maiora de minoribus (vt animal de homine) minora vero de maioribua non amplius.
Non amplius enim animal dices eſſe hominem, quem admodum dices hominem eſſe animal.
Tertia. De quibus autem ſpecies prædicatur de illis & ſpeciei genus, & generis genus vſq; ad
generaliſſimum ex neceſſitate prædicabitur. Nam ſi verum eſt dicere Socratẽ eſſe hominem
& hominem eſſe animal, animal aũt eſſe ſubſtantiam, verum quoque erit dicere & Socratem
eſſe animal & eſſe ſubſtantiam. Nam cum ſemper ſuperiora de inferioribus prędicẽtur, & ſpe
cies de indiuiduo quidẽ prędicabitur, & genus de ſpecie & indiuiduo, generaliſſimũ aũt & de
genere aut generibus ſi plura ſint media ſubalterna, & de ſpecie ac de indiuiduo. dicitur enim 19
generaliſſimum de omnibus ſub ſe collocatis & generibus & ſpeciebus atque indiuiduis. ge-
nus autem ꝙ ante ſpecialiſſimum eſt, de omnibus tum ſpecialiſſimis tum indiuiduis. ea vero
quæ ſolum ſpecies eſt. de omibus indiuiduis. indiuiduum autẽ de ſolo particulari. dicitur aũt
indiuiduũ & Socrates & hoc albũ, & hic adueniens, Sophronici filius ſi ſolus illi fuerit Socra 20
tes filius. Diffinitio indiuidui. Indiuidua vero dicuntur huiuſmodi, quoniam ex proprietati-
bus conſiſtit vnumquodque, quarum nequaquam aggregatio in alio vnquam eadem fiat. Nã
Socratis proprietates nunquam in alio quopiam particularium, eędem euadant attamen quæ
ſunt hoĩs (dico autem communis) proprietates eædẽ in pluribus, imo vero in oĩbus particula
ribus hominibus, eo ipſo ꝙ homines ſunt comperiuntur atque fiunt. Corollarium. Continetur
ergo indiuiduum quidẽ ſub ſpecie, ſpecies autem ſub genere. Nam totum quoddã genus eſt,
indiuiduum aũt pars. ſpecies vero & totum & pars, ſed pars quidem alterius, nam generis. to- 21
tum aũt non alterius, ſed aliorum. nã indiuiduorũ, totũ q̃ eius generis ſunt. Recollectio. De ge
nere igitur atque ſpecie & quid generaliſſimum, quidque ſpecialiſſimum, & quæ eadem gene-
ra ſpecieſq; ſint, quæ indiuidua, & quot modis genus & ſpecies dicantur, abunde dictum eſt.

De differentia . Cap. III

Diuiſio i

DIfferentia vero communiter, & proprie: & magis propie dicitur. Commu- 22
niter quidem differre alterum ab altero dicitur: quod alteritate quadam dif
fert quocunque modo, vel a ſeipſo vel ab alio. differt enim Socrates a Pla-
tone alteritate quadam: & ipſe a ſeipſo & puero, & iam viro, & iam facien-
te aliquid: vel quieſcente, & ſemper in aliquo modo habẽdi ſe alteritatibus

ſpectatur.Proprie autem differre alterum ab altero dicitur quando inſeparabili acciden
te alterum ab altero differt.Inſeparabile vero accidens eſt,vt naſi curuitas :cæcitas ocu
lorum,cicatrix cum ex vulnere collocauerit . Magis proprie autem differre alterum ab
24 altero dicitur,quando ſpecifica differentia differt quemadmodum homo ab equo ſpeci
fica differentia differt , rationali qualitate. Vniuerſaliter ergo omnis differentia alte- Commu-
ratum facit cuilibet adueniens ,ſed eæ quæ communiter & proprie ſunt,alteratum faci nitas
unt:illæ vero quæ magis proprie ſunt,aliud. Differentiarum ergo aliæ quidem alte- Diuiſio.
25 ratum faciunt,aliæ vero aliud,illæ quidem:quæ aliud faciunt ſpecificæ vocantur:illæ ve ij
ro quæ alteratum , ſimpliciter differentiæ.animali enim differentia adueniens rationa-
lis,aliud facit & ſpeciem animalis facit : illa vero quæ eſt mouendi , alteratum ſolum a
quieſcente facit.quare hęc quidem aliud.illa vero alteratum ſolum facit. Secundum
26 igitur aliud facientes differẽtias: diuiſiones fiunt a generibus in ſpecies & diffinitiones
aſſignantur:quæ ſunt ex genere & huiuſmodi differentijs . Secundum autem eas quæ
ſolum alteratum faciunt:alterationes ſolum conſiſtunt: & aliquo modo habentis ſe per
mutationes. A ſuperioribus ergo rurſus inchoanti dicendum , differentiarum qui-
27 dem alias eſſe ſeparabiles,alias vero inſeparabiles.moueri enim & quieſcere: & ęgrum
eſſe & ſanum eſſe,& quæcunque his proxima ſunt ,ſeparabilia ſunt. at vero aquilum
eſſe,vel ſimum,vel rationale, vel irrationale:inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium autẽ Corolla-
aliæ quidem ſunt per ſe,aliæ vero per accidens . Nam rationale per ſe ineſt homini , & rium
mortale & diſciplinæ eſſe perceptibile.at vero aquilum eſſe,vel ſimum per accidens,& Diuiſio
non per ſe.Illæ igitur quæ per ſe ſunt in ſubſtantiæ ratione accipiũtur,& faciunt aliud. iij
illæ vero quæ ſecundum accidens nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur nec faciunt ali-
ud ſed alteratũ.Et illæ quidẽ quæ per ſe ſunt ,non ſuſcipiunt magis & minus . illæ vero
quæ per accidens (& ſi inſeparabiles ſint) intentionem accipiunt & remiſſionem, nam
neque genus aut magis & minus prædicatur de eo cuius fuerit genus , neque generis
differentiæ ſecundum quas diuiditur.ipſæ enim ſunt quæ vniuſcuiuſque rationem cõ-
plent,eſſe autem vnicuique vnum & idem.neque intentionem,neque remiſſionem ſu
8 ſcipiens eſt.aquilum autem eſſe,vel ſignum,vel coloratum: aliquo modo intenditur &
remittitur. Cũ igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur, & cum hæ quidem ſint Diuiſio
ſeparabiles,illæ vero inſeparabiles, & rurſus , inſeparabilium cum hæ quidem ſint per iiij
ſe,illæ vero per accidens ,rurſus earum quæ per ſe ſunt differentiarum, aliæ quidem
ſunt ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies,aliæ vero ſecundum quas ea quæ di-
uiſa ſunt ſpecificantur , vt cum per ſe differentiæ omnes huiuſmodi animalis ſint , ani-
mati & ſenſibilis rationalis & irrationalis, mortalis & immortalis , ea quidem quæ eſt
animati & ſenſibilis differentia conſtitutiua eſt , ſubſtantiæ animalis (eſt enim animal
ſubſtantia animata ſenſibilis) ea vero quæ eſt mortalis & immortalis differentia , & Diuiſio
quæ rationalis & irrationalis, diuiſiuæ ſunt animalis differentiæ .per eas enim : genera v
in ſpecies diuidimus. Sed eæ quidem quæ diuiſiuæ ſunt differentiæ generum , com- Platoni-
pletiuæ ſunt , & conſtitutiuæ ſpecierum. Diuiditur enim animal rationali & irratio- corum
nali differentia , & rurſus mortali & immortali differentia, ſed rationalis & mortalis dif
29 ferentiæ conſtitutiuæ ſunt hominis,rationalis vero & immortalis dei,illæ vero quę ſunt
irrationalis & mortalis , irrationalium ſunt animalium . ſic etiam & ſupremæ ſubſtan-
tiæ cum diuiſiuæ ſint animati & inanimati differerentiæ, ſenſibilis & inſenſibilis , ani- Duæ ne-
mata & ſenſibilis congregatæ ad ſubſtantiam,animal perfecerunt: animata vero & in- gationes
ſenſibilis perfecerunt plantam. Quoniam ergo eædem aliquo modo quidem acceptæ vim vni'
ſunt conſtitutiuæ ,aliquo modo autem diuiſiuæ , ſpecificæ omnes vocantur & his ma- vehemen
xime opus eſt ad diuiſiones generũ,& diffinitiones ſpecierum: ſed non his quæ ſecun- ter negã-
30 dum accidens ſeparabiles ſunt, nec magis his quæ ſunt ſeparabiles . Quas etiam de- tis obti-
terminantes dicunt. Differentia eſt qua abundat ſpecies a genere , homo enim ab ani nent.
mali plus habet rationale & mortale , animal enim ipſum neque nihil horum eſt . diffinitio i
Vnde nam habebunt ſpecies differentias? Neque enim oẽs oppoſitas habet,quoniã in Dubium
eodem ſimul habebit oppoſita . Sed quemadmodum probant: poteſtate quidem ha-
bet omne ſub ſe differentias , actu vero nullam,ac ſi neque ex his quæ non ſunt,aliquid
fit , neque oppoſita in eodem erunt . Diffiniunt autem eam & hoc modo . Diffe-

rentia est quæ de pluribus & differẽtibus specie in eo quo dquale quid est prædicatur.
Rationale enim & mortale de homine prædicatur in eo quod quale quid est: homo di-
Analogia Physica. citur: sed non in eo quod quid est. quid est enim homo. nobis interrogatis, conueniens
dicere animal, quale autem animal inquisitis: quoniam rationale & mortale est conueni
enter assignabimus. Rebus enim ex materia & forma constantibus, vel ad similitudi-
nem proportionemque materiæ & formæ, constitutionem habentibus, quẽadmodum
statua ex materia quidem est ęre, ex forma autem figura. sic & homo communis & spe
cialis ex materia quidem similiter proportionaliterque consistit ex genere: ex forma au
tem differentia. totum hoc animal rationale mortale, homo est, quemadmodum illic sta
Diffinitio iij tua. Describunt autem huiusmodi differentiam & hoc modo. Differentia quod na-
tum est diuidere ea quę sub eodem genere sunt rationale enim & irrationale: hominem 32
& equum, quæ sub eodem genere sunt (quod est animal) diuidunt. Assignant autem
diffinitio iiij & hoc modo. Differentia est qua differunt a se singula. Nanque homo & equus, secun
Platonicum diffinitio v dum genus non differunt, sumus enim animalia nos & irrationalia, sed additum ratio-
nale disiunxit nos ab illis, & rationales sumus & nos & dij, sed mortale appositum: diui 33
sit nos ab illis. Interius autem perscrutantes differentiam, dicunt non quodlibet eorũ
quæ sub eodem genere sunt diuidentium, esse differentiam, sed quod ad esse conducit,
& quod quid erat esse, & eius rei pars est. Neque enim quod natum est nauigare, est ho
minis differentia, & si sit proprium hominis. dicimus enim aníalium hæc quidem ap- 34
ta esse ad nauigandum, illa vero minime diuidentes hominem ab alijs. sed aptum na-
tum esse ad nauigandum non est substantiæ completiuum, nec eius pars, sed aptitudo
quædam solum. idcirco quia non est talis, quales sunt quę specificę dicuntur differen-
tiæ. Erunt ergo specificæ differentiæ, quæcunque alteram faciunt speciem, & quæcũ- 35
Corollarium que in eo quod quid erat esse accipiuntur. Et de differentijs quidem ista sufficiant.

Tertij capitis notæ.

Diuisiones v.	iij Separabilis	Diffinitiones
i Communiter	Inseparabilis	i Abundat
Proprie	iiij Per se	ij Differentiæ specie.
Propriissime	Per accidens	iij Diuidit
ij Faciens alterarum	v Diuisiua	iiij Singula
Faciens aliud	Constitutiua	v Quod quid erat esse

Alteritas, separabile accidens. Socrates qui adoleuerit in virum, differt a seipso puero, quod
Socrates adultus vir sit puer autem vir non erat, conuenit itaque Socrati adulto virum esse, 22
Socrati autem puero non conuenit, differentia igitur. Nam hæ formæ seu substantiales seu ac
cidentariæ sint, quæ cum vni conueniant, alteri dissentiunt illorum differentiæ sunt, per id-
que dicimus differre, quod cum vni competit alteri cognoscimus non competere. Ea autem
significatio qua differre ponunt exponibilem efficere locutionem, minus huic loco, & in
philosophia, accommodata est. sed in solis vel maxime locum habet sophismatibus. Quare
consilium est, vt sensa disciplinæ solum tractantur in disciplinis, sophistica autem sensa relin
quantur discutienda, vel nusquam (quod satius esset) vel in solis sophisticis locis. sic enim pro
dignitate fiet vnumquodque & seria cum serijs, & ridicula cum ridiculis. veruntamen qui cre
diderint logicam & philosophiam sine sophismate constare non posse. mihi persimiles viden-
tur esse ijs, qui illa ducerentur opinione, agros feraces esse non posse quibus paliuri sentesque
Horatius & steriles non innascerentur auenæ, immemores illius. Neglectis vrenda filix innascitur agris.
Sic neglectæ philosophiæ, vana sophismatum gluma, campos occupauit, mala saturni fal-
ce demetenda. Cæsitas per s vnde cæsij oculi scribendum est, non cæcitas per c. Cæsius co-
lor, qui cæli speciem habet, qui & glaucus. Cicatrix, vestigium quoddam est ex plagæ cu
ratione in cute relictum. Occalluerit, induruerit, duritiem, callumque contraxerit. Dif 24
ferentiam facere alteratum, est eam quoquo modo seu accidentaliter, seu essentialiter face-
re differre. Facit autem differre cum vni conuenit, alij uero minime, aut id eidem secundum
prius & posterius. Facere aliud est facere substantialiter, essentialiterque differre. Id autem est,
cum vni essentialiter conueniens, alterum cui non cõuenit excludit. vt rationale essentialiter
quidem homini conuenit, equo autem non conueniens, ab hoim cõsortio excludit ac separat,

& proinde rõnale aliud facit & hoiem essentialiter ab equo differre facit. Rursus differentiã face-
re aliud est:eam ipsam non solum facerre differre,sed gñi aduenientẽ constituere, diffinireq; speci Porphy-
em. Inquit ei Porphyrius,aĩali eñ aduenies differentia rõale,aliud facit & quasi sese ipsum expo rius
nens subdit. & aĩalis speciẽ facit,hoc est diffinit. Illa vero differentia q̃ solũ accidenraliter vni cõ-
uenit,& alteri non,non alteratũ solũ facit vt moueri,alteratũ solum facit a quiescente. Et certe ad
vocabulorum ĩpositionẽ alludere videtur, ꝗ dictæ sint differentiæ facirntes alteratum solũ, quia
solum faciant differre,non etiã aliud q̃ differre, nã non diffiniunt. At differentiæ essrntiales, quæ
& specificæ vocantur, non modo differre faciunt, verũetiam & aliud insuper faciũt, aliudq; nactę
sunt officium. nã cũ gñe,,species diffiniunt. Non ab re igitur videntur differẽtiæ, facientes aliud
nũcupatę. Facere alteratuũ solũ, facere accidentaliter differre. Rursus interpretantur differentię fa
26 cientes aliud, differrntiæ per se, & differentiæ facientes altera tum solum, differentię per accidẽs.
Simpliciter, sine addito. Simi sunt: qui pressis sunt naribus, & cauis. Aquilini, qui adunco, recur-
uo q; sunt naso. Et ab auribus, oculis superciliis, & aliis membris sumuntur hmõi accidentarię in
separabiles differentiæ. Ab auribus flacci, qui aures flaccidas, & pendulas hñt. Ab oculis, cæsii q
cœruleis sunt oculis. Peti & petulii: qui citra deformitatẽ, verum magis ad gratiam habẽt oculo-
rum quandam obliquitatẽ. A superciliis silones: qui supercilia longiusculis pilis hñt prominen-
27 tia, sed hęc ex grãmaticis. Susceptiuum disciplinæ secundũ veritatem differentia per se, specifica,
& substantialis non est, apud tamen Platonicos, (vt nunc quoq; apud Porphyrium) pro differen
tia per se, & specifica vsurpatur, ꝗ disciplinas nobis consubstantiales a principio inditas opinen-
tur, vt ex Prisciano Lydo cognosci potest pariter & ex Memnone Platonis. Apud aũt Aristote-
lem & Peripateticos accidentarii sunt habitus, a nostro quidem ortu longo etiam post tempore,
aduentitii, & Porphyrius multa more Platonicorum & loquitur & inserit, vt cum dicit homo cõ
munis & aĩal rationale genus esse, eius species hoĩem & deum id genus. Sed hęc oĩa alterius sunt
contemplationis. Esse substantialis, essentialisq; ratio ac diffinitio, & quod quid erat esse. Differẽ
tiæ separabiles. accidentia separabilia,. Differentiæ per se, differentiæ substantiales, & sunt quæ
28 cũ genere diffinitionẽ constituunt essentialẽ. Substantialis ratio, diffinitio substantialis, essentia-
lisq;. Suscipit magis quod cum aduerbiis magis & minus prædicatur, et idem quod magis, inten
dit, & ꝗ minus suscipit, remitti dicitur. Informãtur, specificantur, formantur, ꝗ ei in rebus physi
cis materia est: id in ꝑdicationum logicaliũ dispositionibus genus est: et quod illic substãtialis for analogia
ma: hic specifica differentia est, et ĩsuper quod illic totum ac cõpositum, hic species est, et quę phy generis&
sice accidentariæ formæ sunt, logice sunt sua ꝓportione et analogia accidentarię differentię. At differẽtię
substantialis forma physica: informat et finit tum materiam tum cõpositum. quare differẽtia spe ad materi
cifica informat, ac finit tum genus tum et speciem, quapropter et genus diffinitum et species diffi am& for
nitum (nã differentia vtrunq; finit) sed illud vt pars, et vt sterniculum ac materia: hęc vero vt to- mam.
tum et cõpositum, veruntamen cum de diffinito passim loquimur, de diffinito vt toto intelligi-
mus, et quod diffinitione: non modo forma, differentiaque finitur, diffinitio enim si physica est
materiam et formam. si vero logica, genus et differentiam continet, quo fit, vt neque materia, ne
que generalissimum diffiniantur vt passim diffinire sumitur suo tamen modo vt in forma secũ-
dum se considerata. adiecta forma finiantur. Et vt materia cõpositum non finit, id enim formę est,
et si ipsum constituit, ita et genus speciẽ non finire ponendũ est. Vnde manifestũ est, non proprie
esse dicẽdũ genus diffinire speciem, sed potius constituere. Differentia aũt et finit et constituit, cõ
munis ei constituere q̃ diffinire. Non etiam dicendæ sunt duæ partes diffinientes, genus ac dif-
ferentia, sed vna diffiniens, et altera constituens: duæ tamen nihilominus sunt cõstituentes. Et cũ
cõpositi duæ sint constituentes partes, materia et forma: constat formam esse principaliorẽ ac ma
xime perfectiuam quare et diffinitionis pars principalior differentia specifica est, non ab re. ergo
Porphyrius dicit animatum et sensitiuum substantiæ adiectas perficere animal animatum autẽ
et insensitiuum perficere plantam. Quo fit exploratum vt in substantia genera, differentię et spe-
cies primo loco reperiantur, quemadmodum in substantiis materia formę et composita. in diffe-
rentiis aũt et accidentibus genera et species reperiantur secũdo loco, vtpote quorũ genera formis
iam vt substernicula non diuellantur, neque species vere sint cõposita. Descriptiones tamen tũ ge
nerum tum specierum cões sunt tam generibus et speciebus, quæ maxime et primo loco sunt ta
lia, quam quę secundo loco, hęc intelligent quos physica non fefellerit analogia. Iuuenes tamẽ ad
huc exactam huius rei hoc in loco assequi nequeunt intelligentiam. abeant ergo mediocri, rudiq;
præparatione contenti. Omnes specificę vocantur, quia constituere principalius est q̃ dirimere et
partiri. hinc differentię illę omnęs a principali officio, quod est constituere speciẽ: nomen sunt sor
titę, specificęque dicuntur, potiusquam a partitione generis generificę. Differentię diuisiuę sunt,
quę aliquod genus diuidunt. Constitutiuę vero, quę aliquam constituunt diffiniuntq; speciem.
Differentię constitutiuę, differentię specificę dicuntur, quod ad aliquam speciem constituendam,
diffiniendamque assumuntur ac conducunt. Speciem differentia superare genus: speciem differen
29 tia abundare a genere. Alterum ab altero, aliquo abundat quod actu ipsum habet, ab altero ve-
30 ro non actu habetur, et si potestate habeatur. Actu habere est cum aliquo posito, continuo sequa
tur ipsum, alterum esse; vt hoĩe posito, continuo sequitur ipsum rationalem esse. habet itaque ho

aquilinum autem & ſimum eſſe ſecundum accidens,& non per ſe illi inſunt.Et hæ igitur inter ſe
diſcrimen ſortiantur. Primo, ꝙ differentiæ inſeparabiles quæ per ſe inſunt ſubſtantiali ratio-
ne deſumuntur,& aliud faciunt,inſeparabiles autem quæ per accidens inſunt, neque in ſubſtan-
tiali rõne ſumuntur,neq; faciunt aliud,ſed alteratum ſolum. Secundo, ꝙ differentiæ quæ per ſe
ſunt non admittunt magis & minus,quæ aũt ſecundũ accidens etſi inſeparabiles ſint,intentionẽ,
& remiſſionem,magiſq; & minus ſuſcipiunt,nã neq; genus magis & minus prædicatur de eo, cu
ius fuerit genus,neq; generis differentiæ ſecundum quas diſſipatur,dirimiturque.Nam ipſę ſunt
differentiæ per ſe,q̃ cuiuſq; ſubſtantialem rõnem cõplent,eſſe autem & ratio cuiq;vna & eadẽ eſt,
neq; intenſionem,neq; remiſſionem admitiens. at aquilinum eſſe vel ſimum, vel coloratum eſſe,
aliquo pacto & intenditur atq; remittitur. Quinta diuiſio. Cum tres igitur differentiæ ſpecies,
28 modiq; ſint cõmuniter,proprie & propriiſſime,inſuper ſeparabiles & inſeparabiles, & rurſum in
ſeparabilium quædam per ſe & quædam per accidens. earum ſane differentiarum quæ ꝑ ſe ſunt,
rurſum hæ ſunt ſecundum quas genera dirimimus in ſpecies, illæ vero ſecundum quas quæ di-
rempta ſunt informantur,conſtituunturq;,vt cum per ſe ſint animalis differentiæ, omnes huiuſ-
modi animatum,ſenſitiuum,rationale,irrationale,mortale & ĩmortale,differentia animatum, pa
riter & ſenſitiuum,ſubſtantialem animalis rationem conſtituit (nam animal ſubſtantia animata
ſenſitiua eſt)& differentiæ mortale & ĩmortale, & etiam rationale & irrationale dirimũt animal.
per huiuſmodi enim genera in ſpecies diducimus.verum & hæ quæ diuiſiuæ generum differen-
tiæ ſunt,completiuæ fiunt,ac conſtitutiuæ ſpecierum. nam diducitur animal rationali & irratio-
nali differentia,& rurſus mortali & immortali: ſed differentiæ rationale & mortale conſtitutiuæ
ſunt hominis, rationale vero & immortale dei, irrationale autem & mortale rationis expertium
animalium & eodem quoq; modo cum differentiæ,animatum,inanimatum,iſenſitiuum,& inſen
ſitiuum ſupremæ ſubſtantiæ diuiſiuæ ſint,animatum & ſenſitiuũ differentiæ ad ſubſtantiã adie-
ctæ,aĩal perfecerunt,cõſtituerũtq;.aĩatum autem & inſenſitiuum perfecerunt plantã. qm̃ igitur
eędẽ differentię aliquo mõ ſumptæ diuiſiuæ ſunt,& alio mõ ſpecierum conſtitutiuæ, oẽs ſpecifi
cę vocãtur. Et harũ maxi euſus,neceſſitaſq; ad diuiſiones generum,& diffinitiones ſpecierum,ſed
non inſeparabilium,quæ ſecundum accidens ſunt,& multo quoque minus ſeparabilium.



Prima diffinitio. Has autẽ ſpecificas differẽtias finientes dicunt. Differẽtia eſt qua ſpecies ſuꝑat
29 genus. Nã hõ rõali & mortali ſuperat aĩal,ſiquidem aĩal nihil horum eſt. Dubiũ. Addubitet quiſ
30 piam quo pacto ſpecies ſuperat genus differentia, cũ genus duas diuiſiuas habeat, ſpecies vero il
larum,ſolum vnã:videtur igitur potius genus abundare differentia ſuper ſpecie,& differentia ſu
perare ſpeciẽ q̃ contra Et vndenam ſpecies haberent differentias,ſi nõ haberent a genere: nõ eñ
ex nullo habebunt. Dilutio. Longe ſecus ſentiendum eſt. Nã genus neq; oẽs differentias diuiſiuas
actu habet, cũ oppoſitę ſint. Nam ſic, ipſum ſimul habebit oppoſitas formas, quod eſſe nequit.ne
que vnam quidem actu, quo iure enim vnã. & reliquã quoq;, ſed quemadmodum exiſtimant pote
ſtate quidẽ omnes eas habet differentias quæ ſub ipſo ſunt, actu vero ne vnã quidem. at ſpecies
earum vnã actu habet. Et ſic neque ex non entibus fit quicq̃, neque oppoſitę formæ in eodẽ erũt

Primus modus, secundus, & quartus proprii locum habent in disciplinis, tertius autem nunquã nam semper accidens separabile est. Separabilia autem accidẽtia a disciplinis reiecta sunt. Per propria specierum, quæ hic describuntur, intelliguntur propria suo modo & generum & transcendentum. Sunt enim propria & specierum & subalternorum & generalissimorum & eorum quæ transcendunt & amota particula speciei, diffinitiones sunt communes, creberrima tamen, maximeq; insignia, & quæ plurimo vsu veniunt. sunt specierum specialissimarum. Nimirum igitur si de illis solis litera intelligitur, nanque rata sunt quæ minus propria non ponũtur in arte, sed per ea quæ plurimo vsu veniunt intelliguntur, & per ea quæ maxime insigni appellatione veniunt.

PARAPHRASIS CAP. QVARTI.

QVartum cap. proprii modi quatuor, dubium vnum, & quod proprie, præcipue
36 que proprium. Modi propri. Proprium autem quadrifariam, quatuorque modis dirimunt. Nam primo id proprium est quod alicui soli speciei accidit, etsi nõ omnivt homini, medicinam geometriamque exercere. Secundo. quod omni accidit speciei, & si nõ soli, vt homini esse bipedem. Tertio. quod soli & omni, sed aliquando. vt soli & omni homini canescere, aliquando, in senectute. Quarto autẽ in quo accidere & soli speciei & omni & semper concurrunt. vt homini risibile Dubium. Quonã modo risibile semper accidit homini; cum homo non semper rideat? Dilutio. Homo semper risi
37 bilis est: & si non semper rideat. Nam risibile dicitur non quia semper rideat, risuq; soluatur semper, sed quia semper aptus est ad ridendum. Hæc autem aptitudo semper ei insita est, quemadmo & equo hinnibile. Quod præcipue & proprie proprium. Hęc autem quarto modo proprie pro
38 pria dicunt. quoniam & ipsa cum speciebus conuertuntur. Nam si quid equus est: hĩnibile est: & si quid hinnibile, equus est.

¶ De accidente. Cap. V.

ACcidens est quod adest & abest præter subiecti corruptionem. ¶ Diuidi Descri
39 tur autem in duo. nanque id eius separabile est: illud inseparbile. est enĩ dor ptio. i
40 mire separabile accidens. nigrũ vero iseparabiliter coruo & ęthiopi accidit. Diuisio.
¶ Potest autem subintelligi & coruus albus, & ęthiopus nitens colore pre
41 ter subiecti corruptionem. ¶ Diffinitur autem sic quoque. Accidens est quod contin
42 git eidem inesse & non inesse. ¶ Et quod neque genus est, neque differentia, neque spe
43 cies, neque proprium. semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur deter descri. ii.
minatis quæ proposita sunt (dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidente) descri. iii
dicendum est quę eis communia sunt & propria.

Quinti cap notæ.

Adesse, subiecto inesse aut accidentario de subiecto prædicari. Abesse vero, subiecto non inesse
39 aut de eo vere negari. Calor enim nunc homini inest nunc eidem non inest, & homo interdum calidus & interdum minime calidus est. Præter subiecti corruptionem, subiecto continuo eodem manente seu assit, siue assit accidens. Prima descriptio accidentis, pariter & secunda, proprie accidentis esi separabilis. Tertia vero communis, tam accidenti separabili, quam inseparabili compe
40 tens. Proinde dubii prompta dilutio est, illam diffinitionem nigro (collatiõe ad coruum & ęthiopem habita) non conuenire, neque id quidem oportere. Nam accidens separabile illa descriptum est, & de huiusmodi intelligi debet, & ad istiusmodi applicari, alioqui in falsæ descriptionis hallucinationem incidimus. Aliam tamen nonnullorum Peripateticorum innuit Porphyrius intelli
41 gentiam, qui hanc descriptionem ad accidens etiam inseparabile extendi voluerunt, quæ quidem hæc esse potest. Accidens est quod subiecto adesse & abesse aut reipsa, aut intelligentia, cogitatio neque præter subiecti corruptionem natum est. Primus diluendi modus sine cauillis est, secun- Acciden
dus autem ob intelligendi importunitates, atque obliquitates, multis patet obnoxius calumniis. tia ipro
Suscipiens colorem, suscipiens albedinem. albedo enim insignis color est, coloris nomen idcirco si Priarecid
bi peculiariter vendicans, nigredo vero vt quædam coloris priuatio est.
Quod contingit eidem inesse & non inesse. inesse & non inesse. adesse et abesse. eidem subiecto ma
42 nente et præter subiecti corruptionem Hinc prima descriptio secundam interpretari videtur. atque eadem prorsus esse, hoc solum distans ꝙ prima apertior, enucleatiorque est, secunda vero succinctior, atq; sublatentior. Et his duabus descriptionibus accidens, ꝙ proprie tale est, describitur: et ad illa sola accõmodandæ. Nam sunt quædã q̃ improprie sunt accidentia, et potius annexa et reducibilia quædam, vt impropria ad id quod ꝓprium est. q̃ accidentia, qualia sunt viuere, mo
43 ri, iugulari, vri, et id genus quæ tamen omnia tertia descriptione complectuntur. Quo fit, vt tertia descriptio latior et ad plura se propagans ac extendens intelligenda sit. In tertia diffinitione cum dicitur accidens non esse genus, neque species, neque differentia, neque proprium, vbique intelligitur sui subiecti, Est enĩ accidens, subiecti accidens. Semper est in subiecto subsistens.

ſemper natum eſt ſubiecto ineſſe,de ſubiectove accidentario verificari. Albedo enim quandiu eſt,
ſemper ſubiecto,vt corpori ineſt,de ſubiectove,vt de corpore prędicatur.

PARAPHRASIS CAP.QVINTI.

QVintum cap.accidentis deſcripoiones tres,diuiſio vna,dubium & dilutio. Pri 39
ma deſcriptio. Accidens eſt quod adeſt atque abeſt,pręter ſubiecti corruptionē. 40
Diuiſio; Diuiditur autem accidens in duo.nam hoc ſeparabile eſt, illud vero inſe
parabile. Sedere ſiquidem accidens ſeparabile eſt.nigrum autem coruo & ęthiopi 41
inſeparabiliter accidit. Dubium. Si nigrum coruo & æthiopi inſeparabiliter ac-
cidit;quonam pacto igitur eorum accidens erit,cum abeſſe non poſſit? Dilutio.
Tameſi nigrū ab illis re ipſa abeſſe non poſſit,intelligentia tamen & cogitatiōe poteſt abeſſe. po
teſt quidem & coruus albus et æthiops ſuſcipiens colorem concipi, pręter ſubiecti corruptionē.
Secunda deſcriptio· Diffiniunt aūt ipſi et hoc pacto. Accidens quod contingit eidem ineſſe ac nō
ineſſe. Tertia diffinitio. Accidens eſt quod genus eſt,neq; differentia,neq; ſpecies, neq; proprium,
ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Determinatis itaq; omnibus propoſitis genere inquam,
ſpecie,differentia,proprio,et accidente;differendum quæ communia quęve illis peculiaria ſint.

De communitatibus & differentijs quinque vocum. Cap. VI.

I Cōmu. COmmune quidem eſt omnibus de pluribus prædicari,quem 44
G admodum dictum eſt. Sed genus quidem de omnibus ſub ſe
S ſpeciebus & indiuiduis,& differentia ſimiliter. ſpecies autem
D de ijs quæ ſub ipſa ſunt indiuiduis. atvero proprium & de ſpe
P cie cuius eſt proprium:& de ijs quæ ſub ſpecie ſunt indiuiduis
A accidens autē & de ſpeciebus & de indiuiduis. Nāque animal
de equo & boue prædicatur,quæ ſunt ſpecies: & de hoc equo
& de hoc boue quę ſunt īdiuidua. irrationale vero & de equo
& de boue,& de ijs qui ſunt paticulares prędicatur,ſpecies au
tem vt homo ſolum de ijs qui ſunt particulares homines, prædicatur. proprium vero
de ſpecie cuius eſt propriū.de ijs q̄ ſub ſpecie ſunt indiuiduis.vt riſibile de homine & de
ijs qui ſunt particulares. nigrum autem & de ſpecie coruorum & de ijs qui ſunt parti-
culares.quod eſt accidens inſeparabile,& moueri de homine, & de equo quod eſt acci-
III dens ſeparabile,ſed principaliter quidem de indiuiduis:ſecundo vero loco de ijs quæ cō 45
Cōmu. tinent indiuidua. Commune autem eſt generi,& differentiæ continentia ſpecierum.
G Continet enim & differētia ſpecies,& ſi nō omnes quot genera.rationale enim (etſi nō
D continet ea quæ ſunt irrationalia vt genus,quemadmodum animal) tamen continet ho
minem & deum,quæ ſunt ſpecies. 46
Et quæcunque prædicantur de genere vt genere: & de ijs quæ ſub ipſo ſunt ſpecie-
bus prædicantur.& quęcunque prædicantur de differentia vt differentia: & de ea (quæ
VI ex ipſa eſt) ſpecie prædicabuntur. Nam cum genus animal ſit, non ſolum de eo prædi-
Diffe. cantur vt genere ſubſtantia & animatum & ſenſibile: ſed etiam de ijs quæ ſunt ſub
G animali ſpeciebus omnibus prędicantur hęc, vſque ad indiuidua. cumque differentia
D ſit rationale,prędicatur de ea vt differentia,id quod eſt ratione vti: & non ſolum de eo
quod eſt rationale,ſed etiam de ijs quę ſunt ſub rationali ſpeciebus, prædicabitur ratio
ne vti. Commune autem eſt perempto genere,vel differentia; ſimul perimi quę ſub
ipſis ſunt. Quemadmodum enim ſi nō ſit animal,non eſt equus neque homo, ita ſi nō 47
ſit rationale,nullum erit animal quod vtatur ratione.
Proprium autem eſt generi de pluribus prędicari quam differentia & ſpecies,& pro 48
prium & accidens. Animal enim de homine & equo,& aue,& ſerpēte prædicatur qua-
drupes vero de ſolis quatuor pedes habentibus,homo vero de ſolis indiuiduis. & hin
nibile de quo ſolum, & de ijs qui ſunt particulares, & accidens ſimiliter de paucori-
bus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, non eas quæ com-
plent ſubſtantiam generis,ſed quæ ſunt diuiſiuæ.
Amplius. Genus continet differentiam poteſtate(animalis enim hoc quidem ratio- 49
nale eſt:illud vero irrationale)differentiæ vero non cotinēt genera. Amplius. Gene 50
ra quidem priora ſunt ijs quæ ſunt ſub ſe poſitæ differētijs, propter quod ſimul quidē

51 eas auferunt, non autem simul auferuntur ab eis. Sublato enim animali, aufertur ratio
52 nale & irrationale: differentiæ vero non amplius simul auferunt genus. nā etsi omnes interimantur: tamen substantia animata sensibilis subintelligi potest, quæ est animal. iij
53 ¶ Amplius. Genus quidem in eo quod quid est: differentia vero in eo quod quale quidam est (quemadmodum dictum est) prædicatur. ¶ Amplius. Genus quibus vnū est secundum vnanquamque speciem, vt hominis id quod est animal: differentiæ vero plurimæ sunt, vt rationale, mortale, mentis & disciplinæ perceptibile, quidem ab aliis ani commu. G S V
54 malibus differt. ¶ Et genus quidem consimile est materiæ, formæ vero differentia. D.
55 Cum autem sint & alia communia, & propria generis & differentiæ. nunc ista suffi
56 ciant. ¶ Genus autem & species commune quidem habent de pluribus (quemadmo
56 57 dum dictum est) prædicari. Sumatur autem species vt species solum, non etiam vt ge
58 nus: si fuerit idem species & genus. ¶ Commune autem his est: & priora esse iis de quibus prædicantur. ¶ Et totum quoddam esse vtrumque.

¶ Differunt autem eo quod genus quidem continet species sub se, species vero continetur, & non continet genera. de pluribus enim genus quam species prædicatur.

¶ Amplius. Genera præiacere oportet, & informata specificis differētiis perficere species. vnde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimentia: sed quæ nō simul in
60 terimantur. & species quidem cū sit: est & genus omnino. genus vero cum sit: nono m iij
61 nino erit species. ¶ Et genera quidem vniuoce de speciebus prædicantur: species ve commu
62 63 ro de generibus minime. G

¶ Amplius. Genera quidem abundant earum quæ sub ipsis sunt specierum continen P.
64 tia: species vero a generibus abundant propriis differentiis. ¶ Amplius. Neque species fiet vnquam generalissimum, neque genus fiet vnquam specialissimum.

¶ Generis autem & proprii commune quidem est: sequi species. Nā si homo est: animal est. & si homo est, risibile est. ¶ Et equaliter prædicari genus de speciebus: & pro
65 66 prium de iis quæ illo participant indiuiduis. æqualiter enim & homo, & bos animal est
67 & Cato, & Cicero risibile est. ¶ Commune autem est etiam vniuoce prædicari genus de propriis speciebus. & proprium de iis quorum est proprium.

¶ Differunt autem, quoniam genus quidem prius est: posterius vero proprium. V

¶ Oportet enim esse, animal: dehine diuidi differentiis & propriis. Et genus quidem Diffe. de pluribus speciebus prædicatur: propriū vero de vna sola specie cuius est proprium. G ¶ Amplius. Proprium quidem cōuersim prædicatur de eo cuius est proprium: genus P vero de nullo conuersim prædicatur.

68 69 Nam neque si animal est: homo est: neque si animal est: risibile est. sin vero homo est: risibile est & conuerso. ¶ Amplius. Proprium omni speciei inest cuius est proprium Id a græ & soli, & semper, genus vero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus, & semper, co nunc nō autem soli. ¶ Amplius. Species quidem interemptæ, non simul interimūt gña quo euariat rum sunt species. propria vero interempta, simul interimunt ea quorum sunt propria & iis quorum sunt proria interēptis: & ipsa simul interimuntur.

70 ¶ Generis vero & accidentis commune est, de pluribus (quemadmodum dictum est) prædicari, siue separabilium illud accidens sit, siue inseparabilium, Etenim moueri de pluribus: & nigrum de coruis, & de omnibus æthiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur. I

71 72 ¶ Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante speciem est: accidentia vero commu.
73 speciebus posteriora sunt. Nam etsi inseparabile sumatur accidens: tamen prius est il G lud cui accidit, quam accidens. A

¶ Et genere quidem quæ participant, æqualiter participant: accidente vero non æqua iiij
74 liter. Intensionem enim & remissionem suscipit accidentium participatio: generum vero minime. ¶ Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt: genera vero & species natrualiter priora sunt indiuiduis substantiis. ¶ Et genera quidem in eo quod quid est prædicantur de iis quæ sub ipsis sunt: accidentia vero in eo quod quale Differē. G A
76 aliquid est, vel quomodo se habeat vnumquodque. Qualis enim est æthiops interrogatus: dicis, niger. & quēadmodū se Socrates habeat: dicis. quoniam sedet vel ambulat.

Genus igitur quo ab alijs quatuor differat dictum est.contingit autem etiamvnũquod
que aliorum differre ab alijs quatuor differat. quare cum quinque quidẽ sint,vnũquod
que autem ab alijs quatuor differat,quater quinque, viginti fiunt omnes differentiæ.
¶Sed semper deinceps enumeratis, & secundis quidem vna differentia dificientibus
(propterea quoniam iam sumpta est)tertijs vero duabus, quartis vero tribus, quintis
vero quatuor:decem omnes fiunt.quatuor tres,duæ vna. genus enim quo differt a dif
ferentia,& specie,& proprio,& accidente:dictum est.quatuor igitur differentiæ. Diffe-
rentiavero quod differat a genere dictum est,quãdo quo differt genus ab ea dicebatur:
reliquum est igitur quo differat differentia,a specie,proprio,& accidente dicatur. & fi-
unt tres.rursus species quo quidem differat a differentia dictum est, quando quo dif-
fert a specie differentia dicebatur.quo etiam differat species a genere dictum est: quan
do quo differt genus a specie dicebatur.reliquũ est igitur vt quo differat species a pro-
prio.& accidente dicatur:duæ igitur sunt hæ differentiæ. Proprium autem quo diffe-
rat ab accidente relinquetur,nam quo a specie, & differentia, & genere differat prædi-
ctum est,in illorum ad ipsum differentijs. Quatuor igitur sumptis generis ad alia dif
II ferentijs: tribus vero differentiæ, duabus autem speciei, vna vero proprij ad acci-
Cõmu. dens:decem erunt omnes:quarum quatuor quæ sunt generis ad reliqua, superius de-
D monstrauimus: ¶Commune ergo differentiæ & speciei est.æqualiter participari.ho 76
S mine enim æqualiter participant particulares homines,& rationali differentia. 77
¶Commune vero est & semper adesse ijs quæ illis participant. Semper enim Socra-
IIII tes rationalis est,& semper Socrates homo. 78
Diffe. ¶Proprium autem differentiæ quidem est in eo quod quale est prædicari.speciei vero
D in eo quod quid est. Nam etsi homo velut quale quid accipiatur, non tamen simplici-
S ter erit quale, sed secundum id quod generi aduenientes differentiæ eum constituerũt:
¶Amplius. Differentia quidem in pluribus sæpe speciebus consideratur: quemadmo 79
dum quadrupes in pluribus animalibus specie differẽtibus:species vero in solis ijs quę
sub specie sunt,indiuiduis est.
¶Amplius.Differentia prior est ea specie quæ est secundum ipsam. Simul enim abla 80
tum rationale interimit hominem:homo vero interemptus non aufert rationale cum 81
sit deus. ¶Amplius.Differentia quidem cõponitur cum alia differentia (rationale enĩ
& mortale compositum est in substantia homini)species vero speciei non componitur
vt gignat aliam aliquam speciem. Quædam enim equa cuidam asino permiscetur ad
II muli generationem, equa autem simpliciter,asino composita, nunquam perficeret
Cõmu. mulum. ¶Differentia vero & proprium commune quidem habent æqualiter par 82
D ticipari ab ijs quæ illis participant. Aequaliter enim rationalia, rationalia sunt, & ri-
P sibilia, risibilia sunt.
II ¶Et semper.& omni adesse commune vtrisque est. Et si enim curtetur qui bipes est: 83
Diffe. tamen ad id quod natum est semper,dicitur:quoniã & risibile in eo quod natum est sem
D per,dicitur:sed non in eo quod semper rideat. 84
P ¶Proprium autem differentiæ,est quoniam hæc quidem de pluribus speciebus dici- 85
tur sæpe,vt rationale de deo,& homine:proprium vero dicitur de vna sola specie cuius
est proprium. ¶Et differentia quidem illis est consequens quorum est differentia 86
sed non conuertitur:propria vero conuersim prædicantur de ijs quorum sunt propria,
propter id quod conuertuntur.
II ¶Differentiæ autem & accidenti commune quidem est, de pluribus dici. ¶Commu-
Cõmu. ne vero est & ad ea quę sunt inseparabilia accidentia semper,& omni adesse. Bipes enĩ 87
D semper adest omni homini:& omnibus coruis nigrum esse similiter.
A ¶Differunt autem quoniam differentia quidem continent species & non continentur 88
(continet enim rationale deum & hominem)accidentia vero aliquo quidem modo cõ
tinent,eo quod in pluribus sint:aliquo vero modo continentur,eo quod non vnius ac
cidentis susceptibilia sint subiecta,sed plurium. ¶Et differentia quidem intensibilis 89
est,& irremissibilis:accidentia vero magis & minus suscipiunt. ¶Et impermixtæ qui- 90
dem sunt contrariæ differentiæ, mixta vero nonnunquam sunt contraria accidentia:
Huiusmodi quidem communiones & proprietates differentiæ, & cæterorum sunt.

Species vero quo quidem differt a genere, & differentia dictum est, in eo quod dice
bamus quo genus differt a cæteris,& quo differentia differt a cęteris,reliquum est quo
differt a proprio & accidente,vt dicatur.
91 ¶Speciei autem & proprij commune quidem est:adinuicem conuersim prædicari. II
Nam si homo est:risibile est,& si risibile est,homo est. Risibile vero quoniam secun- Cõmu.
dum id quod natum est ridere sumendum,sæpe iam dictum est. S
92 ¶Commune autem est æqualiter esse. Aequaliter enim assunt species ijs quę illis par P
ticipant,& propria ijs quorum sunt propria.
93
94 ¶Differt autem species a proprio, quoniam species quidem potest & aliorum genus IIII
esse:proprium vero & aliarum specierum esse proprium impossibile est. ¶Et species Diffe.
95 quidem ante subsistit quam proprium.proprium vero post fit in specie. Oportet enim S
96 homiem esse:vt sit risibile. ¶Amplius. Species quidem semper actu adest subiecto pro P
prium vero aliquando,& potestate. Homo enim semper actu est Socrates: non vero
semper ridet,quanuis natus sit semper vt sit risibilis. ¶Amplius. Quorũ termini sunt
differentes,& ipsa sunt differentia. Est autem speciei quidem sub genere esse & de plu
ribus & differentibus numero in eo quod quid est prædicari,& cætera huiusmodi. pro
97 prij vero & soli,& omni,& semper adesse.
¶Speciei vero & accidentis commune quidem est de pluribus prædicari. Raræ vero I
98 sunt aliæ communitates:propterea quod quamplurimum distant abinuicem accidens: Cõmu.
& id cui accidit. Propria vero sunt vtriusque,speciei quidem in eo quod quid est prædi S
cari de ijs quorum est species:accidentis autem in eo quod quale quiddam est, vel quo A
modo se habens est. Et vnanquamque substantiam vna quidem specie participare. plu IIII
ribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Diffe.
99 ¶Et species quidem præintelliguntur accidentibus, etsi etiam sint inseparabilia (opor S
tet enim esse subiectũ vt illi aliquid accidat) accidentia vero posterioris generis sunt, A
& aduentitiæ naturæ.
100
101 ¶Et speciei quidem participatio æqualiter est:accidentis vero etsi inseparabile sit non
æqualiter. Aethiops enim æthiopis habebit colorem vel intensum amplius, vel remis-
sum secundum nigredinem. Restat autem de proprio & accidente dicere quo eñ pro-
prium a specie,& differentia,& genere differt:dictum est.
102 ¶Commune autem proprio & inseparabili accidenti est, quod præterea nunquam cõ II
sistant illa in quibus considerantur.quemadmodum enim præter risibile non subsistit Cõmu.
103 homo:ita nec præter nigredinem subsistit æthiops. Et quemadmodum semper,& om P
104 ni adest proprium,sic & inseparabile accidens. A
¶Differunt autem:quoniam proprium vni soli speciei adest, quemadmodum risibile Diffe.
homini:inseparabile vero accidens vt nigrum,non solum æthiopi,sed etiã coruo adest P
& carboni,& hebeno & quibusdam alijs.
105 A
106 ¶Amplius proprium conuersim prædicatur de eo cuius est proprium,& æqualiter:in
separabile vero accidens conuersim non pędicatur. ¶Et propriorum quidem æqualis
est participatio,accidentium vero vel magis vel minus. Sunt quidem aliæ communi-
tates.vel proprietates eorum quæ dicta sunt: sed sufficiunt etiam hæc ad discretionem
eorum,communitatisque traditionem.

¶Introductionis quinque vocum Porpyrij finis.

Sexti cap. notæ.

94 Communitas,conuenientia. Commune:conuenire. Proprium,peculiare: quove differunt abinui-
cem. Quinque voces:genus,differentia,species,proprium,accidens,quinque pędicabilia. Diffe-
rentia,differentia non vltima. Accidens separabile primo & præcipue indiuiduis conuenire,est
ipsum antecedenter indiuiduis conuenire. Quia enim hic homo albus est, & hic equus albus est,
necessario concludimus hominem album esse,& ,& equum album esse.
Antecedens ei primariũ est,primum primum præcipuumque locum obtinens, consequens vero
secundarium, Continet aliquid alterum,cum de eo & de alijs etiam prædicatur: latiusque se fun-
95 dit, Plura multa,& interdum comparationis excessum designat, quod facile intelligitur cũ ei par
ticula quam adiungitur;aut quippiam quod æquivaleat. De genere aliquid prædicatur vt genus
est,cum superius aut genus aut differentia de inferiori genere pędicatur. Et de differẽtia aliquid
prædicatur vt differentia:cum omnino & vniuersim de differentia dicitur,vt omnino ratione id

est quod suapte natura vtitur ratione. Prius, prius secundo, a quo nequaquam conuertitur subsi
stendi consequentia. Auferri, perimi, destrui, tolli, negari. Si a materia physica omnes formas au 50
feras, mente & cogitatione materia manet quæ & illis cogitatione prior est, reipsa tamen ne for-
te quid sit otiosum, non manet, ita par esse velle videtur Porphyrius, sublatis cunctis posteriori-
bus differentijs, genus adhuc mente, cogitationeque manere, etsi forte reipsa non maneret. Nam
genus intelligentia prius, differentia vero intelligẽtia & cogitatione posterior. Est eñ genus vt ma
teria, & differentia vt forma. Et qui norit analogiam materiæ, formæ, & compositi sequi, poterit
complurima ad Porphyrij mentem intelligere, quæ alioquin intellectu videbuntur vel difficilli-
ma. Differentiæ quæ sub generibus existunt, eæ sunt quibus genera dirimuntur. Totum, totum
vniuersale maius, quodque antecedit. Pars, pars subiectiua, minus atque quod subiicitur.
Prædicantur, accommodata prædicatione dicuntur. Est enim accommodata prædicatio quæ re- 56
cta & non obliqua, versaque prædicatio est. vt cum æqualia de æqualibus & maiora de minori- 59
bus prædicantur. De qua sola (ceu sentit Boetius) intentio Porphyrij suscipienda est. Inquit eñ.
Alia quidem recto ordine prædicantur, alia vero obliquo, vt homo mouetur rectum est. quod
autem mouetur hominem esse, conuersum. Quod siquis vim prædicationis attenderit in singu-
lis comparans prædicationibus, eas quidem prolationes quæ rectæ sunt, inueniet a Porphyrio
esse numeratas, eas vero quæ conuerso ordine prædicantur fuisse sepositas. Aequaliter: æque, ne 63
que magis, minusve suscipiens. Vniuoce, vno modo, vna eademque significatione. Proprium, 64
proprium speciei specialissimæ. Anytus & Melitus propria nomina a Porphyrio posita, pro
quibus Boetius alia propria, Cato, & Cicero posuit. Argyropilus vero alia, Socrates & Plato. 67
Aliqua mutuo, conuersumque prædicantur, cum inter illa subsistendi consequentia conuertitur. 68
Quid alicui speciei omni conuenire, & quid soli, in notis proprij adiectum est. 69
Quintæ differentiæ generis & proprij, ex lectione quæ nunc habetur græce, intelligentia hęc est.
Præterea si auferuntur propria, non simul auferuntur genera. Sed si auferuntur genera, simul au
feruntur species, quarum ea sunt propria, quare & speciebus sublatis quarum sunt propria, si-
mul quoque auferuntur & ipsa. Et ad hunc sensum vertit Argyropilus qui in promptu satis ad
manum plurium habetur. Ad hunc quoque & Hermolaus hoc pacto. Item proprium si tollatur,
non tollitur genus, cõtra. euerso genere, species euertitur, cuius proprium illud est. Speciebus au
tem sublatis, propria earum stare qui possunt? Et dubium non est exemplarium diuersitate aliter
vertisse Boetium. Antiqua tamen lectio, quæ & Boetii est, videtur accommodatior.
Nonnullis inanimis: vt pici, marmori, attramento, carboni, & similibus. Prius natura, naturalisq; 70
intelligentia, & ad prioris quintum modum quod & prius causa dicitur: reduci videtur.
Præcipue, primo antecedenter. Vel quomodo sese habet vnumquodque. Nam si quantitate affe- 71
ctum est secundum sciscitationem prædicatur quantitatis. si actione, passione, quando, vbi posi- 73
tiones, aut habitu, secundum illorum sciscitatione & interrogatiua prædicabitur. 74
Quartæ generis & accidentis differentiæ, exempla nunc gręce sunt νοσεῖ ἢ ὑγιαίνει, hoc est ægrotat
aut sanus est. Vetus lectio habet ambulat vel sedet. Idcirco in paraphrasi quatuor illa exempla
coniunxi, & quæ nunc & quæ antiqua habentur. Participare aliquo, communicare aliquo, cõ
uenire in aliquo vt pars subiectiua in toto alquo: & aliquo communi.
Constituunt substantialiter essentialiterque diffiniunt. Nam apte forte describunt quod vide- 76
licet mulus animal sit ex equa, asinoque proseminatum. Et quanuis id intellectu facilius sit non-
nihil forte apud Porphyrium constituere & diffinire, constitutio & diffinitio differre videantur. 81
Nam res naturalis vt homo, & ratio: diffinitioque naturalis hominis, scilicet compositum ex cor
pore & anima rationali sola ratione differre videntur. Nam vt mens huiusmodi compositum
confuse concipit, nihil de constituentibus partibus cogitãs, res naturalis & homo dicitur, vt autẽ
constituentes ipsas distincte iam quasi res ipsa resoluta sit sola tamen mentis intelligentia, atque
cogitatione in rerum autẽ natura constans atque indissipata diffinitio dicitur. Et tametsi in natu

Constitutionem a diffinitione differre.

ra nemine cogitante corpus & rationalis anima, hominem perficiant: nondum tamen nulla men
tis adueniente discretione cogitationeque neque huiusmodi constituere diffinire, neque huius-
modi constitutio diffinitio dicenda est. At vero distinguente & a confusionis aceruo eximente
intelligentia, cogitatuque superueniente, qua mens hominem apprehendit nihil aliud esse quam
compositum quiddam, totumque ex corpore & anima rationali subsistens, illud constituere dif-
finire, & illa constitutio diffinitio est. Constituere igitur & diffinire, constituto & diffinitio ratiõe
duo sunt. Sic species logica proportione quadam: totum est & constituitur & diffinitur, dissol-
uiturque, atque dissipatur quodam modo in genus & differentiam: perinde ac homo in corpus
& animam. Verum hic cum dissolutionem dissipationemque nomino, non nudam mentis no-
tionem, sed rem ipsam concipias velim. Vox enim specialis, homo: ex animali & rationali, gene

Diffinitionẽ nõ solius vocis esse.

ris scilicet & differentiæ vocibus composita non est, sed simpla est, neque quoque specialis no-
tio ex generis differentiæque notionibus coalescit, euaditque composita: sed simpla mẽtis appre
hensio est in altas minime resolubilis, dissolubilisque. Cætera vero facile intelliget analogicus.

87 Differentię ad ea quæ inseparabilia sunt commune est, id est differentiæ & inseparabilibus com-
88 mune est, ac conueniens. Continet, quod cum alicui prædicando conueniat, insuper & aliis plerisq;
cõuenit. Continetur, cũ prædicando suscipitur & insuper pleraque alia, quę inter se & cum primo
90 prædicato proprie prædicationis munus, legemque non seruant. Illa misceri posse intelliguntur:
quæ tales formas insinuãt quæ partim se pro eodem tempore in eodem subiecto admittũt. vt ca
lidum & frigidum. Caliditas enim & frigiditas partim se in tepido cõmiscent, tẽperantq; ac cõpa
tiuntur. Estq; tepiditas, calidi frigidique mixtura quædam & tẽperies, & tepidum mixtim prælan
93 guideque & remisse calidum, simul & frigidum. sed vlterius de cõtrariorum mixtura, permixtio
neque. & contemperatura pariter & remissione ad solos philosophos discutere dinoscatur perti-
97 104 nere. In prima speciei & proprii differentia sumitur species pro specie subalterna: & in secũda, spe
ciei & accidentis differentia, pro vltima specie ac specie specialissima. Potestate cũ actus non con-
uenit, at conuenire potest: vt potestate ridẽs cum actus, risusque nondum adest: sed adesse potest.
Hebenus arbor quæ in India nascitur, cuius lignum nimio nigrore sui resplendens oculis pergra
tum esse perhibetur suisque regibus huius ligni tributũ Persæ pendere solent Et Ioannes Iocun-
dus superiore anno cum recitaret Vitruuium huius arboris ad lineandas chartas vnius lignei ca
nonis, nobis pergratum fecit aspectum. Et hæ annotatiunculæ pro mediocri intelligentia intro
ductionis Porphyrianæ satis esse videntur.. Hoc insuper adiecto quod ex vnaquaque ferme com
munitate ac differentia sumi potest vna maxima, vnaque regula dialectica aut etiam plures ad
copiose disserendum, argumentandumque dialectice. Neque id quidem mirum, cum hę commu
nitates & differenntiæ ex Aristotelis Topicorum libris desumptę sunt. Et numerus cõmunitatũ
& differentiarũ quinq; prædicabilium adinuicem, ex subiecta formula facile deprehendi potest.


Prædicabilia	Communitates	Differentiæ
Genus differentiæ	iii	vi
Genus species	iii	v
Genus proprium	iii	v
Genus accidens	i	iiii
Differentia species.	ii	iiii
Differentia proprium	ii	ii
Differentia accidens	ii	iii
Species proprium	ii	iiii
Species accidens	i	iiii
Proprium accidens	ii	iii
Summæ	xxii	xl

¶PARAPHRASIS CAP. SEXTI.

SExtum cap. de communitatibus & differentiis quinque vocum, omnium summa-
44 tim communitas vna, speciatim communitates duæ & viginti, differentiæ quadra-
ginta, dubium vnum ad generis differentias. Omnium quinque vocum summa-
tim communitas. Conueniunt hoc ipso cuncta inter se prædicabilia, quod est de plu
ribus prædicari, vt iam quoque dictum est, sed genus quidem de omnibus quæ sub
ipso collocantur speciebus & indiuiduis prædicatur. Itidem & differentia. species autem de indi
uiduis quæ sub ipsa continentur, proprium vero, & de specie cuius proprium est, & de indiuidu
is quæ illi subsunt speciei at vero accidens, & de speciebus & indiuiduis prædicatur. Nanque ge
nus animal de equo & boue (quę species sunt) prędicatur: & de hoc equo & hoc boue quę sunt in
diuidua Differentia vero irrationale: de equo & boue prædicatur: & de singulis equis atque bo-
bus. Et species vt homo de paticularibus solum: indiuiduisque hominibus prędicatur. Et propri
um de specie cuius est proprium, & de indiuiduis quæ specie subsunt. vt risibile de homine & de
de particularibus, indiuiduisque hominibus. Nigrum autẽ quod est inseparabile accidens, de spe
45 cie coruorum, singulisque coruis & moueri separabile quidem accidẽs, de homine atque equo: ve
rum præcipue de indiuiduis: secunda vero ratione de speciebus, generibusque quæ continent in-
diuidua. Generis & differentiæ communitates tres. Prima. Generi & differentiæ conuenit: conti
nere species. continet enim differentia species, tametsi non omnes eas quascũque genera continẽt.
46 Nam differenta rationale (etsi non continet rationis expertia: quemadmodum & animal) conti-
net tamen angelum & hominem quę species existunt. Secunda. Quæcunque prædicantur de ge
nere vt genus est, & de speciebus quæ illi subsunt pręedicantur. Et quæcunque de differentia vt
differentia est & de specie quæ per eam constat pręedicabuntur. Nam cum animal genus sit, de eo
vt genus est, prædicantur substantia & animatum & sensitiuum, & ne id modo sed hæc de spe-
ciebus quæ sub animali sunt ad indiuidua vsque prædicantur. Et cum rationale differentia sit,
de ea vt differentia est prædicatur vti ratione & non solum de rationali, sed de speciebus quæ sub

bus quę ſub rationali exiſtunt prędicabitur vti ratione. Tertia.Commune & hoc quoq; illis eſt 44
deſtructo genere aut differentia,ſimul & ea deſtrui quę ſub ipſis ſunt,nam quemadmodum ſi nō
eſt animal non eſt equus:hunc in modum ſi non eſt rationale,neque vllum erit animal quod vta
tur ratione.Generis & differentiæ, differentiæ ſex. Prima Generi peculiare eſt de pluribus præ-
dicari quam differentia,& quam ſpecies:& proprium:& accidens. Nam genus animal de homine 45
& equo & volucre & ſerpente prędicatur.quadrupes autem differentia:ſolum de iis quæ quatu-
or pedum funguntur officio.& ſpecies homo:ſolum de indiuiduis. hinnibile quod proprium eſt,
de ſolo equo,& particularibus equis:& accidens ſimili modo de paucioribus.Oportet tamē hoc
in loco differencias ſumere quibus dirimitur genus , non autem eas quæ ſubſtantialis ipſius ge- 48
neris rationis ſunt completiuæ,ſed quæ diuiſiuæ ſunt. Secunda.inſuper genus,differentiam po-
teſtate continet,differentiæ autem non continēt genera,nā animalis hoc rationale,illud vero irra
tionale eſt. Tertia.Prӕterea genera quidē priora ſunt iis differentiis:quæ ſub ipſis exiſtunt.qua-
propter ſublata quidem genera illas ſimul auferunt,non tamen ob ipſis ſimul auferuntur. Nam 50
aīali genere ſublato:auferetur rōnale,et irrōale differentiæ vero:non etiā coauferunt genus.Nā ta-
metſi omnes animalis differentiæ auferantur:ſubſtantia animata ſenſitius mente , cogitationeq;
capi poteſt,quæ quidem eſt animal.Quarta.Item genus in eo quod quid eſt prędicatur:differen-
tia vero in eo quod quale quid eſt,vt & iam quoque dictum eſt.Quinta.Genus etiam ſecundū
vnamquanque ſpeciem vnum eſt:differentię vero plures vt hominis genus vnum eſt,animal,dif
ferenci**ę** vero plures vt rationale,mortale,atque mentis & diſciplinę ſuſceptiuum:quibus ab aliis
animantibus ſecernitur atque differt. Sexta. Deniq;,genus ſimile eſt materiæ,differētia vero for- 51
mæ.Cæterum cum alia ſint & generi,& differentiæ tum communia.tum peculiaria:quę tum ad 52
ducta ſunt ſufficere videntur.Generis & ſpeciei communitates tres.Prima.Genus & ſpecies hoc 53
ipſo conueniunt quod eſt de pluribus prædicari:quemadmodum & dictum eſt.Et ſi idem fuerit 54
ſpecies & genus,ſumatur ea ſpecies quę ſolum ſpecies eſt non etiam genus & illis commune etiā
erit de pluribus prędicari. Secūda.Commune etiam eſt generi & ſpeciei:priora iis eſſe de quibus
prędicantur. Tertia.Inſuper commune illis eſt,vtrunque quiddam totum eſſe.Generis & ſpeciei
differentiæ quinque.Prima.Differunt genus & ſpecies quoniā ſpecies genus continet:ſpecies ve
ro continentur,non autem continent genera.nec ab re nam de pluribus genus quam ſpecies prę
dicatur. Secunda Genera pręiacere præſupponique ſpeciebus oportet,quæ ſpecificis informata 55
differentiis perficiunt ſpecies,vnde fit vt ſuapte natura priora ſint genera,& ſimul ſpecies aufe- 56
rentia,ſed non quæ ſimul a ſpeciebus auferuntur.& ſi ſpecies ſit,etiam & genus omnino.ſin ve-
ro ſit genus .non omnino ſpeciem eſſe oportet. Tertia.Genera vniuoce prædicantur de ſpeciebus
quæ ſub ipſis ſunt,ſpecies autem de generibus minime.Quarta.Inſuper , genera ſuperant ſpecies 57
quę illis ſubſunt ambitu continentiaq;,at ſpecies ſuiſque ac peculiaribus differentiis ſuperāt ge- 58
nera. Quinta neq; ſpecies generaliſſimum vnquam fieri poteſt:quod nihilominus poteſt eſſe ge- 59 60
nus. neque genus vnquam ſpecialiſſimum,quod & poteſt eſſe ſpecies. Generis & proprii cōmuni- 61
tates tres. Prima.Generi cum proprio commune eſt ſpecies ſequi.Nam ſi homo eſt,animal eſt,&
ſi homo eſt.riſibile eſt.Secunda.Aequaliter prędicatur genus de ſpeciebus,et proprium de indi-
uiduis quę illo participant.Nam ęque et homo et bos animal eſt:et Anytus et Melytus ęque ri-
ſibile.Tertia.Commune etiam generi et proprio vniuoce ipſa prędicari,genus quidē de ſuis ſpe-
ciebus:et proprium de iis quorum eſt proriū.Generis et proprii differētię quinque.Prima.Diffe- 64
runt genus et proprium,qm̄ genus prius eſt,proprium autem autē eſt poſterius.Nā oportet prę 65
eſſe aīal,deide differentiis ac,ppriis dirimi.Secunda.Genus de pluribus ſpeciebus prędicatur pro 66
priū aūt de vna quadam.ſpecie cuius eſt proprium. Tertia.Pręterea proprium conuerſim prędi- 67
catur de ſpecie cuius eſt proprium,ac genus cum nullo neq; ſpecie neq; proprio conuerſa,mutua-
que prędicatione reuertitur.Nā nō ſi animal eſt:homo eſt neque ſi aīal eſt riſibile eſt.at vero ſi hō
eſt,riſibile eſt,utque econuerſo.Quarta.Inſuper proprium ſpeciei cuius eſt proprium et omni et 68
ſoli et ſemper ineſt:genus autem ſpeciei cuius eſt genus et omni quidem et ſemper ineſt,non ta- 69 70
men et ſoli.Quinta. Pręterea cum ſpecies auferuntur,non ſimul auferuntur genera quorum illę 71
ſunt ſpecies:ſed ſi auferuntur propria:ſimul quoque auferuntur ſpecies quorum ſunt propria.et 72 73
iis etiam ſpeciebus quarum ſunt propria ſublatis ſimul auferuntur et ipſa.Generis et accidentis 74
communitas vna.Generi autem et accidenti commune eſt de pluribus prędicari, quemadmodum
dictum iam eſt,ſiue id accidens ſeparabile ſit,ſiue inſeparabile.Nam et moueri accidens quidem
ſeparabile de pluribus prędicatur et nigrum accidens inſeparabile de coruis ;ęthiopibuſque et nō
nullis inanimis.Generis et accidentis differentię quatuor.Prima.Differt autem genus ab acciden
te :quoniam genus antecedit ſpecies,accidentia vero ſunt ſpeciebus poſteriora. Nam tametſi
etiam inſeparabile ſumatur accidens,prius tamen eſt id cui accidit quam ipſum accidens: Se-
cunda. Quę genere communicant,ęqualiter communicant,quę autē accidēte,non ęqualiter.Nā
intenſionem,remiſſionemque ſuſcipit accidentiū participatio :generum vero minime.Tertia.Et
accidentia in indiuiduis quidē pręcipue ſubſiſtunt,genera autem et ſpecies.natura priora ſunt
impartibilibus:indiuiduiſque ſubſtantiis.Quarta. Genera de iis q̄ illis ſubſunt in eo quod quid
eſt prędicantur,accidentia vero in eo quod quale quid eſt vel quomodo ſeſe habet vnumquodq;.
Nā ſi qualis ęthiops interrogatus fueris accommode dixeris niger.et quonā pacto ſe habet.So-

crates dixeris ęgrotat aut incolumis est, ambulat aut sedet. Dubium. Verum addubitauerit quispiam quod generatim hęc quinque adinuicem cõparando colliguntur, sumunturque differentię, & viginti esse videbuntur. Nam genus quonã pacto ab aliis quatuor differat monstratum est. & vnumquodq; aliorum ab aliis quatuor similiter differre contingit. quare cũ quinq; sint, & vnumquodque ab aliis quatuor differat, & quater quinque, viginti sint: vigĩti igitur omnes efficiũtur differentię. Dilutio. Verum non ita est, sed generatim summatimque decem duntaxat sumendæ erunt differentiæ. Nam semper deinceps enumerãtur, in primi siquidẽ ad reliqua cõparatiõe quatuor sumuntur. secundi aũt cõparatio, vna differentia destituitur, deficitque a prima ac minus habet, ob idipsum ꝙ ea ipsa iam sumpta est. tertia vero cõparatio, duabus deficit, et quarta tribus, et denique quinta quatuor. at quatuor, tres, duę, vna, decem restituunt. Decem igitur, summatim omnes he differentię fiunt. nam cum quo pacto genus differt a differentia, specie, proprioque et accidente dictum est, quatuor primi comparatione, generis scilicet ad alia sunt differentię, et quo pacto differentia a genere differat, dictum tunc est, cum quo modo ab ea genus differt dicebatur. reliquum igitur est in secundi comparatione vt quo pacto differentia a specie proprio et accidente differat dicatur, et fiunt tres differentiæ. rursus quonam pacto species a differentia discrepet, dictum tunc est, cum quo modo differentia a specie differt dicebatur, & etiã quo modo species a gñe differat dictõ est, cum quo pacto genus a specie differt dicebatur, reliquum est igitur vt quomodo species a proprio et accidente differat dicatur, duæ igitur in tertio comparatorum loco sumũtur differentiæ. Relinquetur autem solum quonam modo proprium ab accidente differat. Nam quomodo a specie, differentia, et genere differat, prędictum est in illorum ad ipsum differentiis, in quarto igitur loco comparandis vna sumitur differentia, quatuor igitur generis ad alia sumptis differentiis, et differentiæ ad alia tribus, speciei autem duabus et proprii ad accidens vna, decem erunt hę omnes differentię, quarum quidem quatuor quę generis ad reliqua sunt, anticipantes discussimus. E, hęc ex subiecta descriptione luculente dinosci videbunt.



Differentiæ & speciei communitates duæ. Prima. Differentiæ & speciei commune est, æque par- 76
ticipari. Nam singuli homines ęque homine & rationali differentia participãt, suntq; ęque hoĩes
& rationales. Secunda. Cõmune itẽ differentiæ & speciei est, semper ijs a quibus participãtur ad 77
esse. Nam semper Socrates rõnalis est, & semper Socrates homo. Differentiæ & speciei, differẽtiæ 78
quatuor. Prima. Differentiæ propriũ est in quale quid est prædicari speciei vero in eo quod quid
est. Nã tametsi homo vt quale quippiã sumatur, tñ simpliciter quale est, in qualeve prædicatur,
sed homo quippiam quale esse dicitur differentiarum rõe, quæ suo aduenientes generi ipsum con
fecerunt. Secunda Differentia persæpe in pluribus conspicitur speciebus (vt quadrupes in plu 79
ribus specie differentibus animantibus) species vero in solis indiuiduis (quæ illi subsunt) existit.
Tertia. Insuper differentia prior est ea specie quam constituit. Nam sublata differentia, simul au- 80
fertur huiusmodi species, contra autem id non oportet. Nam si non sit rationale, neq; quoque ho
mo est, at vero si non sit homo, non continuo nõ esse rationale oportet, cum nihilominus sit an-
gelus. Quarta. Differentia item cũ altera ad speciei constitutionem coniungitur (nam rationale & 81
mortale ad hominis substantialem coniunguntur rationem) sed species speciei non coniungitur
vt alia constituatur species. Nam quanq̃ quædã equa cum quodam concurrit asino ad muli ge-
nerationem, species tñ equa & asinus coniunctæ, minime perficerent mulũ. Differẽtiæ & proprij
cõmũitates duæ. Prima. Differentia & proprium id cõmune sortita sunt, æque participari ab his 82
quæ illis participant. Nam rationalia æque rationalia sunt, & risibilia ęque risibilia Secunda. Cõ 83
mune etiam vtrisq; est, & semper & oĩ adesse. nam quanuis is qui bipes est mutilus fiat, pedibus-
que truncatus. nihilo secius tamẽ semper bipes dicitur, eo ipso quod semper ad idipsum natus est
quia etiam risibile non semper ad esse dicitur qm̃ semper rideat, sed eo ipso quod ad ridendum
semper natum est. Differentiæ & propñ, differentiæ duæ. Prima: Differentiæ proprium est, persæ 84
pe de pluribus prædicari speciebus (vt rationale de angelo & homine prædicatur) proprium au
tem de Vna sola specie cuius est proprium. Secunda. Differentia ea consequitur quorum est diffe 85
rentia. at non conuertitur. Propria autem conuersim, mutuoque prædicantur de his quorũ sunt
propria, ob idipsum videlicet quod illa conuertuntur. Differentiæ & accidẽtis cõmunitates duę,
Prima. Differentiæ & accidentis cõmune est, de pluribus dici. Secunda. Differentiæ cum his quę 86 87
inseparabilia sunt accidentia commune est, & semper & omni adesse. Nam differentia bipes, sem-
per & omni homini adest, & accidens inseparabile nigrum esse, omnibus coruis consimiliter.
Differentiæ & accidentis differentiæ tres, Prima. Differunt autem differentia & accidens, quoni 88
am differentia continet species & non cõtinetur (nam rationale, angelum continet & hominem)
accidentia vero quoquo pacto continent eo quod in pluribus sunt speciebus, & quoquo pacto cõ
tinentur eo quod non vnius accidentis susceptiuæ sunt species, sed plurium Secunda. Differẽ- 89
tia intensionis & remissionis expers est, accidentia vero magis, minusque suscipiunt, Tertia. Op 90
positæ differentiæ impermixtæ sunt, at vero accidentia etiam contraria nonn unquam permisce
ri possunt. Et hę quidem sunt cõmunitates & proprietates differentię ac cęterorrm, quomodo au
tem species a genere differentia differat dictum est, vbi dicebamus quomodo genus a cæteris, &
quo etiam modo a cęteris differentia differt. superest autem vt quomodo species a proprio & ac-
cidente differat, differatur. Speciei & proprij communitates duæ. Prima. Speciei & proprio cõ- 91
mune est, inuicem conuersim prędicari. Nam si homo est, risibile est, & si risibile est, & homo quo
que est, et risibile secundum insitam ridendi aptitudinem sumendum esse, sępiuscule dictum iam
est. Secunda. Commune etiam speciei et proprio ęqualiter adesse. Nam his ęqualiter assunt speci- 92
es, quę illis participant, et propria ęqualiter iis, quarum sunt propria. Speciei et proprij differen
tiæ quatuor. Prima, Differt autem species a proprio, qm̃ species potest et aliis genus esse, propri- 93
um vero aliarum specierum proprium esse impossibile est. Secunda. Species pręsubsistit proprio, 94
proprium uero speciei succedit. Nam oportet hominem esse, vt sit risibile. Tertia insuper species 95
quidem semper actu adest subiecto, proprium autem aliquando, et potestate adest. Nã homo sem
per actu, socrates est, ridet autem non semper, quanquã semper natus est esse risibilis. Quarta. Præ 96
terea quorum diffinitiones sunt differentes, et ipsa quoque sunt differentia. Speciei autem et pro
prii diffiniriones, sunt differentes. Nam speciei diffinitio est, subesse generi, et de pluribus et diffe-
rentibus numero in eo quod quid est prędicari. et id genus talia proprii vero diffinitio est, et soli
et omni semper adesse. Speciei & accidentis communitas vna. Speciei vero accidentisque com- 97
mune est de pluribus prędicari, & rarę sunt eorum alię communitates quod plurimum, longoq;
discriminis interuallo ab inuicem distant accidens & accidenti subiecta species. Speciei & acciden 98
tis differentię quatuor. Prima. Speciei & accidentis vtriusque peculiaria quędam sunt. Primum.
Speciei proprium est in eo quod quid est de his prędicari quorum est species, accidentis vero in
eo quod quale quid est, vel quomodo aliter res sese habet. Secunda. Singulum quodque substan 99
tię indiuiduum vna specie participat, vnamque habet speciem, complura vero tum inseparabi- 100
lia. tum inseparabilia tenet accidentia. Tertia species pręconcipiuntur accidentibus. tametsi eti-
am eiusmodi accidentia sint, inseparabilia sint, nec iniuria, quandoquidem oportet esse subie-
ctum vt illi quicquam accidat; accidentia vero posterioris geniturae sunt, & aduenticiam naturã
habentia. Quarta. Speciei participatio æqualis est; accidentis vero quanuis etiam inseparabi 101

le sit,non æqualis.etenim æthiops æthiope colorem nigredine intensionem,remissionemque habere queat.Relinquitur autem de proprio & accidente dicendum. nam quo pacto propriũ a specie,differentia & genere differat:discrepetque,dictum est.Proprii & accidentis cõmunitates duæ,
101 Prima. Proprio & inseparabili accidenti commune est;nunquã sine ipsis ea in quibus esse conside
103 rantur subsistere.Nam vt sine risibili subsistere nequit homo,ita neque sine nigredine subsistere
104 potest æthiops. Secunda.Quemadmodum proprium semper & omni adest:simili quoque modo & inseparabile accidens.Proprii & accidentis differentiæ tres.Prima. Differunt autem proprium
105 & inseparabile accidens,quod proprium vni soli adest speciei,vt risibile homini, inseparabile autem accidens non vni soli.vt nigrum non solum æthiopi sed coruo,& carboni, & hebeno adest & aliis nonnullis Secunda. Insuper proprium conuersim prædicatur de eo cuius est proprium, & æquum:inseparabile vero accidens non conuersim prędicatur. Tertia.Propriorum participatio
106 æqua est,accidentium vero magis,minusve.suscipiens. Sunt autem & aliæ prædictorum communitates & proprietates ad eorum distinctionem atque consortij, communitatisque approbationem,sed quæ adductæ sufficiant.

PARAPHRASIS
quinque vocum Porphyrii Phœnicis et
Platonici et Peripatetici finis
Laus deo.
AMEN

¶LIBER PRAEDICAMENTORVM ARISTOTELIS CVM COMNENTO.


¶De æquiuocis:vniuocis,& denominatiuis. Cap.I.

AEquiuoca dicuntur quorum nomen solum con- 1
mune est:secundum nom ẽvero,substantiæ ratio
diuersa. Vt animal & homo.quod dictum est.
Diffinitio i
Horum enim solum nomen commune est.secun
dum nomen vero substantię ratio diuersa.Si eñ
quis assignet quid sit eorum vtrunque quo ani-
mal est,propriam assignabit vtriusque rationem.
¶Vniuoca vero dicuntur quorum nomen com 2
mune est:& secundum nomen eadem substantiæ
ratio.vt animal & homo,atque bos communi e-
nim nomine horum vtrumque animal nuncupa-
tur:& est ratio substantiæ eadem.Si quis enim as
signet vtriusque rationem,quid vtrũque est quo
animal est,eandem assignabit rationem. ¶Denominatiua vero dicuntur ab aliquo,so 3
lo differentia casu,secundum nomen habent appellationem,vt a gramatica gramma-
ticus:& a fortitudine fortis.
Diffinitio ii

Libri prædicamentorum Aristotelis primi cap.notæ.

Dicunrur,dici nata sunt.Nomen commune,vox,dictioque,eadem.Ratio substantiæ in iis quæ 1
diffinitionem substantialem admittunt:diffinitio essentialis In iis autem quæ homini non admit
tunt:substantialis,essentialisque significatio intelligitur,& est ea secundum quam dictio ipsa es-
sentialiter prędicatur,vt substantia,vna & eadem essentialis ratione,significationeque de homi-
ne atque equo prædicatur, similiter & corporeum & animatum & sensibile.Non enim illorum
diffinitiones aliquæ reperiuntur essentiales.Ratio substantiæ secundum commune nomẽ aliqui-
bus diuersa est:quando diuersis rationibus de illis substantialiter essentialiterque dicitur. Diffi-
nitio,diffinitio essentialis.Ratio substantiæ aliquibus est eadem ; quando nomen illis commune
secundum eandem rationem de illis dicitur essentialiter. Solo casu,sola vocis cadentia, finalique
terminatione:non autem significatione.Secundum nomen habent appellationem:quæ secundũ 2
vocem alterum quidem ab altero deducuntur. Vnde ferme denominatiua dicta videntur,quod
nomen de nomine dicatur:nomineturque.Et hic aduertendum æquiuocorum quædam esse com
muniora,& vt prædicata , quędam minus communia & vt subiecta:& consimiliter de vniuocis
est intelligendum,& omnia hæc præcipue vocum,dictionumque sunt nomina.& Aristoteles ea 3
quæ sunt minus communia & subiecta diffinit. Communiora autem & latiora sunt illa nomina
pluribus communia,quę de illis secundum diuersas substantiæ rationes,aud secundum eandem
dicuntur,sedvt sermo sit apertior quędam æquiuoca nuncupant recentiores æquiuocata,& quę
dam æquiuocantia similiter,quædam vniuoca vniuocata,& quædam vniuocantia,& hic Ari-
stoteles æquiuoca æquiuocata diffinit,& vniuoca vniuocata , ex quorum diffinitionibus facile
est diffinire quid æquiuocum æquiuocans,modo vocabulorumvsus permittatur.Nam est id cõ
mune nomen aliquibus quibus ratio substantię secundum id nomen diuersa est & quidvniuocũ
vniuocans.est enim nomen aliquibus commune;quibus nominis substantiæ ratio eadem est. ita
enim appellari tantisper non refutandum est,dum distinctius, apertiusque vnumquodq; intelli
gatur.vniuersa tñ Aristoteles æquiuoca appellat & vniuoca:estq; ęquiuocũ ęquiuoci æquiuocũ
& vniuocũ vniuoci vniuocũ:perinde ac diceremus æquiuocacũ,æquiuocãtis æquiuocatũ,&vni
uocatũ vniuocantis vniuocatum,si harum vocũ(vt iam dictum est(esset apud authores appro-
bata consuetudo.Neque oportuit Aristotelem æquiuocum & vniuocũ pro eo quod vocãt ęqui
uocans & vniuocãs diffinisse.nam ad ea quę diffinita sunt relatiua sunt:& agnito vno relatiuo-
rum facile agnoscimus & reliquum.Ideo authores solum alterum relatiuorumvt plerũq; diffini
re solent,tum quia oppositorum eadẽ disciplina & expressa vnius declaratione:alterius subtice
tur,in analogia oppositi facile dinoscenda.Id enim obseruat Aristoteles,& qui sunt disciplinarũ
gnari.Atque quod de ęquiuocato ęquiuocante,vniuocato vniuocante adductum est:magis in-
telligentię quam horum vocabulorum alicuius obseruationis gratia adductum est. Et per
vniuoca ex opposito diuersiuoca intelliguntur,quorum sunt diuersa communia nomina: vt ra-
tiones diuersę,non enim illi commune nomen aliquod est;nisi forte id fuerit transcendens.
vt homo & albedo. Et per ęquiuoca,intelliguntur multiuoca : quorum nomina diuersa & ra
tio substantię eadem.vt gladius & ensis quę recentiores appellatione abutentes,synonima appel
lant.nam quod Aristoteles gręce synonima dicit, latine ab interpretibus vertitur vniuoca.Quę

omnia vt manifestius patere possint cum appellationibus græcis subiecta declarantur figura.



Sunt pręterea eadem vt homo homo, & lapis lapis: quorum nomen secūdum ipsa est idem & ratio eadem. Hoc a synonymis differens, quod synonymis non secundum ipsamet nomē idem est: sed id nomen idem, ipsis communius est. vt animal communius homine & equo & ratio similiter eadem cōmunior. sunt itaque eadem. Vniuoca. Aequiuoca. Multiuoca. Diuersiuoca. Denominatiua. Deinde (vt Nicephorus inquit) denominatiuum cum his oībus partim conspirat, partim que dissentit. Nā denominatiuum ī nomine conuenit & in nomine disconuenit: Conuenit enim in principio & disconuenit in fine. Rursus re ratiōeq; partim conuenit, & partim discōuenit. Nam sui principalis rem rationēq; habet, sed quæ iam substantiam respiciat & de qua prædicetur accidentario. quare neq; ipsum de principali. primogeneoq; neq; principale de ipso dicitur. neq; enim fortis fortitudo; neque fortitudo fortis dicitur, vt neque quoque albedo alba, neque album albedo. Quatenus igitur in nomine conuenit, conspirat cum ęquiuocis & vniuocis, & dissentit multiuocis & diuersiuocis. & quatenus in nomine discōuenit: cōtra rursus vt in re cōuenit: cū vniuocis & multiuocis cōuenit & discōuenit cū æquiuocis & diuersiuocis quatenus autem in re dissentit: cōtra sex ex superiore figura hæc depræhendere nō est difficile. Præterea de ĩis quæ maxime talia sunt; pręcipua apud Aristotelem determinationis cura est. Idcirco denominatiua diffinit non nominis tantum, neque rei significationisque tantum, sed nominis & rei simul. nominis quidē quia denominatiuum a principali nomen accipit, sola vocis designētia diffidēs. rei autē quod denominatiuū & pricipale rem eādem significāt: vt fortis a fortitudine denominatiuū est, solo enim casu vocis differt; nō etiā significatione. nā fortitudo fortitudīe idētidē & fortis fortitudinē significat; & nomē a noie deducitur sed sup principale a principali, & deriuatum a primogeneo vt frequenter adiectiuum a substantiuo. Idcirco illud primarie fortitudinem significare videtur, hoc autem quodam modo secūdarie deductitieque atq; deriuate. Illa tum vtriusque priusque præcipua significatio dici potest.

Noīa partī eadē
partim diuersa
Ratiōes partī eç
dē partī diuersę

Significatio autem præcipua ea sola est qua prædicabilis & dictionū prædicamentalium ratio consideratur. Etsi enim album pro substantia accipiatur, ab ea tamen acceptione neque prædicabile neque dictio prædicamenti alicuius dicitur. sed a significatione qua albedinē significat, & species dicitur & qualitas, qualitatisque vocabulū. Et quod in diffinitione denominatiuorū exponunt particulam, & secundum nomen habent appellationem, de passione quadam nouitia vocabulorum quā iuniores induxerūt; id pro gymnasticis (quæ nunc passim in scholis agitari solent) faciat; non autem pro veriori synceriorique intelligentia. sed de his ambude.

¶PARAPHRASIS CAP PRIMI.

Liber prædicamentorũ Aristotelis quatuordecim Capita continet. de diffinitionibus,
de diuisionibus, de regulis permittendis, de prædicamentis in summa & de substan- 1
tia quãtitate, ad aliquid, qualitate de sex vltimis prædicamẽtis. de posiponẽdis .s. de
oppositione, priori, simul motu & habere. Cap. primũ. diffinitiones tres, Prima diffini
tio. Aequiuoca dicuntur quorum solum nomen commune est: & ratio substantiæ secundũ illud
nomen est diuersa. vt animal commune nomẽ est: & homo & animal pictum æquiuoca sunt eius.
Nam eis ipsis nomen animal commune est: & ratio substantiæ secundum idem nomen eisdem est
diuersa. De ipsis enim animal secundum diuersas diffinitiones prædicatur. non enim petenti cur
hõ animal sit, & cur pictum animal itidem animal sit: eandem assignabimus animalis pro vtroq;
diffinitionem: verum alteram atque alteram. Secunda diffinitio. Vniuoca dicuntur quorum 2
nomen commune est, & ratio substantiæ secundum illud nomen est eadem. vt homo et bos, v-
niuoca sunt animalis. Nam eis nomen animal commune est, et secundum illud nomen ratio sub-
stantiæ illis eadẽ est. De ipsis em̃ animal secundum eãdem diffinitionẽ dicitur, quærẽti em̃ & de 3
homine & de boue cur animal sit: eãdẽ ꝓfecto ꝓ vtroque animalis assignabit rationem, diffinitio
neq;. Tertia diffinitio. Denominatiua dicũtur q̃ ab aliquo solo casu differentia sunt, & secundũ
illud nomen habent appellationem, vt grammaticus denominatiuum est a grammatice, & for-
tis a fortitudine. Nam differunt solo casu, & secundum illud nomen habent appellationem.

¶De complexis & incomplexis. Cap. II.


Eorum quæ dicũtur alia quidem secundum complexionem di- 4
cuntur, alia vero sine complexione: Et ea igitur quæ secundũ
complexionem dicuntur, sunt: vt homo currit, hõ vincit. Ea ve
ro quæ sine complexione dicuntur sunt: vt homo, bos, currit
vincit. ¶Eorum quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur
in subiecto vero nullo sunt, vt homo de subiecto quidem dici
tur quodam hoĩe, in subiecto vero nullo est. Alia autẽ in sub-
iecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur. In subie 5
cto vero esse dico, quod cum in aliquo sit nõ sicut quædã pars
impossibile est esse sine eo in quo est, vt quædam grammatica in subiecto quidem est
in anima, de subiecto vero nullo dicitur. & hoc album in subiecto quidem est corpore.
omnis enim color in corpore est. Alia vero de subiecto dicuntur: & in subiecto
sunt: vt scientia in subiecto quidem est in anima: de subiecto vero dicitur, vt de grã
matica. Alia vero neque in subiecto sunt: neque de subiecto aliquo dicuntur. vt quidã
homo & quidam equus. Nihil enim talium neque in subiecto est: neque de subiecto a-
liquo dicitur. Simpliciter autem quæ sunt indiuidua, & numero singularia: de subiecto
nullo dicuntur. in subiecto autem nihil aliqua prohibet esse. quædam enim grammati-
ca in subiecto est: at de subiecto nullo dicitur.

Secundi Cap. notæ.

Ea quæ dicuntur cum complexione: sermo complexus, oratio. Quæ dicuntur sine complexione: 4
vox dictioque simplex, & incõplexa. Entia, ea quæ sunt. quæ prędicamentis sunt attinẽtia: quod 5
1 Locus de aliquo dici proprie nata sint aut de quibus aliqua dicantur. Chimera enim, Harpya, Gorgon
2 Vas Sphynx. Hirco ceruus, & similia: minime entia. siue ea quę sunt dicerẽtur. Nam neque de aliquo
3 Totum neque aliqua de ipsis proprie dicuntur. Dici de subiecto, est superius prædicari de suo inferiori.
4 Partes Superiora genera, species, differentiæ Esse in subiecto, secundum accidens, accidentaliter esse in
5 Genus aliquo, accidentaliter prædicari aut adiungi. Album enim est in subiecto, in corpore. Nam acci-
6 Spẽs dentaliter de corpore prædicatur. est enim corpus album, & albedo identidem in subiecto est in
7 Finis corpore. Nam accidentarię ei adiungitur hoc pacto, albedo in corpore est: non autem de corpore
8 Efficiẽs prędicatur, Cum dicitur non sicut quædam pars, ex opposito intelligitur, neque vt quoddam to
tum in parte. Vnde cum esse in aliquo nuncupliciter (vt sentit Seuerinus) dicatur, in loco, in
vase, in toto in partibus, in genere, in specie, in fine, in efficiente ac conseruante, & vltima forma
esse in materia. & id bifariam aut forma accidentaria, aut forma substantialis esse in subiecto, no-
no modo, & pro prima parte diffinitit Aristoteles sed logice. Cum enim dixit non sicut quędam
pars excludit esse in aliquo tertio, quinto modo, & secundam partem noni modi & cum per par
tem totum identidem intelligatur, vt per eandem particulam excluditur quartus, & sextus mo-
dus. & per particulam impossibile est esse sine eo in quo est, excluditur primus secũdus, septimus
& octauus modus. relinquitur igitur vt solum esse in subiecto pro prima parte noni modi esse in,
diffiniatur. Sed hæc exactius declarare magis est negocium quam quod breuiuscularum no-
tarum implere possit officium. Et per hanc secundam diuisionem tanguntur in vniuersum sim-
plicia, incomplexaque omnia quæcunque prædicamentis attinentia. Nam aut sunt vniuersalia
substantię, aut singularia substantiæ, aut vniuersalia accidẽtiũ, aut singularia accidẽtiũ pariter &
tãgũtur singulorũ diffinitiones. Nã vniuersalia substãtię ea simplicia sunt q̃ de subiecto dicũtur,
i subiecto vero nullo sũt, Sĩgularia substãtię, q̃ neq; dicunt̃ de subiecto neq; sũt i subiecto & eadẽ

appellantur primę substantię. Vniuersalia accidentium, q̃ dicuntur de subiecto, & sunt in subiecto. Singularia deniq; accidentiũ quæ sunt in subiecto, & non dicuntur de subiecto. Vnde manifestũ est vt rõne maxime opposita sint; vniuersalia substantię, & singularia accidentiũ. rursus vniuersalia accidentium & singularia substantię. vt subiecta vel liquidissime demonstrat formula.

Dicuntur de. non sunt in. Dicuntur de. sunt in.



Neq; dicuntur de, neq; sunt in. Non dicuntur de, sunt in

Quidam homo, singulare hominis. Quidam equus, indiuiduum, singulareque equi, & hũc in modum de similibus, habet enim quidam (authore Laurentio) magis vim notæ singularis; aliquis autem notæ particularis, sed plerunque confunduntur.

❡PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

SEcundum cap. diuisiones duæ. Prima. Eorum quæ dicuntur: quędã dicuntur cũ cõplexione, vt homo currit, homo vincit. Alia vero sine complexione, vt homo currit. vincit. Secunda. Eorum quæ sunt; quædam dicuntur de subiecto, in subiecto vero nullo sunt, vt homo dicitur de subiecto. quodam homine, in nullo vero subiecto est. Alia sunt in subiecto, & non dicuntur de subiecto. vt quædam grammatica est
in subiecto, in anima. & non dicitur de subiecto & quoddam albũ est in subiecto, in corpore (Om
4 nis eñ color in corpore est) & non dicitur de subiecto. Esse aũt in subiecto dico, q; cum sit in ali
quo non sicut quędam pars, impossibile est ipsum esse sine eo in quo est. Alia sunt in subiecto, &
dicuntur de subiecto, vt scientia in subiecto est, in anima, & dicitur de subiecto, quadam quidem
grammatica. Alia vero nec sunt in subiecto: neque dicuntur de subiecto. vt quidam homo, quidã
equus, neq; sunt in subiecto, neq; dicũtur de subiecto, & omnino nullum indiuiduum, vnũq; nu-
5 mero de subiecto dicitur, in subiecto aũt aliquod esse nihil prohibet. quædam enim grammatice
cum indiuiduum sit, vnumq; numero in subiecto est, de subiecto autem nullo dicitur.

❡De regulis. Cap. III.

QVando alterum de altero prædicatur vt de subiecto. quæcunq; Regula. I
de eo quod prædicatur, dicuntur omnia etiam de subiecto dicen
tur. Vt homo de homine quodam prædicatur, anima vero de
homine, ergo & de quodam homine animal prędicabitur, quidã
6 enim homo, & homo est, & animal. ❡Diuersorum generum &
nõ subalternatim positorum, diuersæ sunt species, & differen- Regula. II
tiæ. vt animalis & scientiæ. animalis enim differentiæ sunt, gres-
sibile, bipes, & volatile & aquatile. scientiæ vero nulla earum est,
7 neq; eñ sciẽtia a scientia differt. in eo q; bipes est subalternorũ

vero generum,nihil prohibet easdem esse differẽtias. superiora enim de ijs quæ sub ip
sis sunt generibus prædicantur.quare quæcunque differentiæ prædicati fuerint:eędem
erunt etiam subiecti.

Tertii cap.notæ.

Prædicatur vt de subiecto,dicitur vt de subiecto.Primæ regulę interpretatio.Quicquid superio
re superius est,& eius quoque īferiore.Et hæc regula de ijs quæ dicũtur de subiecto sumitur. Pos 6
set & alia de ijs quæ sunt in subiecto identidem sumi:& quæ sit huiusmodi. Quando alterum in
altero est quæcunque de eo ꝙ est in altero,vt de subiecto dicuntur, oīa in primo sunt subiecto.
Vt album in homine quidem est;de albo autem vt de subiecto dicitur coloratũ atq; quale. colo-
ratum igitur pariter & quale in homine sunt vt in subiecto.Cuius regulæ facilis hæc esset inter-
pretatio.Quęcunq; inferiora sunt in subiecto & eorum quoque superiora in eodem erunt subie-
cto.Genera nõ subalternati posita, diuersorum prędicamentorum genera.Subalternatim posita 7
eiusdem prędicamenti gña.Et hæc rursus sunt,quorum aliud sub alio, aut eorũ quodq; sub eodẽ
tertio. Differentię. differẽtiæ maxīe ꝓprię,aut vbi desunt ꝓpriæ. Authores eī quantũ fieri põt,
maxīe ꝓpriis accõmodisq; vtũtur;vbi vero illa desunt,vtũtur iis q̃ proprius ad illa accedũt. Et
pria regula dignitas est,secũda est suppositio q̃ & in aliis disciplinis postulatũ & petitio noīatur.

PARAPHRASIS CAP. TERTII.

TErtium cap.duę regulę.Prima,qñ alterũ de altero prędicatur vt de subiecto:quę
cunque de eo ꝙ prędicatur dicuntur,oīa de subiecto dicuntur: vt homo dicitur 6
de quodam hoīe vt de subiecto:& animal de homine vt de subiecto, quare ani-
mal de quodam homine dicetur vt de subiecto.Est eñ quidam homo, & homo
& aīal.Secunda regula.Diuersorũ generum & nõ subalternatim positorũ,diuer
sę sunt species & differentiæ,vt animalis & scientiæ diuersæ sunt species & diffe
rentię:differentię quidẽ.Nã aīalis differentiæ sunt:gressibile,volatile,bipes aquatile, quarũ nul- 7
la scientiæ differentia est.Non eñ scientia a scientia differt eo ipso ꝙ sit bipes.Et dictum est non
subalternatim positorum.Nam eorum generũ q̃ subalternatim posita sunt, & alterum sub alte-
ro cõtinetur:nihil obstat easdem esse species & differentias. Nã superiora de suis inferioribus præ
dicantur.Quo fit vt omnes superiorum generum differentiæ:pariter differentię sint & inferiorũ.

¶De decem prædicamentis generatim. Cap.IIII.

Diuisio. ECrum quæ secundum nullã cõplexionẽ dicuntur,singulum, aut substãtiã
significat:aut quantitatẽ.aut qualitatem,aut ad aliquid, aut vbi,aut quan- 8
do,aut situm esse,aut habere,aut agere,aut pati.Est autem substantia qui-
dem,vt singraliter dicatur:vt homo,equus.Quantitas autem:vt bicubitũ,
tricubitum.Qualitas:vt album,grammaticum. ¶ Ad aliquid: vt duplum,
dimidium,maius. Vbi vero,in foro,in Lycio. Quando autem,vt heri,superiore anno.
Cõclusio. Situm vero,vt iacet.sedet.Habere autem,ut calceatum esse,armatum esse. Agere ve-
ro,vt secare,vrere,Pati,vt secari,vri. ¶ Singula igitur eorum quæ dicta sunt,ipsa qui
dem secundum se,in nulla affirmatione dicuntur vel negatione.Horum autem ad sein 9
uicem complexione:affirmatio vel negatio fit.videtur autem omnis affirmatio vel ve
ra,vel falsa esse,eorum autem quæ secundum nullam complexionem dicuntur: nullũ
neque verum neque falsum est,vt homo,album currit,vincit.

Quarti cap.notæ.

Lycium,Athenienſis locus.Secundum se,per se,seorsum,solitarie sumptum. Enũciatio est oratio,
non omnis,sed in qua verum vel falsum est. Affirmatio,est alicuius de aliquo enunciatio. Nega-
tio vero est alicuius ab aliquo enunciatio,& hæc postea. 9

PARAPHRASIS CAP. QVARTI.

QVartum cap.diuisio vna,conclusio vna. Diuisio.Eorum quę secundum nullam cõ-
plexionẽ dicuntur:singulum aut significat substantiam, aut quantitatem aut qua- 8
litatem,aut ad aliquid,aut agere,aut pati,aut quando,aut vbi, aut situm esse, aut
habere Substantiam(vt crassa dicamus minerua)vt homo,equus.Quantitatem.vt
cubitum,tricubitum.Ad aliquid:vt duplum,dimidium,maius. Qualitatem.vt al-
bum,grammaticum. Agere:vt secare,vrere.Pati.vt secari,vri. Quando.vt heri, superiore anno,
Vbi.vt in Lycio.Situm esse.vt recumbere,sedere.Habere.vt calceatum esse,armatum esse.Con-
clusio.Nullum eorum quę secundum nullam complexionem dicuntur secundum se sumptũ,affir
matio,aut negatio est.Nam oīs affirmatio aut negatio,vera aut falsa esse videtur. Atqui nullũ
eorũ quæ secundũ nullam cõplexionem dicuntur,verum est aut falsum. Nullũ igitur eorum quę 9
secundũ nullam cõplexionem dicuntur;affirmatio aut negatio esse ponendum est, quod cum ita
est ex eorum tamen adinuicem cõplexione atque compositione:affirmatio paritur & negatio.

10 ¶ De substantia. Cap. V.

SVbstantia autem est quae proprie & principaliter & maxime
dicitur: quae neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subie- Diffinitio. I.
cto aliquo est. vt quidam homo, & quidam equus.
11 ¶ Secundę autem substantiae dicuntur species, in quibus (eae Diffinitio. II.
quae principaliter substantiae dicuntur) insunt: & hae quidem
& harum specierum genera. vt quiddam homo in specie qui-
dem est in homine: genus vero speciei animal est. secundae igi
tur hae substantiae dicuntur: vt est homo, atque animal.
¶ Manifestum est autem ex iis quae dicta sunt: quoniam eo-
12 rum quae de subiecto dicuntur necesse est & nomen & rationem de subiecto praedica-
ri. vt homo de subiecto quodam homine dicitur: praedicatur etiam & nomen, hominẽ
enim de quodam homine praedicabis: & ratio quoque hominis de quodã homine prae Conclusio I.
dicalitur, quidam enim homo est, & animal rationale mortale. quare & nomen & ra-
tio de subiecto praedicabitur.
¶ Eorum vero quae in subiecto sunt: in plurimis quidem neque nomen, neque ratio
praedicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prędicari
aliquando de subiecto: rationem vero impossibile est. vt album cũ in subiecto sit cor-
pore: praedicatur de subiecto (dicitur enim corpus album) ratio vero albi nunquam de
corpore praedicabitur. alia vero omnia aut de subiectis dicuntur primis substantiis aut
in subiectis eis sunt.
¶ Hoc autem manifestum est ex iis quae per singula proponuntur. vt animal de ho-
mine praedicatur: ergo & de quodam homine animal praedicabitur. Nã si de nullo quo
rundam hominum: neque omnino de homine rursus color in corpore est: ergo & in
quodã corpore. Nam si non in aliquo esset singulorũ: nec omnino in corpore. quare
alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantiis: aut in subiectis eis sunt.
13 ¶ Non ergo existentibus primis substantiis: impossibile est aliquid aliorum esse. Om Corollarium.
nia enim alia aut praedicantur de eis: aut in subiectis eis sunt. quare non existentibus
primis substantiis: impossibile est aliorum aliquid esse. Conclusio. II.
¶ Secundarum vero substantiarum, magis substantia est species quam genus. Propin
quior enim est primae substantiae. si quis enim assignet primam substantiam quid est,
14 euidentius & conuenientius assignabit speciem quam genus assignans. vt hominem
quendam manifestius assignabit, hominem quam animal assignans. illud enim propri-
um magis cuiusdam hominis. hoc autem communius. & cum quandam arborem assi-
gnauerit: manifestius assignabit assignando arborem quam plantam. ¶ Amplius. Pri-
mae substantiae ideo quod aliis omnibus subiiciuntur, & omnia alia vel de ipsis praedi-
cantur, vel in ipsis sunt: propter hoc maxime substantiae primae dicuntur. quemadmo-
dum autem primae substantiae ad alia omnia se habent: sic & species ad genus se ha-
bet. subiicitur enim species generi. genera enim de speciebus praedicantur: species autẽ
15 cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his species genere magis substantia est. Conclusio. III.
¶ Ipsarum vero specierum quaecunque non sunt genera: nihil magis alterum altero
substantia est. Nihil enim familiarius assignabis de quodam homine, hominem assi- Conclusio. IIII.
gnando: quam de quodam equo, equum. ¶ Similiter autem & in primis substantiis:
nihil magis alterum altero substantia est. Nihil enim magis quidam homo substan- Conclusio V
16 tia est: quam quidem bos.
¶ Merito autem post primas substãtias: sola aliorum omnium species & genera secũ
dę substantiae dicuntur. sola enim haec. eorum quae prędicantur primam substantiam
indicant. quendã enĩ hominẽ si quis assignauerit quid est: speciem quidem quam ge-
17 nus assignando, familiarius demonstrabit, & manifestius faciet hominem assignando
quam animal. Aliorum vero omnium quicquid assignauerit quis, assignabit extranee:
velut album, aut currit, aut aliud quodcunque talium assignans. quare merito hae solę
aliorum secundae substantiae dicuntur.
¶ Amplius. Primę substantiae eo quod aliis omnibus subiiciuntur, & omnia alia de il
lis prędicantur, vel in ipsis sunt proprissimę substantię dicuntur. sicut autem primę
substantię ad alia omnia se habent ita genera & species primarũ substantiarũ ad reliqua

omnia se habent.de his enim reliqua om nia prædicantur.quædam enim hominem di- 01
ces grammaticum esse:ergo & hominem & animal grammaticum dices.Similiter au- 18
tem & in alijs. ¶Commune autem omni substantiæ est in subiecto non esse. ¶Prima
nanque substantia:nec in subiecto est,nec de subiecto aliquo dicitur.secundarum ve-
ro substantiarum constat quidem etiam sic, quia nulla est in subiecto.homo enim de
subiecto quidem quodam homine dicitur:in subiecto vero nullo est.neque eñ in quo
dam homine homo est.similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam
Cõitas I. homine:non etiam est animal in quodam homine.
¶Amplius.Eorum quæ in subiecto sunt,nomen quidem de subiecto aliquando nihil
prohibet prædicari rationem vero impossibile est,secundarum vero substantiarum de
Cõitas. subiecto ratio prædicatur,& nomen,rationem enim hominis de quodam homine præ
tas. II. dicabis:& animalis similiter.quare non erit eorum substantia:quæ sunt in subiecto.
¶Non est autem proprium substantiæ hoc:sed & differentia eorum est,quæ non sunt
in subiecto .bipes enim & gressibile de subiecto quidem quodam homine dicitur: in
Cõmu- subiecto vero nullo est.neque enim in homine est bipes.neque gressibile. ratio quoq;
nitas III. differentiæ de illo prædicatur:de quocunque ipsa differentia dicitur.velut si gressibile
de homine prædicatur,& ratio gressibilis de homine prædicabitur.est enim homo gres- 19
sibilis. ¶Non vos vero conturbent substantiarum partes,quæ ita sunt in toto,quasi in
subiecto sint:ne forte cogamur eas non esse substantias confiteri.Non enim sic in sub-
iecto esse dicebantur quasi partes essent.
¶Inest autem substãtijs & differentijs omnia vniuoce prædicari.Omnia enim quę ab 20
his prædicata sumũtur:aut de indiuiduis prædicãtur aut de speciebus .a prima nanque
substantia nulla est prædicatio.de nullo enim subiecto dicitur . secundarum vero sub-
Cõmu. stantiarum species quidem de indiuiduo prædicatur:genus vero & de specie & de in-
IIII. diuiduo.Similiter autem & differentiæ:& de speciebus & de indiuiduis prædicantur:
& rationem quoque suscipiunt primæ substantię,specierum & generum; & species ge
neris.quæcunque enim de prędicato dicuntur:eadem & de subiecto dicentur.similiter
autem rationem differentiarum suscipiunt species & indiuidua . vniuoca autem sunt
quorum & nomen commune est:& ratio eadem. quare omnia quæ a substantijs & dif
ferentijs sunt:vniuoce prædicantur . Omnis autem substantia videtur hoc aliquid
significare,& in primis igitur substantijs indubitabile,& verum est:quoniam hoc aliqd 21
significant. Indiuiduum enim & vnum numero est quod significatur. In secundis vero
substantijs videtur quidem similiter propter appellationis figuram hoc aliquid signi-
ficare,quando quis dixerit hominem vel animal:non tamen verum est,sed magis qua-
le aliquid significant,neque enim vnum est quod subiectum est , quemadmodum pri-
Cõmun. mæ substantię:sed pluribus homo dicitur,& animal.
V. ¶Non autem simpliciter quale quid significat quemadmodum album(nihil enim ali- 22
ud significat album,quam qualitatem)at species & genus circa substantiam qualitatem
determinant.qualem enim quandam substantiam significant.plus autem in genere de
Nullum terminatio fit,quam in specie. dicens enim animal plus complectitur,quam qui homi
nulli est nem. ¶Inest autem substantijs nihil illis esse contrarium. Primæ enim substantiæ qd
cõtrariũ. erit contrarium:vt cuidam homini,vel cuidam animali:nihil est contrarium . at vero 32
duę nega nec homini nec animali aliquid est contrarium.Non est autem hoc substantiæ propri-
tiones ne um.sed etiam multorum aliorũ.vt quãtitati.bicubito,eñ vel tricubito,nihil est contra
gãt et eñ riũ.atvero nec decem,nec alicui talium. ¶Nisi forte quis multum pauco dicat esse cõ-
est acsi di trarium,vel magnum paruo.Determinatorum vero quantorum nullum nulli est cõ- 42
cat nullũ trarium. ¶Videtur autem substantia non suscipere magis & minus . ¶Dico autem 52
alii cuili- non quoniam substantia non est a substantia magis & minus substantia(hoc enim di- 62
bet est cõ ctum est quoniam est)sed quoniam vnaquęque substantia,hoc ipsum quod est,non di
trarium. citur magis & minus.vt si est hæc substantia,homo,nõ erit magis & minus homo,nec
ipse a seipso, nec alter ab altero, non eñ est alter altero magis homo , sicut est album
alterum altero magis album , & bonum alterum altero magis bonum . sed & ipsum
a se magis & minus dicitur. vt corpus cũ sit album,magis nũc albũ esse dicetur quã pri
us:& cũ calidum sit:magis & minus calidũ dicitur. Substantia vero non dicitur magis
neque minus.nihil enim homo magis nunc homo quã prius dicitur:neque aliorũ quic
quam quæ substantiæ sunt. quapropter non recipiet substantia magis & minus;

17 ¶Maxime vero proprium ſubſtantiæ eſſe videtur.quod cum vnum,& idem numero Cōtras.
ſit:contrariorum ſuſceptiuum eſſe, vt in alijs quidem non habet quiſquam quod pro- VI.
ferat quæcunque non ſunt ſubſtantię,quod cum ſit vnum numero , ſuſceptibile con
trariorum ſit.velut color,qui eſt vnus & idem numero, non dicitur albus & niger. ne-
que eadem actio & vna numero:praua & ſtudioſa. ſimiliter autem & in alijs quæcun-
que non ſunt ſubſtantiæ:Subſtantia vero cum vnum & idem numero ſit,capax cōtra-
riorum eſt.vt quidam homo,cum vnus & idem ſit,aliquando quidem albus,aliquando
ſit niger,& calidus & frigidus,& prauus,& ſtudioſus . in alijs autem nullis aliquid tale
videtur. ¶Niſi quis forſitan inſtet,dicens orationem & opinionem contrariorum,eſſe obiectio
ſuſceptibilia.eadem enim oratio vera & falſa videtur eſſe.veluti ſi vera ſit oratio, ſede
re quendam,eo ſurgente ipſa eadem falſa erit,ſimiliter autē & de opinione. ſi quis eñ
verum putet aliquem ſedere , ſurgente eo falſo putabit eandem de eodem opinionem
habens. ¶Sed & ſi quis hoc ſuſcipiat:tamen modo differt. nam ea quæ in ſubſtantijs
18 ſunt,ipſa quidem mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum. Frigidum enim ex calido fa
ctum mutatum eſt(alteratum enim eſt)& nigrum ex albo,& ſtudioſum ex prauo.ſimi
liter autem & in alijs vnumquodque eorum mutationem ſuſcipiens:ſuſceptibile con-
trariorum eſt.Oratio nanque & opinio ipſa quidem immobilia omnino perſeuerant.
cum vero res mouetur,contraria circa ipſam fiunt . oratio nanque eius quod ſedeat ali
quis permanet eadem.cum vero res mota ſit,aliquando vera, aliquando autem falſa di
citur.ſimiliter autem eſt in opinione.quapropter ſaltem modo,proprium ſubſtātię eſt,
vt ſecundum mutationem ſuiipſius ſuſceptibilis ſit contrariorum.
¶Si quis autem recipiat etiam hæc,orationem & opinionem ſuſceptibilia eſſe contra
riorum,non eſt hoc verum. Oratio nanque & opinio non in eo quod ipſa aliquid reci
piant,contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur,ſed eo quod circa alterum aliqua paſſio
facta ſit.nam in eo quod res eſt,aut non eſt,in eo etiam oratio vera vel falſa eſſe dici-
tur,non in eo quod ipſa ſuſceptibilis ſit contrariorum.ſimpliciter enim a nullo: neque
oratio neque opinio mouetur.quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorum .cum
nulla contraria ſit paſſio in eis facta.verum ſubſtantia in eo quod id ipſa contraria reci
piat,in hoc ſuſceptibilis eſſe contrariorum dicitur. languorem enim & ſanitatem ſuſci
pit & candorem & nigredinem,& vnumquodque talium ipſa ſuſcipiendo , contrario-
rum ſuſceptibilis eſſe dicitur.quare proprium erit ſubſtantiæ hoc, quod cum vnum &
idem numero ſit.ſecundum ſuipſius mutationem,ſuſceptibilem contrariorum eſſe.
De ſubſtantia quidem hęc dicta ſunt.

Quinti cap.notæ.

10 Subſtantia quę propriiſſime,principaliter & maxime ſubſtantia dicitur prima ſubſtātia,ſiue ma
gis(vt græce habetur)quę ſubſtantia propriiſſime,& primo,& maxime ſubſtantia dicitur.Et eſt
apud Ariſtotelem diffiniti circumlocutio,non autem diffinitio.Principaliter,primo,& ferme ꝓ-
priiſſime,primo,& maxime ſubſtantię rem ipſam attēdendo apud Ariſtotelem appellentur, non
ab re forte id eſſe videtur.Nam re pariter & ratione ſingularis illę ſubſtantię ſubſiſtunt. vniuer-
ſales aūt ſubſtantiæ re ipſa vniuerſales non ſubſiſtunt,ſed ſola ratione. Quod autem & re & ra-
tione tale eſt,propriiſſime,maximeque & primo tale eſt. Quod vero ratione ſola:minus proprie,
minus tale,& ſecundo loco tale eſt Homo enim ſubſtantia eſt,re ipſa ſane ſingularis,ratione au-
tem ſola vniuerſalis.Cum enim homine ſubſtantiam dicis vniuerſalem,notionem ipſam, rationē
que reſpicis vniuerſalem, qua mediante vocabulum ad ſignificandum inditum eſt . Et id rite in-
tellectum:per vniuerſalem logicam & philoſophiam a multis prolapſibus liberat. Et circa iſta ſo
let dupliciter peccari:quidam enim res ſolas conſiderantes,notiones,rationeſq; prorſus abnuunt.
Alii ſolas notiones rationeſque curātes:res ipſas,rerumq; conſiderationes penitus refugiunt . &
neque hi neque illi poterunt vnquam ſyncere Ariſtotelem,cęteroſque authores intelligere. Iun-
gunt enim authores rem rationi.et rationem rei.ſed in logica logice,et in phyſica phyſice. Res in
logica pręcipue ꝓpter notiones,rationes,proprietateſque dictionū , et orationum , et in phyſica
rōes ꝓpter res ipſas,conditioneſq; rerū meditatur. Adeo eñ rebus rōes affines ſunt, et res ratio
tionibus;vt qui penetrans analogias aperte cognoſcant,q̄ logice intellecta logica ſunt,eadē phy
ſice intellecta,aptiſſima ſint phyſica,neq; plerunq; alias(mutato tamen intelligendi modo) & hic
et illic ſtatuit Ariſtoteles diffinitiones. Aſſimilatur enim logicus alicui,rerum ex imaginibus ſpe
culi contēplatori:et res ipſas interdum;propter imagines illas,et rerum nominaret iterum illorū

nominum nomina tractanti. Physicus vero ex opposito: rerum assimilatur contemplatori. Prædicari, prædicari proprie, & id pene superfluum est repetere. Nam authores ea quæ propria sunt, considerant, Nomen prædicari, prædicari nomine, & est vere & affirmatiue prędicari. Ratio; ratio substantiæ, de altera cum prius non meminit: cum æquiuoca & vniuoca diffiniret. Rationē prædicari, prædicari ratione & substantialiter, essentialique ratione prædicari. Subiectum, primā substantia. Denominatiue prædicatur quicquam, cum nomen sed ratio substantię non prædicatur. Vniuoce: cum nomen pariter & huiusmodi ratio. De prima substantia, vna videlicet vel pluribus. De primis substantiis, vna quidem aut pluribus. De quodam homine, de aliquo singulari hominis: ita & de quodam corpore. Maxime. Superiora de suis inferioribus prædicantur. Quicquid de vniuersali prędicatur, & de eius aliquo singularium prædicabitur. Quod de nullo singularium prædicatur: neque quoq; de eorum vniuersali prædicabitur. Et pro inductione quā Aristoteles facit, aduertendum est authores vt plurimum inductionibus imperfectis minime tamen vitiosis, deficientibus sive vti solitos. Nam in reliquis quæ non assumuntur: simile est. assumit enī vnam substantiam, animal scilicet; vt in reliquis substantiis simile intelligatur & vnum accidens, 13
vt color, quatenus idem in reliquis accidentibus esse concipiamus. Approbatio corollariī græce nunc non habetur, neque Argyropilus expressit, neque necessaria videtur. Nam ex superiore pēder, adiuncta tamen est: tum quod in traductione Boetii in quam paramus paraphrasim reperta sit, tum denique vt promptior intelligentia, teneatur. Denique eam Hermolaus non suppressit. Proinde (inquit) certum est substantiis principalibus ademptis, nihil pręterea relictum iri. Omnes enim aliæ res in alteram sortem recidunt, aut de subiectis his dicantur, aut in subiectis his cōdantur. quare substantiis primis iacentibus: cętera stare non possunt. Vnde fit, verisimile sit plerosque codices gręcos approbationem illam habere & plerosque non habere. quam equidem etiā ad lōgum approbationem reperi in vetusto exemplari gręco: quod mihi pręceptor & singularis 14
amicus Ioannes Lascaris communicauit. Pro rationibus Aristotelis, de comparatiōe substantiarum proloquia communia. 1. Quod maxime tali vicinius est: magis tale est. 2. Quod maxime tali similius, magis tale est. 3. Quæ maxime tali ęque vicina: & illa quoque ęque esse talia. 4. Quę maxime tali ęque similia: & illa quoque ęque talia. 5. Maxime tali: nihil magis tale est. Proloquia propria. 1. Substantia quæ maxime substantiæ vicinior est: magis substantia est. 2. Substantia quę maxime substantię similior: magis substantia est. 3. Substantię quę maxime substantię ęque vicinę: & illę quoque ęque substantię sunt. 4. Quę maxime substantię ęque assimilantur: & ęquē quoque sunt substantię. 5. Maxime substantię nulla magis substantia est. Pro quo subiecta notetur descriptio.

Maximæ et cões re guß.

Ioannes Lascaris. Prologa raliū com munia. 5 prologa propria. 5

Aeque	vi	Substantia	minime	vi	Corpus	minus
æque	v	Corpus	minus	v	Corpus aīatū	minus
æque	iiii	Corpus aīatū	minus	iiii	planta	minus
æque	iii	Animal	minus	iii	arbor	minus
æque	ii	homo	magis	ii	laurus	magis
æque	i	Plato	maxīe substā.	i	hęc laurus	maxime

Superior figura ascendendo mōstrat inæqualitatem. e regione autem lateraliter iacentium ęqualitatem. Ex his cognoscitur vnum & idem magis esse substantiam & minus substantiam respectu diuersorum. vt animal magis & minus est substantia. Nam magis quam corpus animatum & minus quam homo. Item quod vnū & idem magis est substantia respectu vnius primæ substantiæ quā respectu alterius, vt corpus magis substantia est ad Platonem quam ad hanc laurum. Nam platoni quā huic lauro propinquius. Sequitur rursus vt duo æque sunt substantiæ, & vnum minima sit substantia, & alterū non, ad diuersa tamen. vt substantia æque Platoni propinqua. & corpus æque huic lauro. Et hæc. et quę Aristoteles de hac materia demonstrat: subiecta formula facile deprehenduntur, inferiorum cum suis superioribus seriatim collatione facta.

Minime	vii	Substantia				
minus	vi	Corpus	æque	vi	Substantia	Minime
minus	v	Corpus aīatū	æque	v	Corpus	adhuc minus
minus	iiii	Planta	æque	iiii	Copus aiatum	adhuc minus
minus	iii	arbor	æque	iii	animal	minus
magis	ii	laurus	æque	ii	homo	magis
maxime	i	hęc laurus	æque	i	Plato	maxime

Et rationes Ariſtotelis de comparatione ſubſtantiarum:vim demonſtrationis habent. verum v-
troque modo,dialecticę videlicet & demonſtratiue,confirmari poſſunt. Si enim ex communibus
topice.& ſi ex propriis,demonſtratiue.Proprium ſecundo.de ſubiecto,de prima ſubſtantia.ſub
iectum primo loco,prima ſubſtantia.Secundario, ſecundoque loco.ſecunda ſubſtantia.Propriū
proprium quarto modo.Ratio,ratio ſubſtantiæ.Quale quid,quale ,notionem communem:quid
abſolute ſubſtantiam ſignificat.hoc aliquid,hoc notionem ſingularem:aliquid,abſolute ſubſtā-
tiam ſignificat. Et hic aduertendum cum res ipſas ſuis nominibus deſignamus: duplex qualitas
reperitur.quædam propria:& eſt ſingularis notio,qua res ipſa deſignatur.& quædam commu-
nis qualitas quæ & apellatiua:& eſt communis notio.vt ſpeciei,generis ,aut huiuſmodi. Notio
ſingularis propria idcirco & propria qualitas dicitur:quod id quod deſignatur pariter & re & ra
tione ſingulare eſt.altera communis & appellatiua:quod rebus ipſis quæ deſignantur re ipſa nō
conuenit (non enim re ipſa communes,vniuerſaleſque exiſtunt)ſed ſolum ipſis conuenit ratione
cum eas vocamus,appellamuſque.Iure igitur non propria illa qualitas fuit appellanda quę noīs
tantum eſt,& non rei id eſt quæ re pariter & ratione,non conuenit,ſed ratione ſolum,verum po-
tius communis,& appellationis qualitas ſcite nuncupanda fuit . Ergo forſitan dices prima ſub-
35 ſtantia vt Plato,vt Socrates,quale quid ſignificat. Nam abſolute ſubſtantiam notione ſingulari
quæ eſt qualitas. Non inficiamur illam ſingularem notionem eſſe qualitatem,& qualitatem pro
priam:ſed non per quale,ſed per hoc Ariſtotelico artificio dictum eſt intelligi debere,hoc enim
notionem ſingularem:& quale monſtrat deſignatque communem.Et hę duæ qualitates aſſimi-
lantur terminis:determinationibus rerum,Sunt enim termini:determinationeſque ea illa quę res
ipſas continet,vt rerum ſuperficies atque loci.Propria qualitas:loco proprio aſſimilatur.Eſtque
36 oīm hmōi qualitatū mentis minima : vt minimus rei locus, proprius.& qualitas ſpeciei aſſimila
tur cuidam loco communi:continentiæ domus quæ omnes & ſolos contineret homines ,vt for-
te domus aliqua Noe & eius totā familiam poſt catachyſmum. Qualitas generis vt anima-
lis, aſſimilatur loco:in quo omnia & ſola animalia clauderentur , vt arca Noe catachyſmi tem-
pore,Qualitas vero generaliſſimi aſſimilaretur ſupremo cælo,modo omnes ſubſtantię in eo clau
derentur:quod omnes ſubſtantias contineret.determinaretque. Verum id cęlum potius aſſimi-
37 latur qualitati qua corpus ſubſtantias omnes corporeas deſignat.& hæ rerum qualitates,deter-
minationeſque circa ipſas paulatim a minima euadūt in maximam.Nam indiuidui qualitas mi-
nima eſt,ſpeciei maiuſcula,& proximi generis continuo maior,generaliſſimi autem ſupremique
generis maxima.Et hæc:ſubiecta figura deprehendi poſſunt vel facillime.

Determinationes qualitatum circa ſubſtantias.

Maxima	Subſtantia	Continens omniū ſubſtantiarū
Maior	Corpus	Continens omnium corporum
Maior	Corpus animatum	Locus cōmunis omnium animatorum
39 Maior	Animal	Locus communis omnium animalium
Maior	Homo	Locus communis omnium hominum
Minima	Plato	Locus proprius Platonis.

Iterū liceret ad dimẽſiones & figuras comparare. vt lato lineæ ſimilis eſt : quæ dimẽſionum mi
nima eſt , vt quæ iam contineatur & non contineat,homo ſuperficiei . Animal,corpori,Cor
pus animatum,Pyramidi,Corpus,cubo,& ſubſtantia,ſphæræ,quæ omnium capaciſſima eſt.Li-
ceret temporibus,liceret & numeris,ſed hęc huic loco minus accommodata ſunt. Et ſi ſciſcitari
quenquam inceſſit cupido: an qualitates illæ potius ne rerum ſint an vocum ,nominumque ipſo
rum qualitates? Vtrorumque dici poſſunt,extrariæ tamen,vt viſio parietis,extraria eſt,tum pa
rieti,tum voci:nominique parietis.magis tamen ſunt rerum.nam ſemper apud omnes & inuari
abiliter rerum ſunt qualitates,nominum autem non ſemper,non inuariabiliter:non apud omnes
ſed aliquas,vt apud quos nomina poſita ſunt,&variabiliter.iam enim plurima in vna quāque li-
gua:abſoleta ſunt ſignificareque deſierunt Itaque iam natura quodammodo & per ſe qualita
tes rerum eſſe videntur:vocum autem precario & per accidens,vt ex indentium arbitrio & vo-
luntate. ſed hæc forſitan abundantius. Verum quia dictum eſt res ipſas , re pariter & qualitate
hoc eſt ratione non eſſe vniuerſales:hic quidam de Chryſippea ſchola Peripateticū occupauit ado
leſcentulum.Dic ſodes(inquit)eſtne ſol ſpecies ? Reſpondit puer,qualitate ſcilicet rationeque , re
autem ipſa minime ſed indiuiduum & ad indiuiduum ex ſuppoſitione potius eſt reuocandum
taleque dicendū potius quam ſpecies.Et hō(inquit) eſt ne ſpecies?Et reſpondit puer,& re pariter
& ratione. Vide igitur, inquit, quo pacto facile effectum eſt:vt res quędam ſint vniuerſales
ratione tantum vt ſol, aliæ vero cum re tum qualitate vt homo. attamen res ipſas negabas vni
uerſales . ſubriſit puer . ſi res,inquit,ſignificatiuas voces,dictioneſque nuncupas,vt dictio-
nes ſol & homo,tecum profecto ſentimus. Nā dictio homo,re vniuerſalis eſt,q plura habent mi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mero differentia, de quibus prædicetur. ratione insuper: quod qualitatē, notionēq; habeat repræ
sentandi cōmunem. Sol vero re vniuersale non est: ꝙ plura eiusmodi non habeat, de quibus præ
dicetur rōnem tamen cōmunem habeat: adeo vt si rerum author opifexque rerum nouum cōde-
ret solem, ęque hunc & illum eadem illa notione significaret, vt homo nunc Platonē & Socratem.
Veruntamen si per res ipsas ea ipsa intelligeres quæ significantia non sunt, sed designantur: si-
gnificāturque, in hoc haudquaq̄ satis tuam probaremus dialecticam, nam perperam intulisses id
rebus ipsis, significatisque tribuens, quæ solis tribuenda sunt significantibus. Tunc ille. Sed age
cum hominem rem ipsam respicis, nonne speciem esse fateberis? Esto (inquit adolescēs) aliquo mo
do. Et cum dictionem? Etiam: Rem igitur vniuersalē fateberis. Hic puer non re ipsa & secundum
id quod est, qualitate solum, atque ratione. Proinde cum hominem nomino, & rem ipsam respicio
non proprie rem illam, aut speciem, aut vniuersalem appello & simpliciter, & sine addito, sed cum
addito: scilicet & vniuersalem ratione, ex quo non colligitur: res igitur vniuersalis, igitur species,
sed in vitiū incidamus eius fallaciæ quæ a secundum quid nuncupatur. Sed cū præcipue dictio-
nem ipsam homo attendo: proprie & vniuersale, & speciem nuncupo nā re pariter & ratione tale.
Tum ille. Sed vide o adolescens, inquit, ne iterum fallaris. Nam qualitates: rationesque dictionū:
potius rerum sunt quā ipsarū vocū. Atqui voces re ipsa sunt vniuersales, tanto magis itaque &
ipsa dicendæ erunt vniuersales, vtpote quibus rationes ipsæ vniuersales magis consentiant. Va-
lide admodum id inquit puer sed si & res & voces sua qualitate dicerem vniuersales: te latere mi-
nime debuisset me non secus dicturum voces non esse re ipsa vniuersales atque ipsas res, aut for
sitan minus. Nam ratio illa vniuersalis, vtrisque extraria est. verum eo modo ratione voces dicū
tur vniuersales a qualitate, notioneque communi: vt & ipsæ res. Sed alio modo re dicuntur vni
uersales ob idipsum videlicet quod pluribus rebus accommodata. sunt nomina de quibus voces
ipsæ prædicantur. vt huic & huic rationali substantiæ quæ plures sunt: accommodata sunt no-
mina Socrates atque Plato, de quibus vox eadem homo, & eadem etiā ratione prædicatur Pro
be inquit. Sed quid si rem ipsam consentit prædicari? Secundum id quod est, ait, nequaquam cō-
cedam, vt neque genus neque speciem esse. Nam si rem ipsam secundum id quod est prædicari cō
sentirem. rem ipsam vniuersalem vt & voces concedi par, consequensque esset. At si res aut subie
cta, aut prædicata aliquando dicatur: in ordine ad ea ipsa per quæ eā enunciamus, id dicere sole-
mus Nam cum subiectum & prædicatum apud eos quibus Peripateticorum scita, doctrinæque
placent: orationis partes sint, & oratio apud eosdem diffiniatur vox quædā esse cuius aliquid par
tium significet: vt dictio, consequens igitur est, vt subiectum & prædicatum voces dictionesque
sint. Ita fili inquit tecum plane sentio. Tu igitur recte vale, & in studijs Peripateticorum (vt pro-
be cœpisti) proficere perge. eoque resalutato puer abscessit, ob id exultans gestiensque animo, ꝙ
ad suorū coæqualium congressiones nō victus sese recipere possit, quodque inscitia sua maculam
ei doctrinę quam profitebatur maxime apud exterum hominem nullā reliquerit Indiuiduum &
vnum numero: nominis & rei, re pariter & ratione. Contraria sunt quæ sub eodem genere posita
maxime distant, & eidem subiecto vicissim insunt, a quo mutuo se expellunt, nisi alterum eorum
insit a natura. Definitę & determinatę quantitates, quæ certa ratione numeri designantur. vt bi- 23
cubitum quod duorum sit cubituum decem, viginti, quod illud decem sit vnitatum, hoc vero vi
ginti. At multum, paucum magnum & paruum: suis vocabulis nulla numeri ratione certa desi
gnantur, vt suo vocabulo quanta sint deprehendātur. Ideo quātitates determinatę minime sunt.
& potius etiam illa ad aliquid: quam quātitates esse dicuntur, vt ex sequenti capite cognoscetur.
Substantia secundum idipsum quod est magis & minus suscipere: si secundum suipsius intensio- 25
nem, remissionemque magis & minus diceretur. perinde ac album secundum idipsum quod est,
suscipit magis ac minus. Secundum enim intēsionem & remissionem, se prius & posterius magis
album et minus album dicitur. et ita magis album est ad alterum album, quod quidem minus est 26
intensum. De intensione autem, et remissione exactius in philosophia. At quod prima substan-
tia magis substantia dicitur quam secunda, id ideo non est quod idipsum quod est intendatur, re
mittaturve, sed vt dictum est: quod re ipsa prima substantia talis substantia sit: qualis ratione de
signatur. nam designatur singularis, et re ipsa singularis est. Secundę aūt substantiā rō nō hūc in
modum cum re ipsa concordat. nā secunda substanetia vniuersalis designatur, quę re ipsa non est
vniuersalis: sed sola rōe sibi accōmodata. magis autem tale est, quod re et rōne tale est, q̄ quod ra-
tione solum: imo maxime tale est Prima autem substātia: cum re, tum ratione prima substātia est: 27
secunda autem sola ratione secunda substantia. Idem enim prima substātia et substātia singula-
ris: et secunda substātia, et substantia vniuersalis. Et ex his dubij dilutio liquide patere potest. In
vltima proprietate substantiæ. Maxime aduerbium est. Proprium, proprium primo modo: qđ
soli competit etsi nō omni. Sed quomodo maxime propriū dicetur: cū propriū quarto modo po
tius maxime proprium dicendum esset? profecto inter propria de substantia discussa, id maxime
proprium est. nā primum scilicet nō esse subiecto, non solū accōmodatur substātię, sed et alijs cō-
uenit. ꝙ aūt alijs conuenit non iam proprium, sed cōmune potius est dicendum, et si dicatur pro-
prium, vt secundo modo: hoc proprij improprium est vocabulū. Idem enim de secundo, quod est

vniuoce prædicari de primis & de quarto, & de quinto, scilicet non habere contrarium, & nō su
scipere magis & minus, secundum idipsum quod est. hæc enim & quantitatibus & qualitatibus,
vt formis & figuris conueniunt, & de tertio hoc aliquid significare & quale quid significare, quã
uis soli substantiæ conueniant, rationem tamē principalius, ipsamq; qualitatem quam rem ipsam
respicere videntur, hæc autem idipsum quod est, remque ipsam prorsus respicit. modo quod rōe
rei conuenit, id per se conuenire videtur. quod autē ratione qualitatis: per alterum: & quasi per
accidens. Quis igitur non videt etsi substantiæ proprium sit etiam primo modo, hoc aliquid si-
gnificare (soli enim conuenit, similiter & quale quid significare) magis tamen ipsi proprium esse,
quod ipsa vnum & idem manens secundum idipsum quod est esse susceptiuam cōtrariorum. hic
28 enim rem, illic vero rationem respicimus. Vnum & idem numero, re ipsa: Videtur enim hic præ
cipue res aspici, quod in vltimis proprietatibus obseruauie Aristoteles. Susceptibile contrariorū,
quod vicissim eorum subiectum esse natum est. Non aliter ac in imaginatione eadem imago ma-
net, re existente & non existente, quæ & re mutata non mutatur. ita quinque & oratio in voce, &
opinio in mente, eadem nunc vera nunc falsa.. quę re mutata, prorsus non mutatur. Finge specu-
lum, quod res in earum absentia retineat, saluetque, & tu ipse intra locum & re quoque illo in lo-
co esse repræsentabit, & vere quidem repræsentabit absiste a loco (quia ea speculi natura posita
est: vt rerum simulachra in earum absentia retineat, atque saluet) te adhuc illo esse in loco: repræ-
sentabit, & falso quidem repræsentabit. nulla tamen illi spectro simulachroque mutatio facta est,
sed in te solo, qui a loco abscesseris. Mens, speculum, spectrum, oratio, & opinio.

PARAPHRASIS CAP. QVINTI.

10 QVintum cap. de substantia, diffinitiones duæ, conclusiones quinque ad primam co-
rollarium vnum substantiæ, communitates sex, ad primam, tertiam, quartā, & quin-
tam: singula dubia, ad sextam instantia vna. 1. Diffinitio primæ substantiæ. Ea sub-
stantia quæ propriissime, principaliter & maxime substantia dicitur: est quę neq; est
11 in subiecto neque de subiecto dicitur, vt quidam homo, quidam equus. 2. Diffinitio secundæ
substantię. Secundæ substantiæ dicuntur tum species in quibus sunt primæ, tum illarum specie-
rum genera, vt homo & animal: Nam quidam homo in homine vt in specie: & animal hominis
genus est. Sunt itaque homo & animal secundæ substantiæ. Cōclusio prima. Cætera a prima sub
stantia, aut vniuoce, aut denominatiue dicuntur de prima substantia, aut sunt in prima substan-
tia. Nam eorum quæ dicuntur de subiecto, & nomen & ratio prædicatur, vt homo de quodā ho
12 mine & nomine & ratione prædicatur: nomine quidem quia quidam homo, homo est, ratione ve
ro qua quidam homo, animal rationale est: & eorum quæ sunt in subiecto, quorundā neq; nomē
neq; ratio dicitur, sed solum sunt in subiecto, vt de quodam homine neque albedinis nomen, ne-
que ratio dicitur, quorundam vero nomen prædicatur: at rationem prædicari impossibile est, quę
denominatiue prædicatur. Albi enim nomen de quodam corpore prædicatur (Nam quoddam
corpus album est) at vero rationem albi de quodam corpore prędicari impossibile est. Atqui om
nium horum prima substantia subiectum est. cætera enim omnia, aut de primis substantiis vt de
subiectis dicūtur, aut in primis substantiis vt ī subiectis sunt. Nō ab re igitur cætera a primis sub
stantiis, aut vniuoce dicuntur de primis substantiis, aut denominatiue, aut in primis sunt substā-
tiis. Verū & cętera omnia aut de primis substantiis vt de subiectis dici, aut in ipsis esse vt in sub
iectis facile ex singulorum inductione colligitur. Nam animal de homine prędicatur, igitur & de
quodam homine prædicatur, qui prima substantia est. Quod enim de nullo singulorum hominū
prædicatur, neque de homine prædicabitur. Rursus color est in corpore, igitur & in quodam cor
pore, quod quidem prima substantia est. Quod enim in nullo singularium corporum est, neq; quo
que in corpore est: patet igitur cætera omnia aut de primis substantiis dici vt de subiectis, aut in
ipsis esse vt in subiectis. Corollariū. Quo fit vt si non sint primę substantiæ, neque quicquam alio
rum remanere possibile sit. Nam omnia alia (vt dictum est) aut de ipsis, vt de subiectis & qui-
13 dem primo & præcipue subsistentibus dicuntur, aut sunt in ipsis. Sublatis igitur ipsis: meri
to auferentur & reliqua. Secunda conclusio. Inter secundas substantias, species magis quam suum
genus substantia dicenda est. Primo. Quia species: primæ maximæque substantiæ propinquior
est quam suum genus. Si enim quispiam de aliqua prima substantia quid sit interrogauerit, noti
14 us familiariusque speciem quam speciei respondebit, vt si quærat quispiam de quodam homine
quid sit, notius, familiariusque, quod sit homo respondebit quam animal, & de quadā arbore ꝙ
sit arbor, quam ꝙ planta, hoc enim ideo, quia illa primis illis: & maxime substantiis propinquiora
sunt. Secundas igitur inter substantias, species magis substantiæ sunt quam sua genera. Secūdo:
species primis substantiis quam sua genera sunt similiores. Nam primę substantię quæ & maxi-
me substantiæ, idcirco primę dicuntur, quod omnibus aliis subiiciūtur. omnia enim alia, aut de
ipsis dicuntur, aut in ipsis sunt, atqui vt primę substantiæ ad omnes alias substantias sese habent
subiiciendo, ita & species ad suum genus, subiicitur enim species suo generi. nam genus de specie
prędicatur, at non contra. Species enim de suo genere non prędicantur. merito igitur inter secun
das substantias, species primis & maxime substantiis similiores, magis substantiæ quam sua ge-

nera sunt astruendæ. Tertia conclusio. Secundarum substantiarum vna species specialissima: nõ
magis quã altera substantia est. Nam species specialissimæ eæ sunt, quæ genera non sunt. Atqui
talium vna non est primæ & maxime substantiæ q̃ altera quælibet vicinior. neq; enĩ familiarius
de quodam homine interroganti quid sit: hominem respõdebis, q̃ de quodã equo interroganti
quid sit, quod sit equus. Secundarum igitur substantiarũ vna species specialissima quã altera quę
libet, minime magis substantia est. Quarta. primarum substantiarum vna quam alia quælibet: nõ
magis substantia est, nam non magis quidam homo substantia est quam quidam equus, aut alia 16
quæuis. Sunt enim omnes maximæ substantiæ. Sunt igitur omnes primæ substantiæ æque sub
stantiæ & non magis vna quam altera substantia est. Quinta. Non ab re post primas substantias
solæ earum species & genera secundæ substantiæ dicẽdæ sunt. Primo. Quia hæc sola quid sint pri
mæ substantiæ sciscitantibus apte respondentur, si enim quispiam quærat quid quidam homo
est: apte & homo & animal respondebit. & de quodam equo: consimiliter quod equus, & animal. 17
sed aliquid aliorum vt album esse, vt currere nõ apte respondebit. Aliena enim sunt hęc ad quæ
stionem quid de prima substantia. Atqui species & genera primarum substantiarum nunquã ad
quidnam sint, primæ substantiæ apte responderentur, nisi essent substantiæ. Merito igitur post
primas substantias: solæ species, & earum genera substantię sunt dicenda. Secũdo. Quia primæ
substãtiæ proprissime idcirco substantiæ dici merentur: quod omnibus aliis subiiciuntur. At vt
vero ipsæ omnibus subiiciuntur: ita species & earum genera omnibus alus subiiciũtur, & de ip-
sis reliqua prædicantur. Si enim quendam hominem grammaticum esse dicas: igitur vt hominẽ
esse grammaticum, & animal esse grammaticum fatearis oportet, & ita in reliquis. Merito igitur
post primas substantias, sola earum tum species cum genera substantiæ, dicenda sunt. Cõmunita
tes substantiæ. Prima, Conuenit omni substantiæ non esse in subiecto. De prima substantia stati
id notum est. Nam ea est quę neque est in subiecto neque de subiecto dici. non igitur est in subie- 18
cto. De secunda vero substantia declaratur. Primo. Nam homo dicitur de quodam singulari ho-
mine vt de subiecto, sed in nullo est subiecto. Non enim in quodam homine aut alio quopiã est,
vt in subiecto. Itidem animal de quodã hoĩe dicitur vt de subiecto, sed non est in quodã homine
vt in subiecto, neq; quidem in alio quopiã. Secunda igitur substantia, in nullo est subiecto Secun
do, Eorum quæ sunt in subiecto rationem de subiecto prædicari impossibile est, etsi nomẽ qñque
prædicetur. Atqui secundarum substantiarum & nomen & rõ de subiecto prędicatur. vt hoĩs &
animalis & nomen & rõ de quodam homine. Non igitur secundæ sunbstantiæ sunt in subiecto.
Quare omni substantiæ conuenit non esse in subiecto. Verum id substantiæ propriũ non est. Nã
non solis substantiis conuenit, sed & differentiis earum, consimilibus vt prius rationibus. Nã ra-
tionale de homine dicitur vt de subiecto, similiter & bipes: sed nõ est in hoĩe vt in subiecto. Deni
que differentiarũ substantialiũ ratio de subiecto dicitur: vt rationalis & bipedis ratio, de homine.
non igitur differentiæ substantiæ sunt in subiecto. Dubium. Partes substãtię sunt in aliquo: quo
modo igitur substantię non erunt in subiecto, aut non fateri cogemur partes substantiæ non esse 19
substantias? Dilutio dubii Nihil profecto id nos turbare debet quod sint in aliquo. Nã nõ sunt
in aliquo vt in subiecto, sed alio modo videlicet vt partes in toto, de quo hic non agebatur. Se-
cunda communitas Conuenit secundis substantiis pariter & differentiis earum, vniuoce prędica 20
ri de primis. Nã secundarũ substantiarũ species de indiuiduis, & gña de speciebus p̃dicãtur. qua
re & de indiuiduis. Quæcunq; eĩ de prędicato dicuntur, etiã & de subiecto dicuntur, & id quidẽ
ratione. Suscipiunt enĩ suarum specierũ genecumq; rationẽ primę substantię Secundæ igitur sub
stantię de primis substantiis vniuoce prędicantur. Eo quoq; mõ & indiuidua quę primę substan
tiæ sunt pariter & species: differentiarum nomen, & rõnem suscipiũt prædicantur igitur & dif
ferentię per diffinitionẽ vniuoce de primis substantiis, diffinita siquidem prius sunt, vniuoca es-
se, quocũ nomen cõe est & ratio eadem. Conuenit itaq; secundis substantiis & differentiis earum,
vniuoce prędicari de primis. nam primis non conuenit, a principali nãq; primaq; substantia, nul
la prædicatio est. Non enĩ, vt dictum est, aut de subiecto dicitur, aut in subiecto est, & tanto quo-
que minus conueniet iis quę sunt in subiecto Et re vera omnia quę de illis & hoĩe & ratione prę
dicatur: sunt secunda cum substantia cũ species, & genera & differentia. Tertia. Prima substantia
hoc aliquid significat secunda vero potius quale quid. Nam etsi oĩs substantia videatur hoc ali- 21
quid significare. non tñ id verum est, sed prima substantia proculdubio hoc aliquid significat. nã
indiuiduum & vnum numero substantię, neq; id in controuersiã venit quin hoc aliquid signifi-
cet, at quod secunda substantia videtur hoc aliquid significare, hoc ob appellationis, nuncupatio
nisque figuram euenit, quod quis quẽdam hoĩem aut hominem aut animal dicit vtcum id non 22
ita est, sed secunda substantia potius quale quid significat non enim vnum numero subiectũ est,
vt prima substãtia, sed de multis dicitur, vt homo de multis: & anima de multis. Dubium. An se
cunda substantia hunc in modum quale significet, quemadmodum album? Dilutio, minime, nam
album simpliciter, & solum quale significat, sed secunda substantia vt species aut genus, aliquid &
substantiam significat, circa quam, qualitatem quandam determinat. Et huiusmodi qualitatis de 23
terminatio, in genere quam in specie maior, atque plurium est. Qui enim animal dicit, plura
cõprehendit quam qui dicit hominem. Quarta. Conuenit insuper substantiis, nihil ipsis esse con-

trarium:quid enim primę ſubſtantiæ vt cuidam homini:aut cuidam animali aſſignabimus con-
trarium?nihil profecto aſſignare valebimus at neque ſecundæ ſubſtantię vt homini aut animali:
quicquam quod contrarium aſſignemus,reperiemus.& idem in reliquis,ſimileque eſſe intellige-
re facile eſt.Non tamen id ſubſtantiæ proprium eſt.nam etſi omni ſubſtanciæ conueniat:non ta
men ſoli.quantitati id etiam conuenit.vt bicubito,tricubito,denario & huiuſmodi quantitati-
24 bus:quibus nihil contrarium eſſe reperitur. Dubium. At forte multum pauco contrarium quis
dixerit,& magnum paruo:& eadem eſſe quantitates?Dilutio.Verum ita ne ſit an ſecus:ad id q
intendimus nihil habet momenti.nam definitis,determinatiſque quantitatibus:certū id eſt nihil
eſſe contrarium.quare non ſolis conueniet ſubſtantijs.Quinta.Subſtantia neque magis ſuſcipit,
25 neque minus.vt homo non eſt magis aut minus homo,aut ſeipſo prius & poſterius, aut altero
homine,& ita de prius & reliquis quibuſcunque ſubſtantijs.At quæ magis & minus ſuſcipiunt
hunc in modum ſeipſis prius & poſterius,& altero magis & minus dicuntur.vt album magis al
bum nunc quam prius ſeipſo.& interdum minus album dici poteſt.& altero albo magis aut mi-
nus album non ſuſcipiunt igitur ſubſtantię magis & minus. Dubium.Sed quonam modo ſub
ſtantia non ſuſcipit magis & minus,cum prius dictum ſit vnam ſubſtantiam magis,& alterā mi-
nus ſubſtantiam eſſe:vt ſecundarum ſubſtantiarum ſpeciem magis ſubſtantiam eſſe,quam ſuum
genus? Dilutio.Nulla ſubſtantia ſecundum id quod eſt:ſuſcipit magis & minus.vt homo nō ma
26 gis homo eſt,aut ſe,aut altero.quamuis una ſubſtantia alteri comparata hoc ipſum quam dici-
tur ſubſtantia magis vel minus dicatur,quemadmodum & prius dictū eſt,Sexta.Maxime pro-
prium ſubſtantię eſſe videtur:cum ſit vnum & idem numero ſuſceptibilem eſſe contrariorū.nā
vnum & idem numero manens quod contrariorum ſuſceptiuum ſit:nihil prorſus eorum eſt quę
non ſunt ſubſtantia.vt color vnus & idem numero.non aliquando albus eſt & aliquando niger.
nec actio vna & eadem numero:aliquando bona & aliquando mala.& hunc in modum in reliqs
quæ ſubſtantiæ non ſunt.At vna ſubſtantia,eademque numero manens:contrariorum ſuſcepti
ua eſt:vt aliquis homo cum vnus,idemque numero:maneat interdum albus eſt:& interdū niger
interdū calidus,interdum algidus,ſtudioſus interdum.& interdum prauus:quod nulli aliorum
quæ non ſunt ſubſtantiæ:euenit.Inſtantia.inſtare forſitam de oratiode & opinione quiſpiam po
terit:quod vna,eademque numero contrariorum ſit ſuſceptiua vt oratio vna,eademque numero
manens:interdum vera & interdū falſa eſt:hæc enim oratio,quiſpiam ſedet ipſo ſedente vera eſt
eo vero ſurgente,eadem protinus falſa eſt.Identidem & opinio vna,eademque numero:interdū
vera & interdum falſa cognoſcitur.Nam ſedente quopiam ſi quis opinetur ipſum ſedere:vere
opinatur:at eadem opinio manens,eo ſurgente falſa eſt, falſoque opinatur.Non igitur ſoli ſub-
28 ſtantiæ conuenit:cum vna eademque numero ſit contraria ſuſcipere.Reſponſio Primo reſpon-
deri poterit.Si quiſpiam exiſtimauerit orationem & opinionem vnam & eandem numero con-
traria ſuſcipere;pariter & ſubſtantiam,vnam eandemque nume:id tamen differenter admodum
eſſe et alio ſuſcipiendi modo.Nam ſubſtantiæ ipſæ ſui mutatione contrariorum ſuſceptiuę ſunt
vt cum ſubſtantia quæpiam ex calido fit frigida,proculdubio mutatur:non alteratur,vt notum
eſt:et ſimili modo cum ex nigro fit album,et ex vitioſo ſtudioſum,et ita in reliquis,quod huiuſ
modi contrariorum ſuſceptiuum mutationem in ſe ſuſcipit.Atqui in oratione non ita euenit.nā
non ſui mutatione,vna et eadem interdum xera et interdum falſa dicitur:ſed alterius mutatione
Fit eīm oratio qua quēpiā ſedere ſignificamus interdū vera et interdū falſa, re ipſa mota quę per
ipſam ſedere deſignatur,nō autē oratione ipſa mota.& ſimile de opinione,vt de oratione euenit.
Quere ſaltem nullus negare debebit adiuncto modo proprium eſſe ſubſtantiæ:cum ſit vna et ea-
dem numero ſui mutatione ſuſceptibile eſſe contrariorum.Secundo,Si quiſpiam id putet,orati-
onem ſcilicet et opinionem contraria ſuſcipere,longe ſua fallitur opinione,neque id verū eſt. nō
non enim oratio et opinio ſuſceptiua contrariorum dicuntur,quia cum nunc vera nūc falſa ſint
aliquid ſuſcipiant(nihil enim ſuſcipiunt)ſed veræ,falſæ quę dicuntur,quod circa aliud paſſio fa
cta ſit.Ex eo enim oratio ac opinio falſa quę eſſe dicitur quia res ipſa eſt vel non eſt. non autem
quia cōtraria ſuſcipiat.Etenim a nulla re prorſus oratio aut opinio mouetur.nimirū igitur haud
quaquam exiſtimabitur oratio aut opinio conrraria ſuſcipere,cum nulla in ipſis paſſio,mutatio-
que fiat.nā quod contraria ſuſcipit,patitur,mutaturque.Merito igitur ſola ſubſtantia quæ hoc
pacto patitur ac mutatur,contrariorum ſuſceptiua dicitur,quod viciſſim illa ſuſcipiat.Suſcipit
enim eadem ſubſtantia,nunc morbum,nunc ſanitatem,nunc nigredinem,nunc albedinem.et vnū
quodque talium ſuſcipiendo,contrariorū ſuſceptiua dicitur.iquare indubitato ſubſtantiæ pro-
prium erit,cum ſit vnum et idem numero manens mutatione ſui ſuſceptiuum eſſe cōtrariorum
Sed de ſubſtantia hactenus abunde dictum videtur.

29 De quantitate. Cap. VI.

30 Quantitatis autem,aliud eſt continuum,aliud eſt diſcretum.& aliud quidem
ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem in ipſis partibus conſtat, aliud
autem ex non habentibus poſitionem. Eſt autem diſcreta quantitas:
vt numerus,& oratio.continua vero:vt linea, ſuperficies,corpus: amplius

autem præter hæc: tempus & locus. Partium etenim numeri nullus eſt communis ter
minus ad quem copulantur partes eius. vt quinque ſi ſunt denarij partes: ad nullum ter
minum communem copulantur quinque & quinque, ſed ſemper diſcreta ſunt. & tria
& ſeptem ad nullum communem terminum copulantur. neque omnino habeas in nu
mero communem terminum partium accipere: ſed ſemper diſcretæ & ſeparatæ ſunt.
quapropter numerus quidem diſcretorum eſt. Similiter autem & oratio diſcretorum
eſt. Quod etenim quantitas eſt oratio: manifeſtum eſt. menſuratur enim ſyllaba breui
& longa. dico autem cum voce orationem factam. ad nullum enim communem termi
num particulæ eius copulantur: non enim eſt communis terminus ad quem ſyllabę co
pulentur, ſed vnaquæque diuiſa eſt, ipſa ſecundum ſeipſam. Linea vero cõtinuum eſt.
eſt enim ſumere communem terminum ad quem partes eius copulentur, id eſt pun-
ctum. & ſuperficiei lineam. plani nanque partes ad aliquem communem terminum co
pulantur, ſimiliter autem & in corpore habeas ſumere communem terminum, lineam
vel ſuperficiem: ad quam corporis partes copulantur. Eſt autem talium & tempus &
locus. præſens enim tempus: copulatur ad præteritum & ad futurum, rurſus locus cõ-
tinuorum eſt. locum enim quendam partes corporis obtinent: quæ ad communem ter
minum copulantur. ergo & loci partes quæ obtinent ſingulas corporis partes, ad eun-
dem communem terminum copulantur, ad quem & corporis partes. quapropter con-
tinuus erit & locus. Ad vnum enim communem terminum eius partes copulantur.

Diuiſio. II ¶ Amplius autem. Alia quidem conſtant ex partibus quæ in eis ſunt, poſitionem ha-
bentibus ad ſeinuicem. alia autem ex non habentibus poſitionem. vt lineæ quidē par-
tes poſitionem habent ad ſeinuicem. ſingulum nanque eorum ſitum eſt alicubi: & ha-
bes vnde ſumas, & aſſignes vbi vnumquodque ſitum eſt ĩ plano: & ad quam partem re
liquarum, copulatur. ſimiliter autem & partes plani poſitionem habent aliquam. ſimili
ter nanque aſſignetur vnumquodque vbi iacet: & quæ copulantur ad ſeinuicem. ſed &
ſoliditatis quoque ſimiliter & loci. In numero autem non poſſit quiſquam oſtendere
quemadmodum partes eius poſitionem aliquam habent ad ſeinuicem: aut vbi iacent:
aut quæ partes ad ſeinuicem connectuntur. neque eæ quæ temporis ſunt, nihil ẽm per-
manent partes temporis: quod autem non eſt permanens: quomodo poſitionē aliquã 31
habebit? ¶ Sed magis ordinem quēdam particularum dices habere: eo quod aliud qui-
dem prius ſit temporis, aliud vero poſterius. Sed & de numero ſimiliter: eo quod prius
numeratur vnus quam duo, & duo quam tria. & ſic habebunt aliquem ordinem: poſi-
tionem vero non multum accipies, ſed & oratio ſimiliter. nihil enim permanent partes
eius, ſed dictũ eſt, & non poteſt hoc amplius aſſumi. Quapropter non erit vlla poſitio
partium eius: ſiquidem nihil permanent. Igitur alia ex habentibus poſitionem partibus
conſtãt. alia ex non habentibus poſitionem.

Concluſio: ¶ Proprie autem quanta dicuntur quæ dicta ſunt: alia vero omnia ſecundum accidēs. 32
Ad hæc enim aſpicientes & alia dicimus quanta vt multum dicitur album: eo quod ſu-
perficies multa ſit. & actio longa: eo quod tempus multum ſit, & motus multus. Neq;
ẽm horum ſingulum: per ſe quantum dicitur. vt ſi quis aſſignet quanta actio eſt: tem-
pore diffiniet annuam, vel ſic aliquo modo aſſignans, & album quantum quid ſit aſ-
ſignans ſuperficie definiet, quanta enim fuerit ſuperficies tantum album eſſe dicet. qua
re ſola proprie & ſecundum ſeipſa dicuntur quanta: quæ dicta ſunt. aliorum vero ni-
hil per ſe, ſed ſi forte per accidens.

Cõmunitas. I. Inſtãtia I ¶ Amplius. Quantitati vero nihil eſt contrarium. In definitis enim manifeſtũ eſt: quo
niam nihil eſt contrarium. vt bicubito vel tricubito, vel ſuperficiei, vel alicui talium: ni 33
hil enim illis eſt contrarium. ¶ Niſi quis forte dicat multum pauco eſſe contrarium vel
magnum paruo. Horum autem nihil eſt quãtitas: ſed magis ad aliquid. Nihil enim per 34
ſeipſum magnum vel paruum dicitur: ſed eo quod ad alterum refertur. vt mons quidē
paruus dicitur, milium vero magnum. eo quod hoc ijs quæ ſunt ſui generis maius ſit,
illud ijs quę ſui ſunt generis minus. ergo ad aliud eſt eorum relatio. nam ſi per ſeipſum
magnum vel paruũ diceretur, nunquã mons quidem aliquando paruus: miliũ vero ma
gnũ diceretur. Rurſus in vico quidem plures homines eſſe dicemus. Athenis vero pau
cos, cum ſint illis multo plures, & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, cũ
ſint plures. ¶ Amplius. Bicubitũ vero & tricubitum & vnumquodque talium quanti-


latem ſignificat:magnumvero vel paruum non ſignificat quantitatem,ſed magis ad ali
quid.quoniam ad aliud conſideratur magnum & paruum.quare manifeſtum eſt: quo-
niam hæc ad aliquid dicuntur. ¶Amplius. Siue aliquis ponar quantitates eſſe hæc ſiue
non ponat:nihil illis contrarium eſt.quod enim non poteſt ſumi per ſeipſum,ſed ad ſo
lam alterius relationem refertur: quomodo huic aliquid erit contrarium? ¶Amplius
Si ſunt magnū & paruum contraria:contingit enim ſimul contraria ſuſcipere. & ea ip-
ſa ſibimet eſſe cōtraria.contingit enim ſimul idem paruum eſſe & magnum. eſt enim
ad hoc quidem paruum.ad aliud vero,idipſum magnum. quare idem & paruum & ma
gnum eodē tempore eſſe contingit,quare ſimul contraria ſuſcipit,ſed nihil eſt quod vi
deatur ſimul contraria ſuſcipere poſſe:vt in ſubſtantia quidem. ſuſceptibilis enim con
trariorū eſſe videtur:ſed nullus ſimul ſanus eſt & æger,neque albus & niger eſt ſimul.
nihilq; aliud ſimul contraria ſuſcipiet. Et eadem ſibiipſis contingit eſſe contraria. nam
ſi eſt magnum paruo contrarium:ipſum autem idem ſimul eſt magnum & paruum,ip
ſum ſibi erit contrarium,ſed impoſſibile eſt aliquid ſibiipſi eſſe contrarium. non eſt igi
35 tur magnum paruo contrarium:neque multum pauco,quare vel ſi non ad aliquid hæc
quis dicat,ſed quantitatis.nihil contrarium habebunt. ¶Maxime autem circa locum
eſſe videtur contrarietas quantitatis.ſurſum enim ei quod eſt deorſum contrarium po Inſtātia. I
nunt,locum qui in medio eſt deorſum dicentes: eo quod plurima diſtantia eſt medieta
tis ad mundi terminos. Videntur & aliorum contrariorum ab his afferre diffinitionē.
36 quæ enim plurimum a ſeinuicem diſtant ſub eodem genere:contraria eſſe diffiniunt.
¶Non videtur autem quantitas ſuſcipere magis & minus, vt bicubitum: neque enim Cōmunitas. II.
aliud eſt alio magis bicubitum,neque in numero,vt tria quam quinque nihil magis di-
cuntur,vel quinque magis quam tria, nec tempus aliud magis & minus dicitur tēpus.
nec in nullo eorum quę dicta ſunt:omnino magis & minus dicitur:quare quantitas nō
37 ſuſcipit magis & minus. ¶Proprium autem maxime quantitatis eſt,quod ęquale & in Cōmunitas. III.
æquale dicitur. Singula quæque enim earum quæ dictæ ſunt quantitatum: æqualis &
inæqualis dicitur vt corpus:æquale & inæquale dicitur& numerus & tempus, æquale
& inæquale & oratio:æqualis & inæqualis,ſimiliter autem & ī aliis quæ dicta ſunt:vnū
quodque æquale & inæquale dicitur. In cæteris vero quæ quantitates non ſunt: non
multum videbiur, æquale & inæquale dici. vt diſpoſitio æqualis & inæqualis non
multum dicitur:ſed magis ſimils & diſſimilis. & album æquale & inæquale non multū
dicitur,ſed ſimile vel diſſimile.quare quantitatis maxime ſit proprium, æquale & inæ-
quale dici.

39

Sexti cap. notæ.

Nomine quanti,quantitas intelligitur.Et fere concretis, denominatiuiſque huius prædicamenti nominibus principalium vtimur loco,vt lineam & magnam & quantam dicimus: cum dicēdum potius eſſe videatur,linea magnitudo eſſe,atque quantitas. idem tamen volumus cum dicimus linea magna eſt,linea quanta eſt, ac ſi diceremus linea magnitudo eſt, & linea eſt quantitas. At cum dicitur homo eſt magnus, homo eſt quantus, non idem volumus magno & quanto vt magnitudo & quantitas. Quo fit vt magnum,quantum,& complura huius prædicamenti vocabula,bifariam capi ſoleant,ſcilicet vt denominatiua voce tantum, & vt re voceque denominatiua. Cum denominatiua ſunt voce tantum, de ſolis dicuntur quantitatibus vt in primo loco magnū & quantum de linea.cum vero re pariter & voce denominatiua,de ſubſtantia dicuntur. vt ſecundo loco magnum & quantum de homine. hinc bicubitum interdum quantitas duorum cubitorum intelligitur,interdum ſubſtantia huiuſmodi quantitatem habens. & ita in reliquis huiuſmodi.Et hoc modo id dictionibus,vocabuliſque huius prædicamenti euenit,verum & principalium plurima,nunc vt principalia,nunc vt paronyma,denominatiuaque accipiuntur.vt cubita magnitudo, nunc corpus dicitur,nunc vero homo dicitur corpus,& aſtronomi,cęlos,corpora, magnitudineſque appellant cæleſtes,quod longitudinem,latitudinem,craſſitiemque in ſe cōtineant.Quocirca fit vt corpus & magnitudo re pariter & voce nunc principale ſit,nunc vero ſola voce principale.Et ita de binario,ternario,quaternario,& innumeris huiuſmōi,quæ nunc numerātia, nunc numerata etiam ab Ariſtotele dici ſolent,numerātia vero, numeriq; numerantes, cum oīno prīcipalia ſunt.porro numerata,cum ſola voce ſunt principalia. At cum ea quæ pariter & re ee voce talia ſunt. proprie ſint talia,quæ autem altero tantum talia,quodāmō iam improprie et communiter ſint talia,operæprecium eſſet quid quātitas proprie nuncupetur agnoſcere: et quid quantitas continua:et quid diſcreta.et an illæ inter ſe miſceātur,et an miſceantur ſubſtantiis et qualitatibus.id eſt verum ſermonis proprietate ſeruata;quātitas continua ſit quantitas diſcreta, an con-

tra:& vtrum aliqua substantia sit quantitas,aut continua,aut discreta,& ita de qualitate. Verum
ista in præseneiarum differere:aliquid maius est,quã præsens locus,institutumque exigat.aliquid
eñ adducere ,ppter lapsus qui fiunt:pene totius philosophiæ aditum non tam impedientes q̃ pe
nitus adimentes,non forsitan inutile videatur,etsi hic etiã exacte oĩno intelligi non possint. Quã
titas igitur id dicitur quod per se in partes diducibile est partes dico extensionis,successionis aut
discretionis,per se autem. Nam & si homo diducibile in partes etiam magnitudinis sit:id eñ non
per se est,sed per alterum.quia videlicet in se magnitudinem; longitudinem,scilicet latitudinem,
altitudineq; possideat:perinde ac albedinem. Extensiones sunt longitudo,latitudo,altitudo, quæ
& crassities & profundum dicitur. Successiones,lationes,tempora,discretiones:numeri,binarius,
ternarius,quaternarius,& huiusmodi, & ad has solas partes applicari debet diffinitio quantita-
tis:alioqui inciditur in pseudographiam,homo eñ etiam per se diducibile est in partes coessen-
ciales in animam scilicet & in corpus.at non idcirco sic.nam consubstantiales partes: non quanti
tatem sed substantiam constituunt. Item albedo suapte natura & per se,in partes intentionis didu
cibilis est:at non idcirco quantitas,partes enim illæ quantitatem non constant: sed qualitatẽ. Est
eñ in quantitate extensio, successio,discretio, In qualitate vero intensio atque remissio.. Et extẽ-
sio respicit quantitatem continuam vt lineam,superficiem,corpus,successio tempus: & discretio 30
respicit numeros. Quantitas continua ea est cuius partes communi vno, eodemque termino iun-
guntur. Partes dico nunc extensionis nunc successionis.vt lineæ partes :communi eodemq; pun-
cto iungunt.& superficiei partes:communi linea corporis autem communi superficie,& hæ extẽ
sionis sunt partes. Partes autem temporis quæ præteritum & futurum sunt :præsenti atomo iun
guntur.& partes illæ appellantur successionis partes Esto enim a b linea continua: & c punctum
aliquod in ea mente, animo,cogitationeque signatum.dico lineæ datæ partes a c, & c b commu
ni,codẽ puncto coniunctas esse:& c esse terminum partis a c,& terminum partis c b. Nã partis a c
finis:& initium partis c b,& ita constituta superfecie aliqua vt superficie a b d f,cuius pars vna sit
a d c e,& altera c e b f.signata autem linea c e:tempus signetur per lineam, & corpus si placet suo
modo Quantitas discreta,ea quantitas est cuius partes minime termino aliquo communi eodem
que iunguntur vt senarii partes ternarius & ternarius minime termino aliquo communi iũgun-
tur:sed disclusæ semper manent.similiter binarius & quaternarius partes eius disiunctæ,discretę
que manent nullo termino(qui finis vnius sit vt binarii & principium alterius vt quaternarii)ag
glutinatæ.& hæc quantitas discreta,& hi numeri in anima sunt & quidem rationali Vnde non
mirum est si solus animalium homo numerat:cum solus in eius anima quantitatẽ discretã, nume
rosq; habeat,a qua quidẽ quantitate dicitur numerans: & illa quibus suos numeros applicat : ap
pellantur, numerata.vt ea quibus apte denarium suũ applicat aĩa:decem sunt, & denarius nume
ratus:perinde atq; pannus cui apte accõmodatur,applicaturq; vlna : mensurata panni vlna dici-
tur:dimensio aũt quæ applicatur:vlna est dimetiens , atq; mẽsurans.decem igitur homines a for
ma quadã decem dicũtur.nam a denario animę:quo nõ existente, nõ aliter decem dicerentur,q̃ pa
ries visus nulla existẽte visione.fitque vt hmõi vlna pãni & decem homines a forma extrinseca di-
cãtur:quemadmodum & cum dicitur paries visus: vt proinde hi numeri formales: & per se discre
tiones,discretæque quantitates dici possunt. Sunt eñ animæ intraneæ formæ, & adeo vt nõnulli
animam numerum esse diffinierint(sed rectius nõ numerum, sed numerantem dixissent) cæteris
autem extrariæ Vnde sunt numerantia,sunt numerata sunt numeri. Numerãtia,sunt animę nu
mero suos rebus applicãtes, Numerata:sunt ea quibus anima numeros apte, accommodeque ap
plicat Numeri,sunt discretæ illæ rationes numerãdi At dices prius dictum est numeros illos eti
am numerantes appellari:quomodo igitur cum numerus numeratus dicatur,& aĩa numerãs,ani
ma non dicitur numerus saltem numerãs? Minime profecto numerus anima dicetur etiã etsi adiũ
gas numerans. Nam bifariam aliquid numerans dicitur hoc vt principale, illud vt instrumentũ
principale quod applicat,instrumẽtum quod applicatur . Ideo numerus, quantitatisque discreta
numerans intelligitur dici vt instrumẽtum,ratioque & forma numerandi:anima aũt numerans di
citur vt principale,perinde ac homo palmo metiens,mensuransque dicitur:& palmus,palmarisq;
quãtitas mensurans.sed hæc vt instrumentum,ille vero vt principale. non tamẽ homo etsi mẽsu
rãs sit etiã pręcipuũ,vnq̃ dicetur quantitas mensurans,sed mensurans duntaxat. ita quoque aĩa
præcipuũ numerans:neque vnquã dici debebit numerus numerans . sed vt hic solus palmus quã
titas mensurans,dimetiẽsque dicitur:ita & illic solus numerus aĩæ & rõ ipsa , intimũque numerã
di ĩstrumẽtum numerus numerãs appellatur. illic ĩdiuidua monas minimaque & prorsus ĩsectilis
numerandi ratio,et illic dias diuisionis fons.illic trias prima formaliũ numerorũ pfectio,illic im-
paria nũq̃ coincidũt paribus.de his arithmetice negociatur. Et ab vnitate solũ, vnũ denominatur
et a binario,duo et a ternario,tria,et ita deinceps. Vnde fit vt nõ sola.in mẽte sufficiat vnitas ad
numerãdum:perĩde ac vnus palmus ad dimetiẽdũ id quod etiã multorũ fuerit palmorũ sed sunt
veri numeri ex vnitatibus coaceruati,cõpositique.Si eĩ vnitatẽ ita applico vnũ,vnũ,vnũ,vnum,
vnum,nihil aliud habeo q̃ vnũquodq; eorum cui applicui esse vnum.et incomposite applico , et
quot sint ea ignoro.sed si ita applico vnũ,duo,tria.quatuor quinq; et hũc ĩ modũ deĩceps cõposi



te applico,& quod ea ſint agnoſco. Qui eñ dicit duo:vnitatem vnitati adiunctã cõpoſite appli-
cat,qui tria:tres vnitates cõpoſite applicat, nihil enim aliud binarius quã duarum vnitatum cõ
poſitio,& ternarius trium, & ita de reliquis. Et ſecunda vnitas primæ adueniens.binariũ primi
numeri ſpeciẽ creat;& duabus primis tertia adueniẽs:ternarium. & quarta p̃cedentibus; quater A
narium, & in imenſum noua cõtinuo adiunctavnitas:nouam ſpeciẽ iſtaurat,nouũq; cõſtituit nu
merum.eſtq; vnitas oĩm numerorum formatrix,creatrixq;. Quæris forſitan:prima,ſecũda:& ter
tia vnitas:ſunt ne eiuſdem naturæ? Id non imus inficias, neq; oẽm quidem vnitatẽ oĩ vnitati, & b
omnem binarium binario,& ternarium ternario naturæ affinitate aſſimilem. Quo modo igitur
vnitas prioribus adueniẽs:nouã creat ſpeciem? numquid albedo albedini ſi adueniat nouã coloris
ſpeciem creat? Miñe,p̃fecto diuerſam coloris ſpeciem.ſed eo non fit:quin noua adiuncta vnitas,
nouã creet ſpeciem. Nã ſpecierum q̃dam ſunt:quas ſola rationum diuerſitas parit,vt data magni
tudine a h indefinitæ quãtitatis cuius portio a b ſit quantitas digitalis,a c palmi,a d pedanea,a e
cubitalis,a f bicubitalis & a g tricubitalis.quæro ne quantitas a b,a c.a d,a e,a f, & a g ſint eiuſ
dem naturæ? quis id negauit? Sunt eñ eiuſdem totius partes, haud ſecus ac partes albedis eiuſ c
dem totius,rurſus quæro digitus,palmus pedaneũ,cubitus bicubitus, tricubitus ſint ne vna ſpe
cies quantitatis an diuerſæ? Proculdubio diuerſæ: ſed quõ diuerſæ:an quia res diuerſarum ſigni
ficent naturarum? Minime,ſignificant eñ quantitates a b,a c, a d,a e,a f, quæ eiuſdem iuõſtratæ d
ſunt eſſe naturæ;quõ igitur diuerſę ſunt? Re vera ſola ratione:hunc in modũ binarius: ternarius:
& quaternarius ſpecies diuerſæ erunt:etſi enĩ vnitates ex quibus cõflãtur eiuſdem ſint naturæ:di
uerſæ ſunt profecto numerandi rões:& diuerſa numerandi inſtrumenta aĩæ binarius & ternari
us:vt geometræ diuerſa metiendi inſtrumenta digitus & palmus. Aliæ ſunt ſpecies quarum nõ
ſola ratio ſed & pariter rerum diuerſitas diuerſitatẽ parit:cuiuſmõi ſunt albedo,nigredo,cœrulei
tas, & flauities,ſpecies coloris,& huiuſmodi ſpecies: maxĩe & proprie diuerſæ ſunt naturæ : pari
ter & ratione.primæ aũt minus diuerſæ. Nam ratione ſolum:non etiã rerum diuerſitate.& ſecun
dæ diuerſæ tum logice tum phyſice dici poſſunt. Logice quidem,quia ratione:phyſice autẽ,quia
re.primæ autem ſolum logice. An binarius ternarius quaternarius vnum ſit? Quilibet numerus
in anima vnum eſt:ſed vnum diſcretum.q̃admodum vna linea,vna ſuperficies vnum: ſed vnum
continuum & vna albedo vnũ:ſed vnum intenſum. Vnitas enĩ adiũcta vnitati:neque extendit,ne
que intendit:ſed diſcernit,diſcretumque conflat ac cõſtituit. Eſt eñ ipſa per ſe diſcretio: eſtq; vni
tas extra vnitatẽ ſecundum diſcretionem:ſicut magnitudo extra magnitudinem ſecundum dimẽ
ſionem:& qualitatis gradus extra gradum ſcd̃m intenſionẽ. Et quamuis ingenue fatear numerũ e
eſſe vnum & forte magis vnũ q̃ magnitudo vna ſit:non tñ fateri velim eſſe vnitatem:indiuidua
enĩ vnitas:& ſimplex numerandi principium.oĩs autem numerus diuiduus. Sed ab vnitate, nu
merus denominatur:& vna numerandi ratio.& quid ſi partes diſcretæ nullo termino communi
in mente iniunguntur; nonne idcirco in ea numerum eſſe minus vnũ oportet q̃ magnitudo ipſa f
in infinitum cum materia diuidua:quia partes eius aliquo cõmuni termino aduiciũtur, cõiungũ
turque,non iunguntur aũt quaſi glutino quodã.hoc pacto partes numeri? minime ſane id opor
tet. Nam anima & corpus nullo termino communi iunguntur: & tamẽ homo longe magis & ve
rius vnus quã quælibet magnitudo vna. ſed hæc ſit veritas entis. ab vnitate forte principio nu
meri:æqualiter eſt & homo vnus,& magnitudo vna. Sed de his hactenus: qui veri & formales
ſint numeri.vbi ſint,quod non ſola ſufficiat vnitas, quo pacto ſpecies numerorum creantur, &
quomodo ſint diuerſæ, & quõ numerus vnum dicatur. Nunc facile eſt videre nullam quantitatẽ
continuam eſſe diſcretam,& contra. Neque profecto vlla ſubſtantia quantitas erit cõtinua,aut di
ſcreta haud enĩ ſecus rerum dimenſiones ſunt in materia:atq; colores,aliæq; rerum formæ,quod
tamen hoc ex loco minime dinoſci poteſt. Deniq; nulla quantitas cõtinua aut diſcreta eſt quali
tas quæ ſit habitus aut diſpoſitio,naturalis potẽtia aut impotẽtia,paſſio aut paſſibilis qualitas,
niſi forte vocem excipias de quo poſterius ſuſcipietur ſermo. At re ipſa quãtitates tũ cõtinuæ tũ
diſcretæ:ĩs qualitatibus quæ figuræ & formæ appellantur coincidunt. eteni trigonus, tetrago
nus, pentagonus in arithmeticis nihil aliud ſunt re ipſa: niſi numeri illi qui huiuſmodi formas
admittunt,& triãgulus,quadratum,circulus & huiuſmodi in geometricis:nihil aliud re ipſa ſunt
quam plana & ſuperficies illæ,quæ ex ſua terminatiõe huiuſmodi figuras exprimunt. & ſane qui
intelliget q̃ re ſunt vnum,& quæ nihilominus ratione multa : magnus in philoſophia illi pate g
bit aditus. verum hic & prolixitati & breuitati debetur veniæ locus.nã quę difficillima ſunt pau
cis dici nõ potuerunt,& quæ minus loco accommodata tam multis dici minime debuerũt. ad ex
ercitatione tamen ingeniorum:pauca illa dixiſſe ſatis ſit. Partes habere dicuntur poſitionem,quæ h
alicubi in continuo ſitæ ſunt. Alicubi dico ſurſum, deorſum,ante,& poſt,dextrorſum, ſiniſtror
ſum:quæ differentiæ & ſitus dicuntur. & ſunt huiuſmodi partes quæ ſitum poſitionemque in
continuo habent:inuicem continuæ,& permanentes. Terminus,quod terminat videlicet quod
aut finit aut inchoat. Terminus communis ideo dicitur:quod duabus partibus conueniat,vni vt
finis & alteri vt initium. Et ſunt partium quantitatis termini communes,punctum,linea, ſuperfi
cies:& temporis atomus,qui interdum nunc & inſtãs appellatur. Oratio,elocutio, orationiſque
tenor,quapropter adiecisse videtur Ariſtoteles:dico enim orationem cum voce factam. Verum

Boetius:

tamen & aliã causam assignat Boetius cur id adiecerit, quia videlicet λογος græce (quo vocabulo hic vtitur Aristoteles) homonymum est: nunc rationem mentis, nunc sermonem, orationemque vocis significans. rationem autem mentis nullus quantitatem dicit: sed orationem in voce factã, vel potius ipsum orationis in suarum syllabarum accentu tenorem nunc extendendo, nunc con trahendo vocauerunt quantitatem, & quidem discretam, quod syllabę illæ quarum quædam ex tensæ quædam contractæ proferuntur: adinuicem nullo colliminio, nulloque communi vinculo socientur. vt videre haudquaquam difficile est. Et tenorem orationis in proposito diffinire pos sumus: esse syllabarum orationis extensionem contractionemve. sic & ipsam quoque quantita tis orationem. Pares lineæ copulantur ad punctum, partes superficiei ad lineam, & partes corpo ris ad superficiem. Verum partes lineæ non nisi ad punctum copulari possunt: & partes superfi ciei vt plurimum ad lineam iunguntur, possunt etiam & puncto coniungi. vt triquetrum trique tro: extremo anguli iungatur, verbi causa. Esto a punctum quoddam & b c d e quatuor alia pun cta: per postulatum geometricum a puncto a ad punctum b duco rectam a b, & per idem rectam a c, & ab eodem puncto a ad pũctum d duco rectam a d & similiter rectam a e claudo per idem po stulatum superficies ducendo rectam b c & d e factaque est figura a b c d e: in qua duæ superfici es b a c & d a e puncto a communi vtriusque termino iungũtur. Similiter partes corporis vt plu rimum copulantur communi superficie: verum & copulari possunt linea quod expressit Aristo teles, & non modo linea sed & puncto. linea quidem vt si cubus cubo costa, extremoque lateris coniungatur. quod ex postulato geometrico hęret, a recta linea data ad rectam planam superfici em, ducere, quas si ex permixtis postulatis in summo anguli alicuius coniunctas intelligas: vide bis proculdubio partes corporis puncto esse copulatas, & idem quoque esset de pyramidibus in cono, summoque vertice copulatis. Cum igitur ita sit: cum parte loci copulentur ad lineam eo q̃ reuera superficies sit, & partes etiam corporis copulentur ad lineam: sine calumnia intelligi po test partes corporis & partes loci ad eundem, consimilemque terminum copulatum iri, quãuis id vniuersaliter non oporteat. Potest & videri capere locum vt antiqui pro dimensione spatioque separato nam non hic exacte huius rei determinandæ locus: sed rudi minerua tradere sufficit. sic & Boetius, exponendo cepisse videtur. ex his intelligi potest cur absolute lineam nõ posuerit Ari stoteles terminum superficiei: neque simpliciter, absoluteque superficiem terminum corporis, sed hæc satis. Partes temporis: præsens, præteritum, futurum, quæ atomo, & insectili nota, signo, momentoque temporis iunguntur & pręsens tempus impartibili atomo, seu nunc, seu nota vel aliud quiduis appelletur, præterito copulatur pariter & futuro. Veruntamen præsens tempus pro atomo præsentis tẽporis vsurpauit Manlius. Planũ, superficies. Quæ dicuntur de numero, de numero numerante intelligãtur. Nam numerum numeratum vt partes continui nihil ꝓhibet per accidens copulari ad terminum communem, & partes habere alicubi sitas. at non qua nume rus, sed secundum alterum: vt qua continuum, aut continui numerus in partibus enim numeri numerantis: non vnam sursum, aut deorsum ante, post, dextrorsum, aut leuorsum assignare po teris quare partes illæ situm positionemque non habent: & similiter de partibus orationis & tẽ poris, & si in partibus hujusmodi numeri, & in partibus orations & temporis vna pars anteri or dicatur, & altera posterior. hic ante & post non nominant positionẽ, sed ordinem, vt scite nos admonet Aristoteles. quare merito non dicentur habere positionem: sed potius ordinem quen dam prioris ac posterioris. vt in numero ordinem numerandi: vt duo prius numerantur tribus. in tempore ordinem successionis: vt præsens prius succedit & futurum posterius. in oratione or dinem prolationis. Prius enim prima syllaba pronunciatur suoque tenore aut cõtrahitur aut ex tenditur quam secunda, & secũda quam tertia: & ita, deinceps Numerus, linea, superficies, corpus & tempus: proprie & per se indubitato sunt quantitates. etsi id de oratione id est ipsius vocis, te nore etiam admittatur: de loco: tamen multum addubitari solet. Nam quantitas proprie & per se dicitur, cum quantitatis & res & ratio conueniunt. & qui locum quantitatem per se arbitrati sunt dimensionem quandam spatiumque separatum quoddam immensum fingebant, quem lo cum appellabant quod vbi secum alia admittebat corpora: plenum vocabant. vbi vero secũ non aliud haberet corpus, appellabant vacuum. & cum quantitatem eum esse ponerent, neque lineã, neque superficiem appellabãt, quia receptis corporibus (vt eorum ferebat opinio) æquaretur. q̃ lineę. superficieique conuenire nequam potest. neque corpus item appellabant, quod corpora sese occupare, trancereque citra iniuriam nequeant. traijceretur autem spatium illud & locus sine of fensione aliqua diuisionis, & sine cessione: ab alijs corporibus. & tanto minus aliquid aliarũ quan titatum erat maxime enim corpus esse videtur. quare eam quantitem locum appellabant quæ si esset vt opinabantur: certe quantitas & proprie & per se esset. Quod spatium vt concipias finge aulam spatio vitream & te per eam sine vitri iniuria, fractioneque ambulare. quippiam tale illud opinabantur spatium. Verum quia ex philosophia cognoscitur non esse talis locus, taleque dimẽ sum, & Aristotelem alia in significatione locum accipere, vt pro superficie continente locatum: aliquibus absurdum visum non est locum (etsi re ipsa quantitas sit) non tamen quantitatem per se esse. nam ratio loci potius ad aliquid pertinere videtur, quam ad hoc prædicamentum. Vnde cum logicus & res & rationes cõsideret: præcipua tamen sua de rationibus cura est. hinc fit etsi

b c

a

d e

triãgulus re ipsa quãtitas sit(nã superficies:atq; planũ)quia ratio loci potius ad aliqd ptinere videtur quam ad hoc prędicamẽtum. Vnde cũ logicus & res & rationes consideret:pcipua tñ sua de rationibus cura est.hinc fit etsi triangulus re ipsa quãtitas sit(nam superficies,atque planũ qa tamẽ ratio qualitatis est:hinc potius per se qualitas dicitur triãgulus q̃ quãtitas.Si em̃ quęritur qualis hæc superficies:triãgula,quadrãgula,circularisve,aut huiusmodi aliquid apte respõdeatur & vt de triãgulo:ita quoq; de omni figura & forma dicendũ.Merito igitur si ratio loci sit ad aliquid vt ad locatum:locus proprię & p se ad aliquid dicetur:quantitas autẽ perinde ac figura,per accidens.Sed de hoc adhuc in penultima nota.Verũenĩ dubitatio suboritur quo mõ tenor orationis quantitas p se dici possit:cũ huiusmodi tenor vox autẽ sit qualitas?Id animaduersiõe nõ indignum videtur,rem pleruncq; pluribus pdicamentis accõmodari,cõmuneq; esse,sed ratio eã facit ppriam.res em̃ q̃ substantia est, substantiæ & ad aliquid cõmunis est:ratio tñ substantiæ aduenĩens eam substantiæ appropriat.vt cum dicitur,aut hõ,aut equus,aut animal,aut aliquid hmõi:solum substantia dicit,ratio autẽ ad aliquid aduenĩẽs,vt cũ dicitur eadem aut diuersa,appriat,addicitq; ad aliquid dicunturq; idẽ & diuersum,proprie ad aliquid nã re,rationeque.at nõ substantia,consimiliter res ipsa q̃ vox est,& qualitati & quantitati cõmunis est ratio tñ quantitatis adueniens,eam quantitati determinat.vt cum tenor orationis appellatur.est em̃ tenor,quędam syllabæ orationis lõgitudo aut breuitas & cũ ratio qualitaris aduenit qualtiati appropriat vt cum vox dicitur,ideo vox proprie qualitas est:nisi forte id vetet quod ipsa passio sit(de quo tenor:non quod falsum sit vocem esse vocis tenorem,sed quia ea pdicatio propria non sit. nã ratio rationi extranea est. Neque id mireris. Nam & Aristoteles in auscultationibus physicis & inferius nõnihil annotabitur) & tenor vocis proprie quantitas. & vox proprie non est vocis eundem actum ostendit actionem passionemque esse,sed ratio adueniens illum determinat addicit, atq; appropriat. vt cũ rõ actiõis aduenerit q̃ est ab aliquo:actus ille actio dicatur,& nõ passio.& cũ ratio passionis q̃ est in aliquo:passio dicatur solũ,& nõ actio.nõ quod hæc vera non sit actio est passio(re enim ipsa idem est)sed quis ppria nõ est.rationes etiam longe magis diuersas quam albũ atque dulce habentes. Authores aũt ea q̃ propria,accommodaraque sunt,& q̃ per se sunt:maxime cõsiderant quę si desunt:ea cõsiderant quę q̃ maxime queũt,accedũt ad illa. Vnde sicut audiri parũ debeant qui passim authorũ propria sensa,falsa esse astruunt:& impropria quędã,authores voluisse.qui hmõi sunt nõ exponũt,sed extorquent,vique literę faciũt:& ad intelligentiã quęque ptrahunt repugnãtẽ.Præterea quęrere possis an ea res quæ vox est,potius qualitas an quantitas dicenda sit?Re uera in rebus quę pluribus prędicamentis accommodabiles sunt quędã comperiũtur vni magis addictę, & (vt ita dicã)familiariores vsitatioresque & alteri minus,& quędã vtrique ęqualiter.& quę peculiares magis sunt vnius:potius illius nomen sortiuntur.& quę ęqualiter:non potius vnũ quã alterũ dicatur.hic ea res quę vox est quia qualitati familiarior est, plurimasque in eas rationes habens(si non obstat vt dictũ est quod passio est)ideo magis qualitas q̃ quantitas nominari solet.Vix em̃ ei in quantitate nomẽ vnũ ratioque propria reperitur:nisi forte nõia quædã quę grammatici considerãt huic significationi accũmodata duxeris,qualia sunt Coriambus,Pirrichius,Spondeus,Trocheus,& huiusmodi quę vocis mensuras, quantitatesque designant.Similiter ea quę superficies est:magis peculiaris quantitati est q̃ qualitati.idcirco magis,vsitatiusque,atque familiarius quantitas,quam qualitas dicitur:tametsi re ipsa vtrũque sit.At quia ea res quę est calefactio,non magis actioni q̃ passioni accommodata,familiarisque est:idcirco non magis actio q̃ passio appellari solet. Aeque em̃ vsitatas & peculiares admittit vtriusque rationes.Sed hæc hactenus.Pro conclusione.Maxime communesque sententię.Quod p se tale,magis tale est:q̃ quod per alterũ tale.Quod per se tale,proprie tale:quod vero p alterum tale,per accidens tale.Quantitas determinata est quę numeri certa quantitate censetur vt bicubitum binario,tricubitum ternario.Indeterminata:quę numeri certa quantitate non designatur.Determinatę quantitates sunt hę,bicubitum,tricubitum,quadricubitum,duo,tria,quatuor,quinque,sex,hora,dies,mensis,annus.Hora enim sexaginta minutis ab astronomis definitur dies horis quatuor & viginti.mensis diebus non pluribus vno & trigita:sed aliquando paucioribus.Annus autem trecentis & sexaginta quinque diebus,insuper adiecto quadrante diei.
Quantitates indeterminatæ sunt linea,superficies,corpus numerus & similes.Sed te forsitan pulsabit admiratio:cùm bicubitum,& tricubitum numerum importent,quomodo species quantitatis discretæ non sint,& similiter cum tempus sit primi motus,numerus secundum prius & posterius:quomodo tempus potius species quantitatis continuę quam discretæ sit.verum duplex est numerus:hic discretorum,ille continuorum.Numerus discretorum partes habet nullo communi termino copulatas,& numerus numerans est & ipse,eiusque ratio:ad quantitatem discretam attinet.Numerus continuorum is dicitur:cuius partes copulantur ad terminum communem.& hic non numerans:sed numerus continui,& numeratus appellatur,& ipse,eiusque ratio,ad quantitatem continuam pertinet,vt bipedanea linea,binarium continui importat:cuius partes copulantur ad punctum. & tripedanea superficies, ternarium non simpliciter, sed continui importat, cuius partes, id est singula pedanea copulantur ad lineam.&similiter tempus biduum,triduum,bimus,trimus,quadriennis, quinquennis,numerum continui importat:cuius partes dies vi-

delicet & anni atomo, insectilique temporis copulantur. Et eorum quæ numero censentur; quę
dam manifeste numerum, vt biduum duos dies, triduū tres, bimus annos duos, trimus tres, qua
driennis quatuor: & quædam occulte important vt dies horas quatuor & viginti, annus mēses
duodecim, olympias annos quatuor, lustrum quinque, seculum centum. Nihil igitur ibi mirum
videri debet: si bicubitum, tricubitum, tempus & innumera talia numeri ratione censentur, & ta-
men quantitatis discretæ species non sint, sed quantitatis continuæ species. Nam numericonti-
nuorum, ratione censentur: non autem ratione numeri discretorum. Est itaque numerus homoni
mum. & non multum efficitur: est numerus motus, est numerus continuorū, ergo numerus. Nā
hęc addita, significationē mutant, numerus enim per se: pro nūero discretorum capi solet. Miliū
genus frugis, triticeo etiam grano minus: quo plerisque in locis panes conficiuntur, in sacco fer- 34
uefactum neruorum doloribus mederi perhibetur, omnium (authore Plinio) frugum fertilissimū
vt ex cuius grano terni sextarii gignantur. Pagus: rusticanæ domus collectæ non vallatæ muro
quæ & vicus & villa dicuntur, munitæ autem muro castellum appellatur. Domus quid sit notū
est. Athenę vrbs Achaiæ regionis nominatissima: quæ a conditoribus, & instauratoribus Cecro-
pe, Mopso, Ioue, Neptuno, & Pallade, nomina sortita est, Cecropia, Mosopia, Ionia, Possidonia,
& Athenæ, Id vltimum a Pallade (quæ Athena dicebatur) desumpsit. Theatrum, spectaculum lo
cus forma hemicycla ludorū spectandorum gratia instauratus. Quod negat Aristoteles magnū
& paruum esse quantitates; hoc ideo non est quod re ipsa quantitates non sint, perinde ac pater
reipsa substantia est, sed quia ratio, quantitati non congruit, vt quę sit prædicamenti ad aliquid
& ideo re & ratione ad aliquid est: re autem sola quantitas, vt pater re sola substantia. potius igi
tur ad aliquid: quam quantitates dicenda. Adde quod cum logicus & rem & rationem conside-
ret: præcipue tamen rationem, secundo autem loco rem quare cum ratio alicuius prædicamenti
fuerit: illius solum nomen sortietur. vt pater solum dicitur ad aliquid tametsi res & substantiæ
& ad aliquid communis sit. videtur velle Boetius per instantiam de loco: concludere quantitati
aliquid esse contrarium. Et communitatem de cæteris, dempto loco quantitatibus veram esse, ad
easque debere applicari. idq; Aristotelē approbasse, cum dixit μάλισα δὲ ἐναντιότης τοῦ πόσου
περὶ τὸν τόπον δοκεῖ ὑπάρχειν id est maxime autem: contrarietas quantitatis circa locum esse vi
detur. & idcirco ad id adductas rationes non refutasse, alii contra, quantitati physicum esse cōtra
rium, quod secundum eam fiat motus, vt augmentatio & diminutio, sed nulli prorsus esse cōtra
rium logicum. quo de hoc in loco sermo solum agitatur. Et contraria logica diffiniunt, quæ sub
eodem genere posita, maxime abinuicem distant, & eidem subiecto vicissim assunt a quo & se mu
tuo expellunt, modo alterum eorum illi subiecto natura non assit. Et de loco addunt non aliter
esse quantitatem quam magnum aut paruum. q sua ratio sit ad aliquid. locus enim id dicitur, cu
ius est locatum, & locatum; cuius est locus. Insuper locum loco logice non esse cōtrarium: & si sit
physice. & aliorum contrariorum diffinitionem, loco supero & infero conuenire negant. Nam
cum dicitur contraria sunt quę sub eodē genere posita, maxie ab inuicē distant hic distantia, pu
gnantiaque formæ, non autem de locali distantia, & spatii esse intelligendum autumant. modo
maxima illorum locorum distantia localis & spatii est, non autem pugnantiæ formæ. Insuper lo
cus sursum, locusque deorsum minime eidem subiecto vicissim assunt, neque ab eodem sese mu
tuo deiiciunt. quod nihilominus oportet in contrariis. Addunt insuper si locus loco contrarius;
& omnis locus superficies est, igitur superficies superficiei contraria. sed quomodo igitur hęc af
fectio & communitas, non suscipere inquam contrarium aliis omnibus a loco conuenire proba
bitur, cum etiam superficiei minime conueniat. Verum qui partes aduersas tutantur, hęc diluere
moliūtur. Primum, locum quantitatem non esse haudquaquam admittunt neque admitunt lo
cum in proposito, rationem habere ad aliquid sed quantitatis, eamque esse cuius partes partibus
corporis locati, termino communi conterminātur, neque inficias eunt quin rationem ad aliquid
habere possit, sed huic loco minus accommodatam. Locum loco contrarium physice esse nō mo
do concedūt, sed etiam logice, & proinde diffinitionem aliorum contrariorum rite illis fuisse at
tributā. & arbitrariū putāt q solum de maxima formarum pugnantia diffinitio, non etiā de ma
xima mobiliū secundū rectitudinē distātia ītelligatur. imo vt sentit Aristoteles, ab his secundū
locū. contrariis afferunt aliorū contrariorū diffinitionē, q maxie abinuicē distāt, quanuis superne
emicātiū locus & in pceps deorsumq; ruentiū nō tā fortasse maximā loci, spatiiq; distantiā q̄ sub
eodē genere maximā naturæ diuersitatē, atque pugnantiam dicunt, qua diuersissima corpora
illis in locis supne, īferneque conseruātur, & rōne cuius ad ea pugnantissimi aduersantissimique
fiūt motus, qd' aūt eidē subiecto vicissī nō assunt, quod nō mutuo sese deiciūt. nihil obsit. nā lo
cus sursū sic in summis natura lest vt nūq̄ abesse possit, neque alteri cuspiā adesse. ī his aūt cōtra
riis quæ natura īsunt, nō oportere ea eidē subiecto vicissī adesse, vicissimq; se mutuo detrudere.
vt neq; calor et algor vicissī igni assūt, aut ab eo sese vicissī mutuoq; deiiciūt. Addūt nō oportere
si locus re ipsa sit supficies, idcirco ī id descēdere, vt pprie supficies supficiei cōtraria sit. et nomē
supficiei ad cōtrarietatē minus aptū esse, vt neq; bicubitum aut tricubitū, nomē aūt speciale lo

ci,esse contrarietati accõmodum. Refutant insuper,refelluntq; idipsum.nã non fit si color colori
contrarius sit, & oĩs color re ipsa similitudo sit, vt idcirco similitudo similitudini contraria eua
dat,nomen enim similitudinis,contrarietati aptũ non est, coloris autem speciale nomẽ aptũ atq;
17 idoneum.Itaq; cui parti potius erit accedẽdũ,vosipsi diligẽtius,accuratiusq; dijudicaueritis.Ma
xime ꝓprium idcirco quãtitati est, æquale aut inæquale dici,ꝙ id quantitati,ꝑ se,ratiõeq; sui &
non per alterum congruat,quod aũt per se conuenit,Aristotelica doctrina maxĩe conuenit. aliĩs
autem etsi æqualevel inæquale dici conueniat,non multum id tñ.nam per alterum,quod autem
per alterum conuenit,id non multũ cõuenire dicitur,vt hõ ęqualis alteri hoĩ dicitur,& alteri cui
libet inęqualis,attñ non multum.nã non per se,sed & ratione sui sed ꝑ alterum,ꝙ vterq; æqualẽ
habeat corporis molem,aut inæqualem.& vna forte dispositio alteri æqualis aut inæqualis dici
tur,sed per alterum,quia vterq; diuturna sit,aut cuiuspiam alterius eiusdẽ temporariæ moræ aut
diuersarum morarum. quare non multũ æqualis aut inæqualis dicitur. Verum maxĩe similis di
ceretur.Nam per se suiq; ratione. aliĩ ꝓprietatẽ volunt intelligi maxĩe quãtitati ꝓpriũ esse,rem
eam esse a qua quicq̃ habet vt dicatur æquale aut inæquale:idcirco ꝓprietatẽ ita assignant.Maxi
me ꝓprium est quantitati scd'm eam æqualem & inæquale dici. Et huic sentẽtię accessit Argyro
pilus ita literã aristotelis interpretatus. Proprium aũt quantitatis,maxĩe,æqualitas & inæquali
tas,vt hęc ęqualevel inęquale dicatur.primũ tñ aristotelicæ intelligentiæ magis accommodatum
videtur.Neque aristotelem ad literamvertit,sed ad eam quam ipse cõiciebat intelligentiã. Nam
sic Aristoteles ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ ποσοῦ τὸ ἴσον τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι,hoc est ꝓprium autem
maxĩe,quãtitatis æqualeq; & inęquale dici.& qđ in capite qualitatis κατ' αὐτὴν expositũ est secun
dum eam,non errabit etiam forte qui secundum se & per se interpretabitur. Sed id non conten-
tionis gratia dictũ sit nã & Argyropilus & quique interpretũ grauí apud me sunt authoritate.

PARAPHRASIS CAP. SEXTI.

SExtum cap.de quantitate diuisiones duæ,enumerationes specierũ,dubiũ vnum,con
29 clusio vna,cõmunitates tres,instantiæ duæ. Duæ diuisiones. Prima. Quanti,hoc qui
dem discretum est,illud vero continuum. Secunda. Rursum quanti, hoc constat ex
partibus positionẽ habentibus, illud vero ex partibus non habentibus positionem.
30 Enumerationes specierũ primæ diuisionis. Discretum est nũerus,& oratio. Continu
um vero linea,superficies,corpus,tempus,& locus.Quod autem numerus discretum sit, hinc co-
gnoscitur. quia quantitas discreta ea est,cuius partes nullo communi termino copulantur,atqui
numerus huiusmodi quantitas est.Partes enim numeri,nullo cõmuni termino copulantur.vt de-
narĩ partes quinque & quinque,nullo iunguntur coĩ termino,sed seiunctæ, discretæque manẽt:
similiter & eius partes tria & septem,neque eñ vnq̃ partium numeri cuiuscũque,coĩs terminus
reperietur.Orationem autem quantum esse discretum ita videtur. Nam longa breuique mensu
ratur syllaba(dico autem orationem in voce factam)quantum igitur est.Et suę partes nullo com
muni termino iunguntur.discretum igitur: non enim syllabæ quæ partes orationis sunt,aliquo
communi nectuntur termino:tantominus & dictiones,sed discretæ,seiunctęque manent. Oratio
igitur quantum discretum est.Et lineam,superficiem,corpus,tempus, & locum continuum esse,
similiter ostenditur. Nam quantitas continua ea est cuius partes communi quodam termino co
pulantur,cuiusmodi illę quidem sunt quantitates. Nam linee partes puncto communi termino
copulantur,& partes superficiei copulantur linea.Est enim terminus communis aliquis, quo su-
perficiei partes copulantur.Et partes corporis,superficie aut linea. Partes itidem tẽporis,vt præ
sens,tempus cum præterito pariter & futuro termino quodam communi coniunguntur. Identi-
dem & partes loci. Nam corporis partes quæ termino cõmuni copulantur,partibus loci respon
dent,locum quendam obtinentes copulabuntur,igitur & loci partes,singulas huiusmodi corpo
ris continentes,simili quodam termino, quali & corporis particulæ. Manifestum est igitur line-
am,superficiem,corpus,tempus,& locum,quantitates continuas esse. Secundæ diuisionis specie
rum enumerationes. Quia enim dictum est, quantorum hoc constare ex partibus positio-
nem habentibus,illud vero non constare ex partibus positionẽ habentibus,quantitates quæ non
constant ex partibus positionem habẽtibus,sunt numerus,oratio,& tempus. Quod autem linea
superficies,corpus,& locus,ex huiusmodi partibus constent, hinc cognoscitur. Nam quantitas
constans ex partibus positionem habentibus ea dicitur,cuius partes alicubi sitæ sunt adinuicem
copulatæ,iugesque & permanentes. Et partes lineæ, superficiei, corporis, & loci.tales nimirum
sunt.Partes enim linee alicubi sitę sunt nam qua ĩ parte vnaquæque partium eius situm habeat,
sitave sit,perfacile assignare possis, & similiter illud idem de partibus superficiei & corporis vbi
iaceant,sitęque sint abinuicem,continuæ, & resides, perfacile monstrabis. de partibus vero loci,
vt de partibus corporis idem quoque est sciendum. constant igitur nimirum hæc ex partibus
positionem habentibus.De numero,oratione, & tempore quod ex huiusmodi non cõstent,mon
stratur.Nam nemo monstrare possit partiũ numeri positionem,easque alicubi esse sitas, aut cum
aliquo copulatas, & idem de partibus orationis & temporis euenit, vt earum positionem, nemo

assignare possit. Orationis quidem, tum q̧ suæ partes nō permanent: nā vna iā dicta est, qď autē
dictum est non manet, imo neque iterato sumi pōt, tum q̧ inuicem continuæ nō sunt. Temporis
vero, q̧ suę partes non maneant. Quonam pacto em̄ eius quod nō permanet positionē aliquam
assignabis? Manifestum est igitur hæc constare ex partibus positionem non habētibus. Dubium 31
At quia partium temporis vna prior est, & altera posterior, similiter & partium numeri, & idem
de partibus oratiōis iudicium credere quis possit partes illas positionem habere, nam añ & post.
Dilutio. Verum non ita est. Nam anterius & posterius hic, situm & positionem non nominant,
sed ordinem. vt in numero prius est vnū duobus, & duo tribus, & tria quatuor ordine quodam,
videlicet numerandi. & in oratione & in tempore, similiter pars vna prior, & altera posterior or-
dine quodam dicitur. Manifestum igitur esse pōt, quę quātitates ex partibus positionem haben
tibus constent, & quæ ex hmōi non constent. Conclusio. Ea sola quæ dicta sunt ꝓprie quanta di 32
cenda sunt, cæteravero quanta per accidens. Ea quę dicta sunt, ꝓprie esse quanta manifestum est.
Nam per se, & non alterius rōne quanta dicuntur. Sed cętera ꝑ accidens quāta esse deprehēdun-
tur. Primo. quia cętera, ad ea q̄ dicta sunt respicientes, rationeq̧ eorū quāta dicimus, vt albū dici
mus multum ad superficiē respiciētes, quia videlicet superficies cui adiungitur multa sit, & actio,
& motus dicit̄ lōgus, quia tēpus in quo fit, longū est nō igitur aliqd taliū ꝓprie quātum, sed par
alterū atq̧ per accidēs. Scd'o. quia si quis assignauerit cur vnūquodq̧ a p̄dictis, quātū dicatur, ali
quod prędictorum adducet, rōe cuius quantum sit, vt si quispiam assignet quāta sit actio, id tem
pore definiet eam annuam, aut aliqua alia tp̄is mensura esse dicens. Identidem si quis quantū sit
album assignare voluerit id superficiem assignando, efficiet. Quāta em̄ fuerit superficies, tm̄ & al
bum esse dicet. Ea igitur q̄ dicta sunt & sola qdē, ꝓprie & per se quāta dicūtur, cęterorū vero nul 33
lum ꝑ se, sed per accidens quantum dicitur. Tres cōitates. Prima. Quantitati nihil est contrarium.
Nam ī quātitatibus q̄ determīatæ sunt, id statim dilucet, vt bicubito, tricubito & similibus nihil
est contrarium, neq̧ etiam indeterminatis quātitatibus, vt lineæ, superficiei, aut alicui taliū quicq̄
ꝓrsus est contrarium Instantia. Multum pauco & magnum paruo cōtrariū ē. erit igitur indeter
miatis quātitatibus aliquid cōtrarium. Respōsio. Id inficias imus, ꝓprie quātitatibus aliquid esse 34
cōtrarium. tū q̧ hę quātitates nō sint, tum q̧ cōtraria nō sint Quātitates em̄ multum, paucum,
magnū, & paruū non sunt, sed ad aliquid. Primo. Nā nihil ꝑ seipsum, magnū aut paruū dicitur,
sed cum ad aliud refertur, vt mons ad alterū montē paruus dicitur, & miliū ad alterum milij gra
num magnū, & hunc in modū cū ad aliquid eorū quæ sui gn̄is sunt, referuntur. em̄ vero si per se
magnum & paruum dicerentur, & non ad alterum relata, nunq̄ mons paruus diceretur, & mili-
um magnum. Manifestum igitur magnum & paruū ad aliquid esse: & non esse quantitates. Et de
multo & pauco idem subit iudicium. Nam in pago multos homines, Athenis autem paucos esse
dicimus. Item in domo multos, in theatro autem paucos, cum longe plures Athenis q̄ in pago, &
in theatro, q̄ in domo homines existant. Atqui nunq̄ fieret, nisi multum & paucum ad aliquid re
lata dicerentur. Secundo. bicubitum & tricubitum, & talium vnumquodq̧ quantitatē significat.
magnum aūt & paruum, multū & paucū non, sed potius significationem ad alterum hn̄t. Sūt igi
tur talia, potius ad aliquid dicenda, q̄ quantitates. Prætetea illa non esse cōtraria declaratur. nam
siue illa ad aliquid sint, siue quantitates esse defendantur, nihil ipsis contrariū. Si ad aliquid, quia
illis quę solum ad alterum dicuntur, nihil est contrarium. Quomodo enim quod secundum seip-
sum non sumitur, sed semper ad alterum refertur, aliquid fuerit contrarium? Secundo. Quia si
magnum & paruum, multum & paucum, ad aliquid sunt & contraria, idem contraria simul susci
piet, quod impossibile est. Non enim possibile videtur, quicquam simul suscipere contraria, vt
substantia cum maxime contrariorum susceptiua sit, nunquam tamen simul contraria suscipit.
vt eadem substantia nunquam simul valet & ægrotat, & nunquam simul alba est, atque nigra. Et
quod si magnum & paruum contraria essent, itidem multum & paucum, idem simul cōtraria su
scipere ostenditur. Nam vnum & idem vt mons ad vnum alterum, magnū est, igitur est magnum
& simul idem ad alterum montem paruum est. igitur est paruum. idem igitur simul magnum et
paruum est. susciperet igitur simul contraria. Et ne id modo, sed idem sibi esset contrarium. Nam
idem esset magnum et paruum, et magnum paruo contrarium. idem igitur sibijpsi dissidens, et
contrarium. nam quatenus magnum, aduersaretur sibiipsi paruo. quod est impossibile. Non em̄
fieri potest vt quicquam sibiipsi sit contrarium. Et de multo et pauco consimiliter diceretur.
Non igitur sunt magnum, paruum, multum, et paucum (si ad aliquid sumantur) adinuicem con
contraria. et si secundum se sumantur, tanto minus (et etiam propter eadem) videbuntur esse con
traria. Hæc igitur impedimenta non præstant, quo minus quantitati nihil sit contrarium. Secun
da instantia. Locus sursum et locus deorsum, quantitates sunt et inter se quidem contrariæ. Pri-
mo. Nam locus deorsum qui est in medio mundi, et locus sursum qui est ad mundi extrema, ma- 35
xima desipescunt, separanturque distantia, sunt igitur contrarij. Secundo. Quia aliorum contra-
riorum diffinitio, quæ est, contraria esse quæ sub eodem genere posita maxime a seinuicē distant,
illis commode aptatur. Sunt igitur contrarii, quantitati igitur, aliquid est contrarium. Et hæc
faciunt videri maxime quantitati circa locum, aliquid esse contrarium. Hanc autem instantiam
non aliter diluit Aristoteles. Secunda communitas. Quantitas non suscipit magis aut mi-

nus. Nam bicubitum, non dicitur magis vel minus alio bicubitum neque in numero tria, ma
gis vel minus tria quam quinque dicuntur, vel quinque magis vel minus quinq; quam tria,
aut alius quiuis numerus, neque tempus alterum altero dicitur magis vel minus tempus, &
37 omnino nulla assignatarum quantitatum magis vel minus dicitur. Recte igitur dictum est quā
titatibus conuenire magisve aut minus non suscipere. Tertia. Maxime proprium est quanti
tati, ęquale vel inæquale dici. Nam vnaquæq; dictarum quantitatum, æqualis aut inęqualis di
citur, vt corpus ęquale & inæquale dicitur, & numer⁹ & oratio ęqualis & inæqualis, & tempus
ęquale & inęquale, & ita de vnoquoque aliorum quę prius adducta sunt. At reliqua omnia quę
quantitates non sunt, non admodum dicuntur ęqualia vel inęqualia, vt dispositio ęqualis aut
inæqualis non multum dici solet, sed potius similis, dissimilisve, & album, non multum ęquale
aut inęquale, sed potius simile aut dissimile. Quare quantitati non ab re maxime proprium
erit, æquale aut inęquale dici. Et hęc de quantitate.

De ad aliquid. Cap. VII.

38 AD aliquid vero talia dicuntur. quæcunque hoc ipsum quod Diffini-
sunt aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad ali- tio .i.
ud. Vt maius hoc ipsum quod est altero dicitur: aliquo enim
maius dicitur, & duplū alterius dicitur hoc ipsum quod est:
alicuius enim duplum dicitur. similiter autem & alia quæcū-
que huiusmodi sunt. At vero sunt etiam & hęc ad aliquid: vt
habitus, dispositio, scientia, sensus, & positio. Hæc enim om-
nia quæ dicta sunt. hæc ipsa quę sunt aliorum esse dicuntur,
vel quomodolibet aliter ad aliud, & non ad aliud quiddam.
habitus enim alicuius habitus esse dicitur. & scientia alicu-
ius scientia, & positio alicuius positio, & alia quidem simili-
ter. Ad aliquid igitur sunt, quæcunque hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicūtur, vel
39 quomodolibet aliter ad aliud, vt mons magnus dicitur ad alium montem (magnum
enim ad aliquid dicitur) & simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicun-
tur. Sunt autem & accubitus, & statio, & sessio positiones quædam, positiones ve
ro ad aliquid sunt: iacere autem, & stare, vel sedere, ipsa quidem non sunt positiones,
denominatiue vero dicuntur ab ijs (quæ dictæ sunt) positionibus. Cōmuni
Inest autem contrarietas in ijs quæ sunt ad aliquid, vt virtus vitio contrarium, cum tas. i.
sit vtrunque eorum ad aliquid, & sciētia ignorantiæ. Non autem omnibus ijs quæ sunt
40 ad aliquid, insunt contraria: duplici enim nihil est contrarium, neque triplici, neque vl Cōmuni
li talium. Videntur autem magis & minus ea quę ad aliquid sunt suscipere. Simile tas .ij.
enim & dissimile, magis & minus dicitur, & ęquale & inęquale magis & minus dicitur,
cum vtrunque sit ad aliquid: simile enim alicui simile dicitur, & inæquale alicui inęqua
le. Non autem omnia quæ sunt ad aliquid, suscipiunt magis & minus: duplum enim
non dicitur magis & minus duplum, nec aliquid talium. Cōmuni
41 Omnia autem quæ sunt ad aliquid ad conuertentia dicuntur. Vt seruus domini ser tas. iij
uus, & dominus serui dominus esse dicitur, & duplum dimidij duplum. & dimidium
42 dupli dimidium: & maius minore maius, & minus maiore minus: similiter autem & in Conclu-
alijs. Sed casu aliquotiens differunt secundum locutionem, vt disciplina disciplina- sio. i.
ti disciplina dicitur, & disciplinatum disciplina disciplinatū: & sensus sensibilis sensus,
& sensibile sensu sensibile. At vero aliquotiens non videbitur conuerti, nisi con-
43 ueniēter ad quod dicitur assignetur, sed peccet is qui assignat, vt ala si assignetur auis,
non conuertitur vt sit auis alæ: non enim prius conuenienter assignatum est ala auis,
neque enim in eo quod auis est, ala auis dicitur, sed in eo quod alata est: multorum em̄
enim & aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues. Quare si assignetur conuenienter, & Conclu-
44 conuertitur, vt ala alati ala est, & alatum ala alatum. sio. ij.
Aliquotiens autem forte & nomen fingere necesse erit, si non fuerit nomen impo-
situm ad quod conuenienter assignetur: vt remus si assignetur nauis, non est assigna-
tio conueniens neque enim in eo quod nauis est, in eo eius remus dicitur: sunt enim


naues,quarum remi non sunt:quare non conuertitur:nauis enim nō dicitur remi nauis
Sed forte conuenientior assignatio erit: si sic quodam modo assignetur . remus: remi-
tæ rei remus est,aut quomodocunque aliter . nomen enim non est positum , conuerti
tur autem si conuenienter assignetur:remitum enim remo remitum est: Similiter au-
tem & in alijs.vt caput cōuenientius assignabitur capitati caput:quam si animalis asi-
gnetur.neque enim in eo quod est animal:caput habet.multa enim animalia sunt capi-
ta non habentia. ¶Sic autem fortasse facillime quis sumet,quibus posita non sunt 45
nomina:si ab ijs quæ prima sunt, &ijs ad quæ conuertuntur nomina ponuntur.vt in
ijs quæ prædicta sunt:ab ala alatum,a remo remitum. Oīa igitur quæ ad aliquid di-
cuntur:si conuenienter assignentur,ad conuertentia dicuntur.quoniam si ad quodli-
bet aliud assignentur,& non ad id ad quod dicuntur : non conuertuntur . dico autem
quoniam neque eorum quæ indubitanter ad conuertentia dicuntur , & nomina eis
posita sunt nihil conuertitur.si ad aliquid eorum quæ sunt accidentia assignentur , &
non ad id quod dicuntur.vt seruus si non domini assignetur,sed hominis , vel bipedis,
vel cuiuscunque talium:non conuertitur.nanque dici non potest:homo est serui ho-
mo . non enim conueniens est assignatio . ¶Amplius . Si autem conuenienter
assignetur ad id ad quod dicitur omnibus alijs sublatis quæcunque accidentia sunt, 46
relicto solo illo ad quod assignatum est conuenienter:semper ad ipsum dicetur.vt si ser
sublatis uus ad dominum dicitur,~~circumscriptis~~ omnibus quæ accidentia sunt domino,vt esse
bipedem vel scientiæ susceptibilem,vel hominem.relicto vero solo quod dominus est
semper seruus ad ipsum dicetur, seruus enim domini seruus dicitur. Si autem non con
i. sublato uenienter ad id ad quod dicitur assignetur,~~circunscriptis~~ omnibus alijs,~~relicto~~ eo solo
ad quod assignatum est,non dicetur ad ipsum , assignetur enim seruus hominis,& ala
auis,& circumscribatur ab homine esse dominum,non iam seruus ad hominem dicetur
cōmuni- cum enim dominus non sit,neque seruus est. Similiter & de aue, si adimatur eam ala-
tas .iiij tam esse.non enim amplius erit ala ad aliquid.cum enim non sit alatum,nec ala erit ali 47
cuius. Quare oportet asignari ad id ad quod conuenienter dicitur, & si sit nomen po-
situm facilis erit asignatio,si autem non sit : fortasse necessarium erit nomen fingere.
si autem sic asignentur:manifestum est quoniam omnia ad conuertentia dicuntur.
¶Videntur autem ad aliquid:simul esse natura.& in plurimis quidem verum est:in a
liquibus vero non verum.simul enim duplum & dimidium sunt. & cū sit dimidium .
con clu- duplum est. & cum sit dominus seruus ast . & cum sit seruus : dominus est . similiter
tertia autem , his & alia . Simul autem hæc auferunt sese inuicem . si enim non sit duplum:
non erit dimidium. & si non sit dimidium : non erit duplum.similiter autem & in alijs
quæcunque talia sunt . ¶Non autem in omnibus relatiuis verum videtur , esse 84
simul natura.scibile enim scientia prius videbitur esse:nanque in pluribus subsistenti-
bus rebus scientias accipimus:in paucis vero vel nullo quisquam hoc perspiciet simul
cum scibile scientiam esse fact am. ¶ Amplius. Scibile sublatum simul aufert scientiā
scientia vero simul non aufert scibile.nam si scibile non sit :non erit scientia.nullius e-
nim erit scientia.scientia vero si non sit,nullis prohibet esse scibile.vt circuli quadratu
ra si est scibilis scientia quidem eius nondum est:illa vero scibile est. ¶Amplius.Ani-
mali quidem sublato non erit scientia:scibilium vero plurima esse contingit. Similiter
his sel c habent ea quæ de sensu sunt.sensibile enim prius quam sensus esse videtur.sub 49
latum enim sensibile:simul aufert sensum sensus vero:sensibile non simul aufert.sen-
sus enim circa corpus & in corpore sunt sensi bili autē sublato:aufertur & corpus. sen-
sibile enim corpuus est.cum autem corpus non sit:aufertur sensus.quare simul aufert
sensibile,sensum.Sensus vero:sensibile non simul aufert.sublato enim animali,sensus
quidem aufertur:sensibile autem erit corpus vt calidum,dulce,amarum,& omnia alia
dubium quæcunque sunt sensibilia. ¶Amplius. Sensus quidem simul cum sensitiuo fit . si-
mul enim fit animal ,& sensus.sensibile vero ante animal & sensum est . ignis enim &
aqua & alia huiusmodi ex quibus ipsum animal constat: ante sunt quam animal omni
no sit,vel sensus.quare prius sensibile quam sensus esse videbitur.
¶Habet autem dubitationem vtrum nulla substantia ad aliquid dicatur , quemad -
modum videtur : hoc contingat secundum quasdam secundas substantias .

Nam in primis ſubſtantijs verum eſt:nam neque totæ neque partes primarum ſubſtã
tiarum:dicuntur ad aliquid.nam quidam homo : non dicitur alicuius quidam homo.
neque quidam bos: alicuius quidam bos. Similiter autem & partes.quædam enim ma
nus:dicitur non alicuius quædam manus,ſed alicuius manus.& quoddam caput : non
dicitur alicuius quoddam caput,ſed alicuius caput.
¶ Similiter autem & in ſecundis ſubſtantijs:atque hoc quidem in pluribus. vt homo
non dicitur alicuius homo.nec bos alicuius bos.nec lignum alicuius lignum,ſed alicu-
ius poſſeſſio dicitur: in huiuſmodi ergo manifeſtum eſt quoniam non ſunt ad aliquid.
In aliquibus vero ſecundis ſubſtantijs:habet aliquam dubitationem. vt caput alicuius
50 caput dicitur, & manus alicuius dicitur manus,& ſingula huiuſmodi. quare hæc fortaſ
ſe ad aliquid eſſe videbuntur. ¶Si igitur ſufficienter eorum quæ ſunt ad aliquid dif Diffini-
finitio aſſignata eſt:aut nimis difficile aut impoſſibile eſt oſtendere quod nulla ſubſtã tio.ij.
tia eorum quæ ſunt ad aliquid dicitur. ſi autem non ſufficienter : ſed ſunt aliquid qui-
bus hoc ipſum eſt eſſe, ad aliquid quodammodo ſe habere, fortaſſe aliquid contra iſta
dicetur. Prior vero diffinitio ſequitur quidẽ omnia ea quæ ſunt ad aliquid, non tamen
hoc eis eſt eſſe quod ſunt ad aliquid,quod ea ipſa quæ ſunt aliorum dicuntur.
¶Ex his ergo manifeſtum eſt quod ſi quis aliquid eorum quæ ſunt ad aliquid defini- Correla
51 te ſciet:& illud ad quod dicitur definite ſciturus eſt. Palam itaque & ex his eſt. ſi enim rium.
nouit aliquis quiddam quod ad aliquid eſt(eſt autem eſſe ijs quæ ad aliquid ſunt, idem
ac ad aliquid aliquo modo ſe habere(& illud nouit ad quod hoc aliquo modo ſe habet.
ſi enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo ſe habet: neque ſi ad aliquid hoc
aliquo modo ſe habet,noſcet. Sed in ſingulis palam hoc eſt, vt ſi quid nouit quis de-
finite quia duplum eſt:& cuius duplum eſt,mox definite nouit.ſi vero nullius defini-
torum nouit ipſum duplum eſſe,neque ſi ſit duplum omnino nouit. Similiter autem
& hoc aliquid ſi nouit quis quod melius eſt definite & quo melius eſt ſtatim definite
neceſſarium eſt noſſe. Propter hæc non indefinite ſciet quia hoc eſt peiore melius. ſu-
ſpicio enim hæc eſt,non ſcientia. non enim ſciunt exacte quod eſt peiore melius. ſi enĩ
ſic accidit,nihil eſt deterius ipſo. Quapropter palam eſt quia neceſſarium eſt ſi noue-
rit quis aliquod relatiuorum definite,& id ad quod dicitur definite noſſe.
¶Caput vero & manus,& eorum ſingula quæ ſubſtantię ſunt ea ipſa quę ſunt ſciri de
52 definite poſſunt,ad quod vero dicantur non eſt neceſſarium ſcire. cuius enim hoc ca-
put,vel cuius hæc manus ſit: non eſt ſciri definite. quare non erunt hæc ad aliquid.
Si vero non ſunt hæc eorum quæ ſunt ad aliquid,verum erit dicere quia nulla ſubſtan
tia aliquid eorum eſt quæ ſunt ad aliquid. Fortaſſe autẽ difficile ſit de huiuſmodi rebus
confidenter declarare:niſi id ſæpe pertractum ſit. dubitaſſe autem eorum vnoquoque
non eſt inutile.


Septimi cap. notæ.

SVNT QVI primam diffinitionis ad aliquid particulam ex-
38 ponunt de ijs quorum ea ad quæ referuntur genitiuo explican-
tur. vt duplum dicitur dimidij duplum, & dimidium dupli dimi
dium. ſecundam vero de ijs:quorum ea ad quæ referuntur, altero
quouis obliquo ſimpliciter adiuncto, aut nullo. vt ſimile dicitur
ſimili ſimile: datiuo explicante id ad quod refertur. & maius dici
tur minore maius: ſeptimo caſu explicante, id ad quod maius re-
fertur. aut nullo ſimpliciter adiuncto obliquo. Simpliciter dico ſi
ne præpoſitionis interuentu, vt magnum. Neque enim geniti
uo, neque datiuo, neque ſimpliciter accuſatiuo, neque altero quo
piam obliquo id quod refertur explicatur. Nam magnũ non parui magnũ dicitur, neq; paruo
magnum, neq; paruum magnum, ſed dicitur ad paruum magnum accuſatiuo videlicet cum
præpoſitione ſumpto id ad quod refertur explicante. Et in hanc propemodum ſententiam: de
ſcendere videtur Boetius. Cum dicit Ariſtoteles recubare, ſtare, ſedere, poſitiones non eſſe
ſed denominatiue dici a poſitionibus,non vult negare,recubare,ſtare, ſedere eſſe prædicamen

si positionis siue situs,sed negat ea esse principalia,primogeneaque illius prædicamẽti, vt quæ
Boetius. sint denominatiua a positionibus .perinde ac cum dico albedinem, nigredinem , & cœruleita-
Aristote sem qualitates esse,non autem album, nigrum cœruleum , sed qualia denominatiua a qualita-
les. tibus. Virtus, vitium , scientia , ignorantia , nomina sunt habituum ad bene operandum & 39
perperam,& ad bene considerandum & perperam,ignorantia pro ignorãtia praua , prauoque
considerandi habitu sumitur. Et hæc proprie sunt qualitates,& cõmuniter ad aliquid , etiamsi
& Boetius homonyma faciat. Cum dicit simile , dissimile ,æquale , & inæquale suscipere ma- 40
gis & minus:latius suscipere magis & minus quã prius sumere, videtur pro his quæ apte præ-
dicationem cum magis & minus suscipiunt,seu illa intentionem & remissionem , seu maiorem
minoremve conspirationem & consensum præferunt. vt sunto duo quorum vterque consi-
militer & sciens & bonus ,item duo quorum vterque consimiliter sciens , at vnus studiosus al
ter vero prauus.duo primi magis similes sunt ob maiorem qualitatis affinitatem , consensum
que:& duo secundi minus similes . Et si duæ aquæ æquali intensione ferueant vt caloris inten-
sione graduum quinque:& duæ aliæ ferueãt,sed vna gradibus quinque,& altera quatuor.duæ
primæ magis similes dicuntur.nam magis suæ qualitates conspirant, atque consentiunt . duæ
autem secundæ minus similes,nam non tanta est suarum qualitatum affinitas. magis profecto
rerum affinitate conueniunt quinque graduum & quinque graduũ calor & color,quam ĳ quo
rum quinque graduum alter,& quatuor alter graduum fuerit. Et de æquali & inæquali simili-
ter in proposito dicendũ est. vt sint duo corpora,vtrunque quidem proceritate quinque pedũ
& crassitie pedanea:item duo quorum vtrunque proceritate quincupedanea. sed vnum crassi-
tie pedanea,alterum vero pedanei deunce.duo prima corpora magis æqualia sunt,vt quorum
quantitates magis consentiant,& duo secunda minus æqualia. nam eorum quantitates minus
consentiunt,deest enim duodecima pars pedanei,vt æque crassities conspirarent,vt in duobus
primis. Neque hic æquale exacte sumimus vt quantitatum præcisionem dicit,vt neque simile
præcisionem qualitatum intensione,remissioneve. Illa tamen dicerentur & maxime æqualia &
maxime similia,& ad quorum normam cætera dici possent,vt & adhuc æqualium & similium
nomina retineant,quæ ab illis non insigni, sed pene insensibili lapsu discedunt . Inæqualia au-
tem & dissimilia dicentur,quorum ab illis appertus,manifestusque discessus fuerit. Magis Inæ-
qualia,quæ ab æqualibus sunt remotiora.nam suis quantitatibus,magis discrepant. Et minus
inæqualia,quæ minus remota. Similiter magis dissimilia , quæ a similibus elongatiora , & mi-
nus dissimilia,quæ minus Et hæc promptam habent intelligentiam. Relatiua conuerti dicique
ad conuersentia:est vt primum dicitur esse secundi , ita & secundum dicitur esse primi . vt sit 41
pater:primum,filius secundum. sicut pater:pater filĳ est,ita filius,filius patris est. Sit item ma
ius primum,& minus secundum. sicut maius,minore maius est, ita & minus maiore minus est,
& hoc pacto in reliquis . Alæ quæ nõ sunt auium , vt apum & vespertilionum,quæneque oui
para,neque ex ouis genita. Clauus,temo,gubernaculum nauis. Virgilius. Clauumque ad litto
Virgil. ra torquet. Pedalium enim quo vocabulo hic vtitur Aristoteles)temonem gubernaculumque
significat. Naues quæ clauo gubernaculoque non vtuntur, vt lintres quæ apud Germanos cir-
ca danubium ex cauatis arboribus fiunt , & pleræque cymbæ quæ solo conto ad fluminum ri
pas adiguntur. Animalia quæ capitibus vacant,vt Ostrea Conchilia, & huiusmodi. non enim
caput dicitur,, nisi aliquot sensuum. auditum, visum, odoratumve capiat aut plures aut om
nes. Homo bipes,susceptiuum disciplinæ & huiusmodi , accidentia domini similiter & serui 42
dicũtur.quod etsi dominus homo sit , & bipes & susceptiuus disciplinæ, ratio tamen domini il
la non respicit sed seruum,& similiter ratio hominis dominum non respicit . nam absoluta ra
tio est,sed accidit homini esse dominum ,& ita de seruo , & non quod illa domini sint acciden
tia quæ domino hæreant, vt subiecto. Simul natura sunt,quæ se mutuo inferunt, & interimũt. 43
Priora sunt quæ sublata interimunt,& posita non ponunt . Posteriora vero quæ posita & alia
ponunt,sublata vero non perimunt. itaque hæ differentiæ dictionum reperiuntur. ponunt & in
terimunt,interimunt & non ponunt, ponunt & non interimunt . sunt denique quæ neque po
nunt neque interimunt. Et hæc subiecta figura monstrantur .



1 Extremum	A Priora	Negant non affirmant
1 Medium	B ſimul natura	Affirmant & negant
2 Medium	C Ordine carentia	Neq; negant neque affirmant
2 Extremum	D Poſteriora	Non negant & affirmant



48 Sciremus circulum quadrare,ſi dato quocūque circulo, certam agnoſceremus artem ac regulam illi æqualis cōtinentiæ quadratum deſignare.hoc eſt cum planicies,areaque vnius.æqualis eſſet planiciei & areæ alterius,quod factu ſemper fuit difficillimum.vt ſi area & planicies circuli a, eſſet centum pedum,& planicies itidem quadrati b,centum pedum , quadratum b æquale eſſet cōtinentia ipſi circulo a,& eſſet cycli tetragoniſmus,id eſt circuli quadratura . Et quod Boetius Seuerinus dicit circuli quadraturam iam ſuo tempore repertam eſſe,hoc dicit propter Archemedē Syracuſium,qui eam niſus eſt demonſtrare.cuius tamen demonſtrandi modum non probat Nicolaus Cuſanus,quod helix qua id efficere conabatur,difficilius conſtitueretur quā circulus quadraretur,quod quidem efficiendum aſſumebatur. Helica enim vocant, quandam circumuolutā, implexamque lineam. Et alium eius rei in ijs quos de ſupplementis & mathematica perfectione nuncupauit,molitus eſt demonſtrandi modum. Etrevera in dies noua exoriri,iuenirique poſſunt ſcibilia:Et forte cum ſcibile prius fuiſſet omnem numerum perfectum,eundem & trigonum eſſe ad tempora tamen noſtra demōſtratum nuſquam(quod equidem noſſem)patuerat , quod adiecto theoremate ad Iordanum demonſtrauimus;quod poterat & alius ſi aduertiſſet, demōſtraſſe. Et forte,ſcibile eſt quocunq; trigono in octonariū ducto ſola vnitate adiecta ,tetragonū protius coaleſcere,atq;procreari,nondū tū demōſtratū reperitur, pro quo ſubiecta cōſtituatur formula,

	Monas	Creatrix	I	Tetragonorum addenda ſummis				
Tetragoni qui	9	25	49	81	121	169	225	adiecta vnitate ſurgunt
Summe trigo=	8	24	48	80	120	168	224	norum in octonarium
Octonarij	8	8	8	8	8	8	8	Multiplicati
Trigoni	1	3	6	10	15	21	28	Multiplicantes
Radices te=	3	5	7	9	11	13	15	tragonorū

Et hæc vt ingenia excitentur exempli ſolum cauſa,adducta,ſatis ſint.

Sciẽtiam videtur hic Aristoteles & in superioribus, accipere pro certa quadam actuali cognitione, quam mens adhibitis sensibus exercet, & qua rem quampiam haud cunctãdo cognoscit, quæ profecto, sublato animali deperit. non autem pro scientifico habitu, aut certa quauis cognitione etiã quæ actu sit, quæ sine sensuum functione peragetetur. Nam & scientificus habitus scibili etiam non existente, esse potest. vt scientia de tonitruo, de niue, de grandine, de deliquiis & huiusmodi pariter & certa actu cognitio, quæ sensuum administratione non eget vt quod tonitruum sonus is sit qui ex collisione nubium & exhalationis, elisus sit. Et ille quidem & hæc, sine animali esse possunt. sunt enim animali immortales, seiugesque a corpore degunt, quo ad animorum parẽs illos secundum suas intelligibiles leges reuocet. & hæ diuinæ leges, ordinationesque & de nobis & de omnibus aliis, benedictæ sint, quas qui credunt inter philosophos secta piorum appellãtur qui non credunt, impiorum secta. Et nullus ahuc Aristotelem in secta impiorum nominauit. vt neque Pythagoram, Socratem, Platonem, nisi forte quidam impiorum saluti immortalium animorum insidiantes. qui ex hoc loco contendunt Aristotelem voluisse animos cum corporibus interire, quibus durissimum erit, se inuitos (iuxta Mercurii sententiam) immortales animos habere aliquando agnoscere, neq; aliquẽ huiusmodi aliquando noui, qui præside bono custode nõ videretur destitutus, & qui in omne facinus non prorueret & in præceps tanquam sæuo pcitus œstro rapraretur. adeo vt ipse sibi libens mortem consciscerer Id tamen aduertendum est ex hoc loco Aristotelis sententiam, de animorum immortalitate nõ esse quærendam. cum prorsus id nihil hic attineat. Et hic de hac re plura adducere, nimis esse videtetur a nostro proposito alienum. Quod hunc ferme in modum argumentatur Aristoteles si non est animal non est scientia, & si nõ est animal non ideo tollitur scibile. igitur neque si non sit scientia, tolletur scibile. Is argumentandi modus per id firmus agnoscitur, q cũ antecedente stat, & cũ consequente, itẽ & per id q nõ ad antecedens, & ne quidẽ sequetur ad cõsequẽs. Et modus argumentãdi Aristotelicus, syllogismos claudit hypotheticos, vt vis illationum appareat, perinde est ac si hunc in modũ argumentaremur si est scientia, est animal, si est animal, est scibile. igitur si est scientia, & scibile. posita itaque scientia, ponitur & scibile. Rursum si non est aĩal, non est scientia: & si non est animal, non fit vt nõ sit scibile. igitur neq; fit si nõ sit sciẽtia, vt nõ sit scibile ablata igitur scientia, non aufertur scibile. At posita (vt monstratũ est) ponebat scibile per diffinitionẽ. igitur sciẽtia posterior est scibili. & per cõuertentia relatiuorũ, scibile prius est scientia. Non igitur ab aduersantibus, repugnantibusq;, scientia & scibile simul sunt natura quanq̃ & Aristoteles prius mõstrauerat, scibile prius esse sciẽtia, quod scientia certaque mentis adminiculatione sensuum apprehensio, posterior in quam plurimis, scibilibus ipsis habeatur, & sit in paucissimis aut nullis simul scibile & scientiam accipere, vt cum in tenebris e silice scintillam decutis, simul est scintilla illa & simul eius scientiam accipis. Et idem e vestigio ex diffinitione efficis. Nam si non est scibile, non est animal & si non est animal, neque est scientia igitur si non est scibile, neque scientia. sublato igitur scibili, aufertur & scientia. At si est scibile, non idcirco vt eius sit scientia oportet. posito igitur scibili minime ponitur scientia, at sublato, perimitur, per diffinitionem igitur scibile prius est scientia. Propositionum & assumptionum approbationes omisimus, quo argumentationis forma dilucidius appatet. Et hunc in modum quod sublato sensibili simul auferatur sensus, epicherematis syllogismique hypothetici vsus intelligendus est, ac si hoc pacto ratiocinaremur si non est sensibile, non est corpus. & si non est corpus, neque est sensus, itaque si non est sensibile; neque est sensus. approbationes autem quas Aristoteles interfereret, relictæ sunt. Et ex his facile ratiocinationum aristotelicarum, vis diluceat. Definite, determinate. In correlario enim & sui declaratione, particula definite, determinationem non autem diffinitionem pro ratione quid est indicãte denotat, Nam te roget quispiam de aliquo an pater sit, si respondeas patrem esse, si determinate assignare nescis cuius pater sit, id determinate te nescire dicit. at si determinare agnoscis, hic filius eius est, determinare te nosse respondere poteras esse patrem. Similiter de aliquo si forte rogaberis an melior sit, & respondeas melior est, quo melior (altero interrogante) & respondeas aliquo deteriore. & quo deteriore, si determinate assignare nescias, qui te interrogauit, dicet te nescire an id quo de; te ĩterrogauit melius sit. sed id potius opinionem, suspitionem p̃sumptionemque esse quam scientiam. Nam certe, determinateque nesciebas. Quo fit vt quisquis vnum relatiuorum determinate nouit, determinate noscat & id ad quod dicetur. & quisquis indefinite, indeterminateque vnum noscat, determinate noscet & id ad quod dicetur. & indeterminate nosse, opinari potius est & suspicari esse quam certo agnoscere. Sed de partibus substantiæ, nunquid ita euenit cum etiam aliorum esse dicantur? Minime. Nam oculus oculati est oculus, attamen si determinate oculum cognoscis, non te idcirco determinate cognoscere oporteat, cuius sit oculus. Per rimam enim solum pateat oculus, & manifeste percipias pupillam, forter aspicientis determinate scis esse oculum. At si rogatus fueris vt determinate assignes cuius sit oculus id efficere non possis, & ne id modo secundum indiuiduam determinationem, sed ne quidem secundum speciem. Nam si dicis oculum esse hominis, forte canis erat, aut vituli et si hominis erat determinare, nesciebas neque cuius hominis, et hunc in modum de aliis partibus substantiæ

Descriptio primigeniorum a quibus correlatiuorum nomina finguntur.

Boetius		Argyropilus		Hermolaus	
Remus	Remitum	Clauus	Clauatum	Rostrum	Rostratum
Caput	Capitatum	Caput	Capitatum	Crinis	Crinitum
Primigenia	Effícta	Primigenia	Effícta	Primigenia	Effícta

PARAPHRASIS CAP. SEPTIMI.

SEptimum Cap. de ad aliquid duæ diffinitiones, communitates quatuor, conclusio
nes tres, documenta tria, dubitatio vna, corollarium vnum, & dubitationis dilutio.
Prima diffinitio. Ad aliquid autem talia dicuntur, quæcunq; ea ipsa quæ sunt alio-
38 rum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt maius idipsum quod est, al
tero maius esse dicitur. nam aliquo minore, scilicet maius. si enim aliud non sit, neq;
quoque maius erit. & duplum idipsum qđ est, alterius dicitur. est eñ alicuius duplũ, & reliqua,
quæ hmõi sunt consimiliter. Sunt insuper & hęc habitus, dispositio, scientia, & positio ad aliqd.
Nam vniuersa dicta, eaipsa quę sunt aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt
habitus quodam modo dicitur ad aliud. Est enim habitus, alicuius habitus, similiter scientia ali-
cuius scientia, & positio alicuius positio, & alia simili modo. Ad aliquid igitur sunt, quęcunque
eaipsa quę sunt aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt mons magnus ad alte
rum dicitur, vel simile ad alterum. Ad aliquid enim magnus mons dicitur, vt ad paruũ montem,
& simile alicui simile, & omnia quęcunque sunt huiusmodi. Præterea recubatio, statio, sessio, ad
aliquid sunt. Nam positiones quædam sunt, positiones vero ad aliquid dicuntur. Sed recubare,
39 stare, sedere, positiones non sunt, at denominatiue dicuntur a positionibus. Quatuor communita
tes ad aliquid. Prima. In ĩs quę sunt ad aliquid contrarietas reperitur. Nam virtus vitio contra
ria est, quorum vtrunque ad aliquid similiter, & scientia ignorantię. Et id ad aliquid nõ omnino
proprium est. Nam non omnibus conuenit, duplo enim, triploque & similibus, nihil est contrari
40 um. Secunda. Ad aliquid magis atque minus suscipiunt. Nam simile & dissimile, æquale & inæ-
quale, magis & minus dicuntur quæ sunt ad aliquid. Nam simile, simili simile dicitur, & dissimi
le, dissimili dissimile, similiter & æquale æquali At id, ad aliquid non omnino propriũ est. Nam
non omnibus conuenit, duplum enim neque magis, neque minus duplum dicitur. neque aliquid
similium. Tertia Omnia relatiua ad conuertentia dicuntur. Nã dominus serui dominus dicitur,
41 & seruus domini seruus Et duplum dimidĳ duplum, & rursus dimidium dupli dimidium, & ma
ius minore maius, & contra, minus maiore minus: & similiter in reliquis. Prima conclusio. Relati
42 uorum conuertentia, aliquando eodem casu secundum locutionem redduntur aliquando dissimi
li Eodem quidem, vt in ĩs quæ dicta sunt. Dissimili vero. Nam scientia scibilis scientia dicitur,
43 & scibile scientia scibile. Et sensus sensibilis sensus, & sensibile dicitur sensu sensibile. Secunda. Re
latiua minime ad conuertentia, reciprocaque dicentur, nisi apta, conueniensque suorum correlati
uorum facta fuerit assignatio. Nam cum quis peccat correlatiuum assignando, cum eo quod per
peram assignatum est, non dicuntur ad conuertentia. vt si ala, auis correlatiuum assignetur, haud
quaq̃ conuertitur. Non eñ oportet vt ala, auis sit ala, & hoc ideo, quia alę non recte correlatiuum
auis. assignatum fuerat. Nã ala, non eo dicitur ꝙ sit auis ala (cõplures eñ alę sunt, quæ non sunt
auium alæ) sed eo ꝙ alati sit ala. Et idcirco ala, correlatiuum assignari debet ad alatum. fient tunc
conuertentia, ꝙ correlatiuum rite assignatum. Nã vt ala alati ala, ita quoque & alatũ ala alatum
44 dicitur. Tria documenta. Primum. Si correlatiua desint quę apte assignentur: tunc forsitan ma-
gis expediet noĩa fingere, vt apta, conueniensq; fiat correlatiui assignatio, vt clauus non apte na
uis correlatiuum assignaretur, non eñ eo ꝙ nauis sit, clauus dicitur. Nam naues nonnullæ sunt,
quarum non sunt claui, sed operępretium forsitan magis fuerit, correlatiui nomen fingere, vt cla
uatum (nam illi nomen inditũ non est, quod illi assignetur) aut aliquid huiusmodi. at si positum
assignatumq; conuenienter fuerit, conuertitur. Est enim clauus clauati clauus, & clauatum clauo
clauatum. Et similiter in aliis vbi nomina desunt, vt caput accommodatius capitati, quam anima-
lis caput assignabitur. non eñ eo ꝙ aĩal est, caput habet Nam pleraque animalium caput non ha
45 bent. Secundum documentum pro correlatiuis effingendis. Si correlatiuorum nomina posita
non fuerint, illa a primigeniis quæ posita sunt, & cum quibus remeare ac conuerti debent, depro
menda sunt, nomenq; ex nomine deducendum, instar eorum quæ dicta sunt ab ala alatum, a cla-
uo clauatum, quod si posita sint, apte dicentur omnia ad conuertentia. omnia igitur relatiua di-
cuntur ad conuertentia: modo apte illis correlatiua assignentur. Dico enim apte. Nam si id non
fieret etiam in iis quorum nomina posita sunt, non recurrent, dicenturque ad conuertentia. vt si
seruus non domini, sed hominis, aut bipedis, aut alicuius talium quæ accidunt, & ad quę accidit
46 vt referatur, assignetur, nequaquam conuertetur. Nã non cõueniẽs assignatio facta est. Tertium
documentum. Si cęteris oĩbus omissis quæ accidunt, vno solo relicto cũ quo relatiuum conuer-
tatur; illud conuenienter assignatur, & si vno relicto cæteris aliis omissis, neglectisq; cum eo re-

latiuū non conuertatur,haudquaq̄ apte consentaneeq; assignatur,neq; ad illud vt ad reciprocum
conuertensque dicetur. Vt si seruus apte dicatur ad dominum, omissis oībus quæ accidunt do-
mino,vt esse hominem,bipedem,susceptiuum disciplinæ,& similibus,solo relicto dño:sp dicetur
ad ipsum. Seruus eñ dñi seruus est. Et si seruus assignetur ad hoīem prętermissis oībus alijs solo
homine retento,non amplius seruus dicetur ad hoīem. Nā cum dominus non sit,pfecto neq; erit
seruus.idcirco seruus non apte ad hoīem assignetur,Identidem & ala non apte ad auem nam ab
ea sublato alatam esse,& ea relicta,ala cum aue non conuertitur,neq; ad aliquid dicatur relictum
est. Nam cum alatum non fuerit,neq; profecto ala alicuius erit quare si conuerti debeant, ea assi-
gnari oportet,ad quę conuenienter relatiua dicantur, quod factu sane facilius est in ijs: quorum
noīa posita sunt,in ijs autem quorum noīa desunt,vt referantur,noīa fingere necesse est quod si
ita factum fuerit:manifestum est oīa relatiua dici ad conuertentia. Quarta cōmunitas. Videntur 47
ad aliquid simul natura esse,& id quidem in plurimis verum esse constat. Nam simul natura sunt
duplum & dimidium,dñs & seruus. Si eñ duplum est,simul & dimidium est: & si dimidium est,
duplum quoq; est. & si dñs est,seruus est.& si est seruus,pariter est & dominus.& hūc in modum
in reliquis,quæ huiusmodi sunt.& non solum simul sunt,sed & mutuo sese interimunt. vt si non
est duplum,non est dimidium. & si non est dimidium,neq; quoque erit duplum. & in reliquis hu
iusmodi similiter. Tertia conclusio. Esse simul natura,non omnibus conuenit relatiuis. Primo. 48
Nam scibile & scientia sunt relatiua.at illis non conuenit esse simul natura. Nam scibile,scientia
prius natura esse videtur. rerum enim præexistentium vt plurimum scientias accipimus,& in per
quam paucis aut nullis percipiat quispiam scibile,ac scientiam simul fieri Secundo. Quia quæ si-
mul natura sunt,se mutuo tollunt. atqui de scibili & scientia,non id euenit. Nam si scibile tolla-
tur,tollitur & scientia. si eñ non sit scibile,neque est scientia,neque vllius scientia. sed sciētia si tol
latur,nihil phibere videtur scibile esse, & non tolli, vt circuli quadratura si scibilis admittatur:
nondum profecto eius scientia reperta est:attamen ipsa est scibile. Tertio. Sublato animali sciētia
non erit. at animali sublato,cōplurima scibilia supererunt,prius igitur scibile quam scientia. qua
re & scibile & scientia,non sunt simul natura. Secundo. Simile euenit de sensu & sensibili, vt sen
sibile sensu prius sit. Primo. Nam sensibile si tollatur,tollitur & sensus, q sensus circa corpus,&
in corpore sint,& sensibili sublato,tollitur corpus. omne enim corpus sensibile, sublato autē cor
pore,vt sensus non sint necesse est. At sensus si tollitur,minime tollitur sensibile. Nam si non sit
animal,non est sensus,atqui non existente animali multa supererunt sensibilia, vt calidum,frigi-
dum,dulce,amarum,& id genus talia. sensibile igitur prius est sensu. Secundo. Sēsus simul cum
sensitiuo emergit. Nam simul cum animali fit sensus,atqui sensibile priusquam sensus ortus sit;
subsistit. Nam ignis,aqua,& huiusmodi ex quibus animal constatur,atque coalescit, animal, sen
susque ortum præueniunt sensibile igitur prius est sensu. Dubitatio. Solent & hoc in loco ad-
dubitare vtrum nulla substātia dicatur ad aliquid,quemadmodum & oportere videtur,an secun 49
darum aliquæ,dicantur ad aliquid. Nam in primis substantijs seu totum, seu partes indicent,sta
tim exploratum videtur,non dici ad aliquid. De toto quidem,vt quidam hō,nō dicitur alicuius
quidam hō,neque quidam bos,alicuius quidam bos,& ita in reliquis. De partibus aūt similiter;
vt quędam manus non dicitur alicuius quædā manus, & si alicuius manus dicatur. Et quoddā
caput,non alicuius quoddā caput,sed alicuius caput dicitur. Et eadem de cōplurimis secūdis sub
stantijs,dici posse videtur. Nam hō non alicuius hō dicitur,nec equus alicuius equus,nec lignū ali
cuius lignum:etsi hæc,alicuius possessio dicantur. Manifestum igitur,hęc,ad aliquid nō esse. Sed
in aliquibus secundis substantijs,merito videtur addubitandū:nā caput alicuius,caput dicitur,&
manus alicuius manus,et vnunquodq; talium eodem mō,hæc igitur manifestū est esse ad aliquid
quare manifesto quædam substantiæ videbuntur ad aliquid. Et vt paucis dubitationi satisfiat,si
præcedens diffinitio ad aliquid rite assignata putetur, aut admodum difficile, aut īpossibile est,
nullam substantiā ad aliquid esse ostendere. Si aūt rite,sufficienterq; assignata non fuerit, poterit
hæc assignari. Secunda diffinitio. Ad aliquid sunt qbus ipsum esse; idē est q ad aliquid quodam 50
mō se habere. Et ex hac diffinitione poterit forsitā,ad hęc quæ addubitata sunt,aliquid dici. Ve-
rum etsi prior diffinitio sequatur oīa quæ sunt ad aliquid,non tñ hoc ipsis ad aliquid, esse est,sci
licet ipsa quæ sunt aliorum dici,sed ipsorum esse,est ad aliquid se habere. Corollarium. Quo fit vt 51
si quispiam definite aliquid eorum quæ sunt ad aliquid norit,definite noscet, & id ad quod dice
tur,quod ex dictis & ex his manifestum esse pōt. Nam si quispiam aliquid eorū quæ sunt ad ali
quid definite nouit (cū eorū quæ sunt ad aliquid ipsum esse sit ad aliquid quodāmō se habere)
profecto & definite nouit ad quod quodāmō se habet. Quod si nullo pacto id norit,neq; vllo pa-
cto an primum diceretur ad aliquid nouit. Quod vt manifestius deprehendatur,licet ex singulis
agnoscere. Nam si quis definite quippiā nouit duplū esse,continuo definite scit cuius est duplum
q si definite non nouit id cuius est,neq; oimo an duplū esse nouit. Idētidem si quicq̄ ad aliquid
melius,quispiam definite norit,vt protinus id quo melius est,definite agnoscat oportet. Quapro
pter non indefinite agnoscet quod hoc deteriore melius est, id enim nosse scilicet indefinite,su-
spitio potius quam scientia est, neque exacte propter hoc scit melius deteriore esse melius.

datur, lices ex singulis agnoscere. Nam si quis definite quippiam nouit duplum esse, continuo definite scit cuius est duplum. quod si definite non nouit id cuius est: neque omnino an duplum esse nouit. Identidem si quicquam ad aliquid melius: quispiam definite norit, vt protinus id quo melius est, definite agnoscat oportet. Quapropter nõ indefinite agnoscet quod hoc deteriore melius est. id enim nosse scilicet indefinite: suspitio potius quam scientia est, neque exacte propter hoc sciet melius, deteriore esse melius. Nam & forsitan nihil est deterius ipso, quare manifestum est necessarium esse, si quis aliquid eorum quæ sunt ad aliquid definite noscat, definite nosse & id ad quod dicatur. Dissolutio precedentis dubitationis. Et ex hoc ambiguitas de substantijs an ad aliquid sint: dirimi potest. Substantias scilicet non esse ad aliquid. Nam & caput & manum & vnum quodque talium quæ substantiæ sunt: hoc ipsum quod sunt definite scire possumus, ad quod autem dicantur non necessarium est definite scire cuius enim hoc sit caput, aut cuius manus: non necessarium definite scire. Quare hæc non sunt ad aliquid: & si hæc non sunt ad aliquid: vere asserere possumus nullam substantiam esse ad aliquid & forsitan difficile est de talibus valde, vehementerque asserere: nisi frequenter ipsa pertractata: præmeditataque sint. dubitasse igitur de vnoquoque eorum haudquaquam est inutile.

De qualitate. Cap. VIII.

Qualitatem vero dico, secundum quam quales quidem esse di
53 cuntur. Est autem qualitas: eorum quæ multipliciter dicun
54 tur. Et vna quidem species qualitatis. habitus & dispositio dicã
55 tur. Differt autem habitus a dispositione: quod permanentior
& diuturnior est. Tales uero sunt scientiæ & virtutes. scientia enim videtur esse permanentium, & eorum quæ difficile moueantur. si quis vel mediocriter sumat scientiam: nisi grãdis permutatio facta sit vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiusmodi. similiter autem & virtus, vt iustitia, & castitas, & singula talium: nõ videntur posse moueri, neque facile permutari. dispositiones vero dicuntur quæ sunt facile mobiles, & cito permutabiles. vt calor, & frigiditas, & ægritudo, & sanitas & quæcunque alia huiusmodi. afficitur enim quodammodo secundum eas homo: cito autem permutatur, & ex calido frigidus fit & ex sanitate in ægritudinem transit. similiter autem & in alijs. nisi forte: quæ earũ contingit per temporis longitudinem in naturam cuiusque transferri, & immobilis vel difficile mobilis existens, quam iam quilibet habitum vocet. Manifestum est autem quoniam hæc volunt habitus dicere, quæ sunt diuturniora, vel difficile mobilia. Nanque in disciplinis non multum retinentes, sed facile mobiles: non dicuntur habitum habere, quamuis sint ad disciplinam peius meliusve dispositi. quare differt habitus a dispositione, quod hæc quidem facile mobilis sit: ille vero diuturnior & difficilius mobilis.
56 Sunt autem habitus & dispositiones: dispositiones vero non necesse est habitus es
se. qui enim retinent habitum, & quodammodo dispositi sunt ad ea quæ habent vel pe
ius, vel melius, qui autem dispositi sunt: non omnino retinent habitum.
57 Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugilatores vel cursores, vel salu
bres. vel insalubres dicimus: & simpliciter quæcunque secundum potentiam naturalẽ vel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam sunt dispositi aliquo modo vnũquodque huiusmodi dicitur: sed quod habent naturalem potentiam, vel impotentiam facile quidem facere, vel nihil pati. vt pugilatores, vel cursores dicuntur: non quod sint dispositi aliquo mõ, sed quod habeant potentiã naturalem hoc facile faciendi. Salubres vero dicuntur: eo quod habeant potentiam naturalem, vt nihil a quibuslibet accidentibus
58 facile patiantur. insalubres vero quod impotentiam habeant naturalem nihil facile ab
accidentibus patiendi. Similiter his, durum & mole se habent. Durum enim dicitur ꝙ habeat potentiam non facile secari: mole vero quod eiusdem ipsius habeat impotentiam. Tertia vero species qualitatis est. passibiles qualitates & passiones. Sunt autem huiusmodi vt dulcedo, & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata. amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Et quoniam igitur hæ qualitates sunt: mani-

Qui enĩ retinent habitum litera græca paulo aliter nunc habet vt ex notis agnoscis.

festum est.quæcunque enim has susceperint :qualia dicuntur secundum ipsas. vt mel
quoniam dulcedinem suscipit:dicitur dulce. & corpus album:quoniam albedinem suscipit.similiter autem & in cæteris, Passibiles vero qualitates dicuntur non quod ea quę
illas susceperint qualitates,aliquid patiantur(neque enim mel quoniam aliquid passũ 44
sit:dicitur dulce,neque aliquid aliud huiusmodi)similiter autem his , & calor & frigus
passibiles qualitates dicuntur,non(quod ea quæ illas suscipiunt aliquid passa sint)sed
quoniam secundum sensus vna quæque dictarum qualitatum passionis effectiua est,
passibiles qualitates dicuntur . dulcedo enim passionem quandam secundum gustum
efficit:& calor secundum tactum similiter autem & aliæ. Albedo autem & nigredo &
cæteri colores non eodem modo ijs quæ dicta sunt passibiles qualitates dicuntur:sed
eo quod ipsæ ab aliqua passione innascuntur.quoniam enim fiunt propter aliquam 45
passionem multę colorum mutationes:manifestum est . erubescens enim aliquis:rubeus factus est.& timens pallidus,& vnumquodque talium.quare etiam si quis natura aliquid talium accidentium perturbationumve passus est:similem colorem verisimile est eum habere . Quæ enim affectio nunc in eo quod verecundetur circa corpus
facta est:etiam secundum naturalem constitutionem eadem fiet affectio,vt & naturalis color similis sit,quæcunque igitur talium accidentium ab aliquibus passionibus difficile mobilibus & permanentibus principium sumpserunt , passibiles qualitates dicuntur . siue enim secundum naturalem constitutionem , pallor fit aut nigredo : qualitates dicuntur(quales enim secundum eas dicimur) siue propter ægritudinem longã
vel propter æstum,aut aliquid tale contingit vel nigredo,vel pallor.& non facile prætereunt:vel etiam in vita permanent.& passibiles qualitates istæ dicuntur. similiter enim quales secundum eas dicimur. Quæcunque vero ex ijs quæ facile soluuntur,& cito transeuntes fiunt:passiones dicuntur:qualitates vero minime.non enim aliqui secũdum ipsas dicuntur,quales.neque enim qui propter verecundiam rubeus factus est,
rubeus dicitur,neque cui pallor propter timorem venit ,pallidus est : sed magis eo
quod aliquid passus est,quare passiones quidem huiusmodi dicuntur:qualitates vero
minime. Similiter autem his,& secundum animam passibiles qualitates & passiones
dicuntur: quæ cunque enim mox innascendo ab aliquibus passionibus difficulter mobilibus fiunt,qualitates dicuntur & ipsę.vt amẽtia,mentis alienatio,& ira,& alia huiusmodi:quales enim secundum eas dicuntur, id est iracundi atque amentes.similiter autem & quæcunque alienationes non naturales,sed quæ ab aliquibus alijs accidentibus
factæ sunt difficile prętereuntes.& omnino immobiles ; qualitates sunt etiam huiusmodi.quales enim & secundum eas dicuntur. Quæcunque vero ab ijs quæ facile & cito prætereunt:fiunt:passiones,dicuntur. vt si quis contristatus:iracundior fiat.non enim dicitur iracundus , qui huiusmodi passione iracundior est:sed magis quia aliquid
passus,quare passiones quidem huiusmodi dicuntur:qualitates vero minime: 46
¶ Quartum vero genus qualitatis est figura,& circa vnumquodque constans forma:
amplius autem ad hæc rectitudo,& curuitas,& si quid aliud his simile est.secundum enim vnumquodque eorum quale quid dicitur . triangulum enim vel quadrangulum
esse quale quid dicitur , & rectum aut curuum:& secundum etiam formam vnũquodque quale dicitur . ¶ Rarum vero & spissum & asperum & leue putabuntur quidem quale quod significare:sed aliena huiusmodi putantur esse a diuisione quæ circa
qualitatem est.quandam enim positionem magis videntur partium vtrunque monstrare.spissum enim dicitur:eo quod partes sibijpsis propinquæ sit . rarum vero : quod
distent a seinuicem.& leue quidem: quod in rectitudinem aliquo modo partes iaceant
asperum vero quod hæc quidem superet.illa vero sit inferior.& fortasse alius quicunque modus apparuerit qualitatis:sed fere qui maxime dicuntur hi sunt qualitates itaque sunt,quæ dictæ sunt.

Diffinitio qualium.

¶ Qualia vero sunt quæ secundum has denominatiue dicuntur . vel quemodolibet aliter ab his .
¶ In plurimis siquidem & fere in omnibus denominatiue dicuntur. vt a candore candidus. & a grammatica grammaticus , & a iustitia iustus ;similiter & in alijs . In aliquibus vero eo quod non sunt posita qualitati nomina : non contingit ea quæ dicuntur , ab ijs denominatiue dici. vt cursor , aut pugillator,qui secundum rem naturalem

dicitur potentiam:a nulla qualitate denominatiue dicitur. non enim posita sunt nomina potentijs secundum quas isti quales dicuntur: sicuti disciplinis, secundum quas pugiles vel palęstrici secundum dispositionem dicuntur. Pugilatoria enim & palæstrica disciplina dicitur, quales vero ab his denominatiue dicuntur: qui disponuntur. Aliquãdo autem & posito nomine non dicitur denominatiue: quod secundum eam quale dicitur. vt a virtute studiosus. eo enim quod virtutem habeat studiosus dicitur: sed non denominatiue a virtute. Non autem in pluribus hoc tale est. qualia ergo dicuntur, quę denominatiue a dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo modo aliter ab eis.

¶ Inest autem & cõtrarietas secundum qualitatem. vt iustitiæ iustitia contraria est: & albedo nigredini, & alia. Similiter autem & ea que secundum eas qualia dicuntur. vt Cõitas i.
63 iniustum iusto: & album nigro. Non in omnibus autem hoc est. rubro enim & pallido aut huiusmodi coloribus: nihil est contrarium earum quæ qualitates sunt.

¶ Amplius. Si contrarium alterum fuit qualitas: & reliquum erit qualitas. hoc palam est proponenti ex singulis alia prædicamenta.

¶ Nam si est iustitia. iniustitiæ contrarium. qualitas autem est iustitia: qualitas igitur & iniustitia. nullum enim aliorum prædicamentorum aptabit iniustitiæ: neque quanti Regula
64 tas, neque ad aliquid, neque vbi, nec omnino aliquid huiusmodi nisi quale. sic autem & in alijs quæ secundum quale sunt contraria.

¶ Suscipiunt autem qualia magis & minus. Album enim magis & minus album altero albo dicitur. & iustum alterum altero magis vel minus. Sed & ipsa crementum suscipiunt. cum candidum nanque sit: contingit amplius candidum fieri. non tamen omnia sed plura.

65 ¶ Iustitia namque si dicatur magis & minus iustitia: potest quilibet ambigere, similiter autem & in alijs dispositionibus. quidam enim dubitant de talibus. iustitiam nanque iustitia non multum aiunt magis & minus dici: nec sanitatem sanitate. minus autem habere alterum altero sanitatem aiunt: & iustitiam alterum minus altero habere dicitur, sic autem & grammaticam, & alias dispositiones. sed tamen ea quæ secundum cõitas.ii. Dubiũ.
66 eas dicuntur: indubitanter recipiunt magis & minus grammaticior enim alter altero dicitur: & iustior, & sanior: sic autem & in alijs. Triangulum vero & quadrangulum non videntur magis & minus suscipere, neque aliqua aliarum figurarum. quæ em̃ diffinitionem trianguli recipiunt & circuli: omnia similiter trianguli vel circuli sunt. eorũ autem quæ non recipiunt rationem ipsam: nihil enim magis alterum altero dicetur. nihil enim quadratum magis quam parte altera longius, circulus est. neque alterum em̃ recipit circuli rationem simpliciter autem si vtraque non recipiunt propositi rationem: non dicetur alterum altero magis. nõ ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. Horum itaque quæ prædicta sunt: nihil est proprium qualitatis. cõitas iij. Dubiũ ij

¶ Similia vero & dissimilia secundum solas dicuntur qualitates. Simile enim & dissimile alterum alteri non est secundum aliud, nisi secundum id quod quod quale est. Quare proprium est qualitatis secundum eam simile vel dissimile dici. ¶ At vero non
67 decet conturbari: ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes, multa eorũ quæ sunt ad aliquid, interposuisse: habitus enim & dispositiones eorum (quæ ad aliquid sunt) esse dicebamus. Pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur nihil autem eorum quæ sunt singularia. nã cum disciplina genus sit: id ipsum quod est alterius dicitur, alicuius enim disciplina dicitur, eorum vero quæ singularia sunt: nihil ipsum quod est alterius dicitur. vt grammatica non dicitur alterius grammatica. nec musica alicuius alterius musica. sed forte secundum genus & hæ aliquid dicuntur. vt grammatica alicuius dicitur disciplina: non alicuius grammatica. & musica alicuius disciplina: non alicuius musica. quapropter quæ singularia quidem sunt: non sunt ad aliquid. dicimur autem quales secundum singula. hæc enim & habemus. scientes enim dicimur: eo quod habemus singularum scientiarum aliquas, quare hæ erunt etiam qualitates: quæ singula res sunt: secundum quas aliquando & quales dicimur, hę autem nõ sunt eorum quæ sunt ad aliquid. Amplius. Si contingit idem ipsum & quale & ad aliquid esse: nihil est inconueniens in vtrisque hoc generibus enumerare.

¶ Octaui cap. no tæ

Ad bona indole studiosos adolescētes

¶Habitus est non insita qualitas, difficulter a subiecto dimobilis. Vel medio criter: etiam medio
modo. Mediocriter etiam scientiam sumere videtur: qui eam sic sumit vt neque superflua curet,
neq; necessaria omittat. sic enī sumendo: neque abundat, neque deficit. & sic sumptæ disciplinę so
lent esse diuturnissimę. Verum nunc ferme superflua quęruntur: & necessaria omittūtur quo do
lendum est non parum. Quare studiosi adolescentes si vultis non fugaci scientiarum possessione
diu esse diuites: eas mediocriter sumite ad mensuram mediocritatemque sapere contenti. Et sciē
tia & aliȷ̄ habitus a subiecto non sunt dimobiles: nisi grandis, insignisque permutatio fiat, aut ab
ægritudine, aut aliquo huiusmodi. Memoria enim proditum est, de Menala Coruino quodam
non ignobili oratore sic ægritudine tentatum fuisse:, vt ad conualescentiam rediens, penitus lite
rarum ignarus apparuerit, & omnium etiam sui nominis penitus oblitus, vt qui habitum talam
perdidisset. longa etiam plurimorum annorum dissuetudine, habitus emarcescunt, euanēt que at
que dispereunt. Affectio etiam quæ naturæ corruptiua est, in naturam versa dicitur, quando na
turæ iam domestica, consuetudinariaque facta est, vt perinde habeatur acsi naturalis, neque con 56
tendat natura depellere non secus acsi sibi germana conueniensque esset vt febris quæ diuturni
tate moræ ethica nominatur. & morbus elephantiacus, & alopecus; quæ species sunt scabiei ma-
læ atque lepræ ab elephante & vulpe ita nuncupatæ. Dispositio, aduentitia qualitas est perfacile
dimobilis a subiecto dispositio, affectio, disponi: affici. Et passim dispositionem homonymum es
se volunt, & bifariam dici proprie videlicet & communiter. Proprie: vt quæ modo diffinita est.
communiter autem vt sit adepta qualitas: seu ea facile, seu difficulter a subiecto dimobilis sit.
Et cum dicitur habitus esse dispositiones: illo in loco dispositionem communiter accipi, & idcir
co adiȷ̄ci particulam aliquo modo: vt significet in aliqua significatione. Et in hac significatione
dispositionem esse genus ad habitum, & ad dispositionem proprie. Verum hęc sententia Boetio
non placet, & Aristotelem homonyme vocabulo esse vsum: sed in eadem prorsus significatione.
Et particula aliquo modo non tam Aristotelis esse quam interpretantium: intelligentiam sentē-
tiā que Aristotelis (vtcūque possunt) innuere volētium, nam ita græce legitur. ἐσὶ δὲ ἀι μὲν ἕξεις
καὶ διαθέσεις, ἀι δὲ διαθέσεις οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕξεις. οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες, καὶ διάκεινταί γε. οἱ δὲ κα-
τ' αὐτὰς διακείμενοι οὐ πάντως καὶ ἕξιν ἔχουσιν, hoc est. Sunt autem sane habitus, dispositiones dis
positiones vero non ex necessitate habitus. qui enim habent habitus etiam disponuntur quidē:
secundum illos. dispositi autem non omnino habitum hn̄t. Vult igitur his verbis Aristotelem
velle: habitum dispositiones esse, quod ex dispositionibus habitus aggeratus aditegratusq; sit,
& nihil aliud esse videamr habitus quam multæ dispositiones, quæ se simul continent & conser
uant. singulæ vero seorsum ab aliȷ̄s: non multo post disperirēt, haud secus ac vnius satis amplæ
aquæ singulæ guttæ seorsum ab aliȷ̄s statim resoluerentur disperirentque: coadunatæ: coniunctę
que simul, haud facile dissipantur, sed se mutuo continent ac saluant, & multo tempore durant.
Est enim habitus vt tota aqua: dispositiones vero vt singulæ guttæ. neque aliam intelligentiam
prætendere videtur Aristotelis approbatio, qui innuit qui enim habitus habent: etiam secūdum
illos disponuntur, atqui dispositi sunt, non omnino vt habeant habitū oportet. Et de his habiti-
bus sermo est: qui qualitates ascititiæ acquisitæque sunt ex consimilibus operationibus consimi
liter frequenterq; resumptis, difficile quidem dimobiles. Simitas non tam habitus quam figura 57
est. Cęcitas, cœruleitas ve (vnde cæsiȷ̄ oculi) etiam non tam habitus: quam passibilis qualitas, vti ę
& similia, argumenta non moueant. Genus, genus subalternum, quod idem est species. Pugil qui
pugno concertat, pugnasque exercet. Et id pugilem & pugilatorem differre Seuerinus autumat.
quod pugilis sit, qui artis pugno concertandi peritia instructus iam sit. pugilator vero: qui apti-
tudinem, facilitatem, naturaque ad huiusmodi certamina insitam potentiam & habilitatem ha-
beat. & ille ad primam speciem, hic vero ad secundam, accommodatam habet significantiam.
Salubres hic, appellantur qui valenti sunt corpore, neque facile infirmatum molestias incurren-
tes. Genus hominum, inquit Salustius, salubri corpore. insalubres opposito modo qui parum
firma sunt, bonaque valetudine ad omnes morborum iniurias cito patentes. quos sanos infir
mosque & valetudinarios Hermolaus etiam appellat. Passibiles vero qualitates dicuntur, non
ea quæ illas susceperint qualitates aliquid patiantur. hæc litera videtur apud Græcos quam lati
tinos apertior. quod passibiles qualitates (quas Hermolaus patibiles) Aristoteles autem παθητι-
κάς appellat, ἀπὸ τοῦ πάθους dicantur, quod affectum perturbationemque significat nostri em
πάθη, id est pathe, affectus, perturbationesq; interpretari solent, quas & hic passiones appellamus.
Passibiles igitur qualitates ab affectibus perturbationibusque nomen sortiuntur: vel quod scili
cet aliqua passione secundum sensus afficiant aliquem vel suscitent affectum vel quod ab aliqua
passione, affectuque & perturbatione innascantur. 58
Vt tactiles qualitates gustatiles & olfactiles cuiusmodi sunt æstus, algor, dulcedo, amaritudo,
suauis odor, & grauis olentia: delectationē tristitiam ve secundū sensus ciunt. quare merito pri-
mam ob causam passibiles qualitates dicuntur, q; scilicet aliquam passionem secundum sensus in
gerunt, afficiuntque aliqua secundū sensus passione atque affectu. vix enim tangimus, gustamus
aut odoramus quicquam sine delectatione, aut molestia aliqua. Et pallor, liuiditas, & aliȷ̄ colo

res quanuis non multum cũ sentiuntur mouẽnt affectus:persępe tamen ab affectibus & perturbationibus innascuntur. vt a timore, inuidia, ira, tristitia, odio, amore & huiusmodi: quę passiões & affectus nuncupamus, non ab re igitur ij colores qui resides sunt iuges fixi ac permanentes: secunda causa passibiles appellabuntur qualitates. Neque passibiles appellari putãdum est ꝙ earũ subiecta aliquid patiantur: sed ob alteram causarũ superiorum. Earum enĩ subiecta vt mel saccarum fel aloe & huiusmodi. nihil cũ eas hñt, patiuntur. nã affectuũ perturbationũq; susceptiua nõ sunt, neq; affectus perturbatiõesq; vllæ circa talia fieri natæ sunt. ea aũt a quibus scd'm has qualitates aliqua passa dicuntur. sunt delectatio: tristitia: ira: gaudium: timor: fiducia & quæ eius gñis sunt, quæ passiones appellantur. & quanq̃ etiã earũ subiecta scd'm eas patiantur: id est moueãtur ab illa gñali significatione passionis: vt oẽm. s. motum mutationẽq; dicit: non hæ qualitates appellantur passibiles: sed a speciali, scilicet vt passio nominat affectum. sit hinc insuper vt qualitates hæ et illæ, iure etiam affectiuæ perturbatiuæq; dici possent. hæ quidem ꝙ scd'm sensus perturbationes aliquas ingerunt, aliquibusvę afficiunt, illæ vero ꝙ ab aliqua perturbationis molestia innascantur. quod si huiusce nuncupationis vsus obtinuisset, litera peruiore intelligentia videretur & magis ad intelligendum (vt dici solet) ad manum, & prompta. Verum id latere nõ debet passionem homonymum esse, & nunc affectum nominare, nunc vero generalissimi & vnius decem primorum generum nuncupationem esse sed quando hoc vel illo modo fit vsus. facile est intelligere, sed hæc forte plura quam oportet. Et id nosse par est, rationem generis alicui attribui non solere, cui alicuius speciei ratio non tribuatur. Idcirco quantitas lationi non tribuitur. Non enĩ dicitur quantitas, etsi re ipsa diuidua sit in successionis partes perinde ac tempus, quod specialis nulla ei sit quantitatis, sed motus ratio. imo cum lationem nomino, rationẽ motus, nõ quantitatis exprimo. Simili quoq; mõ rubedo & pallor, ex verecundia & timore, vel veriu: rubescẽtia & pallescentia: non proprie qualitates sunt, neque proprie colores: sed ex perturbatione subitarie quædam colorationes potius, atque quidã motus qui non ad hoc prædicamentũ & ad hanc speciem pertinent: sed ad prædicamentum passionis. haud aliter acsi aqua paulatĩ efferuescit nondũ calida facta: feruor ille non qualitas: non calor proprie dicatur. nam nihil ab eo neq; calidum neq; quale dicitur: sed calefactio: passioq; proprie nominatur. & aliquid ab eo feruens, calescens: & aliquid passum dicitur: & non quale. & ad passionis prædicamentum attinere videtur, non autem ad hanc speciem. etsi calor ad hanc pertineat. nõ tamen ꝙ feruor ille & calor qui huius speciei est & passibilis qualitas, non eiusdem sint naturæ, q̃admodum Socrates, hõ & pater, eiusdẽ est naturæ sed vt homo substantia dicitur: & vt pater ad aliquid Sed forsitan dices. igitur solæ passibiles qualitates hanc constituent integrabuntque speciem. Sed quo modo igitur Aristoteles dicit. τρίτον δὲ γένος ποιότητος, παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη, hoc est tertium autem genus qualitatis esse passibiles qualitates & passiones. Sane posterius nuncupationem emendare videtur, cum solas passibiles qualitates censet mereri dici qualitates, & passiones ipsas non esse qualitates. siue enĩ sunt corporis siue aĩæ quæ passionem secundum sensus inferunt, aut quæ a passionibus affectibusque inferuntur (corporis quidem vt soni, colores, odores, sapores, caliditas, frigiditas: & aliæ tactiles qualitates. animæ vero vt amentia amor odium beneuolentia inuidia & similia) solum ea quæ non illico transeunt sed manent qualitates, reliqua autem quæ euanida sunt, & quæ transeunt dum fiunt passiones appellãtur non qualitates. Sed ista pugnare forsitan videbuntur.

Nam soni & voces assiduæ iugesque non manẽt, sed transeunt dum fiunt: item ira gaudium tristitia statim floccida: emarcescentiaque videntur. & tamen illa & cæteros affectus ponunt communi etiam assensu qualitates. at passibiles non erunt passiones igitur. Nam nullæ aliæ magis esse videntur. quare passiones erunt qualitates: & non solæ passibiles qualitates speciem stabilient de sono autem & voce nihil ab Aristotele determinatum, an passibilis qualitas, an passio dicenda. & dubium non est & sonum & vocem omnem, modum quendam esse. sed esto qualitati & passibili qualitati annitantur: sonum quendam & quandam vocem dicemus pro naturæ suæ fugacitate manentem. vt quæ sufficiente mora continuata sit, & illa sonum & vocem dicemus & qualitatem & passibilem qualitatem. nam & rem & sonoram & vocalem denominare sufficiunt, alii autem sunt soni & voces, quę parum admodum moræ tenẽt, vt tinnitus & non proprie qualitates dicuntur. Nam res ab eis neque sonoræ neque vocales dicerentur, vt luciniola sonora est & vocalis, regulus forte aut auicula quæ solum aut tinnit aut pipit non.

Similiter lux est passibilis qualitas: lumen vero quod & continui illuminatio, vt passio est.

Sunt igitur sonus vox & lumen non proprie passibiles qualitates, quæ cum qualitates dicuntur ad illas reducta intelliguntur. Et de ira gaudio tristitia, & aliis sensualis & brutæ partis animæ affectuum nominibus dicendũ videtur: si motus illos perturbationesq; indicãt passiones esse, & nõ esse qualitates At quando ea nomina ĩpressiones aliquas iuges & resides ex fortibus illis motibus perturbationibusque relictas significant (quæ nunc habitus quod tenaciter hæreant, habeanturque dicũtur: nunc autem passibiles affectus quidam, quod a passionibus perturbationibusque inferantur & permaneant) tunc illa sunt passibiles qualitates vt & amentia quæ plerunque

ex furore pertinaciter inducitur. & desipientia & delirium. quæ plerisque ex vehementi amore
o tristitia, aut vehementi ambitionis cupiditate contingere solent. nostra etiam tẽpestate visi sunt
o o qui aliquo euentu ex perturbatione se pontifices, locorum dominos: & principum filios esse ob
o o o stinacius desiperent. & illæ desipiẽtiæ passibiles sunt qualitates. Sed si quis forte contentiosius
trigonus tinnitus, & de nocte fulgurat iões defendat esse sonos & lumina. quare & qualitates. nam tinitus
o o o proprie & per se ab auditu perceptibiles sunt, & simili pacto fulgurationes in nocte a visu memi
o o o nerit has diffinitiones, rationes qualitatis non explicare, & æque rebus ipsas conuenire seu sint
o o o qualitates, seu sint passiones, perinde ac cum diffinirent calorem. qui tactu proprie & per se perce
Tetragonus ptibilis eorum quæ eiusdem naturæ sunt, sit congregatiuus, natura vero dissidentium dissociati
uus disgregatiuusque. hæc profecto diffinitio non tantum ei calori qui passibilis est qualitas con
o uenit, sed & ei qui feruor quidam est: & passio. & vt a calore illo qui feruor est, nõ dicitur aliquid
o o calidum, sed feruens ac calescens: ita a tinnitu & nocturna fulguratione non dicitur aliquid aut so
o o o norum aut luminosum, sed potius tinnies, fulgescens & illucescẽs. Sed quomodo igitur hic finiẽ
o o o dus color, quomodo calor & hmõi? Profecto quemadmodum qualitas, nam ea dicta est, secundũ
o o o quam quippiam quale dicitur ita color est, secundum quem quippiam dicitur coloratum. Et ca
Pentagonus lor secundum quem quippiam calidum. Et albedo similiter qualitas, secundum quam aliquid di
citur album. Sed quid tunc si vnus qualitatis vt albedinis gradus reses iugisque permaneat, nun
o o o quid qualitas, nunquid albedo dicetur? dicetur, sed remissa, & passibilis qualitas: sed remissa, & ab
o o o ea aliquid remisse album, quẽadmodum enim & qualitas est, dicetur. & qualitates illæ si remissæ
o o o sunt, perpetuæ tamen & manentes, quia suis contrariis ammixtæ sunt, nõn solæ denominare so
o o o lent, sed cum suis contrariis: vt quippiam videlicet non calidũ aut frigidum, non album aut ni
altera parte lõgior, grum dicatur, sed tepidum aut fuscum, aut hmõiatque si oĩa adncere voluerimus, potius tædiũ
quam eruditio pariatur. De hac igitur specie tantilla dicta sufficiant. Quarta species circũloqui 59
o o o tur: figura, forma, rectitudine, & curuitate Figuræ & formę, extimi & circunstantes rerũ termini
o o o sunt, & figuræ ferme, artificiales a fingendo, formæ vero magis rebus a natura constantibus ac
o o o commodatæ. Sed hæc confunduntur frequenter, vt & figuræ de rebus tum natura, tum arte cõ
o o o stantibus dicantur non minus etiam & formæ. Figura de rebus natura constantibus, vt.
o o o *Qua nimium placuit tellus (at) hisce, uel istam*
antelongior. *Quæ facit ut lædar, mutando perde figuram.*

Poturæ tenile grues primoque uolatu. — Figura de artificialibus.
Effingunt uarias (casu monstrante) figuras.
Contigit ut quædam sic non manifesta uideri — Forma de naturalibus.
Forma potest hominis, sed uti de marmore facta.
Sculpsit ebur formamque dedit qua fœmina nasci — Forma de artificialibus.
Nulla potest, operisque sui concepit amorem.

Figura etiam dicitur de magnitudinibus, quæ termino, vel terminis conclusæ sunt. Termino vt circulus & sphæra. terminis, vt triangulus, quadratum, quinquangulus, cubus, pyramis & similia Forma autem & de ĩis numeris dici reperitur: qui suis vnitatibus dispositi: figuras, ferme magnitudinum imitantur ac repræsentant. vt hæ sunt formę numerorum trigonus, tetragonus: pẽtagonus, altera parte longior: antelongior, tessera, pyramis. columnaris. serratilis: quæ omnia ex Nicomacho & Iordano cognosci possunt. forma etiam de naturæ magnitudinibus (vt dictum est) dicitur. vt, forma hominis: forma ęqui: forma leonis secundum quam & vnumquodque aut formosum: aut deforme dicitur. imo & lineam & superficiem et trigonum et circulum et huiusmodi pulchra, formosaque dici volunt: quæ decentius deformata, delineataque conspiciuntur. Et rectitudo & curuitas: non solum figuris & formis: sed & earum nomenclaturis, terminisque: & minimis particulis conueniunt, quæ neque figuræ neque formæ appellandæ sunt. Linea enim quædam recta est, & pars quantulacunque rectę: recta est. & quædam curua: & curuę lineę particulę cuilibet conuenit curuitas. hinc quarta species non solum figura & forma exprimenda est: sed figura, forma, rectitudine curuitate: aliquove huiusmodi. vt & exprimit Aristoteles. 60
Prima igitur species exprimatur: habitus aut dispositio. Secunda naturalis potentia aut impotentia, habilitas. inhabilita sve: aptitudo et ineptitudo. Tertia, passibilis qualitas.
Quarta. figura. forma, rectitudo: vel curuitas. Leue consonante, u, scribitur: & significat leuigatum complanatumque & politum: cuius partes non subsultant: sed ex æquo situm habent in rectum. Qualitas, primigenia principaliaque qualitatis. Palęstra, ludus quo membra membris inserta: luctationibus exercent. de quo poeta.
Pars in gramineis exercent membra palestris.
Et palęstrice disciplina est: qua ad huiusmodi ludorum exercitamenta prompti redduntur.
Duę primę communitates: nullo modo proprię sunt qualitatibus, aut qualibus. Nam neque omnibus conueniunt: quod mõstrat Aristoteles: neque solis. nam conueniunt actionibus & passionibus, quod Aristoteles omisit, quia id sit ex sequentibus monstrãdum. Tertia propria est quarto

modo. Triangulum,circulus & huiusmodi,nunc vt qualitates,& principalia capiuntur;vt in de-
clarationes quartæ speciei.nunc vero vt qualia & denominatiua;vt in ĩjs quæ ad secundam com
munitatem adiecta sunt.Quod dicitur,species non esse ad aliquid:& genera esse ad aliquid,intel-
66 lige homonyme dicta,& non in eadem significatione:acsi quispiam diceret:species homo,equus
leo,non sunt quantitates,attamen aliquod earum genus quantitas est,vt corpus,sed non eã in si
gnificatione:qua genus illarum specierum est.Et quod dicitur nihil prohibere vnũ & idem qua-
litatem esse,& ad aliquid:homonyme etiam id dici intelligitur,ac si diceremus nihil vetare vnum
68 & idem substantia esse & quantitatem,Nam corpus & in substantia & quantitate collocatur:id
tamẽ varijs rationibus effici cognoscitur,Itaq; disciplina accipi potest, vt secundũ eam quippiã
disciplinatum,sciensq; dicitur:& genus quoddã est qualitatis.Et accipi potest vt dicitur ad disci
plinatũ:in cuius animũ cognitionis alicuius certitudo a præceptore transfusa est,& in quo signi
ficatu,in ad aliquid collocari nõ videtur incõmodũ. Adde id longe cõmodius fieri, quã de cor-
pore:q; ea res quæ est disciplina cõmunis,indifferensq; sit qualitati & ad aliquid,sed nulla res q̃
est corpus:communis est & indifferẽs substantiæ & quantitati. Et adeo res huius p̃dicamẽti in-
differentes sunt:vt frequenter sine discrimine res eadẽ,duarum specierũ nominibus, veniat no-
minanda. vt partis animæ quæ bruta est qualitates,qui fomites quidnã sunt,vix delebiles irarũ
odiorũ,inuidiarũ & similiũ,promiscue habitus & passibiles qualitates appellãtur, suntq; sua no-
mina nũc primę speciei qualitatũ,nũc tertię. Vt em̃ qualitates nõ ĩsitas difficile mobiles ad tales
operatiões,eas cõsideramus:habitus nũcupamus,at vt easdẽ qualitates vt a perturbatiõibus na
tas,cõsummatasq; & alte iã bruto appetitui hęrẽtes cõsideramus,easdẽ passibiles qualitates ap-
pellamus Et ex his pauculis:multa id genus alia hũc in modũ ,haud difficulter agnosci poterũt.

Homonymę species et genus diuersorũ prædicamẽtorum dici.

PARAPHRASIS CAP OCTAVI.


OCtauum cap. Descriptio qualitatis.species quatuor.primę speciei differentiæ duę,
dubium vnũ.diffinitio qualiũ,qualiũ modi duo cõmunitates tres.regula vna.du-
53 bia duo,vnũ ad secundã cõmunitatem:& vnũ ad tertiam. Descriptio. Qualitas
54 est secundũ quã quipiã quales esse dicuntur. Quatuor qualitatis modi ac species .
55 Qualitas ex ĩjs est:quæ multos modos,multasq; species habere dicuntur, cuius pri
ma species habitus aut dispositio. Duæ differentiæ. Prima. Differunt primo habitus dispositio
quod habitus qualitas sit permanentior,atque diuturnior cuiusmodi sunt scientiæ ac virtutes.
Scientia enim si enim quis vel mediocriter sumat permanentiorũ,diuturniorũq; esse videtur ne-
que a subiecta dimobilis:nisi admodũ grandis permutatio,aut ab ægritudine,aut ab aliquo hu-
iusmodi facta sit.virtutes similiter:ut temperantia ,& iustitia,& similes resides sunt,atq; iuges,&
haud quaquam facile dimobiles a subiecto. At vero dispositiones fluxę sunt,cito mobiles,citoq;
permutabiles hũc in modum acsi calescimus,algescimus,senescimus,ægrimoniave tentamur:ca
lor,frigiditas,sanitas,& ægritudo facile dimouentur,permutanturque a subiecto. Si enim ho-
mo quispiam illis aut huiusmodi similibus aliquo pacto afficitur,cito permutatur,& ex calido
facile euadit frigidus,& ex sanitate labitur in ægritudinem , & in cæteris huiusmodi affectibus
consimili modo:nisi forte aliqua earũ moræ diuturnitate , iam versa sit in naturã,& immobilis
aut admodũ difficulter mobilis iam facta,& quã merito quis iam habitũ appellare possit.Et hoc
differentiæ discrimem habitus,dispositionesq; retinere(vt habitus appellare debeamus qui sunt
diuturniores & ægrius difficiliusque mobiles , dispositiones vero quę euanidæ & cito mobiles)
manifesto deprehenditur indicio. nam in disciplinis eos qui non multũ quæ perceperint retinere
solent,sed admittunt,sinunt effluere facile:non dicunt habitus habere,etsi ad scientiã aliquo pa-
cto deterius meliusve afficiantur,disponanturq;.quare aliud male habitus a dispositione hoc ip-
sp differre positus est: q; hęc facile dimobilis,ille vero diuturnior & ægre,difficulterque dimobi
lis sit. Secunda differentia. Differunt habitus & dispositio.nã habitus dispositiones sunt,at dis-
positiones vt habitus sint non oportet. Nam qui habitus habent secundum eos aliquo pacto dis
ponuntur,qui autem dispositiones habent non omnino vt habitus habeant oportet. Secunda
species. Secundum genus,secundaque qualitatis species:est naturalis potentia vel impotentia vt
56 pugilatores, cursores,; salubres , valetudinarij & id genus omnia secundum naturalem poten-
57 tiam vel impotentiam dicuntur.non enim quia aliquo pacto dispositi sint,huiusmodi dicuntur
sed quia naturalem potentiam vel impotentiam habeant , ut quippiam facile faciant , aut vt
nihil patiantur , vt pugilatores vel cursores eo dicuntur:quod naturalem potentiam hoc facile
faciendi. currendi scilicet,pugnandive habeant,non autem quia aliquo pacto dispositi sint. Iti
dem salubres dicuntur quod naturalem potentiam habeant ,vt nihil ab accidentibus quæ emer
gere possunt : facile patiantur :valetudinarij vero ,quod habeant naturalem impotentiam : vt
nihil facile patiantur. Et hunc in modum durum et molle dicuntur durum quidem quod
naturalem potentiam habeat : vt non facile secetur,molle vero quod eiusdem retinet impo-
tentiam. Tertia species. Tertium genus tertiaque qualitatis species : passio et passibilis qua
litas . vt dulcedo,amaritudo acerbitas,caliditas,frigiditas , albedo, nigredo et id genus.
Verum has qualitates esse protinus perspicuum est. nam quæ illas suscipiunt ,secundum eas

qualia esse dicunt.vt mel quia dulcedinem suscipit:dulce dicitur, & corpus quia suscipit albedinē
dicitur albū,similiter & in reliquis:ita res sese habere videtur. Et eædē qualitates , passibilesdicun
tur:q secundum sensus passionem ingerunt,vt dulcedo passionem quandā ingerit secundum gu
stum,& calor secundum tactum,& aliæ simili modo.Et non passibiles eo dicuntur q passionibus
quibusdam,effectibusque sua subiecta afficiantur. mel enim non idcirco dulce dicitur, q ipsum
aliquid passum sit,neq calor & frigitiras,,qualitates ideo tassibiles dicuntur , quia ea quæ susci-
piunt aliquid quoque passa sint,sed vt dictum est q secundum sensus passiones suscitant ac inge
runt. Verum albedo,nigredo,& alij colores,non vt prædictæ,passibiles dicuntur qualitates:sed
quia plerunq a passionibus innascantur . Et quod a passionibus colorū varietates inasci possint,
quæ etiam passibiles sunt hoc cognoscitur indicio.Nam verecūdatus est quispiā,rubeus effectus
est:timuit quispiā & factus est pallidus,& vnumquodq similium.quare si quispiā harum passio
num aliquā sibi vendicat a natura:admodū par consentaneumque videtur, vt sibi cognatum &
affinē passioni asciscat colorē.Fiunt igitur colorum varietates, & quidem passibiles qualitates a
passionibus.imo etiā quæcunque hmōi qualitatum ab aliquibusvehementer,pertinaciterque! hę
rentibus difficileque dimobilibus passionibus principium desumpserint:passibiles qualitates di-
cuntur. Pallor enim & nigrities siue naturalem substantiā compositionemque & complexionem
sequantur;siue ægritudinem longam:vel æstum,vel quicquid talium contingere potest:similiter
qualitates dicuntur Nam similiter secundum eas quales dicimur: & haud facile prætereunt , sed
diuturnæ,in vitaque permanentes. Verum non quæcunque a passionibus causantur : qualitates
dicuntur.Nam illa quæ cito soluuntur,& repente intereunt,minime qualitates dicuntur.nam se
cundum eas nihil quale dicitur:sed & appellantur passiones, vt si quispiam propter verecundiā
rubescit,minime rubeus dicitur , neque qui ob metum impallet: dicitur pallidus , sed potius ali-
quid passus.quare huiusmodi affectiones merito passiones dicuntur,qualitates vero minime. Si
militer & in affectibus animæ,qualitates passibiles reperiuntur & passiones. Nam quæ a passio
nibus(quæ a natiuitate tenaciter hærent,& difficile dimobiles sunt)aggignuntur , vt dementia,
extasis,& ira,& huiusmodi:qualitates dicuntur. nam secundum eas quales dicimur: vt demētes
& iracundi. Et similiter mentis excessus:alienationesque quæcunque non natura, sed euentu ali-
quo eueniunt non facile prætereuntes,aut & immobiles ōnino:passibiles qualitates sunt. Nam
cum huiusmodi a passionibus inducantur secundum eas quales dicimur : sed quæcunque ab hu
iusmodi passionibus fiunt:quę non multo post orta depereunt:passiones appellantur, vt si quis
dolet,& subiracundior sit se lito non idcirco dicatur iracundus,sed potius nonnihil passus. Qua 59
re fit vt hæc minime dicantur qualitates.Quarta species qualitatis. Quartum genus, quartaque
qualitatis species est figura & circa vnumquodque inexistens forma, & rectitudo:vt curuitas.&
si quid aliud his simile reperitur , nam secundum vnumquodque talium :aliquid quale esse dici 60
tur,vt secundum triāgulum,quadratū,rectum,& curuū:aliquid quale esse dicitur, itidē & secūm
formam quale. Dubium, An rarum,densum asperum,& leue:hac in specie cōtineantur?nā viden
tur aliquā qualitatē significare.vt ad quandā aliam speciem pertinerēt? Dilutio. Rarum densum
asperum & leue.sub nulla specierum,qualitatis in quas ipsa deducta est,continentur : sed a dicta
diuisione sunt aliena.Nā hinc indevtrunque par:partium potius situm:positionemque significa
re videtur. vt spissum cuius partes evicino assituatæ sunt.rarū cuius partes dispescuntur & ab se
inuicē distant.Leue quidem cuius partes cōplanatæ sunt: in rectū iacentes:asperūvero cuius par 61
tiū aliquæ supereminent & aliæ demissæ,inferioresque sunt,ac subsidēt . Et forsitā alius a quatu
or assignatis.qualitatis modus alicui apparere possit.verū ferme qui maxīe dicuntur: tot sunt.
Et quæ determinatæ sunt:qualitates appellātur.Diffinitio qualium.Sed qualia sunt quæ ab illis
denominatiue aut ab aliquo modo dicuntur. Modi qualium In plerisque enim & fere in omni
bus qualia:denominatiue dicuntur a qualitatibus. vt ab albedine albus:a grāmatica grāmaticus
a iustitia iustus,& hoc pacto in similibus. Sed bifariam contigit qualia aliquo alio modo hoc est 62
non denominatiue a qualitatibus dici,Primo quia qualitatibus indita non sunt nomina; quædā
a qualitatibus denominatiue dici non contingit.vt cursor & pugillator,vt habilitatem natiuam
important qualia non denominatiue dicuntur a qualitatibus: quod illis naturalibus potentijs,
habilitatibusque indita nomina non sint.sed peritis a quibus pugiles palęstricique dicantur:quā
do secundum dispositionem, habitumve dicuntur:nomina indita sunt . nā pugilatoria palæstri
caque nominantur:& ab his cursor & pugil qualia denominatiue dicuntur,Secundo vero modo
contingit qualia dici a qualitatibus non denominatiue:cum qualitatibus ipsis,noīa posita sunt:
sed illa qualia ex qualitatū nominibus non deducuntur.vt studiosus:quale est a virtute : q eū si
gnificet qui virtutē sit consequutus,sed non denominatiue nā studiosi nomen avirtutis noīe nō
deducitur. Veruntamen id in multis ita euenire non solet.Notum igitur est quo pacto qualia a
prædictis qualitatibus denominatiue dicuntur,& quomodo : alio modo q̄ denominatiue . Tres
cōmunitates qualitatis Prima.Conuenit qualitati:vt ipsi aliquid cōtrarium sit, vt iustitiæ iniu 63
stitia contraria est,& albedo contraria,nigredini &pleraque alia huiusmodi . Et non solū qualita

ribus sed & qualibus quæ ab ipsis dicuntur, conuenit habere contrarium.nam iniustum cōtra
rium est iusto,& album contrarium nigro. At id qualitati proprium non est. nā non conuenit
omni.rubro enim & pallido, & medijs coloribus nihil est contrarium, quæ nihilominus sunt
64 qualitates. Regula.Si vnum contrariorum fuerit qualitas,& reliquum erit qualitas.& si vnum
fuerit quale: & alterum quoque erit quale. Quod ex singulorum consideratione prædicamen-
torum,agnosci potest. Nam si iustitia qualitas est,& iniustitia quæ illi contraria est, etiā quali-
tas est. Non enim iniustitia substantia est aut quantitas,aut ad aliquid, actio,passio,quando,
aut vbi,aut aliquid aliorum prædicamentorum.& ita in contrarijs quæ qualia sunt: licet intue
65 ri.Secunda communitas.Qualia magis,minusque suscipiunt nam album,alterum altero magis
& minus album dicitur;& iustum,alterum altero magis & minus iustum, suscipiunt & hæc se-
cundum seipsa intentionem.nam fit vt album se prius & posterius fiat,euadatque magis albū.
66 Et id quali proprium non est.Nam non conuenit omni,etsi quamplurimis cōueniat. Dubium.
Ad dubitare quis poterit an qualitates magis minusve dicātur, vt an iustitia altera iustitia ma
gis,minusve dicatur iustitia,& ita de alijs affectibus, dispositionibusque. & plane quibusdam
ad dubitantium non videtur.nō enim.(inquiunt) iustitia magis,minusve iustitia, & sanitas ma
gis,minusve sanitas,nimium dicitur,sed dicitur(inquiunt)alterum altero magis, minusve ha-
bere & iustitiam & sanitatem,& grammaticen & alios affectus quosque .Dilutio.Qualia quæ
ab huiusmodi qualitatibus dicuntur,proculdubio magis minusve suscipiunt, vt iustus, sanus
grammaticus:magis minusve dicitur.dicitur enim & alter altero & iustior & sanior & gram-
maticior,& hunc in modum in alijs. Verum vt dictum est, non omnibus conuenit qualibus. nam
triangulum & quadratum & omnino quæ ab alijs figuris dicuntur:neque magis, neque minus
suscipiunt.Nam omnia quę trianguli rationem suscipiunt, & circuli:ęque omnia triāgula sunt
& circuli:quare neque triangulus triangulo m.. is aut minus, neque circulus circulo. Et quæ
circuli rationem non suscipiunt,non erit alterum altero magis circulus. Non enim quadratū
magis quam altera parte longior,circulus est,quorum neutrum neque quadratum, neque alte
ra parte longior. rationem circuli suscipit Et similiter in alijs si positi rationem non suscipi-
67 unt:minime alterum altero magis minusve illud esse dicetur.Manifestum est igitur non omnia
qualia,magis minusve suscipere:& nihil prędictorum qualitati aut quali esse propriū. Tertia.
Proprium est qualitati secundum eam simile ac dissimile dici. nam secundum solas qualitates
similia, dissimiliave dicuntur. Neque enim simile alterum alteri secundum aliquid aliud est:
quam secundum qualitatem,merito igitur id qualitati proprium est. Dubium. Mirari for-
68 san quispiam potest: cur inter qualitatum assignationes pleraque eorum annumerauimus quæ
prius esse ad aliquid posita sunt,vt habitus & dispositiōes, quę prius dicta sunt esse ad aliquid
Dilutio. Id aliquem mouere minime decet. Primo quia fere in omnibus quæ sunt huiusmodi,
genera sunt ad aliquid,singulæ autem suæ species non. nam cū disciplina genus sit ad aliquid.
dicitur.nam disciplina alicuius est disciplina.sed suæ species,vt grammatica,vt musica, non di
cuntur ad aliquid.nam grammatica non dicitur alicuius grammatica, nec musica alicuius mu-
sica, nisi forte secundum generis vocabulum ad aliquid dicantur, vt grammatica dicitur ali
cuius disciplina: non autē alicuius grammatica & musica alicuius disciplina, at nō alicuius mu
sica.Quare ipsæ species ad aliquid non sunt,sed qualitates. Nam secundum eas quales dicimur
illas enim ceu habitus possidemus.Scientes enim dicimur, quod singulas aliquas scientias ade-
pti sumus.Quare ipsæ vtpote secundum quas solum quales esse dicimur, qualitates erunt non
etiā ad aliquid.Secundo.Si contingit vnum & idem & qualitatem esse & ad aliquid, haudqua
quam incōueniens fuerit,ipsum in vtrisque generibus collocare. Atqui rem eandem, eundemq;
habitum aut dispositionem. contingit & qualitatem & ad aliquid esse. Non igitur inconueni
ens est,illa in vtrisque annumerasse. Et hæc de qualitate.



Quadratum



Altera parte lōgius.

De actione & passione. Cap. IX.

Recipit autem agere & pati & contrarietatem & magis & mi-
nus.Calefacere enim ei quod est frigefacere contrarium est,& Cōmunitas.I.
69 calefieri ei quod est frigefieri, & delectari ei quod est contrista
ri.quare suscipiunt contrarietatem. Et magis & minus,est em̄
calefacere & magis & minus:& calefieri magis & minus,& tri
stari magis & minus. suscipiunt igitur magis & minus agere
& pati, & de his igitur hæc dicta sint. Dictum est autem
& de eo quod est sitū esse in ijs quæ sunt ad aliquid: quod de- Cōmunitas.II.
70 nominatiue a positionibus dicitur. De reliquis vero id est
quando, & vbi, & habere propterea quod manifesta sunt, nihil de his aliud dicitur

quam quæ in principio dicta sunt:quod habere quidem significat calceatum esse,armatum esse.vbi vero vt in Lycio in foro, & alia quæcunque de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus quæ proposuimus sufficiunt dicta.

Noni Cap.notæ.

DVAE communitatea,habere contrarium & suscipere magia & minus nullo modo proprie 69
sunt.non enim conueniunt omnibua actionibua passionibusque & suia denominatiuia. Nam ru
befactioni,& rubefacere nihil est contrarium,vt neque rubeo, & medijs coloribua. neque solis
conueniunt.nam illæ partim qualitatibus & partim qualibus conuenire monstratę sunt.
Et addubitant de calefacere & frigefacere.nam aqua tepida frigidiuscula calefacit.& eadem:ca
lidiuscula frigefacit.quo modo igitur contraria illa? Prompta responsio adhiberi potest.Nam
calefacit elanguide atque remisse,& frigefacit remisse modo calefacere remisse ac exiliter frige
facere,contraria non sunt,vt neque remisse album & remisse nigrum. se enim simul in eodem
admittunt,Item & id refutari potest tepidam aquam,frigidiuscula calefacere,similiter & quæ-
piam calefacere:nam vt neque apte colligitur,est remisse album,igitur est album,neque quoque
apta collectio,illatioque est,calefacit remisse,igitur calefacit,sed in captionem incidimua,quæ
a secundum quid appellatur. Verum sciscitabere forsan si non calefacit, frigidiuscula: quidnā
igitur facit illa aqua? Possum dicere:tepefacit,album enim remissum quia suo contrario confu
sum atque permixtum:quidnam aliud facit quam aquilium aut fuscum? & certe dum frigida
aqua vt ferueat igni admouetur,prius tepefieri,quam calefieri dicenda est.Non inconsulte:sed 70
scite admodum & considerate videtur Aristoteles de substantia,quantitate,ad aliquid,qualita
te,actione,& passione,adiecta adminicularia de motu determinatione protraxisse sermonem,
contraxisse autem de quando,vbi,situ,& habitu. Nam sex primorum vocabula per vniuersā
philosophiam sparsa conspiciuntur de quando vero,vbi,situ,& habitu,perquam rara visun-
tur:verum humanis actionibua,affectionibusque & opificijs,illorum vocabula accommodati
ora sunt,quam contemplationibua.& ea præsertim Aristoteles accuratius prosequenda censu
it:quę philosophiæ haud leue momentum essent allatura.quæ qui attentius considerare volet
ex scientijs grammatica,logica,rhetorica,naturali,morali, mathematica,arithmetica,geome-
tria,musica,astronomica,& similibus facile deprehendit,sed omnium vocabula in medium af-
ferre ad id ostendendum:magis operosum quam vtile fuerit.

PARAPHRASIS CAP. NONI.

NOnum cap.de sex vltimis prædicamentis,agere & pati communitates duæ,&
de quatuor alijs breuis absolutio.Duę communitates.Prima,Suscipit agere &
pati cōtrarietatē Secunda,Suscipiunt item agere & pati maius atque minus. Con 69
trarietatem autem suscipiunt calefacere & frigefacere,similiter calefieri & fri-
gefieri,delectari & tristari.Magis vero & minus.nā calefacere magis & minus
dicitur,& calefieri magis & minus,pariter & tristari magis atque minus. Quare
perspicuum est agere & pati,magis minusque suscipere, & de agere & pati hæc dicta sufficiunt,
Breuis de quatuor aliis absolutio,expeditioque,In ad aliquid dictum est situm esse denomina-
ue dici a quibusdam positionibus,scilicet recubare,stare, iacere, a positionibus denominatiua 70
esse. Et in principio vbi prædicamenta annumerabantur:vt de quando,vbi, & habitu dictū est.
vt quando est,vt heri. Vbi,vt in Lycio:in foro. Habere:vt calceatum esse, armatum esse, & hu
iusmodi talia,quæ de illis dicta sunt.quæ quia manifesta sunt: non alia quam quæ prius de illis
dicta sunt hic adijcientur.De decem igitur generibus,hæc determinata sufficiant.

De oppositis. Cap.X.

DE oppositis quotiens solent opponi dicendum est.dicitur enī
alterum alteri opponi quadrupliciter.aut vt ad aliquid,aut vt
contraria,aut vt priuatio & habitus, aut vt affirmatio & nega 71
Diffinitio .i. tio. Opponitur autem vnumquodque istorum vt sit figu-
ratim dicere.tanquam ad aliquid quidem, vt duplum dimidio
tanquam contraria,vt malum bono. tanquam autem secun-
dum priuationem & habitum:vt cæcitas & visio.tanquam ve
ro affirmatio & negatio:vt sedet non sedet.
Quæcunque igitur vt ad aliquid opponuntur, ea ipsa quæ
sunt oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipsa. vt duplum dimidij. 72

hoc ipsum quod est: alterius dicitur, alicuius enim duplum dicitur, & disciplina, disciplinato tanquam ei quod est ad aliquid opponitur, & dicitur disciplina ipsum quod est disciplinati: & disciplinatum dicitur ipsum quod est ad oppositum, ad disciplinam. disciplinatum enim aliquod dicitur, scilicet disciplina disciplinatum. quæcunque ergo opposita sunt tanquam ad aliquid: ea ipsa quæ sunt oppositorum: vel alio quolibet mo-
73 do adinuicem dicuntur. ¶ Illa vero quæ opponuntur vt contraria, ea ipsa quidem quæ sunt nullo modo ad seinuicem dicuntur: contraria vero sibijnuicem dicuntur: neq; enim bonum mali dicitur bonum: sed contrarium, nec album nigri album: sed contrarium: quare differunt abinuicem hæ oppositiones. Conclusio. i.
74 ¶ Quæcunque vero contrariorum talia sunt, vt in quibus nata sunt fieri & de quibus Diffinitio. ij.
75 prædicantur: necessarium sit alterum ipsorum inesse: horum nihil est medium.
¶ Quorum vero non est necessarium alterum inesse: horum omnino est aliquid medium, vt ęgritudo & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri, & necessarium est alterum ipsorum inesse animalis corpori, vel ægritudinem, vel sanitatem. & par quidem & impar de numero prædicantur: & necesse est horum alterũ numero inesse vel par vel impar, & non est horum aliquod medium: neque ęgritudinis & sanitatis, neque imparis atque paris. Quorum autem non est necessarium alterum inesse: eorum est aliquod medium, vt nigrum & album in corpore nata sunt fieri, & non est necessarium alterum eorum inesse corpori. non enim omne corpus vel album vel nigrum est, sed & prauum & studiosum prædicantur quidem de homine & de alijs compluribus. non est autem necessarium alterum eorum inesse ijs de quibus prædicantur. non enim omnia aut praua aut studiosa sunt: sed est aliquid eorum medium, vt albi & nigri, fuscum & pallidum, & quicũque alij colores: praui vero & studiosi. quod neque parum neque studiosum est. in aliquibus igitur medijs posita sunt nomina, vt, albi & nigri fuscum & pallidum, & quicunque alij huiusmodi colores. in aliquibus vero non est nomine facile medium assignare. vtriusque vero extremorum negatione mediũ definitur, vt quod neque bonum neque malum est, neque iustum neque iniustum. Diffinitio. iij.
76 ¶ Priuatio vero & habitus dicuntur quidem circa idem aliquid. vt visio & cæcitas circa oculum. Vniuersaliter autem dicere, est in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur vtrunque eorum fieri, priuari vero tunc dicimus vnumquodque habitus susceptibilium: quando is in quo natus est inesse: vel quando illud natum est habere, nullo modo insit. edentulum enim dicimus non quod non habet dentes: & cæcum non quod non habet visum sed quod non habet quando natum est habere. aliqua enim ex natiuitate: neque dentes habent, neque visum, sed non dicuntur edentula, neque cæca. Diffinitio. iiij.
77 ¶ Priuari vero & habere habitum non est priuatio & habitus. Habitus enim visus est priuatio vero cæcitas, habere autem visum: non est visus: nec cæcum esse: cæcitas. Priuatio enim quædam est cæcitas. cæcum vero esse priuari: non priuatio est. Amplius si idem esset cæcitas & cæcum esse, vtraque de eodem prædicarentur. sed cæcus quidem dicitur homo, cæcitas vero homo nullo modo dicitur. Opponi quidem etiam ista videntur priuari scilicet & habere habitum: quemadmodum priuatio & habitus. idem enim modus est oppositionis. nam sicut cæcitas visui opponitur, sic cæcum esse & visum habere opponuntur. Conclusio. ij.
78 Non est autem neque hoc quod sub affirmatione & negatione est: affirmatio & negatio. affirmatio nanque oratio affirmatiua est, & negatio oratio negatiua. quod vero sub affirmatione & negatione est: nulla est oratio. dicuntur autem etiam hæc esse opposita adinuicem, tanquam affirmatio & negatio. nam & in his; modus oppositionis idem est. sicut enim affirmatio ad negationem opponitur (vt quod sedet, ei quod non sedet) sic & res quæ sub vtroque est opponitur, scilicet sedere aliquem ad non sedere. Conclusio. iij.
¶ Quoniam autem priuatio & habitus non opponitur vt ad aliquid manifestum est Conclusio. iiij.
79 non enim dicitur idipsum quod est oppositorum. visus enim non est cæcitatis visus, nec vllo alio modo idipsum dicitur. similiter autem neque cæcitas visionis cæcitas dicatur, sed priuatio quidem visionis dicitur, cæcitas vero visionis non dicitur, neque visus cæcitatis. Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicuntur, quare si cæcitas eorum quæ ad aliquid sunt: esset, vtique & conuerteretur ad illud ad quod dicitur: sed

ſed non conuertiur,non enim diciturviſus.cæcitatis viſus. ¶ Quoniam autem neque 80
Conclu- vt contraria opponuntur quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur: ex his ma
ſio.v. nifeſtum eſt.contrariorum enim quorum nihil eſt medium, neceſſe eſt in quibus fieri
nata ſunt, aut de quibus prædicari,alterum ipſorum ineſſe ſemper: eorum enim nihil
medium erat,quorum alterum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium erat, vt in languore &
ſanitate,& impari atque pari. quorum vero aliquid medium eſt, numquam neceſſe eſt
omni ſuſceptibili ineſſe alterum,neque enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile vel candi-
dum,vel nigrum eſſe:neque frigidum vel calidum. horum enim medium.aliquid,nihil
eſſe prohibet.inſuper autem & eorum erat aliquid medium:quorum alterum ineſſe ſu
ſceptibili non neceſſarium erat, præter illa quibus vnum ineſt naturaliter, vt igni cali-
dum eſſe,& niui candidum.in his enim determinate neceſſarium alterum eſt ineſſe, &
non alterutrum contingit. non enim poſſibile eſt ignem,frigidum eſſe, neque niuem
nigram, quare omni quidem ſuſceptibili non neceſſarium eſt alterum ipſorum ineſſe,
ſed ſolis quibus natura vnum ineſt.& his determinate vnum non alterutrum contin-
git. in priuatione autem & habitu: neutrum eorum quæ dicta ſunt verum eſt. non
enim ſemper alterum eorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium eſt. quod enim nondum
natum eſt habere viſum: neque cæcum neque viſum habens dicitur. quare non erunt
hæc vt ea cōtraria quorum nihil eſt medium,ſed neque vt ea quorum aliquid eſt medi-
um.neceſſarium enim eſt aliquando omni ſuſceptibili alterū eorum ineſſe:quando ẽm
iam ad habendam viſionem natum fuerit: tunc aut cæcum aut habens viſum dicetur:
Et eorum non determinate alterum:ſed alterutrum contingit. non enim neceſſa rium
eſt vel cæcum vel viſum habens eſſe:ſed vtrumuis contingit. in contrarijs autem quo-
quorum aliquid medium eſt, nunquam neceſſarium erat omni ſuſceptibili alterum
ineſſe,ſed quibuſdam.& his determinate vnum: & non vtrumuis contingit.

¶ Vnde palam eſt quod ſecundum neutrum modorum tanquam contraria opponun
tur:ea quæ ſecundum priuationem & habitum opponuntur.

¶ Amplius. In contrarijs quidem cum ſit ſuſceptibile: adinuicem mutationem fieri
poſſibile eſt:niſi alicui vnum natura ineſt,vt igni calidum: etenim ſanum poſſibile eſt
languere,& candidum nigrum fieri, & calidum frigidum :& ex ſtudioſo prauum, &
ex prauo ſtudioſum fieri poſſibile eſt. prauus enim ad meliores exercitationes dedu-
ctus, & doctrinas (etſi ad modicum aliquid proficiat: vt melior ſit)ſi certe ſemel quā-
uis modicum incrementum ſumpſerit,palam eſt quia aut perfecte mutabitur, aut ſa-
tis multum incrementum ſumet. ſemper enim bene mobilior ad virtutem ſit, etiam
quodcumque crementum ſumpſerit a principio,quare etiam veriſimile eſt plenius eum
ſumere incrementum.& hoc dum ſemper fit:perfecte in contrarium habitum reſtitue
tur.niſi forte tempore prohibeatur. Verum in priuatione & habitu impoſſibile eſt
adinuicem mutationem fieri: & ex habitu enim in priuationem mutatio fit, a priua-
tione vero in habitum impoſſibile eſt. neque enim cæcus factus aliquis: rurſus vi-
dit, neque cum caluus fuerit, rurſus comatus factus eſt. neque cum fuerit edentulus:
Conclu- dentes ei iterum orti ſunt. Quæcunque vero tanquam affirmatio & negatio oppo 81
ſio.vi nuntur,palam eſt quia nullo prędictorum modo opponuntur.in ſolis enim his neceſſa
rium eſt ſemper,hoc quidem eorum verum: illud autem falſum eſſe. neque enim in
contrarijs:neceſſarium eſt ſemper autem verum eſſe,alterum autem falſum. neque in
ijs quæ ad aliquid ſunt,neque in habitu & priuatione. vt ſanitas & languor contraria
ſunt.& neutrum neque verum. neque falſum eſt.ſimiliter autem & duplum & dimidi
um tanquam ad aliquid oppoſita ſunt,& non eſt eorum neutrum, neque verum, ne-
que falſum. ſed neque ea quæ ſecundū priuationem & habitum dicuntur: ſicut viſio
& cæcitas. Omnino aūt eorum quę ſecundum nullam dicuntur complexionem, nihil
neque verum neq; falſum eſt.omnia aūt quæ dicta ſunt ſine complexione dicūtur. Ve
runtamen maxīe tale hoc:contingere videbitur in ijs quæ ſecundū complexionem con
traria dicuntur.ſanum nanque eſſe Socratem: at languere Socratem contrarium eſt.
Sed neque in his neceſſarium ſemper alterum verum eſſe.& alterū falſum. cum enim
Socrates ſit, aliud quidem verum,aliud autem falſum erit.cum vero non ſit, ambo fal-
ſa ſunt. neque enim languere, neque ſanum eſſe verum eſt,cum ipſe non ſit omnino

Socrates. In priuatione vero & habitu cum non sit omnino: neutrum verum est. cum
autem sit non semper alterum quidem verum erit. alterum autem falsum. habere nã-
que visum Socratem ei quod est cæcum esse Socratem opponitur. sicut priuatio & ha
bitus. & cum sit: non necessarium est alterum verum esse vel falsum. cum enim non-
dum sit natus habere: vtraque falsa sunt. & cum nõ sit omnino Socrates: similiter quo
que falsa sunt vtraque & visum eum habere. & cæcum eum esse. In affirmatione ve-
ro & negatione semper siue sit: siue non sit hoc quidem falsum erit, illud autem verũ.
Languere namque Socratem, & non languere Socratem cum ipse sit, palam est quoni
am alterum eorum verum, alterum vero falsum est. & cum non sit: similiter. Langue
re etenim cum non sit: falsum est. non languere autem: verum. Quare in his solis pro Cõitas i.
82 prium erit semper alterum eorum verum, alterum falsum esse: quæcunque tanquam
affirmatio & negatio opponuntur. ¶ Contrarium aũt bono quidẽ ex necessitate ma-
lum est. hoc autem per singulorum inductionem palam est. vt sanitati langor, & iusti-
tiæ iustitia: & fortitudini timiditas: similiter autem & in aliis. ¶ Malo autem aliquan-
do quidem bonum est contrarium: aliquando malum. defectui enim (cum malum sit)
superabundantia cõtraria est, cum sit etiã ipsa malũ: similiter aũt & mediocritas cũ vtri
que contraria sit: bonum est. Sed in paucis quis, tale hoc aspiciat. in pluribus vero sem
83 per malo bonum contrarium est. ¶ Amplius. Contrariorum non necessarium est si al cõitas. ii.
alterum sic, & reliquum esse. Sanis nanque omnibus: sanitas quidem erit languor ve-
ro non, similiter autem albis omnibus. albedo quidem erit, nigredo vero non. ¶ Am-
84 plius. Si ei quod est Socratem sanum esse, Socratem languere contrarium est: non cõ-
tingit, simul vtraque eidem inesse. non vtique continget cum alterum contrariorum cõitas. iij
sit, & reliquum esse. cum enim sit Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. cõitas iiij
¶ Palam vero est quia circa idem aut specie aut genere nata sunt fieri. Langor nanq;
85 & sanitas in corpore. animalis nata sunt fieri. albedo autem antem & nigredo: simplici cõitas v.
ter in corpore. Iustitia vero & iĩustitia, in anima hominis. ¶ Necessarium autẽ est om
86 nia contratia: vel in eodem genere esse. vel in contrariis generibus. vel ipsa genera esse cõitas vi
album enim & nigrum in eodem genere sunt color enim eorum genus est, iustitia
vero & iniustitia. in contrariis generibus. illius nanque virtus genus est, huius aũt vi-
tiuum. bonũ vero & malum non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum exi
stentia.

Decimi Cap. notæ.

Annumeratio modorum oppositionis, diuisio est homonymi in sua æquiuoca. Sunt & qui volunt oppositionẽ synonyme hoc est vniuoce, in illa partiri, sed opposita nõ vna ratione diffiniuit Aristoteles; sed quatuor. & difficile est talẽ vnam diffinitiouem reperire: quæ non multis pateat calumniis. Habitus & priuatio. habitus affirmatione designatur vt visus, auditus & similia. Priuatio vocabulo priuationẽ importante, vt cæcitas; surditas: & huiusmodi & cæcitas nõ proprie dicetur negatio, sed vocabulum priuatiuum. Vt affirmatio & negatio: finitum & infinitum quæ videlicet vocabulis adinuicem finitis & infinitis designamus. vt homo nõ hõ, sedet non sedet, sedens non sedens & huiusmodi Et non sedet verbum est infinitum; sedet vero non finitum. Ea etiam quæ opponuntur vt affirmatio & negatio, res ipsæ quæ sub affirmatione atque negatione sunt. vt res subiectæ sub suis notis signisque; intelliguntur. quod ex litera sequẽti vbi græce habetur. τὸ δὲ ὑπὸ τὴν κατάφασιν ἢ ὑπόφασιν, οὐδὲ ἐστι λόγος ἀλλὰ πρᾶγμα, hoc est quod sub affirmatione. negationeve est, nulla est oratio, sed res (vetus tñ lectio id nõ habet; sed res) coniecturam facit & id etiam quod consequenter habetur, sic & res quæ sub vtroque est opponitur; scilicet sedere aliquem ad non sedere, sed cauendum hic est ne ex obliqua rerum intelligentia: mõstra pariamus. vt enim orationes sine rerum consideratione, cõtradictoria nõ aduersantur oppositione; ita quoq; neq; res sine orationũ ratione dicuntur vt contradictoriæ oppositæ. Ex hoc secundo: primus modus oppositorũ finiti & ĩfiniti facile intelligitur, qui & minus ꝑ lapsibus paratus est. secundus tñ modus magis in litera videtur expressus q̃ non errorẽ sed tortã, vt dictum est, intelligentiã parit, si quando aliquem errare contingerit. Contraria sic diffiniri solent. Contraria sunt quæ sub eodem gñe posita, maxime ab inuicem distant, & eidem subiecto vicissim insunt, a quo mutuo se expellũt; nisi alterum eorum insit a natura. Prima particula sub eodem genere posita maxime distant: ex instantia, primæ communitatis quantitatis trahitur. Secunda & vltima; eidem subiecto vicissim insunt, nisi alterum eorum insit a natura: ex secunda ratione quintæ cõ


clusionis presentis cap. (quod priuatiue opposita, a contrariis alio opponantur modo) per facile di-
nosci potest. Et tertia a quo mutuo se expellunt: ex quarta communitate contrariorum. Itaque nō
irrationabiliter collecta illa diffinitio esse videtur. Et contrariorum quædā sunt quæ solū adesse
suis subiectis nata sunt; non etiam prædicari: vt albedo, nigredo, calor, & frigiditas & huiusmo-
di primigenia. Albedo enim & nigredo corpori vicissim insunt: non aūt de corpore prædicātur.
Siquidem nullum corpus: aut albedo aut nigredo. Et alia sunt quæ inesse & prædicari dicuntur:
vt contraria denominatiuo album: nigrum, calidum, frigidum & id genus cætera. Et album enī
corpori adest: & simul corpus dicitur album. & ita de nigro, calido, frigido, reliquis. Ideo Aristo-
teles contraria immediata finiendo adiunxisse videtur, in iis in quibus fieri nata sunt, aut de qui
bus prædicari vt hæc contrariorum tum primigeniorum principalium que & paronymorum di 75
uersitas deprehenderetur. Sanum describere solent quod in suis qualitatibus & humoribus pro
suæ naturæ conducibilitate sit temperatum: nihil insuper plus minusve in continuo aut discreto
quā par est habens. Et ægrum bifariam. Primo ægrum quod in suis qualitatibus aut humoribus
Aristoteles lapsum intemperatumve est; aut in continuo, aut numero aliquid plus minusve habens. Secun-
do. Quod in aliquo huiusmodi deficiens: manifestam læsionē habet, atque (vt ita dicatur) dolorifi
Galenus. cum sensum. Sic igitur ægrum homonymum est, primo modo accepisse Aristotelem volunt, secū
do modo Galenum medicum. Inter sanum & ægrum primo modo medium nullum intercidere,
sed inter sanum & ægrum secundo, medium intercidere, quod medici neutrum appellant. cū vide
licet animalis qualitates, humores aut huiusmodi lapsa sunt, sed apertam manifestamque non præ
ferunt læsionem quam naturalem dispositionem si sequitur morbus: ea assimiletur vicino noctis
crepusculo, si sequetur sanitas, affini diei crepusculo, neque medicos Aristoteli compugnare: neque
Aristotelem medicis: qui idē & medicus & filius medici fuerit. sed alia significatione vsum q̄ ple
rique aliorū medicorum, quod & verum est. Sed hæc dixisse: ferme fuerit ab instituto alienū. Quod de
pari & īpari dicitur: magis ad analogiā q̄ contrarietatis naturam accōmodandū est. perinde ac si
sumptum esset rationale & irrationale de aīali prędicari, & necessarium esse alterum rationale di
co aut irrationale de aīali prædicari: id ad analogiā accōmodatum esset, non etiam ad contrarie
tatis naturam. Nā neque par & īpar, neque rationale & irrationale proprie contraria sunt: sed con
trariis, etiam īmediatis assimilantur. Studiosum prædicatur de hoīe & de aliis cōpluribus. studio
sum enī quod & σπουδαῖον dicitur ἀπὸ τοῦ σπουδάζω quod est aliquid diligēter facio. Vnde fit vt
homini & compluscul is aliis diligenter opus suum peragentibus studiosum conueniat. vt studio
sæ apes: formicæ, bombices: & id genus dici possunt quæ sedule & diligenter & quasi prouiden
tia quadam mirabili, sua munia peragunt, & hmōi prōpta diligentia virtus appellatur: a qua stu-
diosi, vigilantesque accurati dicuntur. Nomina, noīa simplicia, peculiaria & non circumlocuta. In
fantes a generatione, & recentes in lucem editi dentes non hñt. Et catuli canum (nisi id falso tra
dit Plinius) ante septimum diē nō vident & tardius nunq̄ primo & vicesimo die lux illis restitui 76
Plinius. tur. Et si singularis nascitur foetus, nono die cernere dicunt. si gemini deno: si terni vndeno. & ita
quotquot a[illegible]ceris, totidē retardatæ luci dies, autumnant, adiectum iri. Quod priuatum esse. nō
sit priuatio, & habere habitum, habitus: prima adducta argumentatio confirmare potest, si nulla
species de specie neque genus de genere; vimque inductionis quodā mō obtinet. quę manifestius 77
agnosceretur: hunc in modum formata. cæcum esse non est cæcitas: neque surdū esse surditas. At
qui eius quod est cæcum esse & surdum esse genus & priuatū esse, & cæcitatis & surditatis genus
priuatio. igitur priuatum esse: non est priuatio. Consimiliter visum habere, non est visus, neque au
ditum habere auditus: & hoc pacto in cæteris. Atqui eius quod est visum habere & auditum ha
bere genus, est habitum habere, & ipsius visus & auditus genus habitus. non est itaque habere ha
bitum: ipse habitus. Et ait Seuerinus aliud est habitus, aliud qui habet, & aliud habere habitum.
nam habitus vt visus: qualitas quædam est & naturalis quędā potentia vt videtur. qui habet: ho
mo est & habere habitū: & hō & qualitas est. Quo fit vt habitus, & qui habet: re ipsa duo sint. sed
qui habet, & habere habitum: sola ratione duo. nā pro eodē sumuntur. Et priuatio & cæcitas: carē
tia visus est. & qui habet: homo est. & priuatum esse, & homo & huiusmodi carentia. Sed dicere
quoquo pacto visus carentia reipsa nihil aliud sit quam oculi potentia, visum in naturalemque
illam habilitatem & contemperamentum ad videndum non habens, quando habere nata est, id
maius ex philosophia requirit adiumentum atque præsidium. Cum enim intellexeris materiam
& priuationem re ipsa vnum esse; & ratione duo, id quoque intelliges vel quam facillime. Id
tamen Aristotelem cæcum esse; & cæcus pro eodem accipere videri; pariter & visum habere et
videns et huiusmodi similiter, ex secunda ratione haud difficulter agnoscitur. Pro secunda ra
tione id proloquium est quæ sunt eadem: et de aliquo quoque eodem verificantur. Vis itaque
argumentationis Aristotelicæ hypotetico syllogismo colligitur. Si cæcum esse et cæcitas idem
sunt, ipsa de eodem verificabuntur, atqui de nullo de eodem verificantur. nam cæcum esse de so
lis animantibus verificatur, solum enim animal cæcum est. At cæcitas de nullo prorsus aīali dici
tur, neque enim homo neque aliud animal quodcumque cęcitas est. Non igitur idē cęcū esse ex cę

citas. Quare neque priuatum esse & priuatio. idem enim subit iudicium. Et haud aliter perquam facile visum habere & visus, non idem esse monstrabuntur. Boetius tamen principium mutauit hoc visus Quæ sunt eadem, de quocunque prædicatur vnum: de eodem quoque prædicabitur &
80 reliquum quod solum verum maximopere esse oportet, de ijs quæ omnino sunt idem. Primo tamen videtur Aristoteles vsus, & communius sane & accommodabilius est, Natura inest, quod sic inesse natura determinatum est; vt suum oppositum natura inesse non possit. Et accidentario quicquam inest; quod sic, à natura vt insit determinatum non est quin suum oppositum, aut aliud quicquam ipso deiecto inesse possit. Quo fit vt calor natura insit igni: at frigiditas non natura sed accidentario insit aquæ, etsi aqua natura sit frigida, nam natura determinatum non est, vt aqua solam frigiditatem habere queat, non etiam caliditatem. Fit etiam vt cum dicitur impossibile esse ignem esse frigidum, & niuem esse nigram, perinde sit acsi diceretur natura fieri non posse vt ignis frigidus sit, neque vt nix sit nigra. De ea enim potentia cui nihil impossibile: cui nihil difficile, soli metaphysico & supramundano philosopho cura relinquenda est. Neque de ea quicquam citra metaphysicam aut loquendum aut audendum, nisi forte ad eam pias fundamus preces; quæ nos sacra docuerunt oracula. impudens enim est, de tanta maiestate loqui, & audere quicquam diffinire, priusquam quis apprime eruditus & purgatus sit. qui autem hoc facit, attentat & audet, mentis cæcitatem potius quam illuminationem incurrit. Sed vt ad contraria propositum reuocemus: possunt facile his diuisionibus omnia succincte comprehendi. Prima. Contrariorum quædam immediata, & quædam mediata. Secunda. Contrariorum mediatorum quædam sunt medij nominati; quædam vero innominati medij. Tertia. Rursus contrariorum mediatorum quædam subiectis natura insunt, & quędā accidentario Et diffinitiones ex litera facile trahi possunt. Vt contrariorum diffinitio ex Aristotelicis dictis, per particulas collecta est: ita quoque vnam priuatiue oppositorum colligunt hunc in modum. Priuatiue opposita sunt habitus et priuatio quæ habent fieri circa idem ordine irregressibili, et tempore determinato a natura. Prima particula habitus et priuatio, communis de his oppositis in hoc capite particula est. et aliæ, quintæ cōclusionis prima et secunda rationibus eliciuntur quā facillime. Et Aristotelis dicta: pariter et hæc collecta diffinitio. de priuatiue oppositis secundum naturalem insitamque potentiam (quæ maxime talia sunt) intelliguntur; et illa naturalem potentiam negant. per quæ priuatiue opposita secundum actus, vt motus et quies; lumen et tenebræ. luminosum et tenebrosum et id genus talia facile intelliguntur, et hæc negant actum: et amora particula ordine irregressibili: diffinitio communis est tam ijs quæ secundum potentiam quam quę secundum actum dicuntur. Nunquā quis postea quam cæcus effectus est rursus natura, naturæque potentia vidit. id enim impossibile est. Quare si cum naturæ conditor, propter homines trabea carnis indutus, cæcis natis dicebat respice, et protinus respiciebant: vixisset Aristoteles et vidisset: proculdubio statim confessus fuisset esse deum: et vt deum adorauisset, penes quem solum potestas reseruata est, solo verbi imperio facere; quæ natura negauit esse possibilia. Nullum neque verum neque falsum est. hic duæ ne
81 gationes non modo non astruunt ac affirmant, sed et acrius: vrgentius vehementiusque negant. Aristoteles sic dixit ὀυδὲν ὄυτε ἀληθὲσ ἐῖν, ὄυτε ψεῦδοσ. quo loquendi modo, frequentiusculevtitur Aristoteles. Differentię oppositorum ex comparatione eorum adinuicem quę ex conclusionibus deprehenduntur subiecta formula quot sint, et quomodo sumantur ostenditur. In qua posteriora præcedentibus comparantur, et merito. nam priora prius accepta sunt.

Differentię sex oppositorum.

	b	1	l	l	A	Relatiua
82 A	c	2	l	l	B	Priuatiua
	d	3	l	l	C	Contraria
B	c	4	l	l	D	Cōtradictoria
	d	5	l	l		
C	d	6	l	l	o	

In paucis licet aspicere mediocritatem, vtrique extremo malo: contrariari. Nam fermę in vndecim virtutibus moralibus, quas Aristoteles tertio et quarto ethicorum diligēter exquirit, et perpaucis affectibus. pro qua re subiecta describatur formula.



Malum	Bonum	Malum
Exceſſus	Mediocritas	Defectus
Audacia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Tẽperantia	Inſenſibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decorum ruditas	Magnificentia	Puſillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Puſillanimitas
Ambitio	Modeſtia	Honori vacuitas
Iracundia	Manſuetudo	Iræ vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Veritas	Diſſimulatio
Scurrilitas	Comitas	Ruſticitas
Indulgentia	Amicitia	Inimicitia
Inuerecundia	Verecundia	Stupor
Inuidia	Indignatio	Maliuolentia

In,ſub. Et quanuis omnia contraria ſint ſub eodem genere,aut in contrariis generibus: aut con
traria genera quæ amplius in contrariis non ſint,omnia tamen ſub eodem genere poſita ſunt. nā
ſub eodem primo communiſſimoque. Et ſuperius adducta , de vicinis generibus & ſub quibus 87.
nullo medio contraria continentur,intelliguntur. in diffinitione autem de genere ſeu cominus
genus ſit ſiue ſit eminus atque e longinquo ſupereminens,& collocatum,vt iuſtitia & iniuſtitia,
virtus & vitium,bonum & malum habitus ſunt,& qualitates.

¶PARAPHRASIS CAP. DECIMI.

DEcimum cap.oppoſitorum modi quatuor. Diffinitiones quinq;. concluſiones ſex. 71
contrariorum communitates ſex. Enumeratio modorum oppoſitionis. De oppoſi
tis quotupliciter opponi ſolent,dicendum . Solet ſane alterum alteri quatuor mo
dis opponi, aut vt relatiua,aut vt contraria , aut vt priuatiua quæ habitus ſunt &
priuatio,aut vt cõtradictoria quæ ſunt vt affirmatio & negatio. Et horum ſingula
vt exemplo,figuraque dicamus,opponuntur. relatiua quidem , vt duplum opponitur dimidio.
contraria vt bonum malo. priuatiua vt cæcitas viſui,quæ habitus ſunt & priuatio. vt contradi 72
ctoria vt ſedet non ſedet,quæ ſunt vt affirmatio & negatio. Prima diffinitio. Relatiue oppoſita
ſunt quæ ea ipſa quæ ſunt oppoſitorum dicuntur. vel quomodolibet aliter ad illa. vt duplum id
ipſum quod eſt oppoſiti dicitur,nam dimidij duplum & ſcientia,oppoſiti . nam ſcibilis ſcientia,
& ſcibile aliquo pacto ad eius oppoſitum,ſcientiam videlicet dicitur. nam ſcibile aliquo dicitur,
id eſt ſcientia ſcibile. manifeſtum igitur quęcunque ad aliquid & relatiue ſunt oppoſita, vt ea ip-
ſa quæ ſunt oppoſitorum dicantur,vel aliquo pacto aliter ad illa atque adinuicem. Prima con
cluſio. Contrarie oppoſita a relatiue oppoſitis differunt. Nā contraria ſecundū ea ipſa quæ ſunt
adinuicem non dicuntur,etſi inuicem ſibi dicantur contraria. vt bonum,mali bonum nō dicitur 7
ſed mali contrarium neque album nigri album, ſed nigri cõtrariū,at id ſecundum id quod ſunt,
relatiue oppoſitis conuenit. Manifeſtum igitur contrarie oppoſita in hoc ipſo a relatiue oppoſi
tis differre. Secunda diffinitio. Contraria imediata ſunt contraria quorū ĩjs in quibus fieri nata
ſunt aut de quibus p̃dicari,alterū ineſſe neceſſe eſt. Nā nihil horū mediū eſt. Tertia diffinitio. Cō
traria vero mediata,quorū non hunc in modū alterū ineſſe neceſſe eſt. nā illorū oĩno medium ali
quod eſt. vt ĩmediata cõtraria aĩalis ſunt languor & ſanitas. Nā natura languor & ſanitas in ani 74
malis corpore fiunt & languorem aut ſanitatẽ alterum eorū aĩalis corpori ineſſe neceſſe eſt, perin
de ac par & impar de nūero prædicātur:& neceſſarium eſt alterū (parẽ dico aut ĩparẽ) numero
ineſſe,& nihil horū medium,neq; enĩ languoris aut ſanitatis medium eſt,neq; paris aut ĩparis. At
mediatorū quorū ſcilicet non neceſſe eſt alterum ineſſe, aliquid medium eſt . Vt album & nigrum 75
mediata ſunt,nā ĩ corpe fieri nata ſunt,neq; neceſſariū eſt alterū ineſſe corpori. Nō enĩ oẽ corpus

fuſcum,pallidum:& quicunque alius hmōi color,æque vitioſi & ſtudioſi medium eſt ꝙ neq vitio
ſum neque ſtudioſum eſt. Veruntamen mediorū reperitur diuerſitas.nam in aliquibus mediorū
noīa poſita ſunt vt albi & nigri medium noīatum eſt,& fuſcum ſcilicet & pallidum;in aliquibus
vero nomina(quæ medio accommodare poſſimus) nulla ſunt,ſed medium illud per vtriuſque
extremorum negationem definitur atque determinatur,vt boni & mali medium,determinatur,
quod neque bonum neque malum,& iuſti & iniuſt imedium : quod neque iuſtum neque iniuſtū.
Quarta diffinitio priuatiuæ oppoſitorum.Priuatiue oppoſita ſunt habitus & priuatio, quę circa
aliquid idē fieri nata ſunt vt viſio & cæcitas priuatiue oppoſita,fieri habent circa oculum. Et vt
in ſumma dicatur circa quodcunq; natus eſt fieri habitus circa idem & vtrunq; fieri habet,& ha-
bitus videlicet & priuatio, Priuari aūt dicimus tunc vnumquodq; ſuſceptibilium ipſius habitus
quando in quo habitus natus eſt eſſe:& quando ipſum ſuſceptibile natum eſt habere,neutiquam
eſt. Edentulum enim & cæcum dicimus qui dentes & viſum non habet , cum tamen & dentes &
76 viſum habere natus eſt,& non ſimpliciter quia dentes non habeat aut viſum. Nam ſunt quædā
quæ a generatione neque dentes viſum habent:ſed non ideo edentula dicantur neque cæca . Se-
cunda cōcluſio. Differunt priuatum eſſe & priuatio:ſimiliter habere habitum & habitus. Nā pri
uatum eſſe & viſum habere non eſt priuatio ac habitus Quod ſic oſtenditur . Primo quia cæcū
eſſe non eſt cæcitas, & viſum habere viſio . atqui cæcum eſſe eſt priuatū eſſe & cæcitas priuatio,
& viſum habere habitum habere & viſus,habitus Non igitur idem erunt priuatum eſſe & pri-
uatio :itidem habitum habere & habitus Secundo.ſi idem eſſet cęcitas & cæcum eſſe:vtraque de
eodem prædicarentur.. Atqui prædicantur de eodem nam cæcum, homo eſt cæcitas autem nul
lo modo homo dicitur. Non igitur idem ſunt cæcum eſſe & cæcitas, quare neque priuatum eſſe
& priuaio,& eodem modo viſum habere & viſus non eſſe idem oſtendantur Et quanquā ita eſt
priuatum eſſe,priuationem non eſſe:& habere habitum,ipſum habitum non eſſe:illa tamen cum
77 priuatione & habitu aliquo modo conueniunt,nam vt priuatio & habitus inter ſe priuatiue op
ponuntur,ita quoque priuatum eſſe & habere habitum.Sicut enī cæcitas viſui opponitur . hūc
in modum quoque & cæcum eſſe,ei quod eſt viſum habere oppoſitum eſt . Quinta diffinitio vt
contradictorie oppoſitorum Ea quæ vt contradictorie oppoſita ſunt , quæ ſub affirmatione ne-
gationeque ſunt Tertia. Differunt affirmatio & negatio:& quę ſub affirmatione & negatione ia
cent. Nam affirmatio:oratio affirmatiua eſt.& negatio oratio negatiua.atqui quę ſub affirma
tione & negatione iacent;non ſunt oratio aut affirmatiua.Conueniunt tamē.nam quæ ſub affir
matione & negatione locantur vt affirmatio & negatio opponi dicuntur . Idem enim vtriſque
oppoſitionis modus & vt oratio quis ſedet ei opponitur negationi non quis ſedet , ſic ſedere &
non ſedere res ſub affirmatione & negatione iacentes,opponi dicuntur.Quarta concluſio. Priua-
tiue oppoſita non vt relatiue oppoſita opponuntur Primo. Nam relatiue oppoſita ea ipſa quæ
ſunt oppoſitorum dicuntur,aut aliquo modo ad illa. at priuatiue oppoſita non dicuntur oppo
ſitorum, Viſus enim non eſt cæcitatis viſus,neque aliquo modo aliter ad idipſum dicitur . neq;
cæcitas eſt viſionis cęcitas:etſi viſionis priuatio dicatur cæcitas. Non igitur priuatiue oppoſita,
78 vt relatiue oppoſita opponuntur. Secundo Omnia relatiue oppoſita ad conuertentia dicuntur.
Si igitur priuatiue oppoſita perinde ac relatiue oppoſita opponerēntur.ad conuertentia diceren
tur, vt cæcitas ad id ad quod opponitur.non conuertuntur autem priuatiue oppoſita. Non enī
viſus cæcitatis viſus dicitur;neque cęcitas viſus cæcitas. Non igitur priuatiue oppoſita vt rela-
tiue oppoſita aduerſabuntur. Quinta. Neque priuatiue oppoſita vt & contraria opponuntur.
Non enim primum opponuntur vt contraria immediata. Nam huiuſmodi contraria vt in qui-
bus fieri nata ſunt,aut de quibus prædicantur ſemper alterum inſit neceſſe eſt . Nam nihil medi
um eſt eorum quorum alterum neceſſarium eſt ſuſceptibile ineſſe.vt de languore & ſanitate. pari
& impari dictum eſt. Id autem de priuatione & habitu,neutiquam oportere cognoſcitur, neque
enim ſemper ſuſceptibili alterū eorum ineſſe neceſſe eſt. Nam quod nondum natura definitum,
determinatumque eſt ad videndum ;neque cæcum,neque viſum habens dicitur. Quare non ſimi
79 liter priuatiua opponuntur vt ea contraria quæ medio carent,ſuntque immediata. neque quidē
opponuntur vt ea contraria quæ mediata ſunt. Nam eorum contrariorum quorum aliquid me
dium eſt,nunquam omni ſuſceptibili in quo fieri nata ſunt, vt alterū inſit neceſſe eſt . Non enim
omne albi aut nigri,calidi aut frigidi ſuſceptibile, album aut nigrum calidum aut frigidum eſſe
neceſſe eſt.ſed aliquod eorū ſuſceptibilium, nihil prohibet medium aliquod eſſe . nam illorū con
trariorum aliquid erat medium Et revera in nullo ſuſceptibilium huiuſmodi contrariorum alte
rum ineſſe neceſſe eſt,præter illa ſubiecta quibus talium contrariorum vnum natura ineſt,vt cali
dum igni,& candidum niui In talibus enim alterum determinate ineſſe neceſſe eſt, neque contin
git alterutrum ineſſe.non enim poſſibile eſt ignem frigidum eſſe, neque niuem eſſe nigram. Quo
fit vt manifeſtum ſit non omni ſuſceptibili alterum mediatorum contrariorum ineſſe neceſſe
eſſe: ſed ſolis illis quibus vnum natura ineſt,& in illis quidem vnum determinate ineſſe , neque
alterutrum ineſſe contingere . At priuatiue oppoſitorum omni eorum ſuſceptibili aliquando
alterum ineſſe neceſſe eſt,vt cum tempus a natura determinatum fuerit. Quando enim quicquam

natum est habere visum:tunc vt visum habeat,aut cæcum sit necesse est. Et quanquam ita est,nõ
determinate tamen alterum priuatiuae oppositorum tunc inesse necesse est,quemadmodũ in qui
busdam contrariis vnum determinate inesse est necesse, cum videlicet natura suscepetibili inest,
sed sine discrimine alterutrum priuatorum inesse contingit. Non enim quicquam determinate
visum habere,determinateve cæcum esse necesse est. manifestum est igitur secundum vtrumque
contrariorum modum & immediatorum videlicet & mediatorum priuatiua dissimiliter esse,op
posita. Secundo,Contrariorum suceptibile nunc invnum nunc promiscue in alterum permutari
potest(modo vnum natura non insit:ceu calidum esse,igni)possibile enim est quod sanum est,lan
guidum esse:& album euadere nigrum: & quod studiosum prauescere & quod prauum, rursus
studiosum fieri. Nam & qui prauus est:si melioribus institutionibus ducatur atque sermonibus,
aliquantum saltem & si parum, vt studiosus euadat proficiet. Quod si semel vel parum quid
ad probitatem admiserit. perspicuum est ipsum tandem in magnumvirtutis euasurum cumulũ,
probitatisque incrementum.Continuo enim vt bene ad virtutem mutetur:aptior habiliorq; red
ditur:quodcunque a principio desumpserit incrementum.Quare admodum par est ipsum maius
probitatis augmentum suscipere,& hoc si continue agere pergit perfecte tandem in contrarium
habitum permutarum iri,nisi forte vitæ tempus,spatiumque intercidatur. At hoc pacto in pri
uatiue oppositis,promiscue mutationem,vicissimque fieri impossibile est. Verum ex habitu in
priuationem fit mutatio:ex priuatione vero,in habitum regredi impossibile. Non enim vnquã
quis effectus cæcus rursusvidit.Neque caluus comatus euasit. neque edentulo.rursus dentes ena
ti. Non igitur priuatiue opposita:vt contraria opponuntur. Sexta conclusio.Ea quævt contradi
ctorie sunt opposita:nullo prædictorum modorum opponuntur. Nam affirmatio & negatio op 81
posite nullo dictorum modorum opponuntur,vtpote in quibus solis semper vtvnum eorumve
rum & alterum falsum sit necesse est. Atqui neque in relatiue oppositis: neque contrariis neq;
priuatiuis id euenire necessarium est duplum & dimidium relatiue opposita sunt, quorum neu
trum neque verum neque falsum est.sanitas & languor contraria, & neutrum neque verum aut
falsum:& visus & cæcitas priuatiue opposita,quorum identidem neutrum neque verum neque
falsum.Et omnino quæcunque sine complexione dicuntur, nullum neque verum neque falsum
est.quæ autem supradicta sunt omnia,sine complexione dicuntur.Sed forsitan dices,si contraria
& alia opposita cum complexione sumantur, oportere alterum verum & alterum falsum esse.
Verum non ita est nam cum dico Socratem sanum esse & Socratem languiddum esse: contraria
sanum & langidum cum complexione sumuntur haud semper tamen oporteat vnumverum es
se:& alterum falsum. Nam tametsi Socrate existente vnum verum sit,& alterum falsum, ipso ta
men non existente vtrunque falsum est.neque enim si omnino Socrates non sit, verum est So
cratem sanum esse,aut eundem esse languidum. Et similiter si priuatiue opposita cum com
plexione sumantur:vt socratem videntem esse,& socratem esse cæcum, si socrates non sit. Et si
sit socrates,non continuo oportet alterum verum esse & alterum falsum.nã eum nondum habe
re natus est,vtrũq; profecto falsum est. Patet igitur,siue socrates sit,siue omnino non sit,euenire
vtraque.socratem visum habere & socratem cęcum esse, falsa esse. At in oppositis affirmatione
& negatione siue socrates sit siue nõ sit,sempervnum verum & alterũ falsum erit Nam socratem
languere si non sit,falsum est:& socratem non langueresverum.Quare solis affirmatione,negatio
neq; oppositis,peculiare & proprium est:semper eorum alterum verum esse, & alterum falsum.
Opponuntur igitur vt contradictorie opposita:alio modo a reliquis.nam vt affirmatio & nega
tio opponi dicta sunt.Sex contrariorum communitates Prima.Bono contrarium: vt ipsum ma 82
lum sit necesse est hoc ex singulorum inductione dinoscitur. Nam sanitati languor contrarius
est,& iustitiæ iniustitia, & fortitudini timiditas:& ita in reliquis.bona autẽ sanitas: iustitia,for
titudo,mala vero languor:iniustitia atque timiditas. Secunda.Malo contrarium aliquando bo 83
num vt languori,sanitas:aliquando malum,vt defectui exuperatio contraria est,quorumvtrun
que malum.aliquando vero mediocritas quæ bona est:vtique contrariorum malorũ contraria,
sed hoc in paucis aspicere licet,bonum vero semper malo cõtrarium in quamplurimis. Tertia, Si
vnum contrariorum est,alterum vt sit non necesse est. Nam omnibus existentibus sanis sani- 84
tas erit:non erit autem languor & si omnia essent alba,albedo quidem esset,non esset autem ni-
gredo. Quarta. impossibile est contraria simul eidem inesse vt si sanum & languidum contra-
ria sint,& vnum socrati insit,alterum simul eidem non inerit.vt si sanum insit, verumque sit so
cratem sanum esse:simul verum non erit socratem languere.Quinta. Cõtraria aut fieri nata sunt
circa susceptibile idem specie,aut genere,specie quidem vt iustitia & in iniustitia circa animam 85
hominis.Genere, vt sanitas & languor circa corpus animalis,albedo & nigredo simpliciter circa
corpus,Sexta,Omnia contraria aut in eodem genere esse,aut in contrariis generibus, aut ipsa-
met genera esse necesse est:in eodem quidem genere albedo & nigredo.nam eorum genus color.
in contrariis generibus vt iusticia & iniusticia.nam illius genus virtus,huius vero vitium. Con
traria vero genera vt bonum & malum.non enim sunt in genere:illud scilicet virtutis, & hoc vi
tii,sed sunt illorum genera. Et hæc de oppositis.

¶De modis prioris. Cap. XI.

88 PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidē
& maxime proprie ſecundum tempus ſecundum quod ſcilicet an
tiquis alterum altero, & vetuſtius dicitur. In eo enim quod tēpus
amplius eſt: & antiquius & vetuſtius dicitur. ¶Secundo autem
89 quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam vt
vnum duobus prius eſt. duobus enim exiſtentibus mox vnū eſ-
ſe conſequens eſt, vno vero exiſtente, duo eſſe non neceſſarium
eſt. quare non conuertitur ab vno conſequentia. vt reliquum ſit.
prius autem illud eſſe videtur: a quo non conuertitur eius quod eſt eſſe conſequentia.
90 ¶Tertio vero ſecundum ordinem quendam prius dicitur: quēadmodum & in diſci-
plinis, in orationibus. nam in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius & poſterius ordine.
elementa enim in geometrica priora ſunt ordine ijs quæ deſcribuntur, ſed & in grāma-
tica, elementa ſyllabis priora ſunt. & in orationibus ſimiliter procemium narratiōe pri-
91 us ordine eſt. ¶Amplius præterea quæ dicta ſunt, quod melius & honorabilius eſt. pri
us natura eſſe videtur. conſueuerunt etiam multi honorabiliores & magis dilectos a
ſe, priores apud ſe dicere. Eſt quidem & pene alieniſſimus priorum hic modus. Modi
92 igitur qui dicti ſunt de priore, fere hi ſunt. ¶Videtur autem præter eos qui dicti ſunt,
alter eſſe prioris modus. Eorum enim quæ conuertuntur ſecundum eſſentię conſequē
tiam, quod alteri quomodolibet cauſa eſt. digne prius natura dici poſſit. quoniam vero
quædam ſunt huiuſmodi, palam eſt. eſſe nanque hominem, ſecundum eſſentiæ conſe-
quentiam ad veram de ſe conuertitur orationem. Nam ſi homo eſt, vera eſt oratio quá
dicitur. quia homo eſt, et ſi vera eſt oratio qua dicimus quod homo eſt, etiam conuerte-
tur. Nam ſi vera eſt oratio qua dicimus quod homo eſt, eſt homo. ¶Et vera qui
dem oratio nequaquam cauſa eſt, vt ſit res. veruntamen res quodammodo cauſa vide
tur, vt ſit vera oratio. eo enim quod res eſt aut non eſt. vera oratio aut falſa dicitur, qua
re ſecundum quinque modos. prius alterum altero dicatur.

Vndecimi cap. notæ.

90 Ordine quodam: ordine artis diſciplinæ. Rhetores orationem pro illa qua vtuntur obſeruantia,
partiri ſolent: in exordium, narrationem, propoſitionem, argumentationem, & perorationem. Et
exordiū appellant orationis principium: auditores pręparans vt eos attentos, dociles, beneuo-
loſque efficiat. Narratio pars illa quę lucide veriſimiliter, ſuccincteque quicquam exprimit.

1	Prius tempore	Poſterius tempore
2	Prius natura	Poſterius uatnra
3	Prius ordine	Poſterius ordine
4	Prius natura perfectione	Poſterius perfectione
5	Prius natura cauſa	Poſterius cauſa

PARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.

88 VNdecimum cap. ſcolia de priori. prioris modi quinq;. Quique prioris mo
di. Prius alterū altero quatuor modis dicitur. Primo prius tpē, & id quī
dē propriiſſime: quomodo quod antiquius & vetuſtius eſt, prius dicitur.
Nanque antiquius & vetuſtius dicitur: quia pluris eſt temporis. Secun-
89 do dicitur prius: a quo eſſentię conſequentia non conuertitur, quo pacto
vnum prius eſt duobus. Nam ſi duo ſint: continuo vnum eſſe conſequēs
eſt, at ſi vnum ſit: non continuo conſequitur duo eſſe: quare ab vno nō cō
uertitur conſequentia ad reliquum. prius igitur vnum, ſiquidem prius di
citur, a quo eſſentię conſequentia non conuertitur. Tertio modo, prius or
90 dine quodam quod in ſcientiis & orationibus facile eſt intueri. Nam in ſcientiis demonſtratiuis
& prius & poſterius ordine cōperitur. Elemēta ei ordine, figurarū delineationibus priora ſunt,
& principia: contēplandis priora concluſionibus, & in grāmaticis: literę ordine priores ſunt ſylla
91 bis. Et in orationibus apud rhetores: exordium prius eſt narratione. Quarto prius perfectione, vt
quod melius eſt atq; honoratius eſſe videtur: prius perfectione dicitur. Conſueuerūt etenī multi
honoratiores & magis a ſe dilectos, apud ſe dicere priores. Verū hic modus ferme alieniſſim⁹ eſt.
Et hi ſunt qui dici ſolent: quatuor modi prioris. Quinto. Præter dictos prioris modos alius eſſe
92 videtur, prius ſcilicet cauſa. Nā eorum quæ etiā ſecundum eſſentiæ conſequentiam conuertun-

tur, vbi vnum alterius aliquo modo causa est: quod alterius causa est, dignum est prius natura dici. Et ꝙ quędã sint huiusmodi: ostenditur. Nam hominem esse & orationẽ qua dicimus hominẽ esse, veram esse conuertuntur. Si em̃ homo est: & oratio homo est, vera est, & si oratio homo est, vera est: proculdubio homo est. & vnum aliquo modo alterius causa est. Nam rem esse, causa est vt oratio sit vera, non autem oratio vera causa vt res sit. Ex eo em̃ ꝙ res est aut nõ est: oratio vera falsave dicitur. Est igitur hominem esse, hoc pacto prius oratione vera, homo est. Quare non absone quinque modis: alterum altero prius dici possit. Et hæc de priori.

¶ De modis simul. Cap. XII.

Simul autem dicitur simpliciter quidem & propriissime: quorum
generatio in eodem est tempore. neutrum enim eorũ neque pri- 93
us neque posterius est. Simul itaque secundum tempus hæc dicũ
tur. ¶ Natura autem simul sunt quęcunque conuertuntur quidẽ
secundum quod est esse consequentiam, sed nequaquam alterum
alteri causa est vt sit. vt in duplo & dimidio: conuertuntur etem̃ 94
hæc. nam cum duplum sit, dimidium est. & cum dimidium sit: du-
plum est, sed neutrum alteri causa est, vt sit. ¶ Dicuntur autem si
mul natura, & quæ ex eodem genere ediuerso abinuicem diuiduntur. ediuerso autem
diuidi abinuicem dicuntur, quæ secundum eandem sunt diuisionem. vt volatile, gres-
sibile, & aquatile, hæc enim abinuicem ediuerso diuidũtur, quæ ex eodem genere sunt.
Animal nanque diuiditur in hæc volatile, gressibile & aquatile. & nihil horũ prius vel 95
posterius est, sed simul hæc natura esse videntur. Diuiditur autem & singulum horum in species rursus, vt volatile animal aliud gressibile, aliud aquatile. Erunt ergo & illa simul natura, quæcunque ex eodem genere secundum eandem sunt diuisionem. Genera vero speciebus semper priora sunt. neque enim conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiam. vt cum quidem aquatile sit, animal est. cum vero sit animal, nõ necesse est vt aquatile sit. ¶ Simul ergo natura dicuntur, quæcunque quidem conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiam, sed nequaquam alterum alteri vt sit, causa est, & ea que ex eodem genere ediuerso diuiduntur abinuicem & simpliciter simul sunt, quorum generatio in eodem est tempore.

Duodecimi cap. notæ.

Duplum simplo vt sit: causa non est. vt si mihi sint nũmi quatuor, & tibi octo: duplũ est & dimi 96
dium est, at qui tuum duplum, vt meum sit dimidiũ: causa non est, nec contra. At si dixeris. Quaternarius ad suã medietatem duplus est quæ & quaternarii dimidium est, attamen causa est, vt sit quaternarius. nã constitutiua pars, dimidium igitur causa dupli est. Id sane accidit: vt dimidium causa sit. nam non vt dimidiũ causa dicitur, etsi id quod est, causa sit Et pater vt pater: filii causa non est. nã neq; materia, neq; forma, neq; finis (vt notum est) pater, neque efficiens vt pater, quoniam nullo momento prius pater est quam filius. solent autem efficientia prius esse effectibus. nisi in aliquibus conseruantibus: vt quam cito lux, tam cito lumen. Et vide q̄ simul sunt pater & filius, vt ne quidem vnum altero prius intelligentia esse possit. non em̃ patrẽ intelliges sine filii intelligentia neq; filium sine intelligentia patris. Non igitur pater causa filii vt pater. Nã ratio consentanea non est, etsi id quod est pater causa sit, Identidem id quod est pater aut filius, vt sophroniscus & Socrates, causa non est consequentiæ subsistendi conuertendæ, nõ enim si sophroniscus est: socratem esse necesse est. neque si Socrates est: consequens est & sophroniscum esse. sed patris & filii rationess, causę sunt huiusmodi alternæ, reciprocæque, conuertibilis consequentię. Quo fit vt cum dicitur simul natura esse, quę essentiæ consequentia cõuertuntur, & neutrum alterius esse causam, ratio præcipue attendenda sit. Id enim logici est, & id quartæ ad aliquid seu cõmunitatem, seu proprietatem voces, dilucidiorem apertioreq; reddit intelligentiã. Et eodẽ genere e regione & ex aduerso diuisa nũcupat: quæ appellare solent mẽbra diuidentia. Est enim genus vt arbor & illa in quę diducitur vt ex arbore & ex opposito iacentes secti rami, quos proinde ex opposito dirẽptos, sectosq; atque diuisos forsitan rectius appellaueris, quam diuidentes.

¶ PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

DVodecimum cap. modi simul tres: & epilogus. Tres modi simul. Primo. Simul sim
pliciter & propriissime dicuntur: quorum generatio eodem in tempore est. illorum
enim nullum aut prius aut posterius est. Et hęc simul tempore dicuntur. Secundo, 97
simul natura q̄ cum secundum essentię consequentiam cõuertantur, neutrũ alterius
vt sit, causa est. vt duplũ & dimidium, hoc pacto simul sunt Nam secundũ essentię
consequentiam conuertuntur (si em̃ duplũ est, & dimidiũ est: & si dimidiũ est, & duplũ est) & neu


trum alterivt ſit,cauſa eſt. Tertio ſimul natura diuiſione,quæ ex eodem genere e regione ab-
inuicem diuiſa ſunt.diuiſa autem hoc modo abinuicem dicuntur,quæ in eadem generis diuiſio-
ne aſſumuntur. Vt greſſibile,volatile,aquatile,ſimul hoc modo natura ſunt.Nam ex eodem ge
95 nere e regione ſecta diuiſaque ſunt,ſecundum vnam eandemque diuiſionem ſumpta. Dirimitur
enim animal in hæc.volatile inquam greſſibile,& aquatile quorum ſane nihil prius vel poſterius
eſt,ſed ſimul natura eſſe videntur. Dirimitur rurſus & vnumquodque iſtorũ volatile ſcilicet,greſ
ſibile & aquatile in ſpecies.erunt igitur & illæ ſimul natura. Omnes enim, ex eodem genere.ſecũ
dum eandem exiſtunt diuiſionem. Veruntamen genera ſemper ſpeciebus prioribus priora ſunt.
nam genera ſecundum eſſentiæ conſequentiam cum illis non conuertuntur,vt ſi aliquid aquati
le ſit animal eſt. at non neceſſe eſt, ſi animal eſt eſſe aquatile.Epilogus,Simul igitur ſimpliciter
dicuntur,qurum generatio eſt in eodem tempore,& ſimul natura,quæ ſecundum eſſentiæ conſe
96 quentiã conuertuntur, quorum neutrum alteri vt ſit eſt cauſa.& quæ ex eodem genere,ex aduer
ſo ſecta ſuntatque diuiſa Et hæc de ſimul.

❡De ſpeciebus motus. Cap.XIII

Motus autem ſpecies ſunt ſex:generatio/corruptio/augmentum/
diminutio/alteratio/ſecundum locum mutatio. Alij itaque mo-
tus palam eſt quia abinuicem diuerſi ſunt. non enim eſt genera- Dubium
97 tio corruptio/neque augmentum/diminutio/neque ſecundũ lo-
cum mutatio.ſimiliter autẽ & alij.; In alteratione vero habet quã
dam dubitationem : ne ſit forte neceſſariũ id quod alteratur per
aliquam reliquarum motionum alterari. hoc autem non verum
98 eſt.nam ſecundum omnes pene paſſiones.aut complures accidit
nos alterari:nulla aliarum communicante motionum.nam neque augeri neceſſarium
eſt quod per paſſionem mouetur:neque diminui.ſimiliter autem & in alijs.;quare alia
præter alios motus erit alteratio.nã ſi eſſet eadẽ : oporteret id quod alteratur/mox &
augeri vel minui vel quandam aliarum motionum,ſequi/ſed non neceſſe eſt. Simili-
ter aũt & qđ augetur/aut alia aliqua mutatione mouetur:alterari oporteret. ſed ſunt
quædam quę augmẽtantur : quæ non alterantur,vt quadratum gnomone circumpoſi
96 to creuit quidem:alteratum vero nihil factũ eſt.ſic & in alijs huiuſmodi, quare alij mo
tus ſunt abinuicem: ❡Eſt autem ſimpliciter motui quidem:quies contrarium.ijs vero
quæ per ſingula ſunt :& ſingula.generationi quidem corruptio augmentatio vero di In hoc, in
minutio:ſecundum locum mutationi/ſecundum locum quies maxime videtur oppo reliquo
ſitum eſſe/& forte in contrarium loci mutatio, vt ei quæ inferius eſt:ea quæ ſuperius motu ſci-
eſt:& ei quæ ſuperius eſt,ea quę inferius eſt.reliquo vero aſsinatorum motuum, non licet alte-
facile eſt aſsignare quid forte eſt contrarium. videtur autem nihil eſſe ei contrarium : ratione.
niſi quis & in hoc ſecundum qualitatem quietem opponat/aut in contrarium qualita
tis/mutationem.ſicut & in mutatione ſecundum locum : quietem ſecũdum locum aut
in contrarium locum mutationem.eſt enim & alteratio mutatio ſecundum qualitatẽ.
quapropter opponitur mutationi ſecundum qualitatem:qui es ſecundum qualitatem
aut in contrarium qualitatis mutatio. vt album fieri ad id quod nigrum eſt fieri.altera
tur enim,in contraria qualitatis/mutatione facta.

Decimi tertij Cap notæ.

*Qualitas quandiu male hærens,firmaque eſt,& (ut ita dicam) progrediendoue regrediendoue in tranſitu, paſ
98 ſio appellatur & ſecundum eam fit alteratio conſimilis autem firma iam,& tenaciter hærens,paſsibilis qualitas
nominatur.ſecundum quam ut ſic,nihil niutatur,ſed a motu iam tempore euaſit remotiſſima.magis proprie igitur
dicuntur alterationes ſecundum paſsiones,quam ſecundum paſſibiles qualitates fieri.*



Quadratum quod circumpoſito Gnomone auctũ eſt.at nõ alteratum eſt quia ſemperquadratũ eſt.

Gnomo apud geometras figura est constans ex duobus parallelogrammi supplementis cum altero minorum parallegrãmorum circa diagonum quadrati constantiũ. Quadratum figura est quatuor æquis lateribus & totidem æquis angulis contenta. Parallelogrammum superficies est æque distantiũ laterum. Diagonus quadrati linea est in quadrato longissima ab angulo in oppositum angulum protensa. Supplementum parallelogrammi partiale est parallelogrãmum qđ diagonus per mediũ nõ diuidit tractis quidem duabus lineis ex opposito, quę quadrati lateribus ęque distãt, sese in aliquo diagoni puncto intersecantes. Parallelogrãmũ circa diagonũ cõstãs, id est quod duabus æque distantibus tractis in mõ prædicto lineis, diagonus per medium dirimit.

a b c d Quadratum quod & maximum Parallelogrammum
e b i h Supplementum primum
g i c f Suplementum secundum
a e g i Parallelogrammum circa primum diagonum constans.
i h f d Secundum & eadem sunt quadrata
e b f d g h c d Primus gnomo & de hoc loquitur Aristoteles
a b g h a e e f Secundus. a d. Diagonus

Vsurpauit Aristoteles interdum contrarii nomen pro opposito. Et vsu euenit plerunque vt 99
species pro genere, aut quod vt huiusmodi se habet, vsurpetur. Quid alterationi simpliciter &
in vniuersum oppositum sit, difficile est assignare, quod vocabula desint, speciebus tamẽ assignare
facile est, vt albefactio nigrefactioni opposita, & calefactio frigefactioni, & desiccatio humectatio-
ni & id genus quam plurima.

PARAPHRASIS CAP. DECIMITERTII.

Decimumtertium cap enumeratio specierum motus & quod differũt, 97
dubium vnum quid motui suisque speciebus oppositum. Enumeratio specierũ motus, & quod inuicem differunt. Motus sex sunt species generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & secundum locum mutatio. Aliæ igitur species motus, aĳ variĳque atque differentes motus sunt. Quod autem abinuicem aliĳ sunt, manifestum. Nam generatio non est corruptio, neque augmentatio, neque diminutio, neque alteratio, neque secundum locum mutatio, neque corruptio, augmentio, huncque in modum de reliquis. Dubium. verum de alteratione
addubitatio esse solet, sit ne aliquis aliorum motuum? & si quicquam 98
alteratur, oporteat ne ipsum secundum aliquem aliorum motuum alterari, motumque aliũ quempiam, alterationem esse? Dilutio. Id minime oportet. Nam pene aut secũdum omnes aut complures passiones, nos alterari contigit nullam aliarum mutationum participantes. nõ enim quod secundum passionem mutatur, gigni oportet, corrumpi, augeri, diminui, secundũve locum mutari. Quare alteratio a prædictis motibus alia est. Nam si eadem esset, oporteret quod alteratur continuo gigni, corrumpi, augeri, imminui, secũdumve locũ mutari Atqui id non oportet. Alia igitur alteratio est. Itidem oporteret si alteratio a prędictis, motus alius non esset, si quid gigneretur, corrumperetur, augeretur, alia ve vlla mutatione mutaretur, vt idipsum alteraretur, id autem non oportet, nã sunt quædam, quæ manifeste augẽtur, & non alterantur, vt quadratũ circũposito gnomone creuit quidem, at non alteratum est & in aliis mutationibus consimiliter, sunt igitur gene-
ratio, corruptio, augmentatio, diminutio; alteratio, & secundum locum mutatio, differentes alii 99
que adinuicem motus. Quid motui & eius speciebus opponatur. Quies simpliciter motui opponitur & singula, specialiaque: singulis & specialibus, vt generationi corruptio, & augmentationi diminutio, & motui secundum locum, quies secundum locum opposita est. Et maxime motui qui est secundum locum, motus in contrarium locũ, opositus esse videtur. vt motui deorsum motus sursum, & motui sursum, is motus qui tendit deorsum. Sed alteri assignatorum motuum, id est alterationi, haud facile est assignare suum oppositum, neque apparet quid ei oppositum sit, nisi quis illi quietem secundum qualitatem oppositam, assignauerit, perinde ac quies secundum locũ, motui secundũ locũ opposita est. Et in contrariam qualitatem mutationem, illi esse contrariam, haud secus ac motus in vnum locum contrarius est motui qui ad locum est contrarium Est enim alteratio, secundum qualitatem mutatio. Et hæc de motu.

❧ De modis habere Cap. XIIII.

Habere secundum plures modos dicitur. Aut enim vt se- 100
cundum habitum & dispositionem/aut aliam aliquam quali- 101
tatem dicimur enim disciplinam aliquam atque virtutem ha-
bere. ❧ Aut vt quantitatem: quod ei qui magnitudinem/ ha-
bet/contingit, dicitur enim tricubitam habere magnitudinem
vel quadricubitam. 102
❧ Aut ea quæ circa corpus sunt, vestimẽtũ vel tunicã, aut vt 103
in parte/vt in manu annulũ. ❧ Aut vt partẽ vt pedẽ/vel ma-

104 num. ¶ Aut vt in vase, vt modius grana tritici, aut lagena vinum. vinum enim habere
lagena dicitur: & modius grana tritici. hæc enim omnia habere dicuntur, vt in vase.
105 ¶ Aut vt possessionem. Habere enim domum & agrum dicimus. ¶ Dicitur etiam &
106 vir vxorem habere: & vxor virū. Sed qui nunc dictus est modus: alienissimus est eius
quod est habere. nihili enim aliud vxorem habere significamus: quam quod cohabitāt.
Forte tamen & alij quidam, eius quod est habere, apparebunt modi, sed qui dici consue
uerunt, pene omnes enumerati sunt.

¶ Cathegoriarum, prædicamentorumque Aristotelis, finis.

100 Decimiquarti Cap. notę.

Per, habere, omnia denominatiua ad substātiam circumlocutione quoquo pacto haberi possunt, etiam si ipsa desint, vt intentio & remissio denominatiua substantię non habent, nam ignis non intensus remissusve dici solet, sed circumloqui valet hoc pacto. ignis est intense calidus, aut qualitatem intensam habens, & hunc in modum in similibus.

¶ PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVARTI.

100 DEcimumquartum cap. modi habere septem. Modi habere. Habere multis modis dici
101 tur. Primo. habere qualitatē, vt habitū aut dispositionē aliāve quamlibet, dicimur ete
nim scientiam aliquam & virtutem habere. Secundo. Habere quantitatem. vt ei con
tingit, qui magnitudinem aliquam habet. dicitur enim & tricubitam quantitatem, &
102 quadricubitā habere. Tertio. Habere circa corpus aut corporis partem vt pallium, & loricā, vel
103 in manu annulum. Quarto. Habere partem, vt habere manum vel pedem. Quinto. Habere in con
104 105 tinente vt in vase, vt habere triticum in modio, vel in fictili vinum. Etenim modius triticum,
106 & fictile vinum habere dicitur. Hęc igitur omnia, habere dicantur vt in vase. Sexto. Habere pos
sessionem, Dicimur enim habere domum vel agrum. Septimo. Dicitur vir habere vxorem & vxor virum. & qui nunc dictus est modus, alienissimus esse videtur. Nam nihil aliud cum virum dicimus habere vxorem significamus, quam virum vna cum vxore ad conuersandum addictum vnaque in domo manendum Forsitan alij modi habere apparebunt, sed qui dici consueuere, pene omnes annumerati sunt. Et hæc de habere.

¶ PARAPHRASIS LIBRI PRAEDICAMENTORVM ARISTOTELIS FINIS.

¶ LIBER PRIMVS PERIHERMENIAS ARISTOTELIS:

¶ De signis: Cap. I.

1 PRIMVM oportet constituere quid sit nomen, & quid verbum,
postea quid est negatio & affirmatio, & enunciatio, & oratio.
¶ Sunt ergo ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima pas
sionum notę. & ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce.
2 ¶ Et quemadmodum nec literę omnibus eædem, sic nec eędem
voces. Quarum autem hæ primum notæ sunt. eædem omnibus
passiones animæ sunt. & quarum hę similitudines, res etiam eæ
3 dem. De ijs vero dictum est in ijs qui sunt de anima. alterius enī
est negocij. ¶ Est autem quemadmodum in anima aliquando quidem intellectus sine
vero vel falso, aliquando autem cui iam necesse est horum alterum inesse, sic etiam in
4 voce. Circa compositionem enim & diuisionem, est verum & falsum.
¶ Nomina igitur ipsa & verba consimilia sunt, ei (qui sine compositione & diuisione
5 est) intellectui. vt homo vel album, quando nō aliquid additur. neque enim falsum, ne
que verum adhuc est. signum autem huius est, hircoceruus enim aliquid significat, sed
nondum verum aliquid, vel falsum si non vel esse vel non esse addatur, vel simpliciter
vel secundum tempus.

Primi cap. primi Peri Hermenias notæ.

περὶ ἑρμηνείας duæ dictiones græce sunt, latine de interpretatione designantes. Et est interpretatio (authore Seuerino Boetio) vox omnis articulata seu simplex seu composita, per se significans. Enunciatio absoluta, affirmatio, & negatio de inesse. Positiones principia sunt, & quæ hic ponuntur suppositiones sunt. Suppositiones enim principia sunt, quæ cum probari non debeant, non vsque adeo tamen clara sunt quin discipuli vt ea intelligant, opera præceptoris egeant. sunt enim subobscura. Ea quę in voce sunt, voces, Hę passiones quę sunt in anima,

notiones,conceptusque rerum,& sunt rerum naturales similitudines. Notę,signa,& quædam ex 4
pressiones,atque insinuationes. Ea quæ scribuntur:scripturæ Intellectus,passio animæ,cōceptus, 5
notio. Tragelaphus(quem & hircocetuum interpretantur)animal est circa Phasidē Colchidis in-
sulæ amnem.nasci solitum,prominulam , & dependentem barbam hircorum in morem habens,
in reliquis vero præter armi villos,ceruo persimile. Author Plinius. Capere autem nunc solent
vt vocabulum prorsus significationis inane:perinde ac vacuum atque infinitum. Et ex positioni
bus literæ diuisiones has intelligere possumus. Ex prima. Signorum quædam esse conceptus , no
tionesque animæ,quędam voces,& quędam scripturas. Ex secūda signorum quædam esse arbitra
ria & ad placitum significantia,vt voces & scripturæ,& quædam naturalia,naturaliterque desi-
gnantia,vt conceptus,notionesque animæ. Et diffinitiones horum:ex litera facile desumentur. Ex
iunctis autem his positionibus:potest hæc tertia sumi diuisio . Signorum quædam primitus res
significant,vt conceptus,notionesque animæ. quædam primitus conceptus significāt, & secūdo
loco res,vt voces.quædam vero primitus voces,secundo loco conceptus rei,& tertio iā loco res:
vt scripturæ. Ex tertia positione possunt & hæ sumi diuisiones. Conceptuum quidā est simplex:
& quidam compositus. Item conceptuum quidam verus,quidam falsus,quidam vero neque ve
rus neque falsus. Similiter vocum quædam simplex,quędam composita. Item vocum quædam ve
ra quædam falsa:& quædam neque vera neque falsa. Et hæc de signis disciplinis accommodabili
bus sunt intelligenda. Vnde cum res sint,notiones sint,voces sint,scripturę sint,quatuor hæc res
primum.nobis obiectæ,& præsentes e vestigio notiones sui in animo(quæ & animæ passiones,in
tellectusque & conceptus appellantur)efficiunt,vt color in oculo visionem , & in speculo suam si
militudinem. Et quia conceptus nostros statim per seipsos īsinuare non possumus, & alterius mē
ti transfundere:ideo voces nobis a prouidentia tributę sunt vt signa, expressionesque sint conce
ptuum,quos de rebus ipsis ptæ concepimus. Verum quia voces resides non sunt fixæ, atq; per-
manentes,sed solum ad aliquid in pręsentia insinuandum,ideo literę & scripturę excogitatę sunt
quę & diu manerent,& quibus ad longe absentes loco vocum vteremur. Sic enim ad tempora no
stra per literas, Aristotelicæ disciplinę saluatæ sunt,& nos adhuc in dies per libros quos ipsi con
diderunt(qui dudum hac luce functi sunt) alloquuntur. Et inter hęc instrumenta doctrinę conce-
ptus dico voces,& scripturas:aptissimum ad docendum vox est. Nam voces promptissimæ sunt
scripturę autem & iam tardiusculæ & hebetes. vt vna etiā horula audire possis,quæ vix solers &
industrius,integro die legere sufficias,estque vox immediatior mentis expressio , quam scriptura
& natura familiarior.adeo vt infantuli voces pariter cum lacte exuctisque papillis ebibant , qui
scripturas nondum per naturam discere possunt conceptus tamen & notiones primī & pręcipu-
um omnium sunt instrumentum,sed quod secretum,occultumque manet nisi signo,notaque ex-
teriore propaletur. Et quod vltimum locum tenet:scripturę sunt.& adeo iam vocum expressio-
nes:vt eadem in voce sint elementa quę & in scriptura quacunque sunt literę . Et si quicquam
videas cuius vocem ignores,scripturas designare non possis,vocare autem possis quę scriptura de
signare nescias. Verum igitur quod Aristoteles dicit voces esse signa conceptuum , & scripturas
vocum,& conceptus protinus res significare voces,mediantibus conceptibus. scripturas autem:
cum vocibus tum conceptibus mediantibus. Scripturę tamen,signa vocum sunt ad placitum &
non naturalia,ideo possunt voces ipsas non significare,imo & res sine vocibus significare. quod
forte iam in mysterio factum est, vt aiūt de scriptura magni nominis dei quod quatuor literis cō
stabat,neque voce vlla effari poterat. Et quid?si surdo protenso pane scriptura panis deformetur
in pariete,ad quam surdus diligentissime aduertat,imo & delineare,deformareque discat,quotiēs
scriptura illa aut similis illi protendetur,panem ei sane repręsentabit, cui nullam prorsus repręs
sentat vocem. Sed perrarum est,& vsum non habet ad disciplinas, neque habere potest, nisi forte
difficillimum. Omitto īnumera,quę magis superuacanea quam necessaria de conceptibus moueri
solent.& nescio an magis adolescentum animos confundere,quam liberaliter instituere soleant.

PARAPHRASIS CAP PRIMI.

PEri hermenias , id est de interpretatione singularis apud Aristote- 1
lem liber est : in duos tamen secare solent . Primus de enunciatio- 2
ne absoluta. Cap.octo . Primum de signis, de quo determinandum.
positiones tres,corollarium vnum. De quo determinandum .
Primum diffinire oportet quid nomen , quid verbum , quid oratio,
quid enunciatio,& quid affirmatio & negatio . Tres positiones .
Prima. Ea quę sunt in voce:sunt earum quę sunt in anima,passionum
notę,& ea quę scribuntur eorum quę sunt in voce. Secunda. Vt scri-
pturę non sunt eędem apud omnes,ita quoque neque voces. attamen
animę passiones quarum voces primitus signa sunt , eędē sunt apud
omnes.et res quoq; quarum animę passiones similitudines sunt,apud omnes eędem sunt . sed de

4 his exactius in libris de anima. Hæc enim illius sunt contemplationis. Tertia vt in anima quando
que intellectus sine vero, falsove reperitur. & qñq; cum vero & falso, sic & in voce quædam sine
vero aut falso est, quædam vero cum vero aut falso. Circa em̃ cōpositionē & diuisionem: & verū
& falsum est. Correlarium. Quo fit vt nomina & verba intellectui, notionique animę compositio
ne vel diuisione similia sint, vt homo, vt album, cum nihil adiunctum est, neque verum neque fal
5 sum est, cuius hoc iudicium. Nam & tragelaphus aliquid significat: sed nemo dicet aut verum aut
falsum esse, nisi adiunctum fuerit est aut nō est, vel aliquod aliquod aliud tempus, quemadmodū
& intellectus sine compositione vel diuisione: neque verus neque falsus est.

¶De nomine. Cap. II.

6 NOmen igitur est vox significatiua secundum placitum sine tē Diffini-
7 pore, cuius nulla pars significatiua est separata. ¶In nomine tio no-
em̃ quod est equiferus, ferus nihil per se significat, quemadmo minis
dum in oratione quæ est equus ferus. At vero non quemad-
modum in simplicibus nominibus, sic se habet in compositis,
In illis enim nullo modo pars significatiua est, in his autē vult
quidē, sed nullius est separata. vt in eo quod est equiferus hoc
quod est ferus. Secundum placitum vero, quoniā natura om-
nium nullum est, sed quando fit nota: qm̃ significant & illite-
8 rati soni vt ferarum: quorum nihil nomen est. ¶Non homo vero non est nomen. at ve Declara
to nec positum nomen est: quo illud oportet appellare. neque enim oratio, neque ne- tio.
gatio est: sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est & quod est & qđ
non est. ¶Catonis autem & catoni & quæcunque talia sunt nō sunt nomina, sed casus
9 nominis, ratio autem eius est, alia tamen sunt secundum seipsa, quoniam cum est, vel fu
it, vel erit, neque falsum est, nomen vero semper. vt Catonis est, vel non est, non enim
aliquis neque verum dicit, neque falsum.

Secundi cap. notæ.

7 Loco eius quod Aristoteles dicit κάλλιππος καὶ ἐπακτροκέλης: id est Callippos & epactroce-
les, quorum primum proprium nomen est a pulchritudine equorum: & secundum (vt exponit
Suidas) species nauigī cuius nomen, epactris & celes duo nauigiorū noīa cōponūt, horū vero lo
co nostri ponunt equiferus, q̃ cōpositiones grece, latinis cōpositionibus. nō apte respōdeat. Vbi
doctrinæ gratia inter equum & equiferum, id intersit q̃ inter suem & aprum quod sus & de do-
mesticis & de feris dicatur: aper vero solum de feris equus identidem & de domesticis & de feris
dicetur: equiferus autē de solis feris. & vt aper simplici notiōe significat: ita equiferus significat, &
perinde atq; nomen simplex (si positum esset) significaret. Finge igitur sufferū: cōpositū si placet
sufferus & aper diuersiuoca erunt (q̃ synonima vulgo dicunt) vt gladius & ensis. Et propter vici
nitatem vocis quā habet equiferus ad orationē equus ferus cito ex voce cōpositi venis in con-
ceptum orationis, proinde nominis cōpositi partes, phantasiā faciunt: q̃ aliquid significare vide
8 antur. Verum non ita est, nam hallucinatur nesciens nominis conceptum formare: qui ex vicini-
tate vocis, orationis conceptū effingit. Veruntamen si id quod vocē cōposita ꝓtulisti vt sufferus
simplici voce efferas vt aper: illa tollitur phantasia. Nā simplicis vocis partes, nihil significare vi
dentur. Et vt de his cōpositis: ita & de aliis noībus cōpositis quibuscunque, intelligendum est.
Nā secundū veritatē ita res se habet vt dicit Aristoteles, sed figura dictionis multos oberrare co-
9 git, Illiterati soni, qui scribi non possunt vt cum perstrepunt feræ: hmōi strepitus & soni, & scri
bi non possunt, dicunturque illiterati. Ferę, aīalia q̄ ferocitatem hñt, & non sunt mansuefacta. vt
quadrupedia: vrsi, lupi, pardi, leones, & similia q̄ vbi mansuefacta fuerint: cicures appellantur. Phi
lo proprium nomen est vt Cato: quo Aristoteles vtitur in litera. Casus nominis, obliquus, nomē
obliquum. Nondum neque verum neque falsum dicit: duæ negationes vehementius negant. Nō
dum dicitur. nam inchoatum esse potest. sed nondum verum aut falsum, nisi quid adijciatur. vt si
dicas Philonis est domus, aut possessio, aut aliquid simile: iam verum falsumve dicis. Et sunt qui
ex determinatis ab Aristotele: nominis diffinitionem reintegrant & complent hoc pacto. No-
men est vox significatiuum ad placitum sine tempore. cuius nulla pars significatiua est separata. fi
nita & recta. Et probe quidem. Sed Boetius magis ex proprijs & expressius: ex verbis Aristote
lis eam complet hoc modo. Nomen est vox significatiua secundum placitum, sine tempore, cuius
nulla pars significatiua est separata. definitum aliquid significans, cum est aut non est iunctumve
rum falsumve efficiens. In qua diffinitione vox generis vicem supplet. significatiua secernit a vo
cibus non significantibus. secundum placitum: a vocibus naturaliter significantibus sine tempo
re, secernit a verbo. cuius nulla pars significatiua est separata ab oratione. definitum aliquid si-
gnificans: a nomine infinito cum est vel non est iunctum verum falsumve efficiens: a casu nomi-

nis, nominisque obliquo. & vt de nomine dictum est: ita suo modo intelligendum erit de verbo. Et primo loco datas diffinitiones nondum esse integras innuit Aristoteles: tum in capite de nomine vbi nominis expressam rationem dicit casui nominis conuenire, qui tamen non est nomen: tum in capite de verbo vbi verbo infinito quae expressa fuerat: verbi attribuit ratione͂, negat tamen esse verbum, sed reliquit ex differentiis quas adhibet: facile huiusmodi diffinitiones esse cōplendas. Sed hęc statim intelligentiae peruia sunt. Sed forte voluntas animo: quomodo omne nomen aliquid definitum significare potest? Quomodo item nomen infinitū similiter sit in eo quod est, & quod non est: siue magis (vt ait Aristoteles) in ente & non ente? Certe nomina determinate significant, aut solum esse potest, aut quod solum mente effingibile est. & ideo nome͂ aut solū est in eo quod est vt homo, vt equus, Socrates, Bucephalus, aut solum in eo quod non est vt stellifer Atlas, aut Phorcides vnoculę, immensum spatium: sonus orbium caelestium, & Platonica Syren quam orbibus ipsis illocauit, & similia. Nam & Atlas, & Gorgon. & inane, & plithongus, & Syren, his in significationibus solum aliquid mente effingibile significant a poetis decantatum, & solum esse dicuntur in ĳs quę non sunt. & id profecto nō est esse. Sunt eni͂ haec monstra mentis: perinde ac biceps & bicorpor hominis partus, monstrum naturę est. sed id inter est iter me͂tis, & naturę mōstra ꝙ huius mōstra esse possunt: illius aūt, esse nō possunt. Id cōueniunt, Natura impedita monstra profert, & vi quadā parturit: ita & mens quodā mō sua figme͂ta, nomen autem infinitum vt non homo: signum est indeterminatū: & eorum quę esse possunt, vt equorum, & arborum & eorum quae solum mente finguntur, vt Gorgonum, phthongorum cęlestium. Syrenum & huiusmodi. etenim equus dicitur non homo, & Gorgon. Sed sciscitabere significantur hęc, equus, arbor, aliquid? & Gorgon, Syren: aliquid? homonyme scilicet. nam prima significant aliquid quod est, secunda vero aliquid solum mente effingibile. & aliquid nunc ad id significandum quod est accipitur, nunc autem ad id quod solū effingibile est. Quapropter nominis diffinitio homonyma analoga est vt & pleraeque aliae, primo conueniens his nominibus homo, equus, & reliquis significantibus aliquid quod esse potest, secūdo his nominibus Atlas, Gorgon, Syren, inane & similibus, significātibus solū aliqs effingibile. Colliges forsan: si ita est aliquid, nomen infinitum potius dici debere quam definitum. Nam similiter erit & in eo quod est, & ꝙ non est. Sed longe abest. Nam homonyme dictum est esse in eo quod est & in eo quod non est, vna igitur significatione definitum, determinatumque nomen est ad id quod est, & in alia, vt ad aliquid solum effingibile definitum nomen est ad id quod non est. Sed id timendum est, dum hic circa portenta mentis, & sua signa diutius immoror: causa sim alienae menti, vt monstrum e mōstro pariat, cum ferme ea quae naturae sunt sint infęcunda, aut si pariant vsu euenire, vt pariant monstra. Nonnullis profecto qui non satis liberaliter instituti sunt minutula quaedā syncathegoremata, & portentorum mentis nomina longe magis quam Aristippo perdicula illa quinquaginta dragmis comparata sapidiora videntur. Sed vt probe consulam nimium immorari illaudabile est, & vanis propemodum tempus conterere cōflictibus. preciosum, te͂pus, quod tunc vane effluit ac effugitat. preciosaque cognoscenda supersunt, & quae tunc vtilius essent perdisce͂da, sed meliora velint, & ad potiora nepotes aspirent. Nunc autem ad literam appellendum.

PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

Secundum Cap. diffinitio nominis. declaratio de nomine infinito de 6
casu nominis. Diffinitio nominis. Nomen est vox significatiua ad
placitum sine tempore, cuius nulla pars est significatiua separata.
Declaratio Cuius nulla pars est significatiua separata dico. nam no-
minis equiferus, ferus secūdum seipsum nihil significat. quemadmo 7
dum tamen seorsum & per se in oratione equus ferus significat, hoc
igitur nominis ab oratione discrimen facit. Verum in simplici-
bus & compositis nominibus id interest, quod in simplicibus nomi-
nibus partes nullo modo significare videntur, in compositis vero vi
deri volunt. Veruntamen nihil seorsum, separatimque significant. vt
in hoc nomine equiferus, minima particula ferus separate & secundum seipsam significat. Secun
dum placitum adiunctum est. nam nullum nomen natura significat, sed ex instituto, et quando
ad significandum inditum est. significant enim et illiterati soni, vt ii qui ferarum sunt, quorum
nullum nomen est quod natura et non instituto, placitoque significent. Id igitur nomen ab
iis quae natura significant, differre facit De nomine infinito. Non homo, non est nomen 8
neque adhuc illi nomen positum est quo modo appellari oporteat. nam neque oratio, neque ne-
gatio, aut aliquid talium est, sed vocetur nomen infinitum, ob id ipsum quod similiter in quo-
libet est, et quod est, et quod non est. De casu nominis. Philonis, Philoni et quae simi-
lia sunt nomina non sunt, sed dicuntur casus nominis quorum etsi in reliquis cum nomine ra-
tio eadem sit, in hoc tamen a nomine secernuntur, quia si est. fuit vel erit quidem casui nominis 9
adiunctum fuerit, neque verum, neque falsum est, quod nomini iunctum, semper quidem oportet
vt qui dicit Philonis est, vel non est, nondum neque verū, neque falsum dicit. Et haec de nomine.

De verbo. Cap.III.

10 VErbum autem est quod consignificat tempus, cuius nulla pars si
11 gnificat extra: & est semper eorum quæ de altero prædicatur no-
ta. Dico autem quoniam consignificat tempus, vt sanitas qui-
dem nomen est, sanatur vero verbum. consignificat enim nunc
esse, & semper eorum quæ de altero dicuntur nota est, vt eorum
quæ de subiecto vel in subiecto sunt. Non sanatur vero, nõ
ægrotat, non verbum dico. Consignificat enim tempus & semper
12 de aliquo est. Differentiæ autem huic nomen positum non est.
sed infinitum verbum sit. quoniam similiter in quolibet est, & quod est & quod nõ est.
Similiter autem & sanabitur & sanabatur non verbum est, sed casus verbi. Diffe-
13 runt autem a verbo, quod hoc quidem præsens consignificat tempus, illa vero id quod
14 circumcirca est. Ipsa igitur secundum se dicta verba, nomina sunt: & significant ali
quid, constituit enim qui dicit intellectum, & qui audit, quiescit. sed si est vel non est, nõ
dum significat. neque enim signum est rei, esse vel non esse, nec si hoc ipsum est purum
dixeris, ipsum enim nihil est, consignificat autem compositionem quandam; quam sine
compositis non est intelligere.

Tertij cap. notæ.

10 Verbum a vero dictum volunt, quod primum nomini adiunctum verum efficiat, & particu-
11 lam diffinitionis eius, & est semper nota eorum quæ de altero dicuntur, bifariam exponunt.
Primo & est semper nota eorum quæ de altero dicuntur, hoc est semper natum est esse copula eo
rum quæ substãtialiter essentialiterve prædicantur de subiecto, vel eorum quæ prædicantur ac-
cidentaliter: & hoc ipso a participio differt, etsi participium consignificet tempus. nam nunquam
copula prædicatum subiecto connectens esse potest. Sed id recentiores sentiunt. Nam quod græ
ce dicitur σημεῖον, dicitur & latine nota, quod non copulam, sed signum significat. quapropter se
cunda accedat exponentium assertio. Secundo exponũt quod omne verbum nota est, id est signũ
aut eorum quæ dicuntur de subiecto, vt cum dicitur alterans mouet, quod alteratur mouetur,
aut quæ sunt in subiecto, vt quum dicitur homo currit, homo mouetur. Sed de participio irre-
pit difficultas per quid excludatur: & de est, cum dicitur homo est animal. Non enim hic est si-
gnum, significãsve aliquid quod de subiecto dicatur aut sit in subiecto, imo vt velle videtur Ari
stoteles: nihil est, etsi compositionem quandam significet: & verbum est in primariis & vulgari-
bus propositionibus etiam tempus & nunc esse consignificat, in secundariis autem propter disci-
plinas inuentis disciplinaribus propositionibus, forsan secus. quæ neque vbi neque nunc signi-
ficant, sed intelligentia, ab vbi, & nunc, loco & tempore præcidunt, abstrahunt que. De primis au
tem. tum verbis tum propositionibus hic Aristoteles prosequitur. Nam illa rudium & primo
formandorum adolescentum animis familiariora sunt: per quæ abstracta postmodum facile intel
liguntur; sed id animaduertunt in verbo, quod per se prædicari potest, nunquam tamen per se so
litariumque subiici. participium autem per se & solitarium subiicitur, nunquam autem solitariũ
de altero dicitur. Verbum etiam adiuncto aliquo interdum prædicatur. & qui verbum censent
prædicatum, rectius opinari credunt. Et insuper quis sensus si est purum dixeris, posteriore ali-
qua nota ammonebimur. Tres autem partes enunciationis facere subiectum, copulam & prædi-
catum magis neotericorum est quam antiquorum, & analogias nescientium materia, forma, com
positum, subiectum, prædicatum enunciatio. De verbo infinito ꝙ & sit in quolibet & quod est &
quod non est: vt de nomine infinito dicendũ est: Etenim si non currit sumatur vt verbum est infi-
12 nitum, & verum est planta non currit, & item verũ Chiron non currit. Gorgon non currit. Neq;
mireris. Nam & hæc concederetur, Chiron est non currens. Gorgon est non currens. Verborum
autem infinitorum, propter omnimodam cum verbis negatis similitudinem. aut rarissimus est
vsus in enunciatione, aut in verba transeunt negata, nominum autem infinitorum crebrior.
13 Ea tempora quę circa pręsens sunt, præteritum & futurum. Pręteritum enim antecedit, futurum
vero subsequitur. Cum Aristoteles dicit. verba secundum se dicta nomina sunt. & aliquid signifi-
14 cant, & hoc in loco particula est expositiua, seque illico interpretatur Aristoteles, ne quis putet
sic capi nomen vt prius diffinitum est, neque approbatio sua aliud quicquam efficit. Qui dicit
intelligentiam constituit. id est dicens & proferens alicuius rei notitiam in audiente causauit:
& qui audiuit quieuit, id est qui audiuit, alicuius rei intelligentiam, notionemque accepit, cer-
tusque est quidnam illo vocabulo designatum sit, & quid Hippasus, quid Porphyrius, & quid
Alexander Aphrodiseus hic sentiant, longum esset enarrare. Si est, oratione vera non est, ora
tione falsa. Et Aristotelis litera, etiam græca multum inuoluta est: subiungit enim hoc pacto:

οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι σημεῖόν ἐστι πράγματος. οὐδὲ ἐὰν τὸ ὂν εἴπῃς αὐτὸ ψιλόν, αὐτὸ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι. προσσημαίνει δὲ σύνθεσίν τινα, ἣν ἄνευ τῶν συγκειμένων οὐκ ἔστι νοῆσαι. hoc est neq; enim ipsum esse vel non esse signũ est rei. neque si ens dixeris ipsum, nudum. ipsum nãque nihil est. Consignificat autem compositionem quandam, quam sine compositis non est intelligere. Et qui magis intelligentias græcorum sequuntur, est ens, & res hic pro vero capiunt, non est autem pro falso, dantque hanc huius loci intelligentiam. Verba secundum se sumpta nomina sunt, sed si est aut non est nondum significant, id est nondum verũ aut falsum significant. neque ipsum esse aut non esse: signum est rei id est veri. neque ipsum ens, si ipsum purũ dixeris. nam ipsum ens nudum solitariumq; dictum, nihil est, id est non est verum. nã ipsum ens in ea significatione cõsignificat cõpositionẽ quandam, quam sine cõpositis, id est subiecto prædicatoque non est intelligere, cum autem dico ens solum: nulla cõpositio est Et hanc expositionem iure asserere videntur, quia non dixit Aristoteles si est nudum dixeris, sed si ens dixeris, & interpretãtiũ est ꝙ est, pro ens diximus.

❡PARAPHRASIS CAP. TERTII.

TErtium cap. diffinitio verbi, declaratio, de verbo infinito, de casu verbi. de verbo 10
secundum se dicto. Diffinitio. Verbum est quod cõsignificat tempus, cuius nul- 11
la pars separatim seorsumque significat, & est semper eorum quę de altero di-
cuntur nota. Dico enim consignificat tempus. Nam per hoc secernitur a nomi
ne. Sanitas enim nomen est, sanatur autem verbum. Consignificat enim nunc
esse. Dico insuper & est semper eorum, quę de altero dicuntur nota. Nam aut eo 12
rum quæ dicuntur de subiecto, aut quæ sunt in subiecto: De verbo infinito. Non sanatur, non
ægrotat, minime verbum dico, ratio tamen data conuenit. nã consignificat tempus, & semper no
ta est eorum quæ de altero dicuntur. Verum quoniam illi differentiæ nomen inditum nõ est ver
bum appelletur infinitum: ob ipsum quod consimiliter est in quolibet & quod est, & quod nõ est 13
De casu verbi Similiter autem sanabitur, sanatum fuit: non uerbum est sed casus verbi, hoc a ver
bo distantes quod verbum, præsens tempus consignificat: illa vero quæ circa præsens sunt. 14
De verbo secundum se dicto. Verba secundum se dicta, nomina sunt, id est aliquid significant. Nam qui dicis intelligẽtiam constituit, & qui audiuit, quieuit Verum si est aut non est, nondum significant. neque enim ipsum esse vel non esse, rei signũ est: sed; nec si ipsum est nudum dixeris, Ipsum enim nihil est, consignificat sane cõpositionem quandã, quam sine compositis minime intelligere est, & hęc de verbo.

❡De oratione. Cap. IIII.

ORatio autem est vox significatiua, cuius partium aliquid si- 15
gnificatiuum est separatum, vt dictio, sed nõ vt affirmatio vel 16
negatio. ❡Dico autem, vt homo aliquid significat. sed nõ
quoniam est aut non est. sed erit affirmatio vel negatio: si quid
addatur. Sed non hominis syllaba vna. neque enim in eo quod
est sorex, rex significat, sed vox nunc est solum. In duplicibus
vero signficat quidem aliquid, sed non secundum se, quemad-
modum dictum st: Est autem oratio omnis quidem significati
ua, non sicut instrumẽtum: sed quemadmodum dictum est se 17
cundum placitum. ❡Enunciatiua vero nõ omnis, sed in qua verum vel falsum est. non autem in omnibus inest. vt deprecatio, oratio quidem est, sed neque vera neq; falsa. Cæteræ igitur reliquantur, rhetoricæ enim vel poeticæ conuenientior est consideratio. enunciatiua vero præsentis est speculationis. ❡Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio: aliæ vero omnes coniunctione vnæ. ❡Necesse est autem omnem enunciatiuam orationem: ex verbo esse, vel ex casu verbi. Etenim hominis ratio (si non addatur aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi) nondum oratio enunciatiua est. Quare autem vnum quiddam est, & non multa animal gressibile bipes (non enim eo quod propinquæ partes dicuntut vna eri) est certe alterius hoc tractare negotij. ❡Est autem vna oratio enunciatiua: quæ vnum significat, vel coniunctione vna. ❡Plures autem, quæ plura: & non vnum, vel coniunctæ. ❡Nomen igitur & verbum: dictio sit solum. quoniam non est dicere sic aliquid significantem: voce enunciare: vel aliquo iterrogante vel non, uerum ipso proferente. Harum autem hæc quidem simplex est enunciatio. ❡Vt aliquid de aliquo: uel aliquid ab aliquo. hæc autem ex his coniuncta uelut oratio quædam iam composita. ❡Est autẽ simplex

25 enunciatio:vox significatiua de eo quod est aliquid,vel non est,quemadmodum tem-
26 pora diuisa sunt. ¶ Affirmatio vero est enunciatio alicuius de aliquo. ¶ Negatio vero
enunciatio alicuius ab aliquo. ¶ Quoniam autem enunciare est:& quod est:non esse
27 & quod non est:esse.& quod est,esse.& quod non est,non esse . & circa ea quæ extra
28 præsens tempus sunt,similiter.omne vtique contingit quod quis affirmauerit,negare
& quod quis negauerit affirmare. Quare manifestum est quoniam omni affirmationi,
opposita est negatio.& omni negationi.affirmatio. ¶ Et sit hæc contradictio,affirma-
tio & negatio apposite. Dico autem opponi eiusdem de eodem,non autem æquiuocæ,
& quæcunque cætera talium cōtra sophisticas determinauimus importunitates.

Quarti Cap.notę.


Cuius aliquid partium significatiuum est;cuius aliquę partes significatiuæ sunt. Nam duæ ad
15 minus sunt significatiuæ. Si enim tantum vna significatiua sit vt non homo,non ęquus
pro foribus,& similia(etsi altera sit cōsignificatiua)orationes nondū sunt, neq; illis nomina sunt
imposita.sed quædam nomina appellantur infinita,quædam infinita verba , quædam nominis
casus cum præpositione,aut eiusmodi. Non vt affirmatio vel negatio,interpretatur particulam
vt dictio. Esse non esse,est non est,verum falsum. Nunc solum vox est,id est vox non significans.
at mus non solum vox est,sed vox & significans. Organa sunt oculus ad videndum,auris ad au
16 diendum,lingua ad loquendum,dentes ad cibū conterendum & similia,quę omnia natura sunt,
& non instituto. Et volebat Plato in Cratylo(quem librum de recta nominum ratione nuncu-
pant)nomina natura esse quare & orationes quæ ex illis constantur,natura itidem esse:vt & cæ-
tera instrumenta,quibus natura ad suas necessarias functiones vtitur. Vt enim animæ,oculus in
strumentum est ad colorem aliquem videndum,ita & oratio menti ad verum aliquod percipien
dum instrumentum est sed secus Aristoteles sentit:nomina pariter &verba esse arbitraria,& non
naturalia,naturave significantia.& id quoque verum est. Quare & orationes ex illis conflatę ar-
bitrariæ & secundum institutum,placitumque significantes,suntque illa persimilia artificialibus
instrumentis quibus etsi materia naturalis sit,perinde ac voces naturales,nunquam tamen vt ar-
tificialia,natura extant,sed artificis instituto. Lapsus igitur,analogia Plato. Nam non ad natu-
ralia organa nomen ,verbum & oratio conferenda,sed ad artificialia ,naturæque æmula instru-
menta. Et adeo mens nostra libera est,vt voces quæ naturales sunt,arbitrarias efficiat ad hoc vel
illud significandum. Oratio enunciatiua,enunciatio. Imperatiuæ orationes,deprecatiuæ,optati
uæ , & subiunctiuæ , oratoriæ & poeticæ sunt accommodatiores , quod ad suadendum & affe-
17 ctus mouendos efficatiores sint enunciatiuæ vero quę & indicatiuæ:magis logicę quod verę fal-
sæve sint. Sicut enim aut rhetor aut orator suadere aut dissuadere:& poeta oblectare aut com-
miseratione afficere , sic logicus suis machinamentis verum falsumve inuestigare totis viribus
annititur ac contendit,apud poetas huiusmodi orationes crebræ sunt,

Ferte citi flammam,date tela,impellite remos. Virgilius.
Parcite Dardanide de tot precor hostibus vni.
Nec male parta diu teneat,peiusque relinquat, Ouidius.
Exulet,& toto quærat in orbe fugam.

18 Si quęras vbi sit formosi mater iuli. Et non magno impendio similes perfrequentes etiam apud
rhetores inueniat qui eorum libros aliquantulum attrectare voluerit. Et ex illis vna diuisio intel
ligitur quæ huiusmodi esse potest. Orationum quędam est enunciatiua & quędam est non enū
ciatiua. Et iterum non enunciatiuarum quædam sine verbo,vt homo albus,quædam cum ver-
bo,vt. Quanuis ille niger,quanuis tu cādidus esses. Et hęc cognitu facilia. Affirmatio,enunciatio
19 affirmatiua. Negatio,enunciatio negatiua. Enunciatio coniunctione vna, enunciatio quæ appel-
lari consueuit hypothetica,& affirmatio prior est negatione. Illa enim vt habitus est,hæc vero vt
priuatio illa vt lumen,hæc vt tenebrę.& illæ priores enunciatione,coniunctione vna quod sim-
pliciora:priora sunt compositis Quod omnis oratio enunciatiua sit ex verbo aut casu verbi , id
20 maxime de oratione enunciatiua simplici,quæ postmodum definietur intelligitur . Animal gres
sibile bipes,ratio hominis nondum perfecta est: sed eam Aristoteles perficiebat adiuncto ratio-
nali. Plato aliquando adiecit implume:vt eam perficeret.quod Diogenes Cynicus audiēs gal
lum gallinaceum implumem protinus effectum:pleno tunc cum Plato profiteretur auditorio in
21 mediam iniiciens scholam:hic inquit Platonis homo est. Alterius est disciplinæ pertractare,scili-
cet methaphysicæ,& rationem,diffinitionemque vnam esse dicit Theophrastus:quod vnius essen
tiæ sit ratio. Quia ea quæ sunt in voce,signa sunt conceptuum animæ,scilicet simplicia simplici-
um,& composita compositorum:idcirco enunciatio vnum significat:quando solum vnius com
positionis diuisionisve signum est,vt homo est animal. vel plurium , aliqua tamen coniunctione
counitarum. vt homo est & animal est. Et exposito plures enunciationes dicuntur quando vox
plurium compositionum;diuisionumve & non solum vnius,fuerit signum. vt canis mouetur. &
eadem enunciatio multiplex dicitur,aut cum plures voces nulla coniunctionis societate plurium
identidem compositionum, diuisionumque signa sunt vt homo est animal est. Non so-

lum verum est simplicem dictionem quæ & tantum dictio dicitur esse nomen & verbum, sed &
casus nominis & casus verbi simplices, & solum dictiones appellantur. qui per nomen & verbū
facile intelligebantur,& ex quibus simplex interdum constituitur enunciatiua oratio ex nomi- 22
ne & verbo, homo sapit ex nomine & casu verbi, homo sapiet, ex casu nominis & verbo scelera-
tum pudet, ex casu nominis & casu verbi, vt sceleratum pudebit. Et hæc duo vltima perrara sunt,
& ideo aut nunquam, aut raro ponenda in arte: & cum simplices dictiones proferimus, nunquam
enunciare contingit, cum autem compositas, & non solum dictiones enunciare contingit. Sim-
plex oratio est quæ ex simplicibus est dictionibus vt nomine, verbo, casu nominis aut verbi. Et
intelligatur composita: quæ non ex simplicibus coalescit dictionibus, vt quæ est de nomine con-
iuncto, verbo coniuncto; aut casu aliquo coniuncto: alterique composito. Enunciatio prædicati-
ua simplex; propositio cathegorica simplex solet appellari. Et coniunctione vna simplex, hypote
tica simplex. Et compositarum quędam prędicatiua composita est, & quædam composita con-
iunctione, quod in illis nomen, verbum, vel casus aliquis cum aliquo iunctus sumatur.
Prędicatiuum quod grçce κατηγορικὸν non exprimitur, sed subauditur.
Quod est esse verum, non esse falsum. Tempora diuiduntur, in præsens, prçteritum. & futurum.
Hinc diffinitionis enunciationis prædicatiuę simplicis intelligentia talis haberi potest. enuncia- 23
tio prędicatiua simplex, est enunciatio simplex aut vera aut falsa de prçsenti, prçterito aut futu- 24
ro, Item quod est esse affirmationem, & non esse negationem prętendere, Boetio placitum est.
Hinc descriptionis intelligentia hoc modo esset depromenda. Enunciatio prædicatiua simplex.
est vox significatiua aliquid affirmari, negarive de tempore prçsenti, prçterito aut futuro: vox
dico: ex simplicibus dictionibus constituta. De, attributionem, & ab, dimotionem, separatio-
nemque importat, Attribuere dicimus, cum sine aduerbio negandi aut quod ipsum includit, ali- 25
quid de aliquo enunciamus. vt homo est animal. Dimouemus autem, dispescimusque atque sepa 26
ramus, cum illi nomenclaturæ & vnioni obtingit aduerbium negandi, vt homo non est animal.
Et cum Aristoteles obseruet vt secundum subiectam materiam quæque expetat, de affirmatio-
ne & negatione simplici hic intelligamus par, atque consonum est quarum paulo supra genus de
scripserat, vt hanc diffinitionum intelligentiam habeamus. affirmatio simplex, est enunciatio sim
plex aliquid alicui attribuens. Et negatio simplex, est simplex enunciatio aliquid ab aliquo di-
mouens. Id quod attribuitur aut dimouetur, prædicatum dicitur. & id cui attribuitur, aut a quo
dimouetur, appellatur subiectum. & qui simplex intelligit facile definiet, intelligetque composi-
tum, & quod vtrisque publicum & commune fuerit.
Contra sophisticas insolentias & importunitates, eorum qui nihil vnquam recte intelligere vo-
lunt, sed quorum ad omnia cauillari totum studium est, particulas illas contradictionis apposuit
Aristoteles in libro sophisticorum elenchorum (quæ sunt hæ: non nominis tantum: non rei tan-
tum, sed nominis & rei simul ad idem, secundum idem, similiter & in eodem tempore, in diffini-
tione elenchi contra suum morem, importunitate sophistarū adactus. qui semper breuissimas dif-
finitiones efficere consueuit, & tanta etiam breuitate vt vix aliorum quisquam id diffiniendi mu
nus assequi valuerit Contra vero sophistę tot particulas adiciunt, vt ne scissili quidem palliastro
Homerici pauperi Iri tot assuta frustulamenta fuisse verisimile sit, quot suis in diffinitionibus re-
sarciamenta, neque nox hyberna tam longa: quam suarum in vnum coaceruati particularum cu
muli, series diffinitionum euadit immensa. Recte igitur ammonet Aristoteles id se semel fecisse
propter molestias, insolentiasque & importunitates sophisticas, vt vel sic intelligamus apud eos
quibus recte philosophandi cura est, id minime neque licere, neque oportere, & huiusmodi contē-
tiosorum deliramenta prorsus esse explodenda. inter quos (vt admodum facere scripsit elegans
poeta Faustus) Si forsan lis est de lana exhausta caprina.
Stentorea obtundunt clamantes voce sophistæ:
Dum leuibus nugis tempora uana terunt.
Quod est, quod est verum affirmatione de præsenti monstratum, quod non est falsum affirmatio
ne de præsenti monstratum. Quæ extra præsens sunt: præteritum & futurum. Itaque diuisio
nis sensus hic habetur. Contingit enunciare quod præsentis affirmatione verum est; non esse quod
illo modo falsum est esse, & quod verum est esse, & quod falsum est non esse, vt hoc pacto. ve-
rum est, homo est animal: & enunciamus nō esse, si dicimus nullus homo est animal. falsum est ho-
mo est lapis, et enunciamus, si dicimus homo est lapis.
Verum est, omnis homo est animal: et esse enunciamus, cum dicimus omnis homo est animal.
et falsum est homo est lapis: et non esse enunciamus, cum dicimus nullus homo est lapis. Et ita
contingit enunciare quod fuit, non fuisse. quod non fuit, fuisse: quod fuit, fuisse. et quod non
fuit, non fuisse. Et hunc in modum quod; erit, non fore quod non erit fore, quod erit fore. et de-
nique quod non erit, neque quoque futurum esse: Contingit affirmare verum, contingit affirma-
re falsum; contingit negare verum; contingit negare falsum. Affirmamus enim uerum, per terti
um mēbrum, affirmamus falsum per secundum negamus falsum per primum. negamus uerū per
quartum. Vnde fit ut primum tertio aduersetur. et secundum quarto. fit etiā ut quicquid contin

gat affirmare,conitgat & negare. Nam siue affirmamus vere per tertiū membrum, negamus per primum. siue affirmamus falsæ per secundum,negamus per quartum.& quicquid contingat negare,contingat & affirmare. Nam primum falso negat.& vere illud affirmamus per tertium. & quartum vere negat,& falso illud affirmamus per secundum. Er per idem corollarium Aristotelis;notum esse potest,omni affirmationi necesse esse negationē esse oppositam,& omni negationi affirmationem.nam omnis affirmatio aut vera aut falsa est,& affirmationi verę tertij loci opposita est sua negatio falsa primi.& affirmationi falsę secundi loci, opposita est negatiovera quarti loci. Identidem omnis negatio,autvera aut falsa est,& negationi falsæ primi loci opposita est sua affirmatio vera tertii loci.& negationi veræ quarti loci opposita affirmatio falsa secundi. Et hęc de oppositione contradictoria intelliguntur, vt de ea in qua oppositionum sola,semper vnū esse verum & alterum esse falsum necesse est. Neque est vt aliqui crediderunt Aristotelem nomine cōtradictionis oppositionem diffiniuisse,tametsi de contradictione posterius etiam exactius desiniat. Sed vt hæc facilius intelligantur,subiecta figura non parum adminicularia est.



Falsum negatur,falsum negatiue enunciatur. Verum negatur,verum negatiue enunciatur.

Et figuram si quis diligentius intuebitur, plane prospiciet primam & tertiam enunciationum inter se & secundam & quartam inter se maxime esse oppositas.nam in veritate & falsitate, qualitate & quantitate & eiusdem de eodem & primam & secundam, item tertiam & quartam inter se non esse oppositas(non enim sunt eiusdem de eodem)sed maxime diuersas. Nam in veritate & falsitate,qualitate & quantitate discrepantes diuersi de diuerso. Verum de diuersis parua Aristotelis cura est,& reiiciuntur.de oppositis autem postmodum discussio diligentior. Et hæ diuisiones ex hoc capite intelligi possunt. Prima. Orationum,quędam est enunciatiua,quædam non enunciatiua. Secunda, Orationum enunciatiuarum,quędam vnę,quędam plures. Tertia vnarū, quędam simplex,quædam composita. Quarta simplicium,quędam prędicatiua & quædam coniunctione vna. Quinta. prædicatiuarum,quædam affirmatio & quędam negatio. Sexta. affirmationum,quædam de pręsenti,quędam de pręterito,& quædam de futuro.

1	Oratio,	1	Virtus bona
	Enunciatiua	2	Virtus bona est
	Non enunciatiua	3	Vt prima
2	Enunciatiua	4	Vt secunda
	Vna	5	Vt secunda
	Plures	6	Fortitudo temperantia liberalitas bona est
3	Vna	7	Vt secunda
	Simplex	8	Vt secunda
	Composita	9	Virtus animi bonum est prosequendum
4	Simplex	10	Vt secunda
	Prædicatiua	11	Vt secunda
	Coniunctione vna	12	Virtus sequenda est,& vitium fugiendum
5	Prædicatiua	13	Vt secunda
	Affirmatio	14	Vt secunda
	Negatio	15	Vitium non est prosequendum
6	Affirmatio	16	Vt secunda
	De præsenti	17	Vt secunda
	De prǫterito	18	Virtus fuit bona
	De futuro	19	Virtus erit bona

PARAPRASIS CAP.QVARTI.

QVartum cap de oratione,diffinitio orationis,declaratio,diffinitio enunciationis, diuisio vna,conclusio vna, quid enunciario vna, quid enunciationes plures , quid enũciatio simplexdiuisio.eius.quid enunciatio p̃dicatiua simplex . quid affirmatio,
quid negatio quatuor enunciandi modi,quid contradictio. Diffinitio orationis 15
Oratio est vox significatiua ad placitum cuius partium aliquid significatiuum est
separatum vt dictio,non autem vt affirmatio vel negatio. Dicitur vt dictio, non vt affirmatio 16
vel negatio.nam homo aliquid significar, non autem quia est aut non est, verum affirmatio vel negatio tunc erit,si illi aliquid(vt verbum)adĳciatur. Aliquid dico partium , nam non omnem orationis partẽ significare oportet.vna enim nominis syllaba nihil significat, neque in hoc nomi nr'mus ipsum us alicuius significatiuum est sed nunc solum vox est.& in hoc simplex a composi tis differt quod nominis compositi pars in oratione posita non solum vox est,sed aliquid significat sed non secundum se,seorsumque vt dictum est in ipso nomine composito considerata. Dicitur significatiua ad placitum.nam omnis oratio significat non vt organum, instrumentumq; naturæ,sed(vt dictum est)secundum placitum. Diffinitio enunciationis.Oratio enũciatiua,est oratio non omnis,sed in qua verum,falsumve est.Non omnis dico,nam nõ in oĩ oratione verum,falsumvr est,ve in deprecatiua,optatiuave oratione.Illa enim neque vera neque falsa est. Verũ cęteræ huiusmodi nunc omittantur.nam earum rhetorice aut poetice accommodatior consideratio est quam logice,enunciatiua autem,maxime præsenti accommodata est considerationi. Diuisio. Orationum enunciatiuarum quædam affirmatio est,quæ prima est,quædam negatio,quæ est se-
cunda,quædam vero cõiunctionevna,quę tertiũ obtinet locum. Conclusio.Omnis oratio enun 17
ciatiua,vt ex verbo aut casu verbi consistat necesse est.nam hoĩs rõ quæ & oratio quædam est,si 18
non illi est,fuit,aut erit aut aliquid huiusmodi,aut verbum,aut casus verbi adiectum sit!, nõdum 19
oratio rnunciatiua est. Verum quare hominis ratio,animal rationale gressibile bipes,vnum quid dam sit , & non multa (non enim vna dicitur , quia partibus propinquis pronunciatur) alterius est disciplinæ pertractare. Quid enunciatio vna oratio enunciatiua vna est,quę vnum significat, vel quæ est coniunctione vna. Quid enunciationes plures . Orationes enunciatiuæ plures 20
sunt.quę plura & non vnum vel quę inconiunctæ , sineque coniunctione significant . Simplex
& solum dictio est,& nomen & verbum. nam nunquam dicere contingit tali voce simplici quic- 21
quã designantẽ enunciare,siue ĩterroget quis siue respõdeat siue neque interrogans neque rñdens 22
p̃ferat.Enũciatio simplex est q̃ harũ est dictionũ.Diuisio enunciationis simplicis.Et enunciatio- 23
nũ simplicium quędã est enunciatio simplex prędicatiua,q̃ est alicuius de aliquo,vel alicuius ab aliquo,& quędã coniunctione simplex,q̃ ex simplicibus prędicatiuis est cõiuncta,& velut oratio iã ex pluribus cõposita.Enunciatio prędicatiua simplex, est vox significatiua eius quod est esse aliquid vel non esse quẽadmodũ tp̃a diuisa sunt. Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo. Ne
gatio,enunciatio alicuius ab aliquo.Quatuor enunciandi modi. Contigit euenit enunciare quod 24
est nõ esse,& quod nõ est,esse.& qđ est esse.& quod non est,nõ esse. & ita de tẽporibus quę extra 25
pręsens,ipsi adiacẽt.Et sane contigere possit quodcunque quispiã affirmauerit negare, & qđ ne- 26
gauerit affirmare,Quo fit vt oĩ affirmationi,negatio euadat opposita,& oĩ negationi affirmatio

28 Contradictio est affirmatio & negatio oppositæ,oppositæ dico eiusdem de codē: non æquiuoce,
& quęcunq; alia huiusmodi contra sophisticas insolentias importunitatesque determinauimus.

De subiectis & prædicatis enunciationum. Cap.V.

Voniam autem sunt hęc quidem rerum vniuersalia:illa vero sin
29 gularia. Dico autem vniuersale quod in pluribus prædicari
natum est. Singulare vero quod non:vt homo quidem vniuer-
sale est. Callias vero eorum quæ sunt singularia, necesse est au-
30 tem enunciare cum inest aliquid aut non, aliquando quidem ali
cui eorum quæ vniuersalia sunt,aliquando autem quæ singula-
ria sunt. Si ergo de vniuersali vniuersaliter enunciet quis quo
niam est aut non est,contrariæ enunciationes erunt. Dico autē
de vniuersali enunciare vniuersaliter.vt omnis homo albus est,
nullus homo albus est. Quādo autē de vniuersalibus non vniuersaliter , non sunt con-
trariæ,quæ autem significantur,est esse aliquando contraria. Dico autem non vniuersa
31 liter enunciare in ijs quæ vniuersalia sunt vt est albus homo,non est albus homo ,cum
enim vniuersale sit homo.non vniuersaliter vtitur enunciatione.omnis nanque nō vni
uersale significat,sed quoniam vniuersaliter. In eo vero quod vniuersale prædicatur
id quod est vniuersaliter prædicari non est verū. Nulla eīm affirmatio vera erit,in qua
cum vniuersale sit prædicatum,vniuersaliter prędicatur. vt est omnis homo, omne ani
mal. Opponi autem affirmationem negationi dico contradictoriæ : quæ vniuersali-
ter significat eidem quoniam non vniuersaliter, vt omnis homo albus est , non omnis
32 homo albus est.nullus homo albus est,aliquis homo albus est. Contrarie vero vniuer-
33 salem affirmationem & vniuersalem negationem:vt omnis homo iustus est,nullus ho
mo iustus est.

Quinti cap. notę.

Rerum hęc sunt vniuersalia:hæc sunt signa,de symbolis enim & signis rerum,hoc in loco præser
29 tim differit Aristoteles,& græce huius capitis titulus est. περὶ τῶν ὑποκειμένων καὶ κατηγορουμέ
ων προτάσεων,id est de subiectis & prædicatis propositionum,sed cauendū summopere hic est,ne nimium hic res respiciamus, neve nimium ipsas voces,signaque rerum. Inter vtrunque tene,medio tutissimus ibis. Secunda diuisio id prętendit : enunciationum prędicatiuarum tam affirmatiuarum quam negatiuarum,quasdam esse communes ,& quasdam singulares:communes quidem si subiectum vniuersale est,singlare autem si subiectum singulare vt cōmunes sunt,homo est:homo non est,singulares vero,socrates est,socrates non est. Vniuersaliter aliquid esse & non esse de vniuersali enunciamus,quando enunciamus vniuersalē affirmatiuam & vniuersalem negatiuam eiusdem & subiecti & prędicati. Et non vniuersaliter aliquid de vniuersali enunciamus,quādo particulares aut indefinitas, affirmatiuam scilicet & negatiuam eiusdem subiecti & prædicati enunciamus , & illę sunt subcontrarię,sed nunc solent,si inter se comparabuntur,appellari subcontrarię,sin ad suas vniuersales subalternæ. Et quę per huiusmodi subcontrarias significantur, nonnunquam euenit esse contraria. Hermynius existimat id esse quia vna aliquando veri signū est,& altera falsi vt homo animal est homo animal non est.verum autem & falsum contraria Alexander Aphrodiseus id esse putat , quia tribus enunciationum communium existentibus generibus vniuersali:particularri,& indefinito,vniuersale & particulare determinatam habent quantitatem:indefinitum autem indeterminatam tum ad vniuersalem tum ad particularem . & proinde indefinitas enunciationes,promiscue capi nunc pro vniuersalibus,nunc pro particularibus . Quod si pro vniuersalibus accipiuntur,signa sunt contrariarum,tametsi ꝓprie contrarię non sint nam non vniuersaliter enunciantur. Si vero pro particularibus quod aliquando euenit , minime signa sunt contrariarum Estq; quantitas vniuersalis, vt dimensio diffusa per totum particularis vt dimensio fusa per partes indefinita vero enunciationis quantitas,ceu quędam indeterminata moles vt nunc pro mole fusa per totum capiatur,nunc vero pro mole per partem quamlibet fusa. Porphyrius id sentit in causa esse ꝙ interdum res ipsę quæ per eas significentur, sint cōtrariæ vt cum dicimus hō est sanus:homo non est sanus.est iustus,non est iustus,est albus,non est albus. per affirmationem,& sanitas & iustitia & albedo manifeste designantur. & per negationē, homo nō est sanus,non est iustus,non est albus,ęgritudo,iniustitia,& nigredo designantur. nam recte dico aliquem nō esse sanū,quia ęgrotet non esse iustum,quia iniustus est,nō esse deniq; album,quia niger est. At sanitas & ęgritudo,iustitia & iniustitia,albedo & nigrities contraria sunt, Et infimas opinandi partes tribuit Boetius Hermynio,secunda Aspasio & Alexandro , summas autē Porphyrio,quod potius id Aristoteles ex quarta regula sexti capitis huius itellexisse voluerit. Et Aristoteles quo pacto non vniuersaliter de vniuersali enunciemus, subiecit exemplum ἔστι λευκὸς

ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος. hoc est albus homo, non est albus homo. neque refert ad hoc
ipsum quod est non vniuersaliter enunciare. sic enunciasse vt enunciauit, vel hoc pacto: homo al-
bus est, homo albus non est. Nam vtrobique non vniuersaliter enunciatur, nã vniuersaliter enũ-
ciare intelligit: quando subiecto, vniuersaliter enunciandi nota adijcitur, nota dico cui negatõe
prçueniente huiusmodi vis non adimitur, vt omnis aut huiusmodi nulla autem apponebatur,
vniuersaliter enunciandi nota, quare enunciabatur non vniuersaliter hęc enim enunciatio non
homo est animal indefinita est, nulliusque certæ determinatæque quantitatis, & plane anceps an
pro vniuersali an pro particulari accipienda sit: cum tamen earum neutra sit. Et ferme in discipli
nis pro vniuersalibus vniuersaliumque loco accipiuntur in accidentarijs plerunque particularium
loco. sed eo non fit vt idcirco vniuersalis aut particularis dicatur: aut vt dicatur vniuersaliter:
particulariterve enunciari, sed semper enunciatur indefinite, sed & de hoc vt sensisse videtur Ari
stoteles posterius exactius. Quod verum non fit vniuersale vniuersaliter sumptum, hoc est cum 32
vniuersaliter enunciandi nota, prædicari. id ad enunciationes affirmatiuas, & disciplinares appli
cari debet. Nam in illis semper prædicatum vniuersale est, aut communis subiecto, aut æquale,
perraro autem humilius atque minus commune. & in omnibus pro pluribus accipitur. quod si
vniuersaliter accipiatur: proculdubio affirmationes falsas efficit & propemodum ineptas. Non
enim ita in disciplinis est locutionis vsus. vt vniuersales notæ prædicatis adijciantur: neq; quidẽ
particulares, nam enunciationes quantitas, non ex prædicatis sed ex subiectis attẽditur. illæ au
tem notę sunt quantitatis. Patet igitur futiles esse argutias ex his, sol est omnis sol, vnus, singu-
larisque phænix est omnis phænix, & similibus tum quod sol propriæ vniuersale non est, qua
lia sunt ea quæ sunt disciplinis accommodata. tum quoque quod falsum est vnum phęnicem es-
se omnem phænicem perinde atque vnum diem esse omnem diem: nisi forte vulgariter accipias
vt nunc esse significat, non autem doctrinaliter & vt ab hic & nunc abstrahit. quod, si forte facis,
iam partes litigiosorum & pseudographorum, agis non philosophorum, iam philosophica dicta
ad ea applicans, & de iis intelligens de quibus minime oportebat: & iam contentiosus euades: &
disciplinis molestus, non autem vere disputatur. Ei quæ de eodem non vniuersaliter, ei quæ de
eadem particulariter. Omnis, nullus, & similia, signa, notæque vniuersales sunt. non omnis, non- 33
nullus, aliquis, & similia: signa & notæ particulares. hac enĩ nota non aliquis: vti solet Aristoteles
p negatiua pticulari nota, vt Cap. primo primi priorũ analyticorum & aliis in locis. Et hic con

Triplices contradictoriæ

tradictorias quę vniuersalium vniuersaliter sunt, diffiniuit Aristoteles: quæ disciplinis maxime
sunt accommodatæ. Vnde triplices sunt iuxta Aristoteles sententiam contradictoriæ. quædam
vniuersalium vniuersaliter. & sunt affirmatio & negatio oppositæ quę vniuersaliter significat
ei quę de eodem significat particulariter, vt omnis homo albus est, aliquis homo albus non est.
nullus homo albus est, aliquis homo albus est. Quædam contradictoriæ singulares. & sunt singu

Syrianus

laris affirmatio & singularis negatio eiusdem de eodem. vt Socrates albus est, Socrates albus
non est. Tertiæ vero contradictoriæ vniuersalium sunt non vniuersaliter, quę & dicun

Cõclusio.

tur indefinitæ, & sunt indefinita affirmatio & negatio eiusdem de eodem neque id de triplici
contradictione abnuendum est, quia parum audiri sit solitum. Nam si id intellectum fuerit,

nullus homo sum. Sophisma Tiresiæ

litera Aristotelis quæ alioquin est inuolutissima sine multarum calumniarum iniuriis apparebit
vel quam apertissima. Quod autem de duplici contradictione solum nunc sequimur, vniuersali-
um scilicet vniuersaliter & singularium. Syriane philosophiæ magis id est quæ in hoc ad-
uersatur Aristoteles, quam Aristotelicę. Verum & de his insequentis capitis notis diffusius.
Contrariæ sunt oĩs homo est iustus, nullus homo est iustus. abstrahunt enim notæ in huiusmodi
disciplinæ locutiõibus a sexu. & pene puerile est contendere nullus ob genus, affectionẽque grã-
maticã: in disciplinis coartare hoĩem ad viros duntaxat: & res nimirũ digna sophismate, quo Ti
resias primum tactis serpentibus hunc in modum proponens, nullus homo sum. perturbaret mi-
nus institutos auditores. Cæterum & sacræ locutionis mos est (vt seriis fides non abrogetur) sub
hac affectione grammatica, pro masculo & fœmina huiusmodi notas distribuere. vt id de Adam
& Eua. Erat autem vterque nudus. Adam & vxor eius, & non erubescebant.

PARAPHRASIS CAP. QVINTI.

QVintum Cap. diuisio, diffinitiones membrorum. quid contrariæ, regula de no-
ta omnis, quid contradictoriæ. Diuisio & diffinitiones membrorum. Cum re 29
rum hæc sint vniuersalia, illa vero singularia. Vniuersale id dico quod de plu 30
ribus prædicari natum est. Singulare vero: quod non natum est de pluribus præ
dicari. vt homo vniuersale est: nam natum est de pluribus prędicari, et Callias sin
gulare de pluribus enim minime prędicari natum est. Cum aliquid alicui esse aut
non esse enunciamus, vt id interdum sit alicui eorum quæ sunt vniuersalia, et interdum alicui eo
rum quæ sunt singularia necesse est. Diffinitio cõtrariarũ. Enunciationes cõtrariæ sunt si quispiã 31
aliquid de vniuersali vniuersaliter esse et non esse enunciat. De vniuersali dico vniuersaliter e-
nunciare, vt omnis homo albus est, nullus homo albus est. Quando autem enunciatur aliquid
de vniuersali a non vniuersaliter esse et non esse, non sunt contrariæ, quæ autem significan-
tur nonnunquam euenit esse contraria. dico autem, non vniuersaliter enunciare de vniuersali hoc


pacto est homo albus.non est homo albus,homo enim vniuersale est,at hic non vniuersali vtitur
enunciatione.nam omnis non est vniuersale:sed quod vniuersaliter enuncietur signum est,homo
32 vero hoc in loco cum omnis aut alteravniuersalis enunciationis nota,non sumitur, nō vtitur igi
tur vniuersali enunciatione. Regula.Cum vniuersaliter enunciamus:vniuersalis enunciationis si
gnum,vt omnis subiecto adiiciendum est,non autem prędicato , nam verum non est vniuersale
vniuersaliter prædicari,nulla enim affirmatio vera erit in qua prędicatō vniuersaliter prędicabi
tur.vt hæc minime vera est,omnis homo est omne animal'.: Diffinitio enunciationum contradi-
33 ctoriarum,dico autem affirmationem negationi contradictorie apponi quæ vniuersaliter signifi
cat,ei quę de eodem non vniuersaliter,vt omnis homo albus est,non omnis homo albus est, nul-
lus homo albus est, aliquis homo albus est,perinde ac contrarie vniuersalem affirmationē & vni
uersalem negationem.vt omnis homo iustus est,nullus homo iustus est.

¶De regulis oppositorum. Cap.VI.

Quo circa has quidem impossibile est simul esse veras: ¶His ve-
34 ro oppositas,contingit aliquando in eodem simul esse veras , vt
non omnis homo albus est.& aliquis homo albus est.
35 ¶Quæcunque igitur contradictiones vniuersalium sunt vni-
uersaliter,necesse est alteram esse veram vel falsam.quæcunque
in singularibus sunt , vt est Socrates albus , non est Socrates
36 albus . ¶Quæcunque autem in vniuersalibus non vniuersa
37 liter,non semper hæc quidem vera est,illa vero falsa est .
¶Simul enim verum est dicere quoniā est homo albus, & quo
niam non est homo albus,& est homo pulcher,&non est homo pulcher.si enim turpis
est,non est pulcher.& si fit aliquid,non est. Videbitur autem subito inconueniens esse,
38 idcirco quoniam videtur significare hęc non est homo albus.simul & hęc nullus homo
est albus. ¶Hæc autem neque idem significat:neque simul necessario : ¶Manifestum
39 est autem quoniam vna negatio vnius affirmationis est.hoc enim idem oportet nega-
re negationem:quod affirmatio affirmauit.& de eodem,vel de aliquo singularium,vel
de aliquo vniuersalium vt vniuersaliter,vel vt non vniuersaliter dico autem vt est So
crates albus,non est Socrates albus .:si autem aliud aliquid de eodem vel de alio idem:
non est opposita,sed erit ab ea diuersa.huic vero quæ est omnis homo albus est; cōtra-
dictio est,illa quæ est non omnis homo albus est , illi vero quæ est aliquis homo albus
40 est,illa quæ est nullus homo albus est.illi autem quæ est , est homo albus , illa quæ est,
non est homo albus. ¶Quoniam igitur vna affirmatio vni negationi opponitur con-
tradictorie,& quæ sunt hæ dictum est.& quoniam contrariæ aliæ,& quę sunt illę dictū
est.& quoniam non omnis vera vel falsa contradictio,& quare, & quando vera vel fal
sa.

Sexti cap.notæ.

34 Ex litera Aristotelis hę quatuor regulæ colligi possunt.Prima . Impossibile est contrarias enun-
35 ciationes simul esse veras Secunda,Possibile est subcontrarias enunciationes simul esse veras , &
36 sunt particularis affirmatio,& particularis negatio eiusdem de eodem. Tertia. Eunciationum cō
tradictoriarum:alteram veram & alteram falsam esse necesse est & hæc, proloquium & dignitas
37 est.Et modus loquendi Aristotelis alteram veram esse vel falsam,idem prætendit ac si hūc in mo
dum diceret alteram veram esse & alteram falsam:sic enim id in tertia regula, & in epilogo intel
gatur,& in capite futurorum contingentium.Quarta.Affirmationem & negationem indefinitas
interdum simul veras esse contingit.Et tum Aristoteles vniuersalem affirmationem & vniuer-
salem negationem eiusdem scilicet de eodem(quia contrarię sunt) infert per modum corollarii si
mul veras esse non posse,ex quo prima regula collecta est,se declarat in analogia ad alia contra-
ria,de quibus in categoriis determinatum est nomen esse inditum,hasque inde contrarias nuncu-
patas esse.Secundam regulam colligimus cum dicit earum oppositas aliquando de eodem simul
esse veras contingere,& earum oppositę intelliguntur particularis affirmatio & negatio eiusdem
de eodem.nam vniuersali affirmationi particularis negatio eiusdem de eodem contradictorie op
posita est,vt vniuersali negationi particularis affirmatio.Tertiam cum dicitur contradictorie op
positarum.quæ sunt vniuersaliter vniuersalium.Et diduci posset propter contradictorias vniuer
salium,& contradictorias singularium.Quartam cum dictum est,quæ autem affirmationes & ne
gationes sunt vniuersalium non vniuersaliter.



κάμπη Bruchus hirsutus vermiculus erodens.

Verum vt harum & prius in prædicamentis determinatarum oppositionũ analogia pateat, alt(i)us repetendũ est, dictũ em̃ illic est, contraria simul in eodem esse nõ posse & ideo hic dicitur enunciationes contrarias, simul veras esse non posse. Et illic contrariorũ duplex natura erat, quædam immediatorũ, quorũ semper alterũ inesse necesse est, vt sanum aut ægrum animali. Et illis assimilantur hæ contrariæ, Omnis campe viuit, nulla campe viuit. Altera contrariorũ mediatorum. Et hæc diducitur. nam quędã sunt contraria, quorũ alterum natura inest. Et illorum, vnũ determinate iest: & alterũ nunq̃, vt calor igni, & nunq̃ frigiditas, & illis similes sunt hæ contrariæ; omnis homo animal est, nullus homo animal est, quarum prima semper determinate vera est. & has pene naturales contrarias, aliqui vocitarunt. Alia denique sunt mediata contraria, quorũ neutrũ natura inest, & illorũ non necesse est alterũ, inesse suo susceptibili. sed fieri potest vt neutrũ insit, vt album & nigrum homini quibus nimirum hæ contrariæ assimiles sunt, oĩs homo albus est, nullus homo albus est, quarũ ambæ falsæ sunt, ꝙ enim illic est inesse, hic est verum esse, & quod illic abesse: hic falsum esse. Præterea constituta sit tetragona figura in cuius primo angulo sit album, in secundo nigrum, in tertio per diagonũ ad secundũ id est oblique e regione secundi non nigrũ, & in quarto angulo per diagonũ, ad primũ non albũ. Item alia ꝓportionalis figura in cuius primo angulo sit, oĩs hõ albus est, in secundo nullus hõ albus est, in tertio aliquis hõ albus est. & in quarto aliquis homo albus non est. facile oẽs conditiones & regulas enunciationum oppositarũ deprehendes, nisi male analogias conicies: nisi de illis male meritus sis, eorum in morem qui illis detrahunt similes liuori. ipsiq; Momo gentilium deo qui opus diuinũ reprehẽdere ausus est. Sed hæc bona ingenia non tangunt, & vt illi maleuolentia detrahunt: ita sine iuidia diuinum munus prædico, sed ad propositum vnde accepit, recurrat oratio. Non album nõ nigrũ, cõtrariis subiacent suntq; illis ex aduerso opposita, opposita dico contradictorie quibus profecto similes erunt particulares enunciationes, aliquis homo albus est, aliquis homo albus non est, quę ex aduerso cõtrariis enunciationibus oppositæ sunt, & quidem contradictoriæ. Præterea fieri potest vt non album & non nigrum simul eidẽ insint vt aurum: idẽ simul & non albũ est & non nigrũ est. Ita & hæ aliquis hõ albus est, aliquis homo albus nõ est, simul veræ esse queunt, & in ĩs quæ subiacent contrariis immediatis, aut his quorũ altera natura inest, alterum inesse susceptibile necesse est, hic vnũ determinate, illic per vices alterũ & alterum, & ꝓ portionaliter est in particularibus enunciationibus, q̃ proportionalibus contrariis respõdent. Et vt album & non albũ. nigrum & non nigrum contradictoria ex aduerso respondẽtia, nunq̃ simul eidem inesse possunt, nunq̃ simul abesse, sed alterum inesse, & alterum abesse necesse est. haud secus vniuersalis affirmatio, & particularis negatio: item vniuersalis negatio & particularis affirmatio ex aduerso collocatæ, contradictoriæ sunt, neq; simul vnquã veræ, neq; simul falsæ, sed semper alteram veram esse, & alterã falsam necesse est. Sed iam comparauimus summa summis: & ima imis, & summa ex obliquo imis, super est nunc ima summis secundum rectum comparemus, quæ subiacentia & subalterna nuncupentur. Si summum contrarium inest vt albũ: protinus & nõ nigrum qd' illi subiacet, iesse necesse est, similiter si summum contrarium nigrum inest, & non album quod illi subiacet continuo inesse necesse est. si enim quicquam album est, consequitur ilico illud esse non nigrum. & si quicquam nigrum est cõsequens est esse non album, nec dissimili lege, si vniuersalis affirmatio vera est, continuo & subalterna particularis affirmatio vera est, identidem si vniuersalis negatio vera, & subalterna particularis negatio vera. Si enim omnis homo albus est; ilico consequitur aliquem hoĩem album esse. & si nullus homo albus est, consequens est aliquem hoĩem album non esse. Rursum si quod subiacet contrario abest, et summum cõtrariũ abest. Si em̃ quicquam non est non nigrum: idem protinus non est album. & si non est non album, idem quoque non erit nigrum. pari lege si

ſubalterna particularis affirmatio falſa eſt,& vniuerſalis affirmatio falſa eſt.& ſi ꝑticularis nega-
tio falſa,vniuerſalis quoq; negatio falſa.at id non conuerti mōſtrat analogia.Nā fieri pōt vt ſub
iacens imum inſit,& abſit ſummū. Aurum ei eſt non nigrum.attn̄ idem non eſt album,ſimiliter
aurum eſt non album.ꝙ tamen non eſt nigrum.Nec ſecus interdum ſubalterna particularis affir
matio vera eſt;& vniuerſalis falſa.Verum em̄ eſt aliquem hoīem album eſſe:falſum aūt oēm homi
nem album eſſe.Verum item eſt aliquem hominem album non eſſe falſum aūt nullum hoīem al
bum eſſe Et re vera apud Ariſtotelem qui de ſimplicibus philoſophatur, & de cōpoſitis philoſo
phatur.Simplicia tn̄ natura priora ſunt.Et hęc nunc ſatis. Eſt homo albus,eſt hō pulcher,his eę
dē ſunt homo eſt albus,hō eſt pulcher.& hæ negationes,non eſt homo albus ; non eſt homo pul-
cher,apud Ariſtotelem idem ſubeunt iudicium,atq; hæ,homo non eſt albus , hō non eſt pulcher;
vt amplius poſtmodū declarabitur.Nam fieri poteſt,vt ſit hō pulcher:& ſit homo turpis.id eſt ꝙ
in præcedenti capite dixerat nonnunq̄ euenire:vt illa q̄ per affirmationem & negationem vniūer
ſaliū nō vniuerſaliter ſignificantur,eſſe cōtraria.Et hæc rōcinatio hō turpis eſt, igitur non eſt hó
mo pulcher,a contrariis eſt.Nam ſi cōtrariū alicui ineſt,& alterū ſimul eidē abeſſe neceſſe eſt neq;
refert apud Ariſtotelem enunciare nō eſt hō pulcher: vel hoc pacto homo non eſt pulcher , eædē
ei ſunt:& pulcher eſt qui eleganti tum corporis magnitudine, tū debita mēbrorum proportione
formatur.Turpis oppoſito modo.Cū colligit ſit hō albus:non eſt igitur hō albus,& confirmar ſi
quid ſit:non eſt.Id ex ꝓpriis philoſophiæ dinoſcendum eſt locis.nā quod quippiam ſit:illud par
tim eſt,& partim non eſt.vt ſi quid ſit bicubitū:partim eſt bicubitum , et partim bicubitum non
eſt,et ſi quid ſit albū,partim eſt album,et partim non eſt. et ita ſi ſit nigrū,aut aliquid hmōi. qd'
vocabulū ſit:motū deſignet,motus aūt actus ſit in potentia ſcd'm quod in potentia,actus īperfe
38 ctus,actus qui parti habetur,partimq; continuo relinquitur habendus,ſed hæc exacte primū ex
naturali philoſophia ꝑdiſcenda ſunt,vt ne plus æquo ad id intelligendum,hic elaboremus. Nul
lus homo eſt albus,non idem ſignificat,atque nō eſt homo albus,neque ex neceſſitate ſimul ſunt,
ſimul ſecundo.Nā ſecundum veritatem,falſitatēque minime conuertuntur etſi em̄ ſequatur,nul
lus hō eſt albus:igitur non eſt hō albus.nō continuo conuertitur non eſt homo albus: igitur nul
lus hō eſt albus.Nā(vt & ſupra tactum eſt)triplex eſt contradictio.Prima enunciationū vniuer-
ſalium.Secunda ſingularium,& tertia enunciationum indefinitarū.in prima vniuerſalis contra-
dicit particulari in ſecunda ſingularis ſingulari.Et in tertia:indefinita indefinitæ.De prima & ſe
cunda ſatis conſtat apud oēs,de tertia aūt nō eſt id quod Ariſtoteles,ſed quod Syrianus opinatus
eſt,ſequi ſolent.Quid autem Ariſtoteles ſentiat paucis,vtcunque valebimus, aperiendum.Etſi cō
plura vt paradoxa quia inſueta,quamplurimis viſum iri,haudquaq̄ neſciam , dicendum tamen
nobis eſt.Si dico igitur eſt Socrates albus,non eſt Socrates albus: perinde eſt acſi dicam Socra-
tes eſt albus,Socrates non eſt albus.nam negationis nota ſeu præcedat,ſeu ſequatur , quantitatē
non mutat ſingulatem:modo quantitas appellari poſſit,ſed ſi ſingulare reperit , & ſingulare re-
linquit.Hunc in modum apud Ariſtotelem negationis nota ſeu pręcedat ſeu ſequatur: indefini-
tam,indeterminatamque non mutat quantitatem, ſed quod indefinite affirmamus ſi illi aduerbi
um negandi,negationiſve notam aliquo modo iungimus , indefinite negamus . eſt enim huiuſ-
modi nota,qualitatis nota non etiam quantitatis.Quo fit vt hæ indefinitæ ſint:eſt homo albus,
non eſt homo albus.& vt ſingulares negationes eiuſdem de eodem,eædem ſunt prorſuſque idē
ſignificantes,atque æquiualentes.vt eædem ſunt non eſt Socrates albus , & Socrates non eſt al-
bus. hunc in modum indefinitæ negationes eiuſdem de eodem , omnes eædem ſunt & prorſus
idem ſignificantes æquiualebunt . igitur non eſt albus homo,& homo non eſt albus,idemque ſi
gnificabunt omnino & ſimul erunt. Quo fit vt quemadmodum hę,eſt homo albus,non eſt ho
mo albus contradicunt:ita quoque & hæ,homo eſt albus,homo non eſt albus, quod hæ duę non
eſt homo albus,& homo non eſt albus:vna eademque ſit enunciatio:haud ſecus ac vt hæ duæ cō
tradicunt omnis homo albus eſt,non omnis homo albus eſt:ita & hæ omnis homo albus eſt . &
aliquis homo albus non eſt,quod hæ duæ non oīs homo albus eſt & aliquis hoō albus nō eſt vna
eadēq; ſit enunciatio.fit etiam vt hę duę contradictoriæ ſimul aliqn̄ veræ habeantur,vt indefini
tæ nā manifeſtum eſt has aliquando contingere ſimul eſſe veras:homo eſt albus,homo non eſt al
bus.quare & has eſt hō albus,non eſt homo albus:q̄ inter ſe dictę ſunt eſſe contradictoriæ,tāetſi
id idem etiam Ariſtoteles de duabus ſecundis mōſtrauerit.Fit item vt proloquium,contradicto
riarum alteram veram & alteram falſam eſſe neceſſe eſſe,& intelligi & applicari ſolum debeat ad
extremas cōtradictorias,primas videlicet & tertias,id eſt ad contradictorias vniuerſaliū vniuer-
ſaliter,& ad cōtradictorias ſingulares:vt & regula docet Ariſtotelica, non aūt ad cōtradictorias
indefinitas alioqui qui ſecus aut intelligit aut vtitur in vitiū falſę deſcriptionis(quā pſeudogra-
phiā appellant(prolabitur.at in ęquiuocorū hallucinationē.Homonyme enim dicitur contradi-
ctio de contradictoriis vniuerſalium vniuerſaliter,& ſingulariū,& vniuerſalium nō vniuerſaliter
id eſt indefinitarum enunciationū.Quare cum qualitates determinatæ ſint vniuerſalis & partici
laris quibus & ſi placet annumeretur ſingularis:manifeſtū eſt affirmationē determinatæ quanti
tatis ſemper negationi determinatæ quātitatis euadere contradictoriam,& indeterminatam,in

Siplicia dictiōes cōpoſita enunciatiōes.

Euariantia a cōmuni traditione ſcholæ.

Paradoxa

determinatæ. Quo fit vt indefinita affirmatio nunquam vniuersali negationi: neque indefinita negatio vniuersali affirmationi vnquam euadat contradictoria sed sunt diuersæ affirmationes particularis affirmatio, & indefinita affirmatio: identidem & particularis negatio & indefinita negatio. neq; omnino in illis: enunciatur idem de eodẽ. vt neq; cũ enũciatur aliquid de alio homine, & hoc homine. Nam illic enũciatur de aliquo particulariter: istic vero de aliquo indefinite quæ alienę sunt a contradictione quantitates: perinde ac quantitas particularis atq; singularis. Sunt igitur indefinitæ diuersę. tum ab vniuersalibus, tum a particularibus. Constat etiam diuersam enũciationem magis veritate: falsitateq; alteri diuersę & non oppositæ pugnare: quã suę contradictoriæ. Nam hæ, nullus homo est albus, & homo est albus: nunquam simul veræ aut simul falsæ esse possunt. at hæ, est homo albus, & nõ est homo albus, quæ cõtradictoriæ sunt; simul veræ esse posse mõstratæ sunt. Itẽ hæ oĩs homo est albus, & homo nõ est albus, nũquam veritate, aut falsitate conspirant. sed protinus vbi vna vera est: est & altera falsa. & contra. & nihilominus hæ cõtradictoriæ, est homo albus, nõ est homo albus: simul veræ esse queunt. Et indefinitis enunciationibus id proprium esse videtur: vt affirmationes vniuersalibus affirmationibus sint comites & negationes negationibus. Vniuersalẽ em̃ affirmationem oĩs homo albus est; consequitur hõ albus est. & vniuersalem negationẽ nullus homo albus est. indefinita negatio homo albus nõ est. sed particularibus antecedentes vidẽtur esse, & comites. Si em̃ homo albus est, & aliquis hõ albus est. & contra, si aliquis homo albus est, & homo albus est. & si homo albus non est; aliquis homo albus non est. & si aliquis homo nõ est albus: consequitur hominem nõ esse album. Vnde euenit vt particulares & indefinitæ simul sint, vt simul sunt homo & risibile. sed non sunt eædem. verũ latum inter se discrimen sortiuntur quod solerti ꝑspicacitate perspexisse videtur Aristoteles: ꝙ semper particulares pro parte veræ intelligantur, nunq̃ autem pro toto. vt aliquis homo virtuti incumbit: quia aut Socrates aut Plato studiosis operibus operã suã nauat. Indefinitæ autem 38
vel pro toto vel pro parte indifferentiam veritatis habent. vt homo incumbit virtuti, quia oĩs aut aliquis hõ operam studiosis operationibus præstat. Errant ergo qui indefinitas ꝓ vniuersalibus solum capi volunt. vt Laurentius. & qui pro particularibus solũ: vt Syrianus. neutris profecto sunt eędem. sed vtrarumq; indifferentiã cõtinentes. Et de hac homo virtutibus operã dat, idem est iudicium, atq; de hac omnis homo vel aliquis homo virtutibus operam dat. & de hac virtutibus operã non dat homo, idem iudicium. vt de hac oĩs homo vel aliquis homo virtutibus operam nõ dat. verum indefinitis in disciplinis vtimur, secundis autem nunq̃ vteremur, tantum talium vsum abhorrentes, quantũ grammatici barbariem refugiunt. Et quanquam hæc ita se habent, non eo tamen inficias enunciationes indefinitas in disciplinis nonnunquam pro vniuersalibus sumi, Et quod indefinite dicimus (aiunt) necessario particulariter, non necessario vniuersaliter accipimus, quod indefinitum pro parte acceptum securum habet intellectum. Sed cum superius designata indefinitarum vt indefinitæ sunt, natura sit, dubium non est absurda statim & miranda plerisque videri. & (vt inquit Aristoteles δόξει δ' ἂν ἐξαίφνης ἄτοπον εἶναι. Nam si enũciationẽ aliquis homo albus est consequitur ut dictum est indefinita homo albus est. igitur oppositũ consequentis non est hõ albus, consequitur nullus homo est albus, oppositum videlicet antecedentis. Fieri igitur non potest, vt hæc vera sit, non est homo albus, quin & pariter ea vera sit, nullus homo est albus. cuius oppositum dictum iam est. Item quia sequitur homo est albus, igitur aliquis homo est albus: ad oppositum igitur consequentis nullus hõ est albus, vt cõsequatur nõ est homo albus oppositum antecedentis necesse est. quomodo igitur ab Aristotele dictum est, has enunciationes nullus homo est albus, & nõ est hõ albus nõ simul esse, cum mutua inter se consequentia respondeant, seq; mutuo cõsequantur? Nonne id verũ est quod cũ ab Aristotele tũ a cæteris logicis receptum est, ex bonæ illationis opposito cõsequentis oppositum antecedentis necessario colligi, & idem intelligi de contradictorię oppositis? Verum sane de contradictoriis intelliguntur, sed id ad contradictoria illa quæ vniuersaliter aut singulariter dicuntur, applicandũ quorum semper alterum verum, & alterum falsum esse necesse est. non autem ad ea quæ indefinita sunt, & quæ simul vera esse possunt. falso igitur hęc colliguntur intellectu. Et si omnia afferre vellemus ex iis præsertim quæ prauæ logicis sunt introducta, potius confusionem & fastidium quam vtilitatem, oblectationemque aliquam sunt allatura. De his igitur tanta, nunc dicta sufficiant. Si enim aliud aut ab alio idem. Tres modi affirmationum & negationum diuersarum, & non oppositarum tanguntur. Primus quando aliud de eodem quod affirmatum est, negatur. vt homo est animal, homo non est lapis. Secundus, quando idem de alio. vt homo est animal, equus non est animal. Tertius, quando aliud de alio quam quod affirmatum 46
est negatur. vt homo est animal, laurus non est arbor. Et duos primos modos Aristoteles in litera tangit. Tertius aũt vt compositus, ex illis intelligitur. Quod non oĩs contradictio vera sit aut falsa, id est ꝙ non omnis contradictionis alterã partẽ verã esse & alterã falsam oporteat, & qñ id nõ oporteat scilicet qñ enũciatur indefinite. & quare, nã id ipsum rationibus approbauit, scilicet indefinitas affirmatiões & negatiões nõnũquã simul esse veras. & qñ id etiã oporteat. vt scilicet semper vna vero sit & altera falsa. Nã id est quandocunque cõtradictorie enunciamus vniuersaliter, & quandocunque singulariter. Et hęc trahunt ex superioribus facilẽ epilogi intelligẽtiã,

Vt compositus nã aliud & aliud con ponũtur ĩ hoc tertio modo

neque est vt putant Aristotelem contradictionis nomine abusum. Nam omnes vocat contradictorias & vniuersales particularibus,& singulares singularibus,& indefinitas indefinitis, tametsi indefinitæ minime propriissime dicantur contradictoriæ.

¶PARAPHRASIS CAP.SEXTI.

Ex tum cap. Enunciationum oppositarum regulæ quatuor, dubium
34 vnum,dilutio,epilogus. Prima regula.Enunciationes contrarias si
35 mul veras esse,impossibile est. Secunda. Earum vero oppositas ali
quando de eodem simul esse veras, contingit, vt hæ duæ non omnis
homo albus est,aliquis homo albus est, quæ sunt vniuersalibus affir-
36 mationi & negationi eiusdem de eodem oppositæ.
Tertia.Contradictoriæ oppositarum enunciationes quæ sunt vni
uersalium vniuersaliter ad ea quæ non vniuersaliter, alteram veram
& alteram falsam esse necesse est. Et id similiter verum est in contradi
ctoriis singularibus. vt sunt hæ, Socrates est albus, Socrates non est al
bus. Quarta. Quæ autem affirmationes & negationes sunt vniuersalium nonvniuersaliter, nō
37 semper earum vna vera est & altera falsa,sed aliquando simul veras esse contingit,vt hæ duæ si-
mul veræ sunt est homo albus,non est homo albus. Item hæ duæ est homo pulcher, non est ho-
mo pulcher.Nam fieri potest vt sit homo pulcher,& sit homo turpis. At consequitur est homo
turpis igitur non est homo pulcher contingit igitur has simul esse veras est homo pulcher,non est
homo pulcher. Item fieri potest vt hæ simul veræ sint est homo albus & sit homo albus. Atqui
consequitur,fit homo albus, igitur non est homo albus. Si enim fit aliquid, ipsum nondum est.
Contingit igitur has simul esse veras est homo albus,non est homo albus. Dubium. verum illico
38 videri poterit absurdum has duas,est homo albus & non est homo albus,esse simul veras.ob idip
sum videlicet, quia hæc non est homo albus perinde significare videtur atque ista nullus homo
est albus. Atqui est homo albus & nullus homo est albus, simul veras esse impossibile est. igitur
& hæ duæ est homo albus & non est homo albus,minime simul esse veræ valebunt.
Dilutio, Nullus homo est albus, non idem significat atque ista non est homo albus, neque il-
39 læ duæ ex necessitate simul sunt,nam manifestum id est, quoniam vna negatio vnius affirmatio-
nis est,idem enim oportet negationem negare,quod affirmatio affirmauit, & ab eodem siue ali-
quod singularium sit,siue aliquod vniuersalium, aut vniuersaliter aut non vniuersaliter enuncia
tum. Dico autem exempli gratia vt est Socrates albus, non est Socrates albus, negatio hic idem
negat & ab eodem,quod affirmatio affirmauit. Si enim aliud,aut ab alio idem,non iam illi oppo
sita,sed potius ab ea diuersa diceretur,& consimiliter huic omnis homo albus est:negatio est hæc
non omnis homo albus est. & huic aliquis homo albus est,hæc nullus homo albus est. Identidem
40 & huic est homo albus,hæc non est homo albus. Epilogus. Quod igitur vna affirmatio vni ne
negationi contradictorie euadat opposita,& quænā sint illę,dictū est,& quod aliæ sint contrariæ,
& quænā sint illæ,quodque non omnis contradictionis altera pars vera sit,& altera falsa,& quo-
re & quando altera vera & altera falsa sit oporteat. Et hæc de regulis oppositionum.

¶De affirmatione & negatione vna. Cap.VII.

Na autem affirmatio & negatio est: quæ vnum de vno significat, Diffinitio.
vel cum sit vniuersale vniuersaliter,vel non similiter. vt omnis ho
41 mo albus est,non omnis homo albus est. est homo albus non est
homo albus. nullus homo albus est/aliquis homo albus est: si albū
vnum significat. sin vero duobus vnum nomen positum est/ex
quibus non est vnum:non est vna affirmatio/neque vna negatio,
vt si quis ponat hoc nomen tunica/homini & equo: quod tunica
alba est/hæc non est vna affirmatio/nec vna negatio. Nihil enim
differt hoc quam dicere quoniam est homo equus/ albus. hoc autem nihil differt
quam dicere est homo albus/& est equus albus. si ergo hę multa significant & sunt plu
res,manifestum est quoniam & prima vel multa vel nihil significat. neque enim est ali- Corollarium.
quis/homo equus. ¶Quare nec in his necesse est hanc contradictionem veram,illā ve
42 ro falsum esse.

Septimi cap. notæ.

Si nomen vnum, duobus poneretur ex quibus non est vnū. Duobus non facientibus vnum,
nomen vnum ponitur,cum duo illa re ipsa vnum non efficiant, neq; secundum illud nomen ta-

tione sunt, vt canis venaticus, & canis natatilis. vnum nõ faciunt. Nam neque re ipsa vnum, neq; 40
ratione vnum secundum nomen canis. Canis igitur mouetur, enunciatio multiplex: & plures e-
nunciationes. Et quanquam homo & Socratem & Platonem significat, ex quibus re ipsa non fit
vnum, ratione tamen secundum nomen homo: sunt vnum. neque enim alia & alia ratione posi-
tum est homo qua Socratem, Platonem, Virgilium, Catonem, & reliquos homines omnes signi-
ficet. quare cum dicitur homo est animal. enunciatio simplex est; & non multiplex. enũciatio vna,
& non plures enunciationes. Coniunctiones quæ ab Aristotele ponuntur: cum ex hypothesi mul
tiplicitatem homonymæ orationis tunica est alba explicet, nihil ad expositionẽ faciunt, sed abũ
dant. Nam enunciatio multiplex quæ & enunciationes plures, inconiunctę significat. idcirco nõ
ab re me fecisse existimaui, si illas omitterem: Multa significabit, inconiunctę, aut nihil, aut nihil
est quod significat. nam si vna etiam notione posset poni ad significandum hominem & equum;
nihil profecto significaret, nulliusque rei esset signum. nam nihil homo & equus est. nisi forte so-
phistis credere maluimus quam Aristoteli, suam chimeram omnem leonem significare imo omne
animal & rem omnem quod sane perridiculum viderint vel ipsi, quanuis si contentiosius persiste
rent, id maxime concedere velim chimeram, omnem sophisticam significare, quandoquidem vo-
lunt suum esse signum, ne forte blasphement etiam signum esse dei. Sed temporibus nostris non
parum congratulor quod perpauci nunc sint, qui non ducant sophismata folijs Sybillæ, folliculis
que glycyrizes multo inaniora. Vt harum affirmationum, negationumque, id est affirmationum
& negationum plurium, Et per affirmationem vnam, facile est intelligere quæ sint affirmationes
plures. Et per negationem vnam, itidem & quæ sint negationes plures. Et non est necesse illarum
enunciationum contradictionis partem alteram veram, & alteram falsam esse. nam huiusmodi af
firmationes & negationes plures, quanuis contradictoriis similes sint, contradictoriæ tamen esse
non possunt. Non enim sunt eiusdem de eodem non nominis tantum, & ita de particulis in diffi
nitione elenchi positis.

¶PARAPHRASIS CAP. SEPTIMI.

SEptimum cap. diffinitio affirmationis & negationis vnius, corollarium
vnum. Diffinitio. Affirmatio vel negatio vna, ea affirmatio aut negatio 41
est, quę vnum de vno significat: & siue id sit vniuersale vniuersaliter siue
non, simile est, idemque subit iudicium, vt omnis homo albus est: non om
nis homo albus est, est homo albus, non est homo albus, nullus homo al-
bus est, aliquis homo albus est, affirmationes & negationes vnæ sunt. mo-
do album vnum significet. nam si nomen vnum duobus poneretur ex qui
bus non est vnum: minime affirmatio vna negatiove vna diceretur. vt
si quispiam hoc nomen tunica homini & equo imponat, dicatque tunica
est alba: id neque affirmatio vna est, neque negatio vna, nihil enim differt hoc pacto dicere, quam
homo equus, albus est: & hoc rursum nihil aliud differt quam dicere homo albus est, equus albus
est. Quod si hæ multa significant, & sunt enunciationes plures. & prima quoque multa significa-
bit aut nihil. non enim est aliquis, homo equus. Corollarium. Quo fit vt harum affirmationum, ne 42
gationumque quæ vnæ non sunt. non necesse sit contradictionis partem alteram veram & alte-
ram falsam esse. Et hæc de affirmatione. & negatione vna.

¶De futuris contingentibus. Cap. VIII.

IN ijs ergo quæ sunt & quæ facta sunt, necesse est affirmatio- 43
nem vel negationem veram esse vel falsam. In vniuersalibus
quidem vniuersaliter: semper hanc quidem veram: illam vero
falsam esse, & in ijs quæ singularia sunt (quemadmodum di-
ctum est) in ijs vero quæ in vniuersalibus non vniuersaliter di
cuntur, non necesse est: dictum est autem & de his.
¶In singularibus vero & futuris: non similiter. Nam si om
nis affirmatio & negatio vera vel falsa est: & omne necesse est 44
esse vel non esse. quare si hic dicat futurum esse aliquid;
ille vero non futurum dicat hoc ipsum, manifestum est quoniam necesse est verum di-
cere alterum ipsorum si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. vtraque enim
non erunt simul in talibus. nam si verum est dicere quoniam album vel non album:
necesse est esse album vel non album. ¶Et si est album vel non album: verum erat
affirmare vel negare. & si non est, falsum dicit: & si falsum dicit, non est, quare
necesse est aut affirmationem aut negationem veram esse vel falsam; Nihil igitur

que est,neque fit,nec a fortuna nec vtrumlibet,neque erit neque non erit:sed ex ne-
cessitate omnia & non vtrumlibet.aut enim qui dicit verus est:aut qui negat.Similiter
enim vel fieret,vel non fieret.vtrumlibet enim nihil magis sic vel non sic se habet vel
habebit.Amplius autem,si est album nunc: verum erat dicere prius quoniam erit al-
bum . quare semper fuit verum dicere quodlibet eorum quæ facta sunt[1], quoniam
est vel erit,si autem semper verum fuit dicere quoniam est vel erit non potest hoc non
esse,vel non futurum esse:quod autem non potest non fieri, impossibile est non fieri.
& quod impossibile est non fieri,necesse est fieri.omnia igitur quæ futura sunt,necesse
est fieri.Nihil igitur vtrumlibet neque a fortuna erit.nam si a fortuna,non ex necessita
45 te. ¶At vero nec quoniam neutrum verum est,dicere contingit, vt quoniam neq; erit
neque non erit.Primum enim cum sit affirmatio falsa:negatio non vera erit.Et cũ hæc
falsa sit contingit affirmationem non veram esse:Ad hæc si verum sit dicere quoniam
album est & magnum,oportet esse vtrunque.si uero erit cras oportet fore cras. Si au-
46 tem neque erit,neque non erit cras,non erit vtrumlibet.vt est nauale bellũ. oporteret
enim neque fieri nauale bellum,neque non fieri. ¶Quæ ergo contingunt inconueni-
entia hæc sunt,& huiusmodi alia,si omnis affirmationis & negationis vel in ijs quæ in
vniuersalibus dicuntur vt vniuersaliter,vel in ijs quæ sunt singularia necesse est oppo-
sitarum hanc quidem veram esse,illam vero falsam.nihil aũt vtrumlibet esse in ijs quæ
fiũt,sed omnia esse & fieri ex necessitate.Quare neque consultare oportebit,neque ne
gotiari.quoniam si hoc quidem facimus erit hoc,si vero non hoc,non erit hoc . Nihil
enim prohibet.& in annum decies millesimum,hunc quidem dicere hoc futurum esse,
illum vero non dicere. quare ex necessitate erit , quodlibet eorum verum erat dicere
tunc.At vero nec hoc differt si aliqui dixerint contradictionem vel non dixerint.mani
festum enim quod sic se habent res,etiam si non hic quidem affirmauerit quid, ille ve-
ro negauerit:non enim propter negare vel affirmare erit,vel non erit,nec in decies mil-
lesimum annum,magis quam in quantolibet tempore . Quare si in omni tempore sic
se habebat vt alterum vere diceretur,necesse erat hoc fieri. Et vnumquodque eorum
quæ fiunt sic se habebant ,vt ex necessitate fieret.si enim vere dixit quis quoniam erit:
non potest non fieri.& quod factum est,verum erat dicere semper,quoniam erit.siqui
dem hæc impossibilia sunt.videmus enim esse futurorum principium , & ab eo quod
consultamus,atque aliquid agimus.& quoniam est omnino in ijs quæ non semper ac-
tu sunt ,esse possibile,& non esse similiter,in quibus vtrunque contingit & esse & non
esse.quare & fieri:& non fieri.& multa nobis manifesta sunt sic se habentia.vt quoniã
hanc vestem possibile est incidi, & non incidetur, sed prius exteretur . similiter autem
& non incidi possibile est.non enim esset eam prius exteri nisi possibile esse non incidi
quare & in alijs generationibus ,quæ secundum huiusmodi potentiam dicuntur.mani
festum igitur est:quoniam non omnia ex necessitate vel sunt.vel fiunt.

¶Sed alia quidem vtrumlibet,& nihil magis vel affirmatio vel negatio vera. Alia ve-
47 ro magis quidem in pluribus alterum,sed contingit fieri & alterum, alterum vero mi-
nime. ¶Igitur esse quod est,quando est,& non esse quod non est,quando non est , ne-
48 cesse est.sed non omne quod est,necesse est esse,nec quod non est,necesse est non esse;
non enim idem est,omne quod est,necessario esse quando est, & simpliciter ex necessi
tate esse.similiter autem & in eo quod non est.

¶Et in contradictione eadem,ratio est.esse quidẽ vel non esse omne necesse est,& fu-
49 turum esse vel non.non tamen diuidentem,dicere alterum necessarium.dico autem vt
necesse est futurum esse bellum nauale cras,vel non futurum esse. sed non futurũ esse
cras bellum nauale,necesse est:vel non futurum esse.futurum autem esse vel non esse
necesse est. ¶Quare cum similiter orationes veræ sint, quemadmodum & res:manife
50 stum est quoniam quæcunque sic se habẽt vt vtrumlibet sint, & contraria contingant;
necesse est similiter se habere & contradictionẽ . quod contingit in ijs:quę non semper
sunt,vel non semper non sunt , horum enim necesse est alteram partẽ contradictionis
veram esse vel falsam:non tamen hanc vel illam,sed vtrumlibet. & magis quidem ve-
ram alteram,non tamen iam veram vel falsam.Quare manifestum est quoniã non est

necesse omnis affirmationis vel negationis oppositarum. hanc quidem veram, illam autem falsam esse.non enim quemadmodum in ijs quæ sunt,sic se habent & in ijs quæ non sunt quidem possibilibus tamen esse vel non esse, sed quẽadmodum dictũ est.

Octaui cap.notæ.

Ad Aristotelicæ mentis expressionem quia litera non omnino expressa est, sed inuoluta plurimum,longiuscula plerunque declaratio facienda fuit.quare ad id quod subintelligebatur a- 43
gnoscendum adijcere oportuit amplius etiam,quam in præcedentibus capitibus. De affirma 44
tione & negatione quæ contradictorie opponuntur aut vniuersaliter aut singulariter,vbique intelligitur. Quanuis verum & falsum communia sint tam ijs quæ determinate & quæ indeterminate aut vera aut falsa sunt,in litera tamen verum pro determinate vero, & falsum pro determinate falso sumitur,tametsi etiam particulę illę non exprimantur quemadmodum & fore & nõ fore communia sunt ijs quæ erunt vel non erunt,siue determinate erunt: siue indeterminate, id est siue vtrumlibet,siue plerunque,siue rarenter.identidem siue determinate non erunt, siue indeterminate,aut vtrumlibet,aut plerunque,aut raro.Determinate enim,sol cras orietur.vtrumlibet cras sedebis,quandocunque sedere contingat:& plerunque senes cano aspergentur capillo,& raro quoque bicipite fronte nascetur homo,raro trimanus.raro bicorpor, raro hermaphroditus. & ita de ijs quæ non erunt similiter. Et sunt ad hunc morem enunciationes determinate veræ sunt determinatæ falsæ.sunt indeterminate veræ,hoc est aut vtrumlibet veræ,aut plerunque veræ,aut rarenter,veræ,vt enunciationes quę consimilium sunt rerum. Sunt & indeterminate falsæ:siue vtrumlibet,siue plerunque,siue rarenter.Et in contradictionibus harum enunciationum & vniuersalium vniuersaliter &singularium videbis determinate verã: definite,determinatęque falsæ,abire contradictoriam.& indeterminatam:indeterminate,verum certa quadam lege:scilicet indeterminate veram vtrumlibet,vtrumlibet falsæ.& plerunq; veram, plerunque falsæ. & raro veram, raro falsæ. vt subiecta monstrat formula.quid autem determinate verum,& quid indeterminate ex sequentibus expectandum.

CONTRADICTORIAE DETERMINATARVM.

Cras exorietur hic sol		Non exorietur cras hic sol.
	CON tradictorię	
Ambulabis vesperi. Vera vtrumlibet	indeterminata	vtrũlibet falsa, non ãbulabis vesperi.
Cras prandebis Plerunque vera	cũ	plerunque falsa Non cras prandebis.
	enunciatio NVM	
Reperies thesaurum. Raro vera		Raro falsa. Non reperies thesaurrum.

49

Id a fortuna fit quod a causa accidentaria.quæ ex animi sententia agit,sed præter intentũ ad modum raro euenit,nõ aspernabilis commodi aut incõmodi. Sed quid casus,quid fortuna ex secundo physicæ auditionis libro,exactius expectandum est.Consultatio est quędam rerum dubiarum,& q̃ in nostra potestate sunt,ratiõis indagatio.Res agendæ,q̃ in nostra potestate sunt vt eas agamus si volumus,sin minus non agamus. vt superioribus obedire, praeceptores honorare & parentes,indigentibus ex suis facultatibus erogare,& id genus talia, quæ moralis philosophia ad

beatā vitam monſtrat,ac edocet. Quæ nō ex neceſſitate fiunt,aut vtrūlibet fiunt,cōtingūtq;,at-
que eueniūt,aut plerūq;,aut raro. Vtrūlibet quæ æq; & fore & non fore indeterminata ſunt.vt
te ſtare vel ſedere.Plerūque:quæ frequētius euenire ſolita ſunt, & nō euenire rarius vt febricitā-
47 tem ſitiri,& arbores in vere florere.Raro aūt:quæ raro cōtingunt,& plerunq; non eueniunt . vt
aliquem naſci hermaphroditū.Et totidem oppoſitis modis dicuntur nō ex neceſſitate nō fieri.
Et ſecūdus & tertius modus ſemper ex oppoſito iuncti ſunt:& cōſpirant.nā quod plerūq; acci-
dit raro nō accidit.& ꝙ plerunq; nō accidit & id quoq; vt raro eueniat cōperitur. quare ex duo-
bus primis modis:huiuſmodi nō neceſſario cōtingētiū natura:vt depræhendi poſſit ſatis Ariſto
teli viſum eſt.Similiter enūciationes nō neceſſario veræ trifariā dicūtur,aut vtrūlibet veræ, aut
plerunq; veræ,aut raro veræ.Et nō neceſſario falſæ;ſimiliter triplicitet ,& vtrūlibet falſæ,& ple
runq; falſæ,& raro falſę. Verum ſecundus & tertius ſemp ex oppoſito iunguntur & reſpondēt,
nam quod plerūq; verum eſt,& id raro falſum eſt,& quod plerūq; falſum:& id quoq; raro verū,
Sed vtrumlibet & vtrūlibet ex oppoſito reſpondent.quod ex hac deſcriptione percipere potes.

Non neceſſario,neque veræ,neque falſæ.

Sedebis hora meridiana	Contradictoriæ	Non ſedebis hora meridiana
1 Vtrumlibet vera	Cum vera	Vtrumlibet vera
Vtrumlibet falſa	Cum falſa	Vtrumlibet vera
2 Media nocte dormiturus es	Contradictoriæ	Non es dormiturus media nocte
Plerumque vera	Cum uera	Plerunque falſa
3 Raro falſa	Cum falſa	Raro vera

48 Et ex neceſſitate aliqd eſſe dupliciter dicitur:ſcilicet ex neceſſitate ſimpliter , & ex neceſſitate ex
adiūctiōe,ex neceſſitate quidē ſimpliciter,cū qcq̄ ſine adiūcto dicimus neceſſe eſſe.vt terra neceſ-
ſario eſt.Ex neceſſitate cū adiunctione:cū quicq̄ dicimus neceſſe eſſe non ſimpliciter,ſed facta ad
neceſſario adiūctione:.vt ſi nūc ſedes;te nūc ſedere,nūc neceſſe eſt. nō tn̄ te nūc ſedere,neceſſe eſt.
Et ita neceſſario quicq̄ fuiſſe,aut ſimpliciter:aut ex adiūctiōe;diffinire facile eſt. vt terra neceſſa-
rio fuit.Et ſi heri ſediſti:te heri ſediſſe nūc neceſſe eſt,at nō ſimpliciter neceſſe eſt,te heri ſediſſe.Et
quomodo de eſſe & fuiſſe dictū eſt,hunc in modum de neceſſario nō eſſe,& neceſſario non fuiſſe
dicendum eſſet.Et neceſſario,definite,determinate ,idem. Quo fit vt quicq̄ determinate eſſe,aut
fuiſſe identidē dupliciter dicatur ſimpliciter videlicet & ex adiūctione.Simpliciter vt terra deter-
minate eſt,& determinate fuit.& ſi nunc ſedes,nunc determinate ſedes.& ſi ſediſti,nunc determi
nate ſediſti. Et conſimiliter enūciatio bifariam neceſſario vera dicitur:ſimpliciter & ex adiūctiōe
Simpliciter.vt terra eſt;neceſſario vera enūciatio eſt.& ſimiliter enunciatio terra fuit,neceſſario
vera eſt.Et ſi ſedes,enūciatio,tu ſedes,nunc neceſſario vera eſt ſed nō ſimpliciter neceſſario vera.
& ſi ſediſti enunciatio tu ſediſti,identidē nūc neceſſario vera eſt,at nō ſimpliciter.& hoc pacto de
neceſſario falſa,& ſīpliciter, & ex adiūctiōe. Quare & ſimpliciter q̄dā enūciatiōes erūt ſimpliciter
50 determinate veræ.& quædā ex adiūctione determinate veræ,q̄dā ſimpliciter determinate falſæ
& quędā ex adiūctiōe determinate falſe.Idē em̄ & neceſſario & determinate ſed Ariſtoteles vo-
cabulis neceſſario, & nō neceſſario vtit.expoſitores autē magis definite , indefinite, determinate
atq; indeterminate vti ſolēt.Et de neceſſitate,oī prorſus potētia incōmutabili hic non agitur,ſed
de ea q̄ natura cōmutari non poteſt poſſibile,cōtingēs impoſſibile neceſſe in hac philoſophica in-
ſtitutione;poſſibilitatis,cōtingētiæ,impoſſibilitatis aut neceſſitatis naturę, intelligētiā ſeruant .
quā qui egrediuntur:longe extra philoſophiæ terminos,limiteſq; digrediūtur & aberrāt.Et ſunt
qui exiſtimāt enūciationes de futuro quas vtrūlibet dicimus,neq; veras eſſe neq; falſas ꝓpter li-
terā Ariſtotelis circa cōcluſionis determinationem,ſed non intelligunt particulam neceſſario,de
terminate eſſe intelligendā,& hoc nihil aliud eſſe quam exiſtimare ea q̄ cōtingere poſſunt vtrūli-
bet neq; fore neq; non fore determinate.Sed aiunt ſi vtrumlibet aſtruxeris,nihil magis vt fiat vel
nō fiat determinatū eſt q̄ igitur ratiōe vtrūlibet futurū eſt,eadē vtrumlibet futurū nō eſt, Vtrūli
bet igitur erit,& vtrūlibet nō erit,aut neq; erit neque nō erit Et ita quoq; de enūtiatione.Sed hęc
captio eſt eorum qui nituntur euertere vtrūlibet, & fauū neceſſitatēq; cunctis īducere rebus. Et
quāuis id cōcedatur q̄ vtrumlibet futura ſunt,nō magis vt fiāt q̄ nō fiāt eſſe determinata(nā ad
vtrunque,& ad fore & nō fore æque īdeterminata ſunt)ex illo male colligunt,nō eī idcirco id de
quopiā tribuerī vnq̄,vt vtrumlibet ipſum ſit futurū,& vtrūlibet non ſit futurū.neque vt vtrūli-
bet.neque ſit futurū,neque non futurū. Verū ſi vtrumlibet erit,non vtrumlibet non erit & ſi v-
trumlibet non erit,non vtrumlibet erit.Neque alio pacto de enunciatione, affirmatione ſcilicet
negationeque contradictionis ſentiēdum eſt.Nam ſi affirmatio vtrumlibet vera,negatio vtrum
libet falſa.& contra. neque em̄ fieri poteſt vt ambæ veræ ambe falſæ,ambę non verę , vel ambæ
non falſę ſint.ſemper igitur in rebus ipſis vnum vtrumlibet erit,& non vtrumlibet non erit,aut
ſi vtrumlibet non erit,non vtrumlibet erit.Eritque contradictionum affirmationis videlicet &
negationis vna vtrumlibet vera,et altera vtrumlibet falſa.ſed plerunque quænam aut vera aut
falſa ſit incertitudo eſt,donec res ipſa,facta euaſerit.Et tametſi etiam quiſpiam certus eſſet , vt ſi

nummũ e marsupio traheres certus qua in manu(vt verbi causa in leua) illum occultaturus esses,propositurus id alteri ad ariolandum,quanam in manu esset, nam nihil refert. vtrumlibet em̃ verum esse te nummũ in leua occultaturum,& non te occultaturum nummum in leua, vtrumlibet falsa. Perspicientia enim & certa præuisio,nihil de indeterminatione enunciationis mutat. Et qui declarationem quam secundæ regulæ adhibet Aristoteles,intellexerit:sciet huiusmodi affirmationes & negationes,neque simul veras,falsasve esse posse,neque simul nonveras,neque simul non falsas,& ex secũdæ diuisionis intelligentia:quid de ipsis seorsum,& diuisim sentiendum sit. Pro quibus vt & exactius teneantur subterior adiungitur descriptio.

Ambæ	Vna & altera	Longitudo		Hic coincidit trigonus & quadratum.						9 6 4
a	V	a	b	cd	e	f	g	h	V	Verum
b	F	ab	ac	ad	ac	af	ag	ah	F	Falsum
c	NV	bc	bd	be	bf	bg	bh		NV	Non verum
d	NF	cd	ce	cf	cg	ch			NF	Non falsum
e	DV	de	df	dg	dh				DV	Determinate verum
f	DF	ef	eg	eh					DF	Determinate falsum
g	IV	fg	fh						IV	Indeterminate verum
h	IF	gh							IF	Indeterminate falsum

In hac descriptione literæ a b c d e f g h monstrant veras ꝑpositiones de cõtradictoriis, aut vniuersaliter,aut singulariter futurorum contingentiũ si nullum punctum ad literã adiunctũ fuerit, sin adiectum fuerit monstrant falsas. & sunt in vniuerso,numero 36. Et primo cõparantur ambæ ad singula per ordinẽ hoc pacto. ambæ contradictoriæ futurorum contigentiũ sunt veræ : & id designatur per a.& hoc mõ sumuntur octo ꝑpositiones falsæ,quę per octo primas literas secundum longitudinẽ:id est a leua in dextram designantur.sequentes. xxviii. per duplices literas designatæ sumuntur cõparando vnã & alteram hmõi contradictoriarum,sequẽdo seriẽ hoc mõ. vna pars contradictionis futurorũ cõtingentiũ vera est,& altera falsa.& sumitur per a b & ꝑpositio vera est Nã verũ & falsum hic sumuntur , vt cõmunia ad determinate & indeterminate verũ & falsum:& enunciatio illa vera est:nulla em̃ ad designatrices literas punctuacio adiũcta est. Et qd V quid F & reliqua id genus significent:ad latus descriptionis oppositum est. Sed vt cætera intelligantur haud difficilia puto. Addubitant insuper an queadmodum in ĩis quę sunt & in iis quę fuerunt,nunc in modum in iis quæ futura sunt,q̃dam reperiantur necessario,definite et determinate fore,et simpliciter et ex adiunctione. Similiter et de huiusce rerum et enunciationibus petendum est quibus celeriter et quasi in transcursu videtur respondendum aliqua simpliciter necessario,definite,et determinate futura. Terra sane necessario erit, et quicquid ad mundi absolutionẽ necessarium est. Sed hunc in modum non videntur aliqua necessario ex adiuctione futura. quod cętera oĩa quę non necessario futura sunt,aut arbitraria sint,aut præpedibilia. Quod amplius cognoscetur,si recte concipiamus quonã mõ aliqua enunciatio cum adiunctione tẽporis dicitur necessario,definite:et determinate vera, ꝙ est non simpliciter, sed ex adiunctione esse nessario et determinate vera ipsa certe enuntiatio pro aliquo tẽpe,tunc necessario,et determinte vera intelligitur,pro quo tunc non põt non esse vera. vt si ego nunc sedeo:enunciatio ego sedeo nunc necessario et determinate vera est,sed nõ simpliciter necessario vera Nã paulo ante falsa fuisset,et paulo post quoq; ne surgente falsa erit. Etsi anno prætérito in Adria nauigaui,et nunc enuncio, nauigaui in Adria:hæc enunciatio pro eo tempore nunc necessario et definite vera est , nunc enim fieri non potest. vt pro eo tẽpore vera non sit. Sed tametsi cras cibaturus sim famelicum et enũciatio, cras famelicum pascã,minime necessario et determinate vera est. Nã si ita esset nunc pro eo tẽpore non posset non esse vera.quare pro eodem tempore nunc nõ posset esse falsa. Id aũt falsum est: cum nõ ex necessitate cras id sit futurum,sed ex arbitrio,et quod impediri potest . quare non videntur enunciationes in iis quę futura sunt :ex sola adiunctionis necessitate necessario veræ. quapropter neq; ex adiunctione necessario falsæ,etsi sint nonnullæ simpliciter et necessario verę,et necessario falsę.et in recta,sanaque huius rei intelligentia, tota propemodum determinatio,pendet Aristotelica. Sed forsitan insurges,si cras cibo reficies famescentem,est ne nunc hæc vera,tu cras famescentem pasces? Est sane. Et nihilominus cum pro eodem tẽpore,nunc non sit necessario vera,nunc igitur potest non esse vera.quare nunc potest esse falsa. Id ingenue fatendum Rursum inquis,nunc potest esse falsa. Esto igitur nunc falsa,quia id esse potest Id sane cum eo quod preconcessum,præconcessumque est non tribuendum,nunc scilicet esse falsam,ob idipsum quod nunc falsa esse potest. Pugnant em̃ quod pręconcessum est & id quod petitur perinde ac si concedã Antonius sedet,& contendas,nonne enũciatio Antonius sedet falsa esse potest? Potest inquam. Et tu rursus,quia Antonius sedet falsa esse potest,esto igitur falsa, quandoquidem id possibile est. Profecto nunquam efficies cum præconcesso vt hanc tibi nunc concedam falsam, Antonius sedet nimis enim ĩuerecunde postulas,vt eandem enunciationem simul veram & falsam conce-

dam, & eadem facilitate peterentur contradictoriæ, vt si concessa vera Antonius sedet, quia potest etiam vera esse Antonius non sedet, postulet quis eam esse veram, cum id esse possit. Sed quis id (qui mentis sit compos) illi tribuet, vt contradictorias simul veras admittat? Quamuis eñ hæc, Antonius non sedet, vera esse possit, & ideo dari vera, non tamen simul vnaq; cum hac, Antonius sedet. Quare quum primũ enunciationem quampiam veram esse concesseris, pertinaciter eam esse falsam inficiandum est, etsi falsa esse possit. & si falsam consentis, tandem veram esse incunctanter neges oportet, etsi etiam consentias eam posse veram. Et ita de cõtradictorijs suo modo concessa vna parte aut refutata. Quod ex subiecta annotatione facile perpendetur.

	Enunciationes eædem indeterminatæ.		
C	Cras pasces famelicum	C	Cras pasces famelicum
	Vera	C	Nunc potest esse falsa
	Concessa	N	Nunc esse falsa, pertinaciter negandum.
	Contradictoriæ indeterminatæ.		
C	Cras pasces famelicum	N	Non pasces cras famelicum.
	Vera	C	Nunc potest esse vera.
	Concessa	N	Nunc esse vera, pertinaciter negandum.
	Contradictoriæ determinatæ.		
C	Antonius sedet	N	Antonius non sedet
	Vera	C	Potest esse vera
	Concessa	N	Esse vera pertinaciter negandum.
C	Concedenda	N	Neganda.

Sed eadem si placet recolligamus hoc pacto.
Cras pasces famelicum, vera concessa.
Cras pasces famelicum, nunc potest esse falsa, concedenda.
Cras pasces famelicum, nunc sit falsa, pertinaciter refutandum.
Cras non pasces famelicum, neganda.
Cras non pasces famelicum, etiam nunc potest esse vera concedendum.
Cras non pasces famelicum nunc sit vera, pertinaciter abnuendum.
Antonius sedet, vera, concessa.
Antonius non sedet, neganda.
Antonius non sedet, potest esse vera, concedenda.
Antonius sedet vera sit, id prorsus inficiandum.

Rursum captiunculam nectunt. Tu cras reficies pauperem, vera ne est. vera inquam sed non necessario, atque determinate vera. Et hæc insuper, hæc enunciatio est vera qua tu eam veram enuncias, vera ne etiam est? vera inquam. Adijciunt præterea, hæc enunciatio vera est qua tu eam veram iudicas, & de præsenti, nunc igitur determinate vera est. etsi determinate vera est, nunc falsa esse non potest. quare nec hæc, nunc falsa esse potest tu cras pauperem reficies. Sed perperam hoc paralogismo colligitur, quia ea sit enunciatio de præsenti vera. igitur nunc determinate vera est. Nam eius veritas ex veritate enunciationis de futuro quam monstrat pendet. veritas autem illius enunciationis de futuro, pendet ex rebus ipsis quæ indeterminatæ sunt, & vtcunque vtrumlibet futuræ sunt. Neque accepta aliqua affectione dicitur enunciatio vera, falsa ve aliqua abiecta. Quare hæc etsi de præsenti sit, non tamen nunc determinate aut vera aut falsa, vt quæ & nunc falsa esse possit, quemadmodum & ea ex qua pẽdet. Et cum dicitur ea quę sunt, & enunciationes in ijs quæ sunt, ea intelligimus quæ sic sunt vt ex futuro non pendeant. Quare si quis ab ineunte ætate virtutum officijs incubuit, ad finem vsq; vitæ in illis persisturus, nunc forte illum fœlicem & dum viuit (vt vult Aristoteles) appellare possumus. verum enunciatio hęc hic fœlix est, nondum necessario, determinateque vera est, quod adhuc ex futuro sua pendeat veritas, quandoquidem quanquam erit, non tamen necessario, & definite erit. Sed de his satis constare arbitror. Solent & de ijs quærere an bonorum plena gaudio vita, necessario futura sit an malorum necessario futura punitio, an necessario futurum iudicium? an potius affirmationes huiusmodi futuræ, sint contingentes? quæ omnia minus hic mihi accommodata videntur. & potius iustum iudicem piis inuocationibus propitiandum, quam hic de huiusce rebus loqui audendum. Sunt enim aĩ ad pietatẽ formandi, quod maxime fit, cum timore & modestia de his quę supra nos sunt cogitamus, nostram metientes infirmitatem, & confitentes suam incomprehensibilẽ à nobis excellentiam, & sublimitatem, & nihil de humilitate verendũ est, de superbia autẽ & pr

sumptione summopere timendum hæc excæcat,intellectusque deficit,illa illuminat,modesteque
mentes attollit.Et iam diuina iustitia(vt quod de ijs sentio dicam)malorum vltionem , iustumq;
iudicium præscripsit,prædiffiniuitque,& diuina bonitas & misericordia bonorum præscripsit si
ne fine solamen.neque tanta certitudine,tantaque determinatione crastinum expecto solis exor-
tum,quan ta certitudine,quantaque determina tione mulctam flagitiosorum,bonorumq; in quo
& insontiũ consolationẽ,iustumq; dei iudiciũ.Quare & futurorũ contingentium,huiusce rerum
disputationẽ nõ admitto,minus eñ natura,quã crastinus solis exortus impediri valẽt. Sed hæc
qui sapient hoc in loco minus agitabunt,& quæcunque ad diuinas præstitutiones,prædiffinitio
nesq; pertinent,& infinitæ suæ sapientiæ pelagus Illa enim in silentio venerari præstat neque lo-
quendum quicquam priusquam nos ligitime diuina formauerint eloquia.Et de his adunde.

PARAPHRASIS CAP. OCTAVI. 43

Octauum Cap.regulę duę.obiectio vna.dilutio.diuisiones tres,conclu-
sio vna.Prima regula.In ijs & quæ sunt, & quæ fuerũt,affirmationem
aut negationem determinatæ veram,falsamve esse necesse est,& id qui-
dem in contradictorijs vniuersalium vniueraliter, semper alteram ve-
ram & alteram falsam esse necesse est.& consimiliter in singularibus,
quemadmodum & iam quoque dictum est.In ijs vero quę vniuersali-
um sunt non vniuersaliter,id non oportet.possunt enim ambæ simul
esse verę.Et id etiam dictum iam est.Secunda. In singularibus earum
rerum quæ futuræ sunt,non necesse est affirmationem,negationemve 44
determinate veram,falsamve esse.Nam si omnis huiusmodi affirma-
tio vel negatio necessario, determinateque vera falsave sit:& omne tale vt determinate eueniat,
vel non eneniat necesse est,quare si quispiam dicat aliquid futurum esse,& alius dicat idipsum nõ
futurum,perspicuum erit alterum eorum determinate verum,falsumve dicere:si omnis huiusmo
di affirmatio,negatiove determinate vera,falsave est.non enim in talibus erunt vtræque deter-
minate,aut verę aut falsæ.Nam si verum est aliquid album esse,& tunc quoque album esse neces
se est.& si verum est non esse album,& vt tunc non sit album oportet,& conuertitur, si quicquã
album est,& tunc vt affirmatio qua ipsum esse enunciamus,vera sit necesse est . & si non est albũ
& negatio quoque vera erit.Et si non est album,falsum est enunciare albũ esse.& si falsum est id e-
nunciare,neque quoque est album.Igitur & si determinate verum dicit qui quippiam futurum
esse asserit, & idipsum futurum esse necesse est.etsi determinate verum dicit,qui dicit non esse fu-
turum,non fore necesse est & conuertitur etsi falsum est ipsum esse futurum,ipsum non erit.etsi
non erit falsum est esse futurum Quare autem huiusmodi affirmationem,negationemve determi
nate veram falsamue esse necesse est.& omne futurum,vt eueniat necesse,et omne non futurum,
non euenire quod sane falsum & impossibile.Quia si ita fuerit,nihil igitur est neque fit aut a for-
tuna aut vtrumlibet,neque erit aut non erit quicquam,aut a fortuna aut vtrumlibet,sed omnia
hæc ex necessitate.nam aut is determinate verum dicit qui affirmauit,aut is qui negauit , deter-
minate verum. Atqui si vtrumlibet esset similiter atque æque fieri posset,aut non fieri.Quod eñ
vtrumlibet contingit,nihil magis sic vel non sic determinate sese habet,aut habebit. Secundo
si huiusmodi enunciationum vna determinate vera sit,& altera falsa,si quippiam nunc album est
determinate verum dixisset prius.qui id dixisset fore album.Quare semper determinate verum
dixisset quis de vno quoque eorum quæ facta sunt,ea aut esse,aut fore.Quod si semper de vno-
quoque eorum determinate verum dixisset ipsum esse , aut ipsum fore , non potuit aut non es-
se aut non futurum esse.non potuit igitur non fieri.& quod non potest non fieri, impossibile est
non fieri,& quod impossibile est non fieri,necesse est fieri. Omnia igitur quæ facta sunt,necessa-
rio facta sunt.Quare & eodem iure omnia quæ futura sunt,necesse est fieri.Nihil igitur neque a
fortuna neque vtrumlibet erit quod sane absurdum est. Nam si a fortuna aut vtrumlibet:non 45
ex necessitate.Obiectio.At occurret aliquis primo non conuenire quenquam dicere in huiusmo
di contradictionibus vniuersalium vniuersaliter,aut singularium neutram veram esse,vt quod
neque erit neque non erit.Primo quidem.nam affirmatione falsa,erit negatio non vera.& nega-
tione falsa affirmationem non veram esse continget.Atqui dictum est semper earum cum altera
sit falsa,alteram ueram esse oportere.Eadẽ igitur vera & nõ vera,quod est ĩpossibile.Vt igitur altera
vera sit,& altera falsa,oportere esse uidetur.Secũdo.pręter hęc quispiã verũ dicit quicquã album
esse pariter & magnũ,vtrũq; esse necesse est.Si vero erit cras & albũ & magnũ , itidẽ fore cras &
albũ & magnũ necesse est.Si autẽ nõ cõtigerit neque fore neq; nõ fore,profecto nõ erit vtrũlibet,
vt naualis pugna.Si eñ vtrumlibet est,oportebit neq; fieri naualẽ pugnã neq; non fieri Quod si
id impossibile est,illarum sane enunciationum,definitæ alterã verã,& alterã falsam esse necesse est.
Dilutio Absurda hæc & alia huiusmodĩ accidũt,si omnis affirmatiõis & negationis vniuersa 46
liũ vniuersaliter aut singularium contradictorię oppositarum:determinatę alteram verã,& alterã
falsam esse necesse est,nihil videlicet vtrumlibet esse in iis quæ fiunt,& omnia ex necessitate fie-
ri,quæ & alia nimirum comitantur absona.Nã si omnia ex necessitate fiunt,nihil opus est & con

sultare.& res agendas aggredi quasi si id faciamus,euenturum sit quod molimur opus, sin vero
non faciamus non sit euenturum: neque enim quicquam prohibet ad annos vsque denos mille-
nos quempiam dicere hoc erit:& alterum dicere hoc non erit,quandoquidem ipsorum necessario
eueniet alterum quodcunque videlicet alter vere tunc dicit. Veruntamen neque id quicquam
refert si dixerint aliqui contradictionem,siue non dixerint. Nam exploratum satis esse potest, res
ipsas ita sese habere:quanuis neque hic affirmauerit,neque ille negauerit. non enim quia affirma
mus,aut negamus,res aut erit aut non erit,nec ad decimum etiam millesimum annũ magis quã
quantulocunque tempore. Quare si in omni tempore id ita se habebat, vt alterum determinate
verum diceretur,necesse erat idipsum fieri.& vnumquodque eorum quæ fiunt: sic se omni tem-
pore habebat vt ex necessitate fieret. Nam si determinate quispiam vere dixit quicquam fore, fie
ri nequit vt idipsum non oriatur & eueniat,& contra,si ortum fuerit, vt non semper determina
te verum fuisset enunciare ipsum fore,sed sane hæc impossibilia sunt. nam videmus principium
multorum futurorum esse in hoc ipso,quod consultamus & agimus aliquid. quod quidem(quia
omnino ex ĩs est,quæ non semper actu sunt)possibile est esse, & non esse similiter. Nam in ĩs quę
non semper actu sunt,vtrunque contingit & esse & non esse. Quare & in huiusmodi fieri & non
fieri contingit,& pleraque quæ hunc in modum se habeant,nobis perspicua atq; explorata sunt.
vt hanc vestem diuidi possibile est: quæ nihilominus non diuidetur, discinderetúrque, sed pri
us vetustate attereretur.& eandem consimiliter possibile est non diuidi. non enim possibile fuisset
priusquam diuideretur tam exteri: nisi eam possibile esset non diuidi. Quare & in rebus aliis quę
gignuntur simile est,quæcunque talem sortiuntur potentiam. Manifestum igitur est: non omnia
ex necessitate vel esse,vel fieri. Tres diuisiones. Prima. Sed ea quæ non ex necessitate fiunt dicu
47 cuntur. quædam enim vtrumlibet fiunt,in quibus non magis affirmatio vel negatio vt vera sit,
euenire solet. Alia vero in quibus alterum, affirmatio inquam vel negatio vt magis & plerunq;
euenire solitum est,sed & contingit fieri alterum quod rarum est,& alterum quod scilicet vt ma-
gis ac plerunque:contingit identidem minime fieri. Secunda. Bifariam etiam dicitur & ex ne
48 cessitate, scilicet & simpliciter, & ex adiunctione. Esse enim quod est quando est:& nõ esse quod
non est,quando non est necesse est. non tamen omne quod est, necesse est esse. neque omne quod
non est,necesse est non esse. non enim idem est omne quod est necessario esse quando est,& omne
quod est simpliciter necessario esse. Neque idẽ oẽ quod nõ est necessario non esse quando non est,
49 & simpliciter necessario non esse. Tertia diuisio. Et necesse contradictioni simili modo duplici
ter tribui intelligi solet,& simpliciter cuipiam partium, aut cum alterius partis adiunctione. &
eadem rõ,quæ & in superioribus repetitur. nã id totũ esse aut non esse. necesse est: & similiter id to
tum fore aut non fore,necesse non tamen qui diuidit dicere possit,alterum necesse est. Verbi cau
sa. dico enim id ror[illegible] aualem pugnam cras futuram esse,vel cras non esse futuram necesse esse:
sed non simpliciter naualem pugnam cras futuram esse necesse esse:neque non fore cras identidẽ
necesse,sed futuram esse,aut non futurã esse,necesse est. Conclusio. Quæcunque ita se habent,vt
vtrumlibet sint:& vt vtrumlibet eorum opposita contingant in huiusmodi contradictione ita
50 se habere necesse est. quod & contingit in iis quæ plerunque sunt & non semper sunt, quæque ra
renter non sunt;neque semper non sunt,nec ab re sane. Quandoquidem enunciationes similiter
veræ sint,quemadmodum & res ipsæ sunt:de quibus illæ sunt. cum igitur res vtrumlibet & æ-
que indeterminate erunt,& enunciationes vtrumlibet & æque indeterminate veræ, falsęve erũt.
Et quæ plerunque & non semper,& enunciationes plerunque veræ erũt,at non semper. Et huius-
ce rerum quæ vtrumlibet eueniunt,necesse est contradictionis partem alteram veram, vel alterã
falsam esse,nõ tamen hanc veram esse necesse est,vel similiter hanc. sed quæcunque aut vera, aut
falsa fuerit vtrumlibet,atque indeterminate aut vera aut falsa est. Idẽtidem & in ĩs quæ plerun-
que contingunt. nam semper necesse est cum adiunctione,contradictionis alteram partem veram
falsamve esse. non tamen hanc necesse est esse veram vel illam falsam. etsi altera magis & plerun-
que vera sit,altera vero plerunque falsa,non iam tamen necessario aut vera aut falsa. Manifestũ
est igitur non omnis affirmationis& negationis hunc in modum contradictorie oppositarũ: hãc
quidem necessario determinateque veram esse,illam vero necessario falsam. Neque idem subit iu
dicium in contradictionibus de pręsenti eorum quæ sunt,& in contradictionibus futurorum eo
rum quæ non sunt,quæ tamen & esse vel non esse possunt.

¶PARAPHRASIS PRIMI LIBRI
PERI HERMENIAS
FINIS.

GRATIAE DEO AMEN.

¶LIBER SECVNDVS PERI HERMENIAS ARISTOTELIS.

¶De enunciationibus infinitis.

cõclusio Voniam autem eſt aliquid de aliquo affirmatio ſignificans.hoc
autem vel nomen eſt vel innominatiuum , vnum autem opor- 1
tet eſſe & de vno id quod eſt in affirmatione (nomen autem di
ctum eſt & innominatum prius.non homo enim nomen quidẽ
non dico,ſed nomen ĩfinitum. vnum enim ſignificat aliquo mo
do infinitum nomen,quemadm odum & non ſanatur non ver-
bum', ſed infinitum verbum) erit omnis affirmatio & negatio:
vel ex nomine & verbo , vel ex infinito nomine & verbo.
Præter verbum autem nulla affirmatio vel negatio eſt . eſt em̃
vel fuit,vel erit , vel ſit , vel quæcunque alia huiuſmodi verba. ex ijs ſunt quæ poſita
ſunt.conſignificant enim tempus.

regula.i. ¶Quare prima eſt affirmatio & negatio,eſt homo.non eſt homo, deinde eſt non ho- 2
mo,non eſt non homo.Rurſus eſt omnis homo,non eſt omnis homo , eſt omnis non
regu.ij. homo,non eſt omnis non homo.Et in ijs(quæ extrinſecus ſunt)temporibus eadem ra-
tio eſt. ¶Quando autem eſt tertium adiacens,prædicatur,dupliciter dicuntur oppoſi-
tiones.Dico autem,vt eſt iuſtus homo.eſt tertium,dico adiacere nomẽ, vel verbum in 3
affirmatione,quare ob idipſum quatuor erunt illæ:quarum duæ quidem ad affirmatio
nem & negationem ſe habebunt ſecundum conſequentiam vt priuationes , duæ vero
minime.Dico autem quoniam eſt,aut iuſto adiacebit,aut in iuſto quare etiam negatio
quatuor igitur erunt.Intelligimus vero quod dicitur ex ijs quæ ſubſcripta ſunt.

A.Ante	A	Homo iuſtus eſt	C	Homo iuſtus non eſt.	Simplices
cedens.	C	Homo iuſtus non eſt	A	Homo iniuſtus eſt	Priuatoriæ
C. Cõſe	C	Homo nõ iuſtus nõ eſt	A	Homo non iuſtus eſt	Infinitæ
quens.	Vniuerſales & particulares,,affirmationes & negationes.				
	A	Omnis homo eſt iuſtus	C	Non oĩs homo eſt iuſtus.	Simplices
	C	Nõ oĩs hõ eſt nõ iuſtus	A	Oĩs homo eſt non iuſtus	Infinitæ

¶Eſt iuſtus homo,huius negatio eſt,non eſt iuſtus homo,eſt non iuſtus homo, huius negatio eſt,non eſt non iuſtus homo.eſt enim hoc in loco & non eſt,iuſto & non iuſto adiacet,hæc igitur quemadmodum in reſolutiuis dictum eſt,ſic ſunt diſpoſita. Similiter autem ſe habebunt,& ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio , vt omnis eſt homo iuſtus,negatio,non omnis eſt homo iuſtus,om nis eſt homo non iuſtus : non omnis eſt homo non iuſtus . Sed non ſimiliter angulares veras eſſe contingit . contingit autem aliquando.hę igitur duæ oppoſitę ſunt.

regu. iij. ¶Aliæ autem duæ ad non homo quaſi ſubiectum aliquod additum . vt eſt iuſtus non 4
homo:non eſt iuſtus non homo.eſt non iuſtus non homo: non eſt non iuſtus non ho-
mo.plures autem his non erunt oppoſitiones.Hę autem extra illas , ipſæ ſecundum ſe
erunt,vt nomine vtentes eo quod eſt non homo.

regu.iiij. ¶In quibus vero eſt non conuenit vt in eo quod eſt ſanum eſſe , & ambulare , in ijs idem facit ſic poſitum.ac ſi eſt adderetur.vt eſt, ſanus eſt omnis homo : non ſanus eſt omnis homo , ſanus eſt omnis non homo . non ſanus eſt omnis non homo .non enim dicendum eſt non omnis homo,ſed non negationem ad id quod eſt homo addendum eſt. omnis enim non vniuerſale ſignificat , ſed quoniam vniuerſaliter . ¶Manifeſtum eſt autem ex eo quod eſt ſanatur homo. non ſanatur homo . ſanatur non homo:non ſan atur non homo . hæc enim ab illis differt, eo quod vniuerſaliter non ſunt . quare

omnis vel nullus nihil aliud consignificat quam vniuersaliter de nomine, vel affirma-
tionem vel negationem. ergo & reliqua eadem oportet apponi.
6 ¶Quoniam vero contraria est negatio ei quæ est omne est animal iustum, illa quæ si- Regula V.
gnificat quoniam nullum est animal iustum: hæ quidem manifestum est quoniam nun
quam erunt neque veræ simul, neque in eodem. his vero oppositæ, erunt aliquando: vt
non omne animal iustum est, & est aliquod animal iustum. sequuntur vero & hæ, eam
quidem quæ est omnis est homo non iustus, hæc nullus homo est iustus, illam vero
quæ est aliquis est homo iustus, opposita quoniã non omnis homo est non iustus, ne-
cesse est enim aliquem esse. ¶Manifestum est autem etiam quoniam in singularibus
7 si verum est interrogatum negare: quoniam & affirmare verum est. vt putasne Socra- regu. vi.
te sapiens est? non. Socrates igitur est non sapiens. In vniuersalibus vero non est vera
quæ similiter dicitur: vera autem negatio est. vt putasne omnis homo sapiens est? non
omnis igitur homo non sapiens est. hoc enim falsum est, sed non igitur omnis homo sa
piens est verum est: hæc enim opposita est, illa vero contraria.
8 ¶Illæ vero secundum infinita contra iacentes nomina & verba (vt in eo quod est non
homo, vel non iustus) quasi negationes sine nomine & verbo esse videbuntur, sed non
sunt. Semper enim vel veram vel falsam esse necesse est negationem: qui vero non hõ
mo dixit, nihil magis quam qui dicit homo, sed etiam minus: verus vel falsus fuit, si nõ
aliquid addatur. ¶Significat autem est omnis non homo iustus, nulli aliarum idẽ nec
9 huic opposita quæ est, non est omnis non homo iustus. ea vero quæ est, omnis non iu-
stus non homo est: illi quæ est nullus est iustus non homo, idem significat.
10 ¶Transposita vero nomina & verba idem significant. vt est albus homo, & est homo
albus. Nam si hoc non est: eiusdem multæ erunt negationes. sed ostésum est quoniam
vna vnius est. eius enim quæ est, est albus homo negatio est, non est albus homo. eius
autem quæ est, est homo albus, si non eadem est ei quę est, est albus homo, erit negatio
vel ea quæ est, non est non homo albus, vel ea quæ est non est homo albus. Sed altera
quidem est negatio, eius quæ est, est non homo albus, altera vero eius quæ est, est albus
homo, quare erunt duæ vnius. Quoniam igitur transpositio nomine & verbo eadem
fit affirmatio & negatio manifestum est.

Primi cap. secundi Perihermenias notæ:

Apud Aristotelem continuata lectio est: non noui libri inceptio, singularis enim apud eum
1 de interpretatione liber est, non duo, quod & in dialectica sua etiam annotauit Politianus. Quia
tamen secare solent in duos: communem scholæ secuti consuetudinem in duos partiti sumus, ne se putarent non omnes Aristotelicos libros recepisse. Si dico homo est animal rationale mortale, hic affirmatio ex nomine & verbo constituitur, & quanquam ex pluribus nominibus cum verbo constituitur, nihil refert. Nam quod ex pluribus constituitur nominibus, constituitur etiam ex nomine, tamen de simplicibus præcipue Aristoteles intelligit, & verbi personalis. vt homo est homo est animal. Superior autem non omnino simplex est, sed aliquo modo composita ratione prædicati. Simplex autem est, cum subiectum & prædicatum neutrum euadit constitutum ex pluribus dictionibus. Affirmationes & negationes impersonalium, ex casu hominis constant, & impersonali verbo: aut ex infinito casu & impersonali verbo, vt tædet hominem. tædet non hominem sed illæ raræ sunt, & parum disciplinis accommodatæ, quæ autem earum magis accommodari solent: sunt infinitiuæ. Infinitum nomen quodam modo vnum significat, quodam modo indefinite scilicet, & indeterminate vnum quidem. nam vna significatione, non etiam diuersis & homonyme. Preter enim verbum nulla affirmatio vel negatio erit. Verum alicui forte potius dicendum fuisse videbitur omnem affirmationem constare ex nomine & verbo aut ex infinito nomine & verbo aut infinito verbo, & ita de negatione. quare & hic dicendum; præter enim verbum vel finitum vel infinitum, nulla affirmatio vel negatio erit: Verum id aduertendũ notã est negandi non, in enunciatione additam verbo, semper qualitatem efficere negatiuam. Quare cum affirmationis & negationis sit idem verbum: non fuit adiiciendum, aut infinito verbo.
Extra tamen enunciationes: non sanatur, non laborat totum simul acceptum verbum dicitur infinitum solum, sicut currit per se verbum finitum solum. in enunciatione autẽ vt in hac, Cato sanatur, sanatur & verbũ dicitur & affirmatiũ verbum, quod iã affirmatio ex eo cõstituta sit; & ĩ negatione Cato non sanatur. sanatur verbũ dicitur & negatiũ verbum; quod iam ex eo negatio cõstituta sit, & hoc totum non sanatur ĩfinitũ, verbũ negatũ. Negatũ quidẽ ob causam dictam, infinitum autem quod similiter sit & in eo quod est, & in eo quod non est. Cum igitur nunquã sit in enũciatione verbum infinitum quin sit verbum negatum (modo non impediatur) quod quidem verbũ negatum proprie verbum est & infinitum verbum, non ab re dictum est præter verbum nullam

affirmationem;negationemve esse. Nam præter verbum affirmatum non est affirmatio:& præter verbum negatum non est negatio.& nota negandi,non:siue neget siue indeterminet atque infiniat:consimiliter & non homonyme consignificat. Vnde fit vt reperiatur infinitum verbum & non negatum:vt non currit solitarie dictum negatum & non infinitum.vt nullus homo currit. negatum & infinitum.vt cum dicitur homo non currit.Et præterea finitum ,& non affirmatum vt currit per se prolatum.finitum & affirmatum.vt homo currit. Fit etiam vt nota: non extra enunciationem verbo adiecta infiniens,indeterminansque dicatur.nam semper,& solum facit infinitum.in enunciatione autem adiuncta verbo,potius negans quam infiniens dicenda est. nam semper in enunciatione verbum negatum facit(modo per alteram non impediatur)non autem semper infinitum. Sed in enunciatione ad nomen lata id aliqum obseruat: vt solum infiniat indetermineté;,aut secus atque extra enunciationem.vt cum dicitur;omnis non homo iustus est est quod est quotiens illo aggregato non homine tanquam subiecto,vno nomine,vnoque vocabulo(vt in tertia regula vult Aristoteles)vtitur enunciatio.Et negatio illa verbo non adijcitur, sed soli nomini hõ:ideo non negat,sed solum indeterminat. Et hic nihil subiectum est;præter nomen infinitũ.idcirco non ab re dictum videatur;affirmationem aliquam constare ex nomine infinito & verbo.Et si enunciamus,nõ homo currit,plane anceps est,an non homo vt vnum accipiatur ,sitque id totum subiectum,an vt duo,sitque solũ homo subiectum. Nã si totũ vt vnum accipitur.vtiturque oratio illo composita perinde ac nomine vno:affirmatio est.& nota non infiniens,indeterminationisq; nota. Si duobus vtitur,vno quidem vt subiecto & altero vt qualitatis nota ;negatio est.& homo solum subiectum est;nota vero negandi non,verbo incidit ipsum negatum efficiens,estque instrumentum negans. Et hæc varietas non tam ex instrumento:quam ex nostra mente vario modo & ad varia illo vtente prouenit.& ne quis in his parum nobis confidat; Boetium & alios quos imitatur authores consimilia dicentes ,legat. Sed de his plura forte quã oportuit. Est,fuit,erit,fit,& huiusmodi ex ĳs sunt quæ prius determinata sunt . sed prius est & alia præseotia;verba nuncupauit. Fuit,erit,& similia ;casus verborum Hic autem extenso verbi vocabulo;omnia verba appellat. Propter obscuritatem & nimiam breuitatem explicando regulas;aliquantum adĳciendum fuit.semetipsum tamen vbique Aristoteles interpretatur;sed ex sententia ac proposito inuoluta breuitate. Oppositio,oppositio contadi ꝯorea. Cum sumuntur oppositiones in vniuersalibus;pariter sumũtur in particularibus. Nam ex opposito illis respondent. Et in singularibus cõsimiliter sumũtur vt in vniuersalibus ;minoris tamẽ in disciplinis sunt momẽti. Quare mirũ non est;si Aristoteles illas suppressit subticuitq;. Ex figuratione tamen subiecta qui expressiora desiderat,in iis quibus secundum adiectum est;facile intelliget.

	Prima oppositio indefinitarum				Prima oppositio vniuersalium.		
i	Est homo.	Non est homo.	ii		Omnis homo est.	Non oĩs hõ est.	ii
	Secunda oppositio indefinitarum				Secunda vniuersalium.		
iii	Est non homo.	Non est non homo	iiii	iii	Oĩs nõ homo est	Nõ oĩs nõ hõ est	iiii
	Prima oppositio particularium				Prima singularium.		
i	Aliquis homo est	Non aliquis hõ est	ii	i	Est Plato	Non est Plato	ii
	Secunda oppositio particularium				Secunda oppositio singularium		
iii	Aliquis nõ hõ est.	Nõ aliquis nõ homo est	iiii		Est non Plato.	Nõ est non Plato.	iiii

Et hę inter se necessariam non habent sequendi legem. Et est,fuit,erit,fit & similia secundo prædicantur,adiiciunturque:quando alia ab ipsis non exprimuntur pręd icata vt homo est.homo fuit.homo erit.homo fit.homo subiectum est:est,fuit,erit, fit prædicata. Tertia dicuntur adiecta, prædicataque:cum præter ipsa aliud prædicatum explicatur. vt est iustus homo , fuit iustus homo.erit iustus homo fit iustus hõ , hõ subiectus intelligatur.duo sunt prædicata iustus est,iustus fuit:iustus erit,iustus fit. Et quia vt subiectum præintelligatur oportet;ideo homo intelligẽtia primum est,& quia de eo intenditur præcipuæ prædicari iustum;ideo iustum secundum est adiectum & primum prędicatum.quia vero consequenter intenditur temporis dari intelligentia , aut motus,imperfectionisque prædicari iusti,idcirco est,fuit,erit,fit,tertia sunt adiecta,sed secunda prędicata.non enim tempus iusti adiecti ad hominem intelligere possis.nisi & hominem & iustum præintelligas. Intelligentiam igitur(cum primum,secundum,tertium nominat Aristoteles potius respicit:quam vocabulorum situm.nam plerunque quod primum situm obtinet:intelligẽtia vltimum est,& contra. Itaq; si tertio prædicari dicerentur; non tria esse prædicata intelligẽdum,sed adiacentia tertio intellgientię loco prędicari. Ita vt tertio adiecta vel adiacentia,aut aliquid simile determinet,nõ aũt prædicari,vt diligenter exequitur Boetius. Et quod nũc est,fuit, erit,fit,copulas vocant,cum tertia sunt adiuncta(quod plerisq; non placet, cum melius appellentur prędicata)idem valuerit vt tertium intelligentię obtineant locum,copulam enim nunquam quicquam intellexeris,nisi ea quę copulat mente præcõceperis. Non ab re igitur Aristoteles talia, tertia adiecta,& prædicata nominat,& si latinæ locutionis vsus admitteret quod Aristoteles

τρίτα προσκατηγορούμενα nos tertia ad prædicata diceremus. Dico ei est tertium nomen verbumve nomen, vocabulum. verbumve exponit, quod scilicet vocabulum est verbum. Nam si dixisset terriū verbum aliquis contensior statim intulisset. tria ergo in hac enunciatione verba quorum est tertium verbum est, & quod dicit tertium non situm vocabulorum sed intelligentiæ ordinem meditari potius oportet. Quartum duæ negatiuæ scilicet ad affirmatiuas secundū consequentiam sese habebunt perinde ac priuatoriæ. Huius regulæ intelligētia facile capietur ex duabus enunciationum descriptionibus quas Aristoteles in vltimo capite primi priorū analyticorū posuit, vt paulopost fiet manifestum. Enunciationes priuatoriæ dicuntur, in quibus extremum vt prædicatum est priuatiuū vocabulū. Priuatiuū aūt appellamus ꝙ priuatiuam includit particulam, vt inęquale, iniustum, incorruptibile, īmortale & id genus. Particula em̄ plerunq; in cōpositione priuatiua est. Similiter & particulæ a, ab, & dis, vt amens, abnuo, abdico, absimile, difficile dissimile. Et latius hic q̄ in prædicamentis priuatiua sumuntur, Sunt igitur hæ priuatoriæ, est inęquale, est iniustum, est incorruptibile, est īmortale, & similes. Et quæ continebūt nomen infinitū dici poterunt enunciationes infinitę. vt est non iustus homo, non est non iustus hō, & similes quę sola finita nomina simplices atque finitę, vt sunt hæ, est iustus homo, non est iustus homo, & quęcunque hoī sunt. Cum enunciamus quatuor enunciationes. primā. est iustus homo, secundam. nō est iustus homo, tertiam, est non iustus homo sub secunda collocatam, & quartam non est non iustus homo sub prima in prima est, affirmatiuæ adiacet iusto, & in secunda negatiuæ. in tertia affirmatiuæ non iusto, & in quarta negatiuæ adiacet atque additur non iusto. In resolutiuis in libris priorū analyticorum, id est resolutiuorum. & id in vltimo cap. primi priorum. In quo duæ descriptiones intelliguntur vna pro infinitis enunciationibus & vna priuatoriis quæ sunt hæ.

Prima pro infinitis.

a	A	Est iustus homo	C	Non est iustus homo	b	simplices
d	C	Non est non iustus homo	A	Est non iustus homo	c	indefinitæ


Secunda pro priuatoriis.

a	A	Est æquale	C	Non est æquale	b	simplices
d	C	Non est inæquale	A	Est inęquale	c	priuatoriæ
		a b c denunciationum nomina	A	Antecedens	C	cōsequens

Et vt in priuatoriis duę negationes sequuntur affirmationes (sequitur, enim est ęquale, igitur nō est inæquale) ita & affirmationem est iustus homo sequitur negatio non est non iustus hō, & affirmationē. est non iustus homo. consequitur negatio non est iustus homo. Duæ igitur scilicet negatiuæ sequuntur affirmatiuas, tam in priuatoriis quam in infinitis, sed & duę .s. affirmatiuæ non consequio trahuntur negatiuarū. In priuatoriis em̄ non sequitur non est inęquale, igitur est ęquale. Itē nō est æquale, igitur est inęquale. nam scientia (& similiter quicquid quantitatis expers est) cum non sit inæqualis nō est ęqualis, & cum non sit ęqualis nō est inęqualis. Et eodem quoq; modo in īfinitis duę affirmationes, negatiuas nō sequūtur. nō enim sequitur nō est non iustus homo est igitur iustus homo. Item neque sequitur, nō est iustus homo. igitur est non iustus homo, equus enim nō est nō iustus homo, nō tamen colligere valebimus equus, igitur est iustus homo. Itē neq; equus est iustus homo, minime tn̄ fit vt equus sit nō iustus homo. Id tn̄ aduertendum in descriptionibus Aristotelis quæ in fine primi priorū analyticorum disponuntur, Aristotelem infinitarum descriptione pręedicatum fecisse album & non album. nos autem consimili propositionum dispositione seruata pro commoditate pręedicatum fecimus iustus homo & non iustus homo, ꝙ & Porphyrius & Boetius fecerunt. Et vt in descriptione priuatiuarum Aristotelis ītelligi debet æquale & inęquale pro pręedicatis similiter & hic iustus homo, & non iustus homo pro pręedicatis, & solum non iustus infinitum esse; solamque pręedicati partem infinitam perinde ac si dico inæqualis quantitas, solum inęqualis, dictio priuatiua est non etiam totum diceretur priuatiuum. Non enim authorum mos est vna particula negatiua, plures simul dictiões īfinitas dicere, vt neque vna priuatoria particula, plures priuatiuas dictiones, Et homo hic ad prædicatum pertinere dictum est, nam si pertineret ad subiectum, nihil prohiberet affirmatiuas consequi negatiuas, vt ex quinta regula & suis descriptionibus agnoscitur, quod indefinitę legem particularium quo ad veritatem, falsitatemve sequantur, & obseruent. Et in affirmationibus & negationibus contradictoriis vniuersalibus, duę negatiuę certa, constantique & rata lege sequuntur affirmatiuas, duæ vero affirmatiuę negatiuas minime. vt ex descriptione subiecta dinoscitur.

	Antecedens			Consequens
A	Omnis homo iustus est	Cōtradictorię	C	Non oīs homo iustus
	Consequens			Antecedens
C	Non oīs homo non iustus est	Contradictorię	A	oīs hō non iustus est
	Non conuertuntur			Non conuertuntur

Enunciationes per diametrũ sed in descriptione affirmatiua & affirmatiua inter se, pariter & negatiua & negatiua. q̃ & a Boetio angulares appellantur, vt sint descriptæ infinite hoc modo.

Est homo iustus		Non est homo iustus
Non est homo nõ iustus		Est homo non iustus

Angulares & per diametrũ collocatæ sunt hæ affirmationes est hõ iustus, est homo non iustus, quę non magno impedimento simul veræ esse dinoscuntur. Itẽ diametrales sunt negationes, non est hõ non iustus, nõ est hõ iustus q̃ indefinitæ idẽ̃ridẽ simul veræ sunt. Nã his duabus eædẽ sunt hõ non est iustus, hõ nõ est non iustus. q̃ haud difficile simul esse veræ deprehenduntur. Sin consimiliter vniuersali contradictoria oppositione affirmationes & negationes oppositæ hoc modo:

a	Omnis homo iustus	Non omnis homo iustus est	b
d	Non omnis homo non iustus est	Omnis homo non iustus est	c

a	Nullus homo iustus est	Aliquis homo iustus est	b
d	Aliquis homo non iustus est	Nullus homo non iustus est	c

a c, b d per diametrum collocatæ, & altrinsecus angulares.

Angulares sunt affirmationes oĩs homo iustus est, oĩs homo non iustus est, quæ nunq̃ simul verę esse possunt. Pugnãt eñ in oĩbus terminis hmõi vniuersales affirmationes. Itẽ angulares sunt negationes non oĩs hõ non iustus est, non oĩs hõ iustus est, quæ simul veræ esse possunt aliquando, vt quando necessariæ & disparatæ non sunt, sed contingentes & accidẽtariæ, quales sunt hæ, quę in descriptione ponuntur. Ideo adiecit Aristoteles, contingit aũt aliquando. sed nunquã oẽs in illis vniuersalibus angulares simul esse veras contingit (vt fit tamen in indefinitis) sed aliquas solum scilicet particulares, & aliquando. Et ex his singularum regularum intelligentia haberi potest. ex logicis autem elementis exactius subtilique ratione si quando vacabit tempus vt emittã-
tur. Neque plures his erunt oppositiones. Constituamus oppositiones, prædicato penes finitum 4
& infinitum variato & subiecto finito, modo qui sequitur, & erunt hæ duæ.

Prima oppositio.

1	Est iustus homo	Duæ primæ	Non est iustus homo	2

Secunda oppositio.

4	Non est non iustus homo;	Duæ secundæ	Est non iustus homo	3

Item constituamus oppositiones prædicato penes finitum infinitumque variato, & subiecto semper infinito, & erunt duę hoc modo.

Tertia oppositio.

1	Est iustus homo	Duę primę	Non est iustus non homo	2

Quarta oppositio.

4	Non est non iustus non hõ	Duæ secundæ	Est non iustus non homo.	3

Quarum duæ primæ enunciationes id est quę constituunt oppositionem duabus primis superioris descriptionis diuersæ sunt, & duę postremæ duabus postremis itidem diuersę. neque eñ idem significant, neque ad easdem sequuntur, neque sequentes recipiunt easdem, neque sese mutuo. Prima enim superioris, est iustus homo consequentem recipit non est non iustus homo. Sequitur eñ est iustus hõ, igitur non est non iustus homo. at prima inferioris descriptionis minime eandem admittit consequentem. Neque enim sequitur est iustus non hõ, igitur non est non iustus hõ neque se mutuo consequuntur. non enim sequitur est iustus hõ, igitur est iustus non homo. Et ita secundam & secundam non ad eandem sequi neque se mutuo, ostendere est facile. Et idem est de duabus postremis non enim sequitur est iustus homo, igitur non est non iustus non homo, & tamen sequebatur est iustus homo, igitur non est non iustus homo, ad quam igitur sequitur quarta primæ descriptionis, non sequitur quarta secundę, neque quarta quartam consequitur. non enim sequitur non est non iustus homo, igitur non est non iustus non homo, aut contra. Similiter secunda superioris descriptionis consequitur tertiam eiusdem, sed minime consequitur tertiã inferioris. Sequitur enim est non iustus homo, igitur nõ est iustus homo sed eadẽ, nõ est iustus homo non consequitur tertiam alterius. neque enim sequitur est non iustus nõ homo, igitur nõ

est iustus homo,& si alias comparationes facias idem reperias, manifestum est igitur has oppositiones a superioribus esse alias, primam a prima & secundam a secunda & secundum seipsas oppositiones esse. Sed ex septima regula facile cognosci poterit, primam oppositionem vnius, non esse eandem secundæ oppositioni alterius, quam & consequendi legem seruabunt & hæc rudi minerua sint ostēsa. Sed dices ex duobus terminis variatis in affirmationibus & negationibus in definitis sumpta sunt solum sunt quatuor differentes oppositiones & octo enūciationes, quo modo igitur dicit Aristoteles neque his plures erunt oppositiones? ostendo etiam in indefinitis, ex duobus terminis penes finitum & infinitum euariatis plures oppositiones esse oportere. Nam cō stituam quinque descriptiones primam vbique subiecto finito, & prædicato variato. Secundam vbique prædicato finito & subiecto variato. Tertiam vbique subiecto infinito & prædicato variato. Quartam vbique prædicato infinito & subiecto variato. Et quintam tam subiecto quam prædicato euariato. Et manifestum est in illis quinque diuersis descriptionibus decem contineri oppositiones & viginti enunciationes, non igitur recte id assertum videtur neque his plures oppositiones erunt, cum solum quatuor diuersæ assignatæ fuissent. Sed falsa est hæc calumnia. Nā cū ex duabus descriptionibus ab Aristotele quatuor solū diuersæ sumantur oppositiones, & ex quinque aliis descriptionibus sumentur decem oppositiones, illę decem cum quatuor aristotelicis conspirabunt, atque eædē erunt, quare & viginti enunciationes, cum octo aliis. quod facile deprehendemus si quatuor oppositiones Aristotelis designabimus quę sint a,b,c,d. Et decem ex quinque descriptionibus quæ sint e,f,g,h,i,K,l,m,n,o. sintque descriptiones hunc in modum.

i	ii	iii	iiii	i	ii	iii	iiii	v	vi	vii	viii	ix	x	
a	b	c	d	e	f	g	h	i	K	l	m	n	o	

a e g n t 1 3 9	eædem
b f l 2 2 7	eędem
c h i 3 ;4 5	eædem
d K m o 4 6 7	eædem

Sed ex descriptionibus sequentibus euadunt exploratiora.

Ex duabus descriptionibus Aristotelis, oppositiones quatuor.

(Descriptiões due — Oppositionū nūeri)

	a	Est iustus homo	Non est iustus homo	i
I	b	Non est non iustus homo	Est non iustus homo	ii
II	c	Est iustus non homo	Non est iustus non homo	iii
	d	Non est non iustus non homo	Est non iustus non homo	iiii

Quinque descriptiones continentes oppositiones decem, enunciationes viginti.

(Descriptiones quinque — Coincidentiarum numeri)

I	E	i	Est iustus homo	Non est iustus homo	i
	F	ii	Non est non iustus homo	Est non iustus homo	ii
	G	iii	Est iustus homo	Non est iustus homo	i
II	H	iiii	Non est iustus non homo	Est iustus non hō conuersa	iii
	I	v	Est iustus non homo	Non est iustus non homo	iii
III	K	vi	Non est non iustus nō homo	Est non iustus non homo	iiii
	L	vii	Est non iustus homo	Non est nō iustus hō cōuersa	ii
IIII	M	viii	Non est non iustus non hō	Est non iustus non homo	iiii
	N	ix	Est iustus homo	Non est iustus homo	i
V	O	x	Non est non iustus non hō	Est non iustus non homo	iiii

Tres descriptiones appendices quinque

	xi	Est non iustus non homo	Non est nō iustus nō hō cōuersa	iiii
VI	xii	Non est iustus homo	Est iustus homo Conuersa	i
VII	xiii	Est non iustus homo	Non est nō iustus hō cōuersa	ii
	xiiii	Non est iustus non homo	Est iustus non hō cōuersa	iii
VIII	xv	Est iustus non homo	Non est iustus non homo	iii
		Non est non iustus homo	Est nō iustus homo	ii

Poteſt igitur intueri facile, quo pacto illarum quinque deſcriptionum prima oppoſitio eadẽ
eſt primę, quam aſſignauit Ariſtoteles. & ſecunda ſecundæ, & tertia rurſus primę. & quarta ea-
dem tertiæ ſed conuerſo ordine. quinta rurſus eadem tertiæ. ſexta eadem quartę. ſeptima eadem
ſecundæ conuerſo ordine. octaua eadem quartæ. nona eadem primæ. decima eadem quartæ. Et
inſuper adiectæ ſunt tres appendices quintę. quia quinta deſcriptio poterat quadrupliciter va-
riari quæ ſex inſuper addunt oppoſitiones vndecimam, duodecimam, tertiam, quartam, quintã
& ſextamdecimam. ſed vndecima, quarta eſt ordine conuerſo duodecima, prima conuerſo ordi-
ne tertiadecima, ſecunda verſo ordine. quartadecima, tertia itidem ordine conuerſo. quintadeci
ma, tertiæ conſpirat atque coincidunt & ſextadecima ſecundæ. Vides igitur quanta breuitate id
Ariſtoteles mirificæ effecerit notum. quatuor enim oppoſitionibus tantum effecit, quantum &
nos refutandæ obiectionis gratia decem & ſex effecimus. Et ex his liquere ſatis poſſunt, quæ in
tertia adducta ſunt regula. Pro quartę regulæ intelligentia, hæc annotetur deſcriptio.

Vniuerſaliter contradictoriæ. 5

Ambulat omnis homo	Non ambulat omnis homo
Non ambulat omnis non homo	Ambulat omnis non homo

Indeſinitæ contradictoriæ.

Ambulat homo	Non ambulat homo
Non ambulat non homo	Ambulat non homo

Quintæ regulæ circa literam eſt adiecta deſcriptio. Et A antecedens, C conſequens ſignificãt. 6
Neque enim contraria ſimul in eodem. Id dictum eſt propter contraria qualia ſunt album & ni-
grum, ad quorum analogiam enunciationes contrariæ dicuntur vt in notis ſexti capitis præ
cedentis libri dictum eſt. Eſt igitur omnis homo non ſapiens interrogatæ propoſitioni contra
ria, id eſt contrariæ æquepotens. nam & interrogata propoſitio & hæc vtraque affirmatio eſt ve
rum hęc æque poteſt atque hæc omnis homo non eſt ſapiens ex quinta regula, quæ abſque vlla 7
controuerſia interrogatę contraria eſt. Oppoſita contradictoriæ ſine affirmatione & negatione.
& ſunt quæ in decimo cap. libri prædicamentorum determinata ſunt.

Oppoſita
Homo. non eſt homo
Oppoſita
Iuſtus, non eſt iuſtus
Oppoſita
Currit, non currit

Qui dicit non homo, non magis verum falſumve dicit: quam 8
qui dicit homo. verum etiam minus dicere verum eum qui di
cit non homo manifeſtum, niſi ei aliquid addatur, id eſt ver-
bum & qui etiam dicit homo, certum eſt non dicere verum ſe
cur dicens non homo, minus etiam verum dicere videatur, cũ
tamen neutrum dicendo, dicat verum? Id ideo eſſe videtur, ꝙ
homo definite aliquid & certe ſignificat, non homo autem in
definite & incerte aliquid monſtrat. Quare homo quodam modo perfecte, non homo vero imper 9
fecte ſignificat. ſed aliquid definite & mente certa quid iudicare, & perfecte ſignificare magis cũ
enunciatione conuenit (quæ verum, falſumve determinate continet, & quæ certum affirmãdi ne 10
gandive aliquid de aliquo modum, & quæ cogitationem, ſententiamque perfectam aggenerat)
quã id ꝙ nihil determiãte ſignificat nihil, certe nihil perfecte. Merito igitur cũ hõ & hmõi verũ,
falſumve nõ ſit, multo minus non homo verum falſumue eſt, quandoquidẽ hõ cũ vero falſoque
magis conſpiret, conueniatque quam non homo. Idem ſignificat, idem veritate falſitateque
valet & conſequentia ſimul ſunt. Non tamen ſunt eadem, nam vna affirmatio. & altera negatio.
Nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant. Id de tranſpoſitione & vario ſitu vocum intel
ligendũ eſt, non autem de tranſpoſitione intelligentię, ſeruata tamen ꝓprietate latina apud lati-
nos, & gręca apud gręcos. vt eſto ſemper intelligatur homo ſubiectus & albus prædicatus, hę oẽs
eadẽ affirmatio erunt, homo eſt albus. albus eſt homo, homo albus eſt. albus homo. eſt homo al-
bus, eſt albus homo, & his ſex affirmationibus, vna negatio cõtradicit. Verũ ſi mutetur intelligẽ
tia, vt hic homo ſubiectus & illic prędicatus intelligatur, tũc homo eſt albus & albus eſt hõ non
eadẽ ſunt affirmatio. Et ſi non ſeruetur proprietas ſermonis, nõ oportet noĩa & verba tranſpoſi-
ta idẽ nobis indicare. vt nõ idem indicant homo eſt animal rationale, & homo eſt rationale ani-
mal. Prima enim apta locutio eſt, & ſecunda inepta & quæ refutatur in diſciplinis. quod de pro-
prietate locutionis regula ſit apud grãmaticos & oratores, cõmunia minus cõmunibus. ꝓlatiõis
ordine, ſituque eſſe præferenda Et idem fuerit iudicium cum determinationes adiungimus. mo-
do intelligentia non varietur quod aliud, aliudve determinẽt. vt homine ſemper ſubiecto & om
nis vniuerſalitatis nota, eius determinatione, & iuſto prædicato, idem dicimus omnis homo iu-
ſtus eſt. eſt omnis homo iuſtus. omnis homo eſt iuſtus, iuſtus eſt omnis homo. & omnis huiuſmo
di permutatio quæ romanę locutionis non aduerſatur proprietati. Item eędem ſunt, nullus
homo iuſtus eſt, & nullus homo iuſtus. nullus homo eſt iuſtus, & iuſtus eſt nullus homo, & ſimi-
les quotquot latinus ſermo admittit. nec attendendæ ſunt regulę Neotericorũ, q̃ ſane regulę nõ

Tunt. sed loquendi obliquitates,& non solum sermonis sed & indagandæveritatis nos nihil adiu uant, verum præpediunt quāplurimū,quas nisi quis generose floccipendat ineptias,non potest liberaliter institui. Sit ergo vobis hoc in loco maioris, A ristotelis authoritas momenti, quā ea sit plapsiõ quā nostra tēpestas in cognatis disciplinis(humanitatis dico) fœliciter iā explosit. Inter triuales sola dialectica aliquid adhuc gothicū,& imediatū vulnūs retinet, sed illi psimile φ faciat delirum,& læso cerebro plurima garrulitate dicacem,infestūq; & iportunum. neq; tanta sane dicerem,nisi nunc oīm studiorum hunc cõem cõsensum,sentētiāq; intelligerē. Fauendum est ergo bonis, ingenuisque nostri tpis animis,& qui futuri sunt, sperandi sunt meliores. quibus nostra ætas suos cõmendat labores,vt benigne suscipiant. probent,improbent, addantq; aut detrahāt. dum modo id intelligant quicquid ad eos deriuatū fuerit,id publicęvtilitatis intentionē peperisse. Sed vt ad id φ dimissum est recurrat oratio. idē significantium,earundemq; enunciationū,vocabulorum transpositione facta,poterit hæc formula subijci,vt in cæteris simile intelligatur.

	Affirmationes indefinitæ eædem		Vniuersales affirmationes eædem		Vniuersales negationes eædem
i	Homo iustus est	i	Omnis homo iustus est	i	Nullus homo iustus est
ij	Iustus homo est	ij	Homo omnis iustus est	ij	Homo nullus, iustus est
iij	Est homo iustus	iii	Homo iustus omnis est	iii	Homo iustus, nullus est
iiii	Est iustus homo	iiii	Est omnis homo iustus	iiii	Est nullus homo iustus
v	Homo est iustus	v	Est homo omnis iustus	v	Est homo nullus iustus
vi	Iustus est homo	vi	Est homo iustus, omnis	vi	Est homo iustus, nullus
		vii	Omnis homo est iustus	vii	Nullus homo est iustus
	Oīm superiorū contra-	viii	Homo omnis, est iustus	viii	Homo nullus, est iustus
	dictio & negatio vna	ix	Iustus est, omnis homo	ix	Iustus est, nullus homo
	Non est homo iustus	x	Iustus est homo omnis	x	Iustus est homo nullus.
			Singularium decennarum contradictiones		
			Non omnis homo iustus est		Non nullus homo iustus est

Sunt & aliæ pleræque vt iustus, omnis homo est: iustus, homo omnis est, & similes. sed nimiæ multitudinis prolixitas vitanda fuit, quod paucitas soleat instituere, multitudo autem confundere, illis tamen vtcunque venerint promiscue vtuntur authores, vbi aptius, venustiusque inciderint. Oppositæ, oppositæ contradictoriæ.

¶PARAPHRASIS CAP. PRIMI.

1 PRimum cap. secundi Peri hermenias. conclusio vna, regulæ septem, dubia duo. Conclusio. Omnis affirmatio constat ex nomine & verbo. aut ex nomine infinito & verbo. Nam omnis affirmatio aliquid de aliquo significat, id autē de quo significat aut est nomen aut quod innominatum esse dictum est, & id est nomen infinitum, & vnum oportet esse de illo vno, quod in affirmatione est. Id autē verbum est nomen autem quid sit, & quid innominatum, prius dictum est. non homo enim, nomen esse haud dico, sed nomen infinitum, perinde atq; non sanatur haud quaquā verbum appello. sed infinitum verbum, quod & infinitum nomen, vnum quodam modo significat. Infinitum eñ nomen vnum quodam modo significare videtur. Omnis itaque affirmatio constat ex nomine & verbo aut ex infinito nomine & verbo. præter enim verbum nulla affirmatio vel negatio erit. Non enim erit præter est, fuit, erit aut fuit, aut aliquid huiusmodi, quæ & verba hic censemus, & ex iis sunt q̃ prius determinata sunt. consignificat enim tempus. Septem regulæ.
2 Prima regula. Sumendo contradictorias enunciationes tū indefinitas tum vniuersales vbi est, secundum prædicatur, secundum ꝗ adiacet, subiecto quidem penes finitum & infinitum euariatio, duæ oppositiones sumūtur & quatuor enunciationes. In indefinitis eñ prima affirmatio & negatio, primaq; oppositio est, est homo, non est hō. Secūda., est non hō, non est non hō. Rursus in vniuersalibus. Prima oppositio est, est homo non est homo. Secunda, est non homo, non est non hō. Rursus in vniuersalibus. Prima oppositio. oīs hō est, non oīs homo est. Secunda. oīs non hō est nō oīs nō hō est. Et eadē quoque rō vbi fuit aut erit quæ tpa extra pręsens indicāt, secundo prædicatur adiacētque. Secunda. Cū est tertium adiectū ꝑdicatur vt est iustus hō, similiter duę sumūtur oppositiones. Dico eī est tertiū nomē verbumve hac in affirmatione cõstitui. Quare quatuor eæ erūt enũciationes q̃. s. duas illas cõstituunt oppositiões, quarū duæ negatiuę. s. ad affirmatiuas secundū cõsequētiā sese habebūt, ꝑinde ac priuatorię, duę vero affirmatiuę. s. ad negatiuas minime Quatuor enunciationes dico, nam est affirmatiuæ adiacebit, adiicieturque iusto; & affirmatiuæ

non iusto.quare etiam & negatiuæ iusto & negatiuæ non iusto,quatuor igitur erunt. Quod autem hic dicitur,ex subiecta descritione facile intelligimus.

AF.Affirmatio NE.Negatio.

AF	Est iustus homo	A	C	Non est iustus homo	NE	Simplices
NF	Non est nō iustus homo	C	A	Est non iustus homo	AF	Infinitæ
AF	Est æquale	A	C	Non est æquale	NE	Simplices
NE	Non est inæquale	c	A	Est inæquale	AF	Priuatoriæ
	Non conuertitur			Non conuertitur		

Huius affirmationis est iustus hō.negatio est,non est iustus homo.& huius est nō iustus hō,negatio est,non est non iustus homo.Ipsum eī tam est quam non est & iusto & non iusto adiungitur. Et hæc itaque q̄admodum in resolutiuis dictū est,ordine disposita sunt.Et vt in indefinitis,similiter & vniuersalibus duplex sumitur affirmatio & negatio,& propositiones quatuor , vt huius affirmationis omnis homo est iustus,negatio,est non omnis homo est iustus,& huius affirmatiotionis oīs homo est non iustus,negatio,non oīs homo est non iustus.Sed non similiter in indefinitis atq; vniuersalibus per diametrū e regione collocatas,simul veras esse contingit. contingit aūt 4
aliquando.Et hæ itaque duæ oppositiones,subiecto finito sumptæ sunt. Tertia regula. Cōtingit insup cū est tertium adiicitur aliquo infinito vt non hō tanquam subiecto constituto,duas alias sumi oppositiones,& quatuor enunciationes.Prima oppositio.Est iustus non homo ,non est iustus non homo.Secunda.Est non iustus non homo,non est non iustus non homo. Neq; plures

 ĩis erunt oppositiones.Et hæ duæ oppositiones aliç a sūpioribus sunt atq; secundū seipsas oppo 5
sitiones(perinde atq; si nomen esset(hoc infinito noīe non homo vtentes. Quarta.In enunciationibus in quibus ipsum est,non adaptatur,vt cū sanatur & ābulat & hmōi apponuntur,idē facit q̀ appositū est,ad duas oppositiones sumendas & quatuor enunciationes ac si ipsum est adiūgeretur. Vt sanatur oīs hō,non sanatur oīs homo.sanatur oīs non hō . non sanatur oīs non hō. neq; sane dicendū est,est non oīs hō cū infinitum nomen enunciare volumus,sed ipsum nō negationis.s.nota,adiungendū est ipsi vniuersali noī homo. Non enim omnis,vniuersalis signum est, sed q̀ vniuersaliter enūcietur signū.Cuius quidē rei ex ĩis manifestum esse potest indicium. Nam cum dicimus sanatur homo,,non sanatur homo:sanaturnon homo,non sanatur non hō.hæ enūciationes per id solū a sūpioribus differunt,q̀ non vniuersaliter enunciant:superiores aūt enunciant,quibus solum omnis vltra adiectū erat.Quare omnis & nullus & nullus & hmōi,nullius alterius rei signa sunt q̄ quod de vocabūlo cui adūciūtur, vniuersaliter affirmetur vel vniuersaliter quicquā negetur.Cætera igiƭ in superioribus oppositionibus vt & his adiungēda fuerunt, supra quæ adueniens oīs,vniuersaliter affirmari negariue nota esset. Quinta . Non solum in oppositionibus cōtradictorijs prędicatis penes finitum,infinitūq; tuariatis negatiuæ sequuntur affirma 6
tiuas,sed & illud idem in contrarijs & subcōtrarijs euenit, & insuper affirmatiuæ negatiuas.

A	Omnis homo est iustus	c	Contrariæ	a	Nullus homo est iustus	c
C	Nullus homo est non iustus	a	Contrariæ	a	Omnis hō est nō iustus	a
	Conuertitur				Conuertitur	
	Superpositarum contradictoriæ				Superpositarum contradictoriæ	
C	Non oīs homo est iustus	a	Subcontrariæ	c	Aliquis homo est iustus	a
A	Aliquis homo est nō iustus	c	Subcontrariæ	a	Nō oīs hō est nō iustus	c
	Conuertitur				Conuertitur	

Nam quoniā affirmatio omne animal iustum est contraria est huic negationi nullum animal iustum est,manifestū est has duas oē animal iustū est,& nullū animal iustum est,simul veras esse nō posse neq; eīm cōtraria simul in eodē.sed his oppositas vt nō oē animal iustū est,aliqd' animal iustum est,aliqñ cōtingit esse simul veras.Et idē euenit de his contrarijs oīs homo iustus est, nullus homo iustus est.atq; de suis oppositis.Sed inter eas consequentia ad alias reperitur Nam negatio nullus hō iustus est,consequitur affirmationē oīs homo est non iustus, & negatio non oīs hō est non iustus illi affirmationi opposita,sequitur affirmationē aliquis hō est iustus . Et ne id solū

 sed & contra.nam. si omnis homo est non iustus,aliquem hominem esse iustum necesse est. 7

Sexta regula.Consimile in singularibus subit iudicium , vt affirmatiuas sequūtur negatiuæ & negatiuas affirmatiuæ nota quidem negatiua consimili modo prędicato adiuncta.

A	Est socrates sapiens		Cōtradictoriæ	c	Non est socrates sapiēs	c
C	Nō est socrates non sapiēs	a	Contradictoriæ	c	Est socrates nō sapiens	a
	Conuertitur				Conuertitur	

Nam in huiusmodi singularibus si verum est eum qui interrogatur affirmationem negare perspicuum est quoniam verum est alteram affirmare. Verbi causa si quis roget putasne est socrates sapiens?& respondeatur,non.apte sane colligere licet, est igitur socrates non sapiens. Et ita si affirmatiue interrogatum verè affirmaretur , verum esset & alterum negare. Sed in

ſingularibus & vniuerſalibus interrogatis id intereſt, quod in vniuerſalibus ex interrogatæ affirmationis negatione non licet colligere vniuerſalem affirmatiuā vt ex affirmatiuæ ſingularis negatione affirmatiuam colligebamus ſingularem. Verbi cauſa. Vniuerſaliter interroget quiſpiam putas ne eſt omnis homo ſapiens? Vere reſpondetur, non. Haud tamen colligere poſſumus, eſt igitur omnis homo nō ſapiens, nam id falſum eſt. Sed ex reſponſione verum eſt, nō igitur omnis homo ſapiens eſt, nam interrogatæ affirmationi contradictoria, & reſponſioni æquiualens.

8 Alia autem ex qua hæc colligeretur, eſt igitur omnis homo non ſapiens, interrogatæ propoſitioni contraria. Dubium. An cū nomina infinita & verba infinita quibus apponitur particula negatiua oppoſita ſint & nominibus & verbis, an inquam nomina illa infinita & verba infinita, negationes dici poſſunt. Dilutio. Et voces infinitæ quæ nominibus & verbis oppoſitæ ſunt, vt non homo non iuſtus, quaſi negationes ſint ſine nomine & verbo videri poterunt. At negationes non ſunt, nam ſemper negationem veram falſamve eſſe neceſſe eſt. Atqui qui dicit nō homo nō magis verum, falſumve dicit, quam qui dicit homo, verum etiam minus niſi aliqd quippiam adiciatur, manifeſtum igitur eſt illas infinitas voces nō poſſe dici negationes. Septima regula.

9 Affirmationes & negationes ſubiectorum infinitorum ſuperioribus eædem non ſunt, ſeruant tamen inter ſe mutuam oppoſitionem, atque conſequentiam.

	Superiores enunciationes quibus præſentes eædem non ſunt.				
A	Omnis homo eſt iuſtus	c Contrariæ	a	Nullus homo eſt iuſtus	c
C	Nullus homo eſt nō iuſtus	a Contrariæ	c	Oīs homo eſt nō iuſtus	a
	Oppoſitæ ſuperpoſitarum			Oppoſitæ ſuperpoſitarum	
C	Non oīs homo eſt iuſtus	a Subcōtrariæ	c	Aliquis homo eſt iuſtus	a
A	Aliquis homo eſt nō iuſtus	c Subcōtrariæ	a	Nō oīs hō eſt non iuſtus	c
	Enunciationes ſubiectorum infinitorum quæ ſuperioribus non ſunt eædem.				
A	Oīs nō homo eſt iuſtus	c Contrariæ	a	Nullus nō homo eſt iuſtus	c
C	Nullus nō homo eſt nō iuſtus	a Contrariæ	c	Oīs nō homo eſt non iuſtus	a
	Superpoſitarum oppoſitæ			Superpoſitarum oppoſitę	
C	Non oīs non homo eſt iuſtus.	a Subcōtrariæ	c	Aliquis nō hō eſt iuſtus	a
A	Aliquis nō hō eſt non iuſtus	c Subcōtrariæ	a	Nō oīs non hō eſt nō iuſtus	c

Nam affirmatio, omnis non homo, iuſtus eſt de ſubiecto infinito, nulli ſuperiorum idem ſignificat neq; eius oppoſita negatio non omnis non homo iuſtus eſt; alicui ſuperiorū eſt eadē. Illa enī quæ eſt omnis non iuſtus non homo eſt, idē ſignificat negationi; q̄ eſt nullus iuſtus non homo eſt

10 Dubium. An idem ſit enunciare oīs non iuſtus non homo eſt, nullus iuſtus non homo eſt, & oīs non homo non iuſtus eſt; nullus non homo iuſtus eſt. Dilutio. Idem eſt. etenī nomina & verba trāſpoſita idem ſignificant. vt hæ affirmationes tranſpoſitorum nominum, eſt albus homo & eſt homo albus, idem ſignificant, ac eædem ſunt. Nam ſi id ita nō eſt, erunt eiuſdem affirmationis multæ, diuerſæ cōtradictoriæ negationes. Atqui præoſtenſum eſt vnius affirmationis ſolum vnam negationē contradictoriæ oppoſitam eſſe. Sed quod eiuſdem affirmationis diuerſæ hoc pacto eſſent negationes oſtenditur. Nam affirmationis eſt albus homo, negatio eſt, nō eſt albus homo, etſi affirmatio eſt homo albus, non eadem eſt affirmationi eſt albus homo: quamobrē & erit negatio diuerſa, vel igitur negatio huius erit hæc, nō eſt nō homo albus, vel hæc non eſt homo albus, verum enimuero altera, ſcilicet nō eſt nō homo albus, eius negatio eſſe nō poteſt. nam negatio huius affirmationis eſt, eſt non homo albus a qua alia affirmatio eſt atq; differens, eſt homo albus: Affirmationi igitur eſt homo albus, negatio relinquitur nō eſt homo albus quæ cum ſic diuerſa a negatione nō eſt albus homo (nam alterius affirmationis negatio) etiam negatio erit primæ affimationis: eſt albus homo, nam negat idem de eodem & eodē modo, quod affirmauit affirmatio, Quare duæ negationes vnius erunt oppoſitæ, quod eſſe nequit. quoniam igitur præpoſtero, tranſpoſitoque nomine & verbo eadem affirmatio negatioque fiat, perſpicuum eſt.

Adminicularia deſcriptio.

Diuerſæ affirmationes.		Contradictorię		
Af	Eſt albus homo	Contradictorię	Non eſt albus homo	Ne
Af	Eſt homo albus	Contradictorię	Non eſt homo albus	Ne
Af	Eſt non homo albus	Contradictorię	Nō eſt non hō albus	Ne

Duę primę affirmationes diuerſę ſunt ex hypotheſi, non aūt ſecūdum veritatē ſimiliter duę pri

nię negationes diuerſę, duę vero poſtremæ tū affirmationes tū negationes, diuerſę ſc̄dm vecitatē.

¶De coniunctis & diuiſis enunciationibus. 11

AT vero vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare vel nē
gare: niſi ſit vnum aliquid quod ex pluribus ſignificatur, non
eſt affirmatio vel negatio vna. Dico autem vnum, non ſi vnū
nomen poſitum ſit, non ſit autem vnum aliquid ex illis. vt ho
mo eſt fortaſſe & animal, & bipes & manſuetum: ſed ex his
vnum fit. ex albo autem & homīe & ambulare, non eſt vnū.
Quare nec ſi vnum aliquid de his affirmet aliquis: erit affirma
tio vna, ſed vox quidem vna, affirmationes vero multæ: nec
ſi de vno iſta, ſed ſimiliter plures. Si ergò dialectica interroga
tio reſponſionis eſt petitio, vel propoſitionis, vel alterius partis cōtradictionis, propo-
ſitio vero contradictionis eſt vnius partis, non erit vna reſponſio ad hæc, neque eñ in-
terrogatio vna, nec ſi ſit vera. dictum eſt autem de his in topicis. ſimul autem manife-
ſtum eſt, quoniam nec hoc ipſum quid eſt, dialectica interrogatio eſt. oportet enim da-
tum eſſe ex interrogatione eligere, vtram velit contradictionis partem enunciare, ſed
oportet interrogantem determinare, vtrum hoc ſit homo, an non hoc.

Quęſtio I ¶Quoniam vero hæc quidem prædicantur compoſita, vt vnum omne prædicatum fi 12
at: eorum quæ extra prædicantur. alia vero non, quę eſt differentia? De homine eñ
verum eſt dicere & extra animal, & extra bipes, & hæc vnum, & hominem, & album, &
cōclu.i. hæc vt vnum ſed non ſi citharœdus eſt & bonus, etiam citharœdus bonus. ¶Si enim
quoniam vtrunque verum, eſſe oportet ſimul vtrunque: multa inconuenientia erunt. 13
De homine enim & hominem verum eſt dicere & album quare & omne. rurſus ſi al-
bum ipſum & omne, quare erit homo albus, albus. & hoc in infinitum, Et rurſus muſi
cus albus ambulans. & hæc eadem frequenter implicita. ¶Amplius. Si Socrates So-
crates eſt, & homo: & Socrates, Socrates homo. & ſi homo & bipes erit homo bipes.
Quoniam igitur ſiquis ſimpliciter dicat complexiones fieri multa accidit dicere incōue
nientia manifeſtum eſt. Quemadmodum autem ponēdum eſt, nunc dicimus.

regula.i. ¶Eorum igitur quæ prædicantur, & de quibus prædicari accidit quæcunque ſecun- 14
dum accidens dicuntur, vel eodem, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum, vt ho
mo albus eſt, & muſicus, ſed non vnum album & muſicum. accidentia enim ſunt vtra
que eidem. Nec ſi album, muſicum verum eſt dicere, tamen non erit album muſicum
vnum aliquid. ſecundum accidens enim album muſicum. quare non erit album muſi-
cum vnum aliquid: quocirca nec citharœdus bonus ſimpliciter: ſed animal bipes. non
regula.ij enim ſecundum accidens. ¶Amplius. Nec quæcunque inſunt in altero. quare neque
album frequenter: neque homo, homo animal eſt vel bipes. inſunt enim in homine ani
cōclu.iij. mal & bipes. ¶Verum eſt autem dicere de aliquo & ſimpliciter: vt aliquem hominem
hominem. aut aliquem album hominem, hominem album, non autem ſemper.

regu.iij. ¶Sed quando in adiecto quidem aliquid oppoſitorum ineſt, quod conſequitur cōtra- 15
dictio: non verum ſed falſum eſt. vt hominem mortuum, hominem dicere.

Quęſtio II ¶Quando autem non ineſt: verum. ¶An etiam quando ineſt. ſemper non verum eſt:
quando vero non ineſt, non ſemper verum eſt? vt Homerus eſt aliquid, vt poeta ne er 16
go eſt, an non ſcundum accidens enim prædicatur eſt, de Homero (quoniam enim eſt
poeta) ſed non ſecundum ſe prædicatur de Homero, ipſum eſt.

regu.iiij. ¶Quare in quibuſcunque prædicationibus neque contrarietas ineſt, ſi diffinitiones
pro nominibus dicantur: & ſecundum ſe prædicantur, & non ſecundum accidens, & in 17
his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod autem non eſt, quoniam opinabile
eſt. non eſt verum dicere eſſe aliquid. opinio enim eius eſt, non quoniam eſt, ſed quoni
am non eſt. 18

Secundi cap notæ.

Subiiciuntur aut prędicantur multa facientia vnum, vt animal rationale mortale, ſubſtantia
eſt, & homo, animal rationale mortale eſt. Et tales enunciationes vnæ dicuntur, ſed non ſimpli-

ces, verum vnæ vnius de pluribus aūt plurium de vno. & idem esset iudicium, si plurium de plu
ribus, dummō vtrinq; illa plura vnum efficerent, vt animal rōnale, est substancia animata sensibi
lis. aliæ sunt in quibus subiiciuntur aut prædicantur multa non facientia vnum. vt homo albus
musicus ambulat, & homo est albus musicus ambulans. & tales plures sunt enunciationes & non
enunciatio vna. Vnum dico non si aliquod illis nomen vnum inditum sit, & nō sit vnum ex il
lis. Pamphago, syderi syrio, & cuidam pisci marino, nomen vnum canis inditum est. attamē si di
co canis est substantia, nō est enunciatio vna, sed plures enunciationes. nam ex illis tribus non fit
aliquid vnum. Vt forte animal & bipes & mansuetum vnum sunt Forte dicit. Nam sint conchi
le, coruus, & canis, possum dicere hoc animal est, hoc bipes, hoc mā̄suetum & tñ ex illis tribus nō
fit vnum at si puer generosæ indolis monstraretur, hoc animal est, hoc bipes, & hoc mansuetum
atque mite, ex illis fieret vnum. Non igitur ab re dictum est forte. Ex albo & ambulāte non fit
aliquid vnum, Composita duplicia, sunt quædam per se & secūdum substantiam, vt homo, equus
oliua. & vnumquodq; eorum dicitur vnum, ab vna per se; substantialique forma. Alia sunt com
posita per accidens, vt album, grammaticum ambulās. & vnumquodq; talium vnum per accidēs
dicitur ab vna accidentaria forma. Quo fit vt quemadmodum leo & homo, vnū simpliciter di
ci non possunt (nam vnam per se & substantificam formam nō habent) ita quoq; album & ambu
lans vnum per accidens dici non possunt. nam formam accidentariam non important, sed duas,
suntq; duo per accidens etsi subiecto, neque ipsa sunt idem. nam vtrunq; eidem subiecto accidit.

Pamphagus nomen canis apud Ouidium quasi omniuorus.

Vox vna dicitur homo albus ambulans, quod iugi, continuoque tactu proferatur, & vt hæc
homo est animal rationale mortale. In topicis, in primo topicorum. Si quæritur vtrum homo,
natura disciplinas tenet, propositio in interrogatione assignatur scilicet homo, natura disciplinas
tenet. quam respondens tribuat, aut eius contradictoriam vt si respondeat non, vel penitus pro-
positionis contradictoriam exprimendo si respondeat non tenet homo natura disciplinas. At si
quæritur quid est homo, nulla est propositio, neq; sic respondere possis, neque nō. cum autem dia-
lectice interrogamus, aut sic, aut non, respondere possumus. sic quidem, si quæstionis, interroga-
tionisque propositionem tribuimus. non vero, si tribuimus eius contradictoriam. & non solum
quid est interrogatio, non est dialectica: sed & nec quæstio propter quid est, dialectica est. Et si hoc
pacto interrogetur sunt ne scientiæ & virtutes nobis insitæ nec ne. non sic, aut non respondendū
est, nam interrogatio dat contradictionem, vt vtramuis partem malimus, respondeamus. respon
denda est igitur altera pars contradictionis, & non propositio dialectica, sed problematice inter
12 rogatur. Et de his in topicis. Quæstioni non statim respondet aristoteles, sed ex superioribus di-
lucio intelligi potest, quod prædicata quæ seorsum prædicātur. & quæ rursum coniuncta omnia
prædicantur vt vnum, hoc ipso ab illis quæ coniuncta non prędicantur vt vnum differunt, quod
ex primis fit interrogatio dialectica vna, & ad quam vna datur responsio, ex secundis autem nō
13 fit vna interrogatio dialectica sed plures interrogationes, & ad quas plures quoque reddantur
responsiones. Cum dicitur homo est homo albus, manifesta est negatio. Cum autem dicitur
est homo musicus albus ambulans, plures sunt enunciationes vt vna. quod si id adiiceretur ite-
rum ambulans, dicendo est homo musicus albus ambulans, ambulans, enunciationes sunt plures
& nugatio. Et cum enūciamus Socrates est, est Socrates homo, & est homo bipes, tacita est nuga-
tio, q Socrates hoīem necessario claudat & homo bipedē, quare perinde quodam mō est ac si enū
ciaremus, Socrates est Socrates homo hō, & est homo bipes bipes Et hęc sunt incommoda, quę se
querentur, si ex diuisis liceret semper sumere coniuncta. Prima regula applicari debet ad ea quæ
14 per se, & seorsum de eodē accidētario prædicantur, vt duo accidētia de vno subiecto, & rursum il
la eadem de se vt accidēs de accidēte. Verbi causa. album & musicum prædicantur seorsum de eo
dē subiecto vt accidentia, & rursum musicum prædicatur de albo vt accidens de accidente nō au
tem vt de subiicibili. Ideo album musicum coniuncta prædicari non possunt. Verum dicimus se-
cundum accidens hominē esse scientem & secundum accidens eundem esse grammaticum, sciens
igitur & grammaticum seorsum de eodem dicuntur secundum accidens, & nihilominus apte con
iuncta prædicantur. apte enim dicimus homo est sciens grammaticus. Et hoc, regulæ non aduer-
satur. nam etsi sciens & grammaticū de eodem secundum accidens dicantur, non tamen alterū de
altero secundū accidens. Siquidem hæc grammaticus sciens est, non secundum accidens sed per se
& substātialis est, neq; accidens de accidente. sed genus de specie prędicatur. Qui igitur similibus,
regulæ obuiare se putat, in pseudographiā incidit. Quocirca nec sutor bonus simpliciter aliquid
vnū. Cū de quopiā seorsum dicitur q sutor est & q bonus, vtrūq; & sutor & bonus de eodē secū-
dū accidens seorsum dicuntur. & bonum eam bonitatem insinuit quæ ad actionem pertinet: &
quæ in morali virtute collocatur, qua significantia seruata, bonus de sutore perinde secundum ac-
cidens dicitur. vt musicus de albo. neque ex illis coniunctum vnum aliter efficitur, quam ex albo
& musico. Sequentia in præcedentibus esse & contineri bifariam possunt, expressione, & in-
telligentia sola expressione, vt si seorsum enuntio Socrates est homo albus. deinde Socrates est
albus. Hic enim albus secundo loco expresse erat & continebatur in prima enūciatiōe, qua diceba
tur Socrates est homo albus. Sola aūt intelligētia vt cum enunciamus seorsum homo est homo:
& homo est animal. Item homo est hō & hō est bipes, animal sola intelligentia erat, & continebā-

tur in homine qui priore loco prædicatur, & similiter bipes. Ideo in his omnibus, & iis quæ di-
uisim prædicantur, non licet coniuncta prædicari, ne in vitia nugationum, & superflui sermonis
incidamus. Nugatio profecto est si dixero, Socrates est homo albus, albus. & superfluus sermo si
dixero, homo, homo animal est. homo est homo bipes. Ex duabus regulis seorsum & diuisim prę 17
dicatorum, tertia intelligitur huiusmodi. Quando seorsum & diuisim de eodem prædicata non
secundum accidens dicuntur, neque posterius in priore continetur, eadem quoque coniuncta de
eodem dicentur. In adiunctis est aliquod oppositorum, quando adiecta secundum se considerata
rationes inuicem claudunt oppositas, atque repugnantes. vt homo mortuus. homo nāque est qui
animam habet etiam qua ad virtutes sit natus. mortuus autem qui anima priuatus sit. hæc autē 18
animam nunquam habere & anima spoliatum, priuatumque esse, pugnant, & ad quę sequitur cō
tradictio. nam si homo est, animam habet, & si mortuus est, anima priuatus est, & si anima priua
tus est non habet animam. Sed hæc animam & non habet animam contradicunt. Quare hic
in adiuncto oppositum clauditur. & in talibus coniuncta, diuisa non infetunt. eos enim qui tri-
stes, lugubresque concomitantur funus vere iunctis dicimus quia hominem mortuum in fere-
tro conditum comitantur. at per se & seorsum dicere non possumus, quia comitantur hominem
In responsione secundæ quæstionis non apte respondetur particule, quæ quęrit an quando in ad
iuncto oppositum inest, nunquam quę coniunctim vere dicuntur, eadem dicantur & separatim.
sed ex præcedente regula id intelligendum fuit videlicet huiusmodi iuncta nunquam vere præ-
dicari diuisa alioquin sequatur contradictio. quod impossibile est. sed alteri particulæ quæstio-
nis de qua merito fuit ambigendum, satisfacit. Particula vt poeta declarat, quod dicitur aliquid
haud aliter ac si dicatur vrina ęgra est, vt febris indicium. Ne igitur est intelligendum est non.
an nō est Responsionē subaudi non est. Secundum accidens, quod cum altero, & alterius ratione
vt est prædicatur de Homero per accidens. Nam cum altero vt cum poeta, & ratione vocabuli si
bi adiuncti poetæ: vt cum dicitur Homerus est poeta. & dicitur poeta cuius permanet, extatque
poesis monumentum aliquod. siue ipse existat siue non. accidit itaque quia poeta sit ipsum esse.
Et de his vocabulis grammaticus, orator, rhetor, philosophus, insuper & de his imaginabile, opi-
nabile, intelligibile, & similibus idem censeatur iudicium. Quando enim est illis adiunctum præ-
dicatur, secundum accidens prædicatur, & non principaliter. rationeque sui, sed ratione adiuncti.
De his parca & facilis apud philosophos determinatio, sed amplius est sophisticæ cāpus, vbi qua
rundam vastatum amplitudinum tanquam infertilium agrorum sentes adinuenere & ex oppo-
sito quasdam obliquitatum angustias Et propositiones cum philosophicæ cum diuinæ quæ in
illas incidunt, hinc latiores istinc vero angustiores quam veritatis ipsa requirat videntur. Et pro
inde ex quadam inexorabili & torta rigiditate logices, illas falsas dicūt sed quia hæc recte aduer
santur intelligentiæ, multa probotum ingenia merito refutant, logicam, ipsam agnoscentes recte
intelligendi instrumentum, æquabile, rationabile. vnde & nomen habet, nihil tortuosæ obliqui
tatis, rigoris, inflexibilitatis in se continens quo rationalibus intelligentiæ modis aut in philoso
phicis aut diuinis aduerseiur. Illa igitur non logica sed alogica potius sunt dicenda, ad marpesiā
autem in malam partem releganda. Si non pro nominibus diffinitiones dicantur. Si ex coniun- 9
ctis prædicaremus diuisa, cum dicimus est homo mortuus igitur est homo & est mortuus, tunc
Opinionem esse nō entis, si diuisorum diffinitiones pro ipsis nominibus ponamus vt pro homine, vitam habens rationi
accōmodatā, & pro mortuo quod cū vitam habuerit, vita priuatū est, manifeste patet oppositū
& repugnātia in adiuncto esse, quo minus ea quæ iuncta dicūtur etiā dicātur disiūcta, atq; diui
sa. Neq; enim nō entis idcirco opinio est, quia est. Entis em̄ & opinio & sciētia esse potest. Opi-
nio em̄ si aliter quā est, de eo existimamus, aut vt est, sed nulla certitudine. Sciētia vero, si vt est,
certa est & minime latens essentia & sciētiæ nomē extendimus. quid autē exactius sciētia sit, ex
libro posteriorum analyticorum agnoscēdum est. Sed nō entiū vt inanis, vt infiniti sola, quic-
quid affirmauerimus. opinio esse potest. vt opinati sunt aliqui inane supra cęlū esse, aliqui vero
locum esse recipiendarū rerū & huiusmodi similia, quorū sunt solæ opiniones. Recte igitur dice- 11
tur nō entis esse opinionē potius quia nō sit, quā quia sit. nam si esset nō iā amplius foret opinio
scientia. & si non est, ob id ipsum quia non est, sola quæ simpliciter affirmet opinio esse potest.

PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

SEcundum cap. conclusiones tres regulę quatuor, quæstiones duæ. Pri
ma conclusio. Quando multa in subiecto aut multa in prædicato col-
ligimus affirmando scilicet aut negando vnū de multis, aut multa de
vno, ex illis nō est affirmatio aut negatio vna, nisi ea quę per illa mul
ta designantur vnum quippiā sit, fiatque ex illis vnum. Vnum dico
nō si aliquod illis nomē vnum inditū sit, & non sit vnum ex illis, sed si
ex illis quæ designātur vnū sit. fiatq; vnum vt forte aīal & bipes &
māsuetū vnū sunt, vt hō & ex illis vnū fit, sed ex albo & hoīe & am-
bulante, nō fit aliquid vnū. Ideo siue vnū aliquid de illis affirmet quis
piam siue illa de vno, non erit affirmatio vna, sed vox quidē vna, affir
mationes vero multæ. Sed hæc & huiusmodi multa (ex quibus nō fit unū) affirmationē negatio
nē vē vnā nō facere manifestū esse potest si interogatio dialectica respōsionis est petitio. vel pro

positionis quæ interrogatur, vt alterius partis contradictionis. Est enim propositio, vnius con-
tradictionis pars vna, atqui dialectica interrogatio petitio est alterius partis contradictionis. &
si illa, multa interrogentur, ad ea non erit vna responsio adhibenda. nam neque vna erat interro
gatio dialectica, tametsi etiam omni ex parte vera esset. Sed de his vberius in topicis dictum est.
Ex illis igitur multis siue vnum de illis siue illa de vno prædicentur, non fit affirmatio, negatio-
ve vna. Et ex eo quod interrogatio dialectica aut propositionem petit, aut illi aduersantem con
tradictionis partem. simul hic manifestum esse potest, ipsam interrogationem quid est, non esse
dialecticam. Nam ex dialectica interrogatione, datum aliquid esse oportet. quo respondens elige
re possit vtram malit contradictionis partem respondendo enunciare. Id enim non datur cum
de quopiam interrogatur quid est. sed oportet dialectice interrogantem determinare verum hoc
12 sit homo, an non sit hoc homo, & huiusmodi. Quæstio Cum autem eorum quæ prædicantur
quædam quæ seorsum prædicantur vt vnum prædicatum, prędicentur omnia, quædam vero
non prædicentur vt vnum, quænam horum prædicatorum differentia est? De homine enim ve-
re seorsum dicitur animal & seorsum bipes, & hæc eadem simul, & vt vnum de homine. Simili-
ter & homo & album seorsum dicuntur, & eadem simul, & vt vnum. Sed sutor & bonus etsi se-
orsum dicantur, non tamen simul, & vt vnum dicitur sutor bonus. Secunda conclusio. Si id
quispiam admittat vt quæcunque seorsum vere dicuntur, eadē vere dicantur simul omnia, mul
13 ta sequuntur absurda. Nam si ita esset, quia de homine vere dicimus quod homo sit, & quod sit
albus, omnia igitur simul de homine dicentur. Et rursus si iterum seorsum de homine, albus vere
dicatur, & omnia igitur illa simul, quare erit hō albus, & hoc in infinitū abibit. Et rursus quia mu
sicus albus, ambulans de homine seorsum vere dicuntur, igitur & omnia simul de homini dicen-
tur, eritque homo musicus albus ambulans, & hęc eadem frequenter inculcata, repetitaque de ho
mine dicentur. Pręterea, Si Socrates seorsum Socrates dicitur & homo, erit socrates, socrates ho
mo. & si seorsum dicitur & homo & bipes, erit homo bipes quæ sane omnia absurda sunt. Ma-
14 nifestum igitur si quispiam ex seorsum, diuisumque prædicatis, omnino huiusmodi complexio
nes fieri dixerit, multa absona dicere oportere. sed nunc dicendum quando illa seorsum vere po
sita, poni possint simul omnia, & vt vnum. Prima regula. Quæcunque seorsum secundum ac-
cidens prædicantur aut de eodem, aut alterum de altero, illa simul atque coniuncta non prædicā
15 tur vt vnum. vt homo & albus est, & musicus est sed non vnum sunt, coniuncta album & musi-
cum. nam eidem ambo sunt accidentia. Neque etiam si vere quis dicat album esse musicum, erit
album musicum aliquid vnum. nam secundum accidens album musicum alterum de altero dici-
tur, quare non est album musicum aliquid vnum. Quocirca nec sutor bonus simpliciter aliquid
vnum. sed animal bipes vnum sunt. nam non secundum accidens de eodem & de se inuicem dicū
tur. Secunda regula. Quæ seorsum prædicantur si aliquid eorum in pręcedentibus sit ac iam
contineatur, ipsa simul, atque coniuncta non constituunt vnum. Et propter hanc causam album
16 frequenter sumi non potest, quod posterius iam in præcedentibus positum esset. Neque sane di-
cendum, hoomo homo animal est, vel homo est homo bipes. nam insunt in homine & animal &
bipes. Tertia conclusio. Fit vt aliqua vere coniunctim, & rursus simpliciter seorsumque atque
seiunctim dicantur, sed non semper. Coniunctim quidem & seorsum. vt de quopiam vere dici-
mus esse quendam hominem, & seorsum esse quendam & esse hominē, similiter coniunctim quē-
17 piam dicimus esse hominem album, & rursus seorsum dicimus esse hominem & esse album. Et
quod non semper, his cognoscemus regulis. Tertia regula. Quando in adiuncto aliquid op-
positorum inest, ad quod sequitur alterius contradictio. non verum est quæ iunctim vere præ-
dicantur: eadem vere prædicari seorsum, sed falsum. vt falsum est hominem mortuum, dicere ho
18 minem. nam adiunctum mortuum, oppositum claudit. & ad quod sequatur contradictio. quan-
do autem id in adiuncto non inest, vere dicitur diuisum. Secunda quęstio. Sed quæres, cū id
non vere inest, scilicet cum in adiuncto oppositum non inest, quæ iunctim dicuntur an semper ve
rum sit & separatim dici, an cum in adiuncto quidem oppositum inest, nunquam verum sit quę
iuncta dicuntur eadem dici diuisa? sane quando non inest, non semper verum est quæ iuncta di-
cuntur eadem dici diuisa. vt Homerus aliquid est vt poeta ne igitur est? An non est? Secundum
accidens certe prædicatur esse de Homero & cum altero, nam quia est poeta. sed nō per se de Ho-
19 mero ipsum est, prædicatur. Quarta regula. Hinc euenit vt in quibuscunque prędicationibus
oppositum in adiuncto non inest & secundum se & non secundū accidens in his aliquid est. quæ
coniunctim dicuntur, & illa simpliciter sine adiuncto, seorsumque & diuisim dicuntur. Et an cō-
trarietas, oppositio, pugnantiave in adiunctis fuerit, facile dinoscetur, si pro nominibus diffinitio
nes dicantur. Et de eo quod non est coniunctim dicimus, quia opinabile aliquid est. sed seorsum
verum non est dicere ipsum quod non est, aut esse, aut esse aliquid. nam esse, & aliquid, cum alte-
ro & non per se sed secundum accidens dicuntur. neque enim nō entis idcirco opinio est quia est
est verum potius ob id ipsum quia non est, opinabile est.

¶ De enunciationibus modorum, poſſibilis contin-gentis, impoſſibilis & neceſſarij.

Cap. III.

cõcluſio I

His vero determinatis perſpiciẽdum eſt quemadmo 20
dum ſeſe habent negationes & affirmationes ad ſe
inuicem, eæ ſcilicet quæ ſunt de poſſibili eſſe & nõ
poſſibili, & de contingenti & non contingenti: &
de impoſſibili & neceſſario. Habent enim aliquas
dubitationes. nam ſi eorum quæ complectuntur,
illæ ſunt ſibiinuicem oppoſitæ cõtradictiones, quę
cunque ſecundum eſſe & non eſſe diſponũtur. vt
eius quę eſt eſſe hominem, negatio eſt non eſſe ho
minem, non ea quæ eſt eſſe non hominem. & eius
quæ eſt eſſe album hominem, ea quæ eſt non eſſe
album hominem: ſed non ea quæ eſt eſſe non al-
bum hominẽ. ſi enim de omni aut affirmatio, aut
negatio eſt, lignum erit verum dicere eſſe non album hominem. quod ſi hoc modo &
in quibuſcunque eſſe non additur: idẽ faciet quod pro eſſe dicitur. vt eius quæ eſt ho-
mo ambulat, non hæc ambulat non homo negatio erit, ſed hæc non ambulat homo. ni
hil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominem ambulãtem eſſe, quare ſi hoc
modo vbique, & eius quæ eſt poſſibile eſſe, negatio erit poſſibile non eſſe: ſed non ea
quæ eſt non poſſibile eſſe. Videtur autem idem poſſe & eſſe & non eſſe. omne enim
quod eſt poſſibile diuidi vel ambulare. & non ambulare, & non diuidi poſſibile eſt.
ratio autem eſt: quoniam omne quod ſic poſſibile eſt, non ſemper in actu eſt. quare in
erit ipſi etiam negatio. poteſt igitur & non ambulare quod eſt ambulabile, & non vide
ri quod eſt viſibile. at vero impoſſibile eſt de eodem oppoſitas veras eſſe enunciatio-
cõclu. ij. nes. non igitur eius quæ poſſibile eſt eſſe, negatio eſt hæc poſſibile eſt non eſſe.
¶ Contingit enim ex his, aut idem affirmare & negare ſimul de eodem, aut non ſecun
dum eſſe vel non eſſe quæ apponuntur: fieri affirmationes & negationes ſi ergo illud
impoſſibile eſt, hoc erit magis eligendũ. eſt igitur negatio eius quæ eſt poſſibile eſſe: ea 21
quæ eſt non poſſibile eſſe, ſed non ea quę eſt poſſibile non eſſe eadẽ quoque ratio eſt,
& in eo quod eſt contingens eſſe. etenim negatio eius eſt non contingens eſſe. & in a-
liis quoque ſimili modo. vt in neceſſario, & impoſſibili. Fiunt enim quemadmodum
in illis eſſe: & non eſſe appoſitiones, ſubiectæ vero res, hoc quidem album, illud vero
homo. eodem quoque modo hoc in loco eſſe quidem & non eſſe vt ſubiectum fit, poſ
ſe vero & contingere appoſitiones determinantes (quemadmodum in illis eſſe & non
eſſe) veritatem & falſitatem. ſimiliter hæ in eo quod eſt eſſe poſſibile & eſſe non poſſi
bile eius vero quæ eſt poſſibile eſt non eſſe, negatio eſt, non ea quæ eſt non poſ-
ſibile eſt eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſſibile eſt non eſſe, & eius quæ eſt poſſibile eſt eſſe:
non ea quę eſt, poſſibile eſt non eſſe, ſed ea quæ eſt nõ poſſibile eſt eſſe. quare & ſequi
ſeſeinuicem videbuntur poſſibile eſt eſſe, & poſſibile eſt non eſſe. idem enim poſſibile
eſt eſſe, & non eſſe. non enim contradictiões ſunt ſibiinuicem huiuſmodi poſſibile eſt
eſſe, & poſſibile eſt non eſſe. ſed poſſibile eſt eſſe. & non poſſibile eſt eſſe, nunquam ſi
mul in eodem. veræ ſunt, oponuntur enim. neque ea quę eſt poſſibile non eſſe, & non
poſſibibile non eſſe: nunquam ſimul in eodem veræ ſunt. ſimiliter autem & eius quæ
eſt, neceſſarium eſt eſſe, negatio non eſt ea quæ eſt neceſſariũ non eſſe: ſed ea quæ eſt
non neceſſarium eſt eſſe. eius vero quæ eſt neceſſarium eſt non eſſe, ea quæ eſt non
neceſſarium non eſſe: & eius quæ eſt impoſſibile eſſe, non eſt ea quæ eſt impoſſibilẽ
non eſſe, ſed hæc non impoſſibile eſſe. eius vero quæ impoſſibile non eſſe: ea quæ eſt
non impoſſibile non eſſe. Vniuerſaliter vero (quemadmodum dictũ eſt) eſſe quidem
& non eſſe oportet ponere quemadmodum ſubiecta. negationem vero & affirma-
tionem hæc facientem, ad eſſe & non eſſe apponere. & has oportet putare eſſe oppoſi

tas dictiões. poſſibile: & non poſſibile. contingens, non contingens. impoſſibile: non impoſſibile. neceſſarium, non neceſſarium. verum, non verum.

22 ❡ Conſequentiæ vero ſecundum rationem fiunt cum ita ponuntur. illam enim quę eſt poſſibile eſſe: ſequitur ea quæ eſt contingit eſſe, hæc conuertitur. & non impoſſibile eſſe: & non neceſſarium eſſe. illa vero quæ eſt poſſibile non eſſe. & contingens non eſſe: ea quæ eſt non neceſſe non eſſe: & non impoſſibile non eſſe. illam autem quæ eſt non poſſibibile eſſe, & non contingens eſſe: ea quę eſt impoſſibile eſſe & neceſſe non eſſe. illam vero quæ eſt non poſſibile non eſſe. & non contingens non eſſe: ea quæ eſt impoſſibile eſt non eſſe, & neceſſarium eſt eſſe. conſideretur autem ex ſubſcriptione quē admodum diximus.

23 Prima deſcriptio conſequentium.

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe
Contingens eſſe	Non contingens eſſe
Non impoſſibile eſſe	Impoſſibile eſſe
Non neceſſarium eſſe	Neceſſarium non eſſe
Poſsibile non eſſe	Non poſſibile non eſſe
Contingens non eſse	Non contingens non eſse
Non impoſſibile non eſse	Impoſsibile non eſse
Non neceſsarium nõ eſse	Neceſsarium eſse
II	IIII

❡ Hæc igitur impoſsibile & non impoſsibile, eam quæ eſt cõtingens & poſſibile. & non contingens & non poſsibile ſequuntur quidem contradictorie. ſed conuerſim. eam enim quæ eſt poſſibile eſſe, negatio ĩpoſsibilis ſequitur. negationem vero affirmatio. nam illam nõ poſsibile eſse ea quæ eſt impoſsibile eſse. affirmatio enim eſt impoſsibile. Concluſio. iij. cõclu. iiij
24 eſe: non impoſsibile vero negatio.

❡ Neceſsarium vero quemadmodum ſe habet, conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt enim quoniam non eodem modo, ſed contrarie ſequuntur. contradictoræ autem ſunt extra. non enim eſt negatio eius quæ eſt neceſse non eſse ea quæ eſt nõ neceſse eſse. contingit enim veras eſse vtraſque in eodem, quod enim eſt neceſsarium non eſse, non eſt neceſsarium eſse. Cauſa autem huius eſt, cur non ſequitur ſimiliter cęteris: quoniam contrariæ, impoſsibile eſse, neceſsario redditur idem valens. nam quod impoſsibile eſt eſse, neceſse eſt hoc. non quidem eſse ſed potius non eſse. quod vero impoſsibile, eſt non eſſe: hoc neceſſarium eſt eſſe. quare ſi illa ſimiliter ſequuntur poſsibile & non poſsibile hæc contrario, quoniam non ſignificant idem neceſsarium cõclu. v.
25 & impoſsibile, ſed (quemadmodum dictum eſt) conuerſim

❡ At certe impoſsibile eſt ſic poni contradictiones neceſsarij. Nam quod eſt neceſsarium eſse, poſsibile eſt eſse. nam ſi non, negatio conſequetur, neceſse enim eſt aut affirmare aut negare, quare ſi non eſt poſſibile eſse impoſsibile eſt eſse, igitur impoſsibile eſt eſse, quod neceſse eſt eſse. quod eſt inconueniens. At vero illã quæ eſt poſsibile eſſe, non impoſsibile eſse, ſequitur. hanc vero, ea quæ eſt non neceſsarium eſse. quare cõtingit quod eſt neceſsarium eſse, non neceſsarium eſse, quod eſt inconueniens. cõclu. vi

26 ❡ At vero neque neceſsarium eſse, ſequitur eam quæ eſt poſsibile eſse, neque ea quæ eſt neceſsarium non eſse, illi enim vtraque contingit accidere. harum autem vtralibet vera fuerit, non erunt illa vera. ſimul enim poſsibile eſt eſse, & non eſse. ſi vero neceſse eſt eſse vel non eſse, non erit vtrunque poſsibile. relinquitur ergo non neceſsarium nõ cõclu. vij
27 eſse, ſequi eam quæ eſt poſsibile eſse.

❡ Hæc enim vera eſt & de neceſse eſse. hæc enim fit contradictio eius quæ ſequitur illam quę eſt non poſsibile eſse. illam enim ſequitur ea quæ eſt impoſsibile eſse, & neceſſe eſt non eſse, cuius negatio eſt non neceſse non eſse. Corollarium.

28 ❡ Sequuntur igitur & hæ contradictiones ſecundum prædictum modum: & nihil impoſsibile contingit ſic poſitis.

Secunda deſcriptio conſequentium.

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe
Contingens eſſe	Non contingens eſſe
Non impoſſibile eſſe	Impoſſibile eſſe
Non neceſſarium eſſe	Neceſſarium non eſſe
Poſsibile non eſſe	Non poſſibile non eſſe
Contingens non eſse	Non contingens non eſse
Non impoſſibile non eſse	Impoſsibile non eſse
Non neceſsarium nō eſse	Neceſsaium eſse
II	IIII

❡Dubitabit autē aliquis ſi illam quę eſt neceſsariū eſse ea q̄ eſt poſsibile eſse ſequitur. nā ſi non ſequitur, contradictio ſequetur, q̄ eſt nō poſsibile eſse. Et ſi quis hāc non eſse dicat contradictionē neceſse eſt dicere poſsibile non eſse. ſed vtręque falſę ſūt de neceſse eſse. At vero rurſus videtur eſse poſsibile īcidi & non incidi, & eſſe & non eſse. quare erit neceſse eſse, contigēs nō eſse hoc autem falſum eſt. Manifeſtum eſt autem quoniam non omne poſſibile vel eſſe, vel ambulare: etiam oppoſita eſse. ſed in quibus non ſit verum. & primum quidem in iis quæ non ſecundum rationem poſsunt. vt ignis calefactiuus eſt, & habet vim irrationalem. quæ igitur ſecundum rationem poteſtatē ſunt, eædem plurium etiam contrariorum ſunt, irrationales vero non omnes. ſed (quemadmodum dictum eſt) ignem non eſt poſsibile calefacere, & , non, neque q̄cunque alia ſemper agunt. alia vero poſſunt & ſecundum irrationales poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere. ſed hoc huius gratia dictum eſt quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt, neque quęcunque ſecundum eandem ſpeciem dicuntur.

Quædam vero poteſtates æquiuocæ ſunt, poſsibile enī non ſimpliciter dicitur ſed hoc quidem quoniam verum eſt quod in tactu eſt. vt poſsibile eſt ambulare, quoniam ambulat iam & omnino poſsibile eſt eſse, quoniā iam eſt in actu quod dicitur eſse poſsibile. illud vero quoniam erit actu, vt poſsibile eſt ambulare, quoniam ambulabit. & hæc quidē in ſolis mobilibus eſt poteſtas, illa vero & immobilibus. vtrunque vero verum eſt dicere poſsibile ambulare neceſse, & quod ambulas & agit, & ambulabile eſt

❡Sic igitur poſsibile non eſt verum de neceſsario ſimpliciter dicere, alterum autem verum eſt. quare quoniam partem vniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſsitate, conſequetur poſse eſse, ſed non omne.

Tertia deſcriptio

I	III
Neceſsarium eſse	Non neceſsartum eſse
Nō poſsibile non eſse	Poſsibile non eſse
Non contigēs nō eſse	Contingens non eſse
Impoſsibile non eſse	Non impoſsibile non eſse
Neceſsarium nō eſse	Non neceſsarium non eſse
Non poſsibile eſse	Poſsibile eſse
Non contingens eſse	Contingens eſse
Impoſsibile eſse	Non impoſsibile eſse
II	IIII

❡Et eſt quidē fortaſse principium quod neceſsarium eſt, & quod non neceſsarium eſt omium vel eſse, vel non eſse, & alia quemadmodum horum conſequentia, conſiderare oportet. Manifeſtum eſt autem ex iis quæ dicta ſunt, quoniam quod ex neceſsitate eſt ſecundū actū eſt. quare ſi priora ſunt ſempiterna, & quæ actu qui poteſtate priora ſunt. & hęc quidem ſine poteſtate actus ſunt. vt primæ ſubſtantiæ: alia vero cū poteſtate, q̄ natura priora ſunt, tempore poſterioriora, alia vero nunquam actus ſunt, ſed poteſtates ſolū.

Tertii cap. notę.

Eſt non albus homo, particula negatiua, non ſolum negat albus, eſt quæ non albus infinitum nomen: & (vt prius dictum eſt) nō eſt Peripateticorum mos, vno quidem particula negatiua, duo infinita facere, aut duorum aggregatum infinitum. De contradictorijs vniuerſalium vniuer-

ſaliter,& ſingularium paſſim intelligitur. Et cum dicit idem poſſibile eſt eſſe , & poſſibile eſt non eſſe, id de ſingularibus intelligitur(vt ſocratem poſſibile eſt eſſe,&ſocratem poſſibile eſt non eſſe) ſi quis admitteret ad contradictorias affirmationes & negationes ſufficere,ipſas eſſe de eſſe & nõ eſſe. Et ſimiliter de contrarijs,ſi ſatis eſſet negationis particulam ferri ad eſſe & enunciationes illas eſſe de eſſe & non eſſe. Affirmationes & negationes intelligimus , ſecundum affirmationẽ & negationem contradictiones. Eſſe & non eſſe in ijs affirmationibus & negationibus quæ vniuerſaliter,particularibus contradictorie opponuntur,& quæ ſingulariter ſingularibus,in quibus poſſibile,contingens,impoſſibile,neceſſarium aut aliquid talium locum non habent,proculdubio verum & falſum ſemper diſterminant atque diuidunt. nam in illis ſemper ſi eſſe verum eſt, non eſſe falſum eſt, & contra Et poſſibile , & non poſſibile in conſimilibus ſimiliter determinant diuiduntque atque ſeparant verum & falſum. Nam ſi poſſibile verum eſt poſſibile eſt vera eſt , hæc aliquem hominem non poſſibile falſum eſt , vera cauſa , ſi hoc omnem hominem ambulare ambulare non poſſibile eſt,falſa eſt. Et ſi ſocratem poſſibile eſt diſceptare verum eſt, falſum eſt ſocratem non poſſibile eſſe diſceptare Huius poſſibile eſt non eſſe, Ariſtoteles negationem ponit oppoſitam non poſſibile non eſſe . Quare has poſſibile eſt non eſſe & non poſſibile eſt non eſſe intelligit affirmationem & negationem oppoſitas Cum igitur hanc,non poſſibile eſt non eſſe καταφαριν hoc affirmationem vocet neceſſe eſt. Quod mirum videtur cum huic affirmationi contradicat,neceſſe eſt eſſe. contradicunt enim neceſſe eſt eſſe,& poſſibile eſt non eſſe. at affirmationi, ſolum negatio contradictoria eſt quare poſſibile eſt non eſſe, ſed quomodo negatiuæ æquiualet affirmatio , videtur dialecticorum ſchola refutare. Erit igitur poſſibile eſt non eſſe negatio. Verũ hic aduertendum nobis eſt, Boetium poſſibile,contingens,impoſſibile, neceſſarium , & id genus modos appellare. Et vt in alijs enũciationibus verbum eſt aut quod eius loco ponitur principale eſt a quo affirmatio,negatioque ſumatur(Affirmatio quidem ſi illi aduerbium negandi,non addatur,negatio vero ſi illi adijciatur)& id præcipuum eſſe a quo verum & falſum non modo determinatur,ſed & decernitur. Ita quoq; modos in præſentis ſpeculationis enunciationibus principalia eſſe , a quibus affirmationes & negationes iudicentur,& qui determinant verum atque falſum. Quapropter de affirmationibus ,negationibuſque de modo,hic intelligitur Ariſtoteles, vt ſuperius de affirmationibus negationibuſque de verbo. Vnde affirmatio de modo dicetur cum modo in enunciatione poſito,aduerbium negandi,non proferetur. negatio vero quoties illi negationis particula cum impedita non fuerit præiungitur. Vnde cõtingit has ſubiectę deſcriptionis in leua ſubſcriptas,omnes hoc in loco cenſendas eſſe affirmatiuas. nam de modo, & ſi de verbo totidem ſint negatiuæ quot & affirmatiuæ in dextra autem omnes negatiuas,nam de modo.

I	II	III	IIII
Poſſibile eſt eſſe	Poſſibi. non eſt eſſe	Nõ poſſi. eſt eſſe	Nõ poſſibi. eſt non eſſe
Cõtingẽs eſt eſſe	Contin. eſt non eſſe	Nõ cõtin. eſt eſſe	Non contin. eſt non eſſe
Impoſſi. eſt eſſe	Impo eſt non eſſe	Nõ impo. eſt eſſe	Non impoſſi. eſt non eſſe
Neceſſariũ eſt eſſe	Neceſ. eſt non eſſe	Nõ neceſ. eſt eſſe	Non neceſ. eſt non eſſe
Affirmatiuæ de modo & verbo	Affirmatiuæ de modo ſolum	Negatiuæ de modo ſolum	Negatiuæ de modo & verbo
L E V A		D E X T R A	

Vnde cognoſcere promptum eſt quaſdam aientes , affirmatiuaſque , tum de modo , tum de verbo , vt quatuor primæ. Et quaſdam vtrobique negatiuas, in quibus bis aduerbium negandi, ſemel ſcilicet ad modum , & ſemel ad verbum adiunctum eſt, vt quatuor vltimæ . Et quaſdam de altero tantum aut affirmatiuas , aut negatiuas , vt quatuor ſecundæ , & quatuor tertiæ . Veruntamen ſi de modo affirmatiuæ ſint (& ſi ſint negatiuæ de verbo) nihilominus hic affirmatiuæ dicuntur,& ſi negatiuæ de modo,hic appellantur negatiuæ. Quo fit vt in his de altero tantum,aut affirmatiuis,aut negatiuis,ſemper affirmatiuæ de modo negatiuis de verbo coincidant.& contra , negatiuę de modo affirmatiuis de verbo . Sed mirabitur forſitan quiſpiam quo modo hæc impoſſibile eſt eſſe ſimpliciter & de modo & verbo affirmatiuo ponatur. Nam & ſi id de modo concedatur, quod negationis nota , aduerbiumque negandi illi non præiungatur

de verbo id admitti abſurdum videtur,quod impoſſibile negationem claudat,quæ præiuncta
verbo haud dubie negatiuam de verbo facere debet,Verum(vt paucis adhibeatur reſponſio)lõ
ge aliter eſt.Nam impoſſibile particulam claudit priuatiuam perinde atque iniuſtus inæquale &
ſimilia,non autem particulam quæ negationem efficiat.Quare impoſſibile non recte ad nullus,
nunquam,nuſquam & ſimilia conferatur,penes negationis quam includunt particulam. Item
cum hi modi prædicata ſint,& cum ſola ſubiecta quantitatem determinent,duplicem illis tribu-
ere quantitatem neotericorum e t.hæc igitur omnis homo vt currat poſſibile eſt,ſolum vniuer-
ſalis dicenda eſt.Sed nunc diluenda illa ſunt quæ difficultatem ingerere videntur.quonam pa-
cto hæc poſſibile eſt non eſſe affirmatio ſit,hæc vero non poſſibile eſt non eſſe negatio.Primo cũ
dicitur huic affirmationi neceſſarium eſt eſſe,contradicere poſſibile eſt non eſſe,id nos imus infi-
cias.ſed huic affirmationi neceſſarium eſt eſſe.contradictio eſt negatio non neceſſarium eſt eſſe.
hic enim enunciatur idem de eodem affirmatiue ſcilicet & negatiue,illic vero minime.nam poſ-
ſibile & neceſſarium enunciabantur.non autem ſunt idem.Secundo.Cum inſuper additur,hanc
poſſibile eſt nõ eſſe,huic negationi nõ neceſſarium eſt eſſe æquiualere,nos plane aſſentimur.illæ
enim idem poſſunt.neque tantopere admiramur quonam pacto negationi idem poſſit affirma-
tio,neque communis ſcola dialecticorum hoc refutat,ſed ſolum recentiorum qui nouis legibus
viuunt,& quos negare dialecticos non grande putatur piaculum,hanc enim omnis homo eſt nõ
iuſtus,cum ſit affirmatiua,& ſimiles,monſtrauit Ariſtoteles idem ſignificare idemque poſſe,at-
que negatiua nullus homo eſt iuſtus.Et hæc,non poſſibile eſt eſſe,cum ſit negatio idẽ poteſt prot
ſus,atque hæc quæ affirmatio eſt)impoſſibile eſt eſſe.haud ſecus atque hæc negatio homo non
iuſtus.idem poteſt ac affirmatio homo eſt iuſtus idem dico quo ad veritatem;quo ad falſitatem
& quo ad conſequentiam,non autem quo ad affirmationem & negationem.Nam huius nõ poſ-
ſibile eſt eſſe.affirmatio eſt poſſibile eſt eſſe.vt huius homo non eſt albus,affirmatio eſt,homo eſt
albus. Et huius affirmationis impoſſibile eſt eſſe,negatio non impoſſibile eſt eſſe.periode atque
huius affirmationis homo eſt oon albus,negatio eſt.homo non eſt albus.Et ex his arbitror cæte-
ra fore peruia. Locutiones eppoſitas ponit Ariſtoteles φασιν.quod ad omnem dictionem
& quicquid dicit contingit,commune eſt Et verum eſt illas locutiones eſſe oppoſitas, nondum
tamen,enunciationes, affirmationes,aut negationes.nam præter verbum nulla affirmatio nega
tiove eſt,ſed adiice verbum cataphaſes,apophaſeſque,hoc eſt affirmationes,negationeſque erunt.
Verum Argyropilus phaſes interpretatur enunciationes & Boetius dictiones, ſed in commen-
tariis explicans dictiones adiungit & negationes quod forte quamuis verbum expreſſum non
ſit,ipſum ſubintelligere debeamus. Verum,non ad omnia prædicta communia exiſtimant,
Sed & Ariſtoteles in libri præcedentis Cap. viii. vero & falſo vſus eſt,vt determinate importa
bant.qua particula non aliter vtendum eſt ac neceſſario.vt naualis pugna cras determinate fu-
tura eſt,negatio eſt.naualis pugna cras non determinate futura eſt, & non hæc naualis pugna
cras determinate non eſt futura.nam vtraque earum falſa.quod eſſe non poſſet,ſi eius eſſet nega
tio de quolibet enim affirmatio vel negatio vera,quod verum eſt de omni contradictione,ſeu v-
niuerſalium, ſeu indefinitarum,ſiue ſingularium.Quod autem interdum additur,& de nullo am
bo ſimul,de duobus generibus contradictionum(ſuperius eſt monſtrarum)intelligendum eſt.
Similiter ſi dicas claſſicum bellum cras eſſe futurum determinate verum eſt,negatio eſt hæc claſ
ſicum bellum cras eſſe futurum non determinate verum eſt,non autem hęc,claſſicum bellum eſſe
cras futurum determinate verum non eſt. Mirum igitur non eſt cum verum & falſum clau-
dant quandoque particulam determinate,quam Ariſtoteles particula neceſſario explicuit, ſi &
hic verum & non verum annumerauit. Et ſuo modo de vero & falſo vt interminate impor-
tarent,attamen id magis ad contingens quod in primo libro priorum analyticorum determina 22
bitur,attinet.quod & contingens indeterminatum, & vtrumlibet eſt. Quamuis poſſibile &
contingens in deſcriptione ponantur antecedentes & aliæ conſequentes ,id tamen intelligere de
bes quod omnis ſequens quamlibet precedentem ſequitur.& ipſis in conſequentia rite diſpoſitis
vt ſecunda monſtrãt deſcriptio,omnes ſequentes prioribus receprocæ ſunt,recurrunt atque cõ-
uertuntur,quod de poſſibili & contingenti expreſſit Ariſtoteles ,& quod ex tertia conſequen-
tiarum deſcriptione innuitur. Contradictoriæ ſequuntur, quando duæ inter ſe contra-
dictoriæ,ad alias duas contradictorias ſequuntur. Sed conuerſim quando duabus primis &
antecedentibus ſuo ordine diſpoſitis,vt affirmatione in primo loco & negatione in ſecundo iti- 23
dem & duabus ſecundis conſequentibuſque ſimili ordine diſpoſitis poſterior conſequentium ſe
quitur priorem antecedentium & prior conſequentium poſteriorem antecedentium recto autẽ
& non conuerſo ſequerentur ſi prior priorem & poſterior poſteriorem ſequeretur.Et in recto cõ
tradictoriæ ſequendi modo affirmatio affirmationẽ & negatio comitatur negationem. In con-
uerſo aũt ediuerſo negatio affirmationẽ & affirmatio negationẽ,vt ſubiecta demõſtrat formula

Contradictoriæ antecedentes				Contradictoriæ antecedentes		
a	Af	Possibile est esse	prior	e	Af.	Possibile est esse	prior
b.	Ne	Nō possibile est esse	posterior	f	Ne.	Nō possi. est esse	posterior
Contradictoriæ recto ordine consequentes				Contradictoriæ consequentes conuerso ordine		
c	Af.	Contingens est esse	prior	g	Af.	Impossibile est esse	prior
d	Ne.	Non contingens est esse	posterior	h	Ne.	Non impos. est esse	posterior
c sequitur a. & d sequitur b.				g sequitur f, & h sequitur e.		

Quarta conclusio ponitur secundum primam dispositionem antecedentium, & sequentium., vbi
24 sequentes necessariæ ad contradictorias de possibili & impossibili quæ conuersum sequuntur, nō. sunt contradictoriæ, sed negatio non modo simul cum affirmatione vero est, sed eam quoque sequitur. verum ꝙ necessarium non sequatur contradictoriæ illas de possibili & impossibili, sequēs consequentiarum dispositio emendabit nā ideo hic dicuntur non sequi contradictoriæ, ꝙ in prima dispositione illæ de necessario non bene sint ordinatæ. Quod em̄ necessarium cōtrarie sequatur ad impossibile, & conuersim, id verissimum est. Et hæc & quæ Aristoteles dicit ex prima dispositionis consequentiarum descriptione dinosci possunt. Et ex hac insuper quæ subiecta est.

Hæc ex prima descriptione,

An te ce den tes

Possibile esse Contradictoriæ Nō possibile esse

Sequentes contradictoriæ

25 Non impos. esse Cōtradictoriæ Impossibi. est

Sequentes non contradictoriæ

Non neces. esse Simul stātes Necessariū nō esse

Antecedentes contradictoriæ

Impossibile esse prior

Impossibile non esse posterior

Consequentes contrariæ conuersim

Necessarium est esse prior

Necessarium est non esse posterior

Quod em̄ necessariū est nō esse. idem quoq; nō necessarium est esse. Ratio eadem qu am post modum aristoteles de necessario & possibili format. Nam si quod necessarium est non esse non est non necessarium esse: ergo quod necessarium est non esse necessarium est esse. De quolibet enim aut affirmatio aut negatio vera est, sed aperte falsum, quod necessarium est non esse, necessarium est esse, contraria enim sunt. quare simul stant, necessarium non esse & non necessarium est esse. Et quamuis secunda id est negatio primam sequatur, inter consequentias secūdum nullam descriptionem conuertuntur. Quod tamen sequantur ex subiecta descriptione facile cognoscitur, et quinta conclusione cum adiectis secundæ dubitationis, & facile cognoscuntur, quæ de necessario & possibili dicuntur.

Antecedens Necesse est non esse Antecedens

Necessarium est esse Non possibile est esse Antecedens

Oppositū cōseqntis Consequens

Consequens Consequens vtriusque suprapositarum

Oppositū antecedētis

Possibile est esse Non necessarium est esse

26

Simul enim possibile est esse, & non esse, id particulariter intelligendum est. vt simul possibile est hanc vestē incidi, & nō incidi. Et simul particula, adiecta est ad possibile, non aūt ad esse & nō esse ne quis sophisticæ importunitati calumnia ostēdatur. Qui bonus dialecticus esse volet, cauillos si mouebit, id potius faciet, vt illos contemnere doceat tanq̄ viles in corpore neruos, quā vt suadeat esse aliqd, veluti aliquid videri, nunc ostēdēs æquiuocā esse leuitatē, nunc multifrōtē amphibologiā, nunc ineptā cōpositionē, nūc cauillatoriā iunctorū a doctis, diuisionē; nunc puerilē accētū, nunc figurā, dictionisq; phantasiā se esse ꝙ non est (vt olim Meneciades Achillem) metientem. & ita de ijs quæ extra dictionis versantur apparentiā. Et non aliter hæc mōstra confodiēda sunt.

Quem fertur falsis olim cecidisse sub armis,
Hectoreo dispar transfossus Marte Patroclus.

Et qui hæc tradunt tanq̄ sit aliquid, docētque sic in inquisitione veritatis esse viam dum degeneres & sophisticos animos faciunt, & importunos iustitiæ insultores (ne calumniatores & violatores dicā) si legibus se dedunt, & circa angustissima rerum leuitatū assertores, si studiose dedunt sapientiæ. Et deus qui secreta nouit cuius ope rectius hoīes longe magis intelligere possunt, quam hominem scit id nō esse dictum gestione, studioq; in aliquē inuehendi, sed ꝙ mihi profuisse (nisi ipse fallor) cognosco, idē oībus alijs ꝓdesse velim, quod aūt offuit, aliis non obesse. Quomodo oēs &

de contingenti,ĩpossibili,& necessario contradictoriꝫ sequantur,ad affirmationes & negatiões de
possibili,ex secunda descriptione antecedentiũ & consequentiũ hmõi enunciationum de mõ,li-
cet intueri Et cõtingentes recto ordine.contradictoriæ sequi possibiles,cæteras aũt identidẽ con-
tradictoriæ easdem sequi,sed conuersim.Ratio Aristotelis quod ad necessarium esse,cõsequẽs sit
possibile esse,vim vniuersalis obtinet,vt quicquid necessarium est,vt ipsum possibile sit oportet.
alioqui aliquid necesse est esse,quod non impossibile est esse: id autem monstratum est impossibi-
le.Et ideo non licet simili colligere argumentatione ad possibile esse,consequens esse necessariũ,q̃
aut sequetur aut eius oppositũ neutrũ certe verũ.Nã non quicquid possibili est esse,necessarium
est esse,imo aliquid possibile est esse,quod nõ necessarium est esse Item neq; quicquid possibile est
esse,est non necessarium esse,sed aliquid quod possibile est esse,necessarium est esse, Contingens
hic possibile polyonyma,hoc est pluriuoca sunt perinde ac gladius & ensis , quo fit vt si aliqua in
significantia incommodum non sit dicere quod necessarium est esse,idem possibile esse,neque in-
cõmodum putari debet in consimili significatione dicere,quod necessarium est esse,idem quoq; cõ
tingens,& ex modis possibilis,modi contingentis & quis significatiuus huic loco consentaneus.
Cælum opratur semper,nam semper mouetur,& non potest moueri & non moueri. Nam nõ po
test non moueri id enim prorsus natura impossibile est.Quæ opposita simul possunt,particula si-
mul ad,possunt adiecta intelligitur,non autem ad opposita,ne cauillorum importunitas vexet.
Potestatum duæ sunt species, vna rationem,propositumque vt voluntatem ac appetitum sequẽ
tiũ,altera rõis, ꝓpositi voluntatisque & appetitus expertiũ,& quæ secundum hanc speciẽ dicun-
tur in eacp continentur , quædã opposita possunt,ut vestimentũ atteri potest,& potest non atte-
ri,nam potest priusquã vetustas excedat cõburi.& quædam in eadẽ specie cõtenta,nõ possunt op
posita.vt ignis potestatem calefaciendi habet,potestatem autem non habet nõ calefaciendi. & ter 30
ra potestatem habet vt grauis sit non autem vt sit leuis. Possibile tertio modo, id est quod sequi-
tur ad necessarium. Similiter & contingens tertio.Est & aliud possibile & aliud contingens qđ
si sit,nihil prohibet vt non sit,& si non sit,nihil vt sit prohibet,accidit ve incommodi. & tale pos
sibile & contingens non necessarium appellat Aristoteles,de quo primo priorum analyticorum. 31
cap.xiĳ.Ea quæ actu sunt,duplicia sunt,quædam sunt actu,quæ cum sint vt aliquando non sint
fieri non potest.alia actu,sed vt aliquando non sint nihil prohibet:& possibile tertio modo,verum
que horum quæ actu sunt comprehendit,& insuper ea quæ non sunt , sed vt aliquando sint nihil
prohibet. Primam partem eorum quæ actu sunt,necessarium complectitur . & ex opposito quæ
nunquam sunt neque esse possunt;comprehendit impossibile. Sed non omne,nam possibile secun
do modo sumptum,non sequitur ad necessarium,sed illi nimirum aduersatur, repugnatque : qđ
obiecta ad secundam quæstionem ratio plane efficit.Et possibile primo iunctum actui appellare
solent,Secundo seiunctum ab actu, Aristoteles vero possibile generatione primo priorum analyti
corum cap. xxiĳ.& tertium vtrisque commune. Aristoteles primum & secũdum modum hic ex
pressit,tertius autem modus vt quodam modo compositus,ex illis intelligitur. Et potentiam pri 32
mo actui coniunctam appellare possumus,secundo seiunctã ab actu & generatione,& tertio vtris
que cõmunẽ atq; indifferentem Adiungendo esse & non esse vt dicẽdo necessariũ est esse,non ne
cessarium est esse,necessariũ est non esse, nõ necessariũ est nõ esse. Illa dicuntur esse potestate quorũ
potentia actum ꝓcedit,vt q̃ potuerunt esse,priusquam actu fuerint. quæ autem nunq̃ potuerunt
esse quin actu fuerint,actu sunt sine potestate. Primæ substantiæ supramundana,beatissimaq; en-
tia. Illa quæ cum actu tum potestate sunt,actus natura priores,nã perfectione,& ex potẽtia vt im
perfecto,deuergitur ad actũ vt ad cõplementum & finẽ.tempore aũt actus potentiis posteriores
sunt,Et illa eadã entiave actu sunt priora natura & perfectione sunt seipsis,vt sunt potestate. Sed
vt actu sunt,seipsis potestate ,tpẽ posteriora sunt. siquidem multo ante esse potuerunt quam ac-
tu subsisterint fuerintque actu. Illa quæ nunq̃ sunt actu,sed potestate solum, vt tota temporis se
ries,æternitatis æmula, & infinitum quod appellatur potentia. Itaque si vniuersorum numerosita
tem claudere voles,actu,non actu,& potentia id facile efficies. Nam si actu est,aut semper actu est
aut aliquando actu,& aliquando non, si semper actu est. id necessarium appellatur . Si aliquando
actu est,& aliquando non,id possibile appellatur,& contingens. si non actu est,aut semper non ac
tu est,aut aliquando non actu est, & aliquando est. si semper non actu est, impossibile est , si aliqñ
non est & aliquando est rursus id impossibile & contingens est. Verum quę semper non actu sunt
id est quæ nunquã actu sunt,duplici differenti cõtinentur. Nã aut illa nunq̃ tota actu sunt, etsi ali
quid eorum esse possit,& ea non simpliciter impossibilia,sed sola potestate entia dicuntur , & im-
possibilia tota actu vt impossibile est discretorum,superorumque,multitudinem esse ĩfinitam ac
tu Alia vero prorsus neque secundum tota,neque aliquid sui actu esse potest vt vacuum,& cen-
taurus. & commensuratio costæ & diagoni quadrati,& illa simpliciter dicuntur ĩpossibilia. Quo
fit vt constitutis extremis necessario quod semper actu est,& impossibili quod nunquam actu est,
possibile & contingens rite statuantur media. vt quæ aliquando actu sint: ratione cuius cum ne-
cessario primo extremo conueniunt,& quę aliquando non actu sunt,ratione cuius cum ĩpossibile

cundo extremo cõcordãt,participãt igitur quodã mõ extremorũ naturã, ꝙ & mediorũ est. Rursus & ab vtroq; discrepant, nam possibile quatenus aliquando actu est,discrepat ab impossibili ꝙ nunq̃ actu est,& quatenus aliquãdo nõ actu est,discrepat a necessario ꝙ semper actu est.

Actu	Necessarium	Extremum	Actu	Necessarium	Extremum
	Concordant cum necessario			discordant cum necessario	
Actu	Possibile	Medium	Non actu	Possibile	Medium
Actu	Contingens	Medium	Non actu	Contingens	Medium
	Discordant cum impossibili			Concordant cum impossibili	
Non actu	Impossibile	Extremum	Non actu	Impossibile	Extremum.

Sine potestate	Necessarium
Cum potestate	Possibile
Cum potestate	Contingens
Sine potestate	Impossibile

NON ENS

Ex hoc cognoscitur possibile & contingens prius conspirare cum impossibili, nam non sunt, & posterius cũ necessario, nam postquam non fuerunt actu sunt, & actum iterum potestate natura priorem perfectioremque, nam cum necessario conuenit. potestas autem ab vtroque dissentit extremo. quare & a simpliciter ente & simpliciter non ente magis tamẽ cum non ente conspirat.

PARAPHRASIS. CAP. TERTII.

TErtium cap. conclusiones decem, ordinationes consequentiarum enuncia
tionum de possibili. cõtingenti, impossibili, & necessario tres. dubitatio
20 vna. corollarium vnum. Prima conclusio. Post eorũ (quæ supra adducta
sunt) determinationem, perspiciendum nobis est quonam pacto adinui-
cẽ sese habent affirmationes & negationes harũ enunciationum, possibi-
le est esse, non possibile est esse, contingens est esse, non contingens est esse
& de impossibili & necessario simili modo. Nã de ipsis dubitationes
emergunt nõnullæ, nã in iis complexionibus in quibus esse adhibetur, il
læ inter se cõtradictoriæ opponũtur, quæ disponuntur per esse & nõ es-
se. vt huius quæ est, est homo, negatio est, nõ est homo, & nõ hæc est nõ homo, & huius affirma-
tionis est albus homo, negatio est, non est albus homo, nõ autem hæc, est non albus homo. Nam
si de quolibet affirmatio vel negatio vera est, cum hæc affirmatio falsa sit lignum est albus homo
& negatio vera esset, lignum est non albus homo, si eius esset negatio, quod falsum esse satis agnos
citur. Si autem hoc ita sese habet, & non solum vbi esse ponitur, sed & vbi loco esse verbum aliud
apponetur, idem eueniet, vt huius affirmationis ambulat homo, negatio est, nõ ambulat homo,
non autem hæc, ambulat nõ homo. nam cum nihil referat dicere ambulat homo, & est ambulans
homo si hæc ambulat nõ homo negatio esset huius ambulat homo etiam & huius est ambulans
homo, in qua verbum esse appositum est, cuius oppositum pauloante monstratum est. nõ igitur
huius ambulat hõ, negatio erat ambulat non homo, sed hæc, non ambulat homo. Quare si hoc pa
cto in omnibus sese habet, huius affirmationis possibile esse, negatio esse videbitur possibile non
esse, non autem hæc non possibile esse. Sed ex opposito id est non posse videtur. nam contradi-
ctoriæ & cõtrariæ simul veræ esse possent. contradictoriæ quidem, nam idem possibile est esse &
possibile est non esse, contrariæ autem. nã omne quod possibile est ambulare, possibile est nõ am-
bulare. Et omne quod possibile est diuidi, omne quoque tale possibile est nõ diuidi. Cuius causa
est, quia omne quod hoc pacto possibile est, non semper actu est. quare erit etiam & negatio vera,
potest enim non ambulare quodcunque ambulare potest, & non videri, quodcunq; videri potest
At vero hoc modo oppositas simul de eodem veras esse impossibile est. non igitur affirmationis
21 huius possibile est esse, negatio est, possibile est non esse. Secunda conclusio. Affirmationes &
negationes in iis de possibili, contingenti, impossibili, & necessario, sumendæ sunt opponendo ne
gationis notam ad possibile, contingens, impossibile, & necessarium. Nam manifestum ex dictis
est, euenire aut idem de eodem simul & vniuersaliter & singulariter affirmare, & negare, aut non
fieri affirmationes & negationes apponendo esse & non esse. Quod si primum impossibile est se
cundum sane erit eligendum, est igitur huius possibile est esse. negatio non possibile est esse, nõ
autem hæc possibile est non esse. Et pari ratione huius contingens est esse, negatio est non contin
gens est esse, & non hæc contingens est non esse. Et in aliis vt in impossibili, & necessario simili
modo, nam vt illis in quibus possibile, contingens, impossibile, & necessarium non opponuntur,
esse & non esse fiunt additiones, prædicationesque, res vero subiectæ. vt nunc quidem albũ sub
iectum, nunc autem homo. eodem quoque modo & in iis esse & non esse fiunt vt subiecta posse,
vero & contingere & reliqua, appositiones, adiectionesque & prædicationes, haud secus verita-
tem, falsitatemque esse possibile & esse non possibile disterminantes, atque in illis esse & non es-

se verum, falsumve determinant atque diuidunt. Insuper eius quæ est possibile est non esse negatio est non possibile est non esse, non autem hæc, possibile est non esse. verũ eius quæ est possibile est esse, negatio est non possibile est esse: non aũt hæc possibile est nõ esse. Quapropter sese mutuo comitari, comparique posse videbuntur hæ, possibile est esse & possibile est non esse (idem em̃ possibile est esse & possibile est non esse) nam non adinuicem contradictoriæ sunt, huiusmodi possibile est esse & possibile est non esse. Sed possibile est esse, & non possibile est esse. nunquam simul cõsentiunt compariunturque de eodem esse simul veræ, oppositæ enim sunt contradictoriæ. Et hæ quoq; simili modo possibile est non esse & non possibile est non esse, nunquam simul de eodem veræ sunt. Identidem & huius necessarium est non esse; negatio est non necessarium est esse, non aũt hæc necessarium est non esse, & huius necessarium est non esse, negatio est non necessarium est nõ esse, & huius impossibile est esse, negatio est non impossibile est esse, non autem hęc impossibile est non esse, & huius impossibile est non esse, negatio est non impossibile est non esse. Et omnino quẽadmodum dictum est ponere oportet esse & non esse tanquam subiecta, & eum qui affirmationem negationemve facit, hæc possibile, contingens, impossibile, aut necessarium ad esse & non esse apponere, & has existimari locutiones oppositas, possibile, non possibile, contingens non contingens, impossibile, non impossibile, necessarium, non necessarium. verum, non verum. 22

Prima consequentiarum ordinatio. Et consequentiæ harum enunciationum, non pręter rationem fiunt, cum ita disponuntur. nam hanc possibile est esse, sequitur hæc contingens est esse, & cõuertitur, & eandem sequuntur hæ non impossibile esse, non necessarium esse. Item hanc possibile est non esse pariter & hanc contingens est non esse, consequuntur non impossibile non esse & nõ necessarium non esse. Insuper has non possibile est esse & non contingens est esse, consequũtur impossibile est esse, & necessarium est non esse. denique has non possibile non esse & nõ contingẽs nõ esse. sequũtur ĩpossibile nõ esse, & necessariũ esse. Et q̃ dicũtur ex subiecta descriptiõe licet intueri.

Ordinatio secundum primam dispositionem, quæ paulo posterius emendabitur

		1 2 3 4
Primus ordo	Tertius ordo	P A E I V
Antecedentes	Antecedentes	C A E I V
Possibile est esse	Non possibile est esse	I I V A E
Contingens est esse	Non contingens est esse	N I V E A
Consequentes	Consequentes	Ordines primæ
Non impossibile est esse	Impossibile est esse	dispositionis
Non necessarium est esse	Necessarium est non esse	P Possibile
Secundus ordo	Quartus ordo	C Contingens
Antecedentes	Antecedentes	I Impossibile
Possibile est non esse	Non possibile est non esse	N Necessarium
Contingens est non esse	Non contingens est non esse	
Consequentes	Consequentes	
Non impossibile est nõ esse	Impossibile est non esse	
Non necessarium est nõ esse	Necesse est esse	

Tertia conclusio. Ex hac consequentiarum descriptione cognoscitur has duas impossibile est esse & non impossibile est esse, contradictoriæ consequentes ad has possibile est esse & non possibile est esse. pariter ad has contingens est esse & non contingens est esse, sed conuerso ordine. nam affirmationem hanc possibile est esse, sequitur negatio non impossibile est esse, & negationem non non possibile est esse, affirmatio impossibile est esse est enim impossibile est esse affirmatio, & non impossibile est esse, eius contradictoria negatio. pariter & illæ contradictoriæ, possibile esse & nõ possibile esse, ad quas sequebantur, negatio videlicet ad affirmationem, & ad negationem affirmatio. Manifestũ est igitur has impossibile est esse & non impossibile est esse, cõtradictorię sequi has possibile esse et non possibile esse, sed conuerso ordine. Et eodẽ modo de contingenti intelligendum. Quarta concusio. Ex eadem consequentiarum dispositione manifestum est, necessarij non contradictorias sequi possibile et impossibile, sed contrarias et conuersim impossibile sequi. Quod autem contradictoriæ extra sint, et aliæ ab ijs quæ sequuntur, statim perspectum est. Nam hæc non necessarium est esse, posita est sequi has possibile est esse et non impossibile est esse Atqui hæc non necessarium est esse, non contradictoria est huic necessarium est non esse, quæ posita est sequi has non possibile est esse, et impossibile est esse, duarum superiorum contradictorias, sed hæc non necessarium est non esse, illi necessarium est non esse contradictorias quidem sequenti, negatio contradictoria est. Et quid mirum si hæc non necessarium est esse contradictoria, 23

negatione huius non sit, necessarium est non esse. qñquidem simul de eodem veras esse contingit
quod enim necessariũ est non esse, idẽ quoque non necessarium est esse. Cum hæ igitur sequi positæ
sint non necessarium est esse, & necessarium est non esse, manifestum est contradictorias non eas es
se quæ sequuntur, sed esse extra illas. Et causa autem, cur non simili modo cũ cæteris contradicto
riæ illæ de necessario sequuntur contradictorias de possibili, hæc esse videtur. quod impossibile
cũ contrario assignatur modo, ipsi necessarium redditur idem valens. vt impossibile est esse non
huic idẽ necessariũ est esse, sed huic potius necessariũ est non esse, & hęc ĩpossibile est non esse, huic
idem potest. necessarium est esse. Quare si illæ de necessario, illis de impossibili similiter contrariæ
respondent, vt & illis de impossibili possibile & non possibile contradictoriæ, manifestum est ne-
25 cessarium esse & impossibile esse non significare idem, idemque valere. Identidẽ neque impossibile
non esse & necesse non esse, sed vt dictum conuersim respondere atque sequi. ❧ Quinta conclu-
sio. Impossibile sane est sic necessarij collocare contradictiones, quo modo in superioris descriptio
nis ordinatione. Nã eam quæ est possibile esse non sequitur non necessarium esse, nam quod est
necessarium esse, possibile est esse. si aũt ita non fuerit consentiet, veraque negatio, vt quod neces-
sariũ est esse, non sit possibile esse. necesse est enim aut affirmare aut negare. Atqui quod nõ possi
bile est esse, id impossibile est esse. Erit igitur quod necessarium est esse, ĩpossibile esse quod nimirũ
est absurdum & impossibile. Igitur quod necessarium est esse, possibile est esse. & quod possibile
est esse, non impossibile esse consequitur, hanc autem non impossibile est esse, ex descriptione con
sequitur hęc non necessarium est esse. quare hanc necessarium est esse, consequetur hæc non necessa
26 rium est esse. quod absurdum & impossibile est. non igitur eam quæ est possibile esse, consequitur
hæc non necessarium esse. ❧ Sexta. Eam quæ est possibile esse, consequitur non necessarium
non esse nam affirmationem possibile esse, non sequitur hæc necessarium esse, neque hęc necessari-
um non esse, siquidem ei quod est possibile esse accidere possunt vtraque & esse & nõ esse. sed vis
necesse esse & necesse non esse. vtrauis vera ponatur illa in quam accidere esse, & accidere non es
se conuenire non possunt, simulque vera esse. Simul enim possibile esse, possibile est esse, & non es
se. at vero siue necessarium est esse, siue necessarium non est esse, non possibile est vtrunque. nanq;
si necessarium est esse, fieri non potest vt possibile sit non esse. & si necessarium est non esse, nõ po-
27 terit fieri vt possibile sit esse, Et cum monstrata sit hęc non necessarium esse non sequi possibile, re
linquitur igitur vt hanc possibile esse sequatur hęc non necessarium non esse. ❧ Septima. Hæc
non necessarium non esse vera est. si verum est necessarium esse. nam est contradictoria eius quæ
sequitur non possibile esse, nam negationem non possibile esse, sequuntur hę impossibile esse & ne
cessarium non esse. cuius quidem vltimę negatio & contradictoria est, non necesse non esse. Atqui
hac existẽte vera necesse est esse. falsa erit ĩpossibile esse & necesse nõ esse, quare huius necessariũ
nõ esse negatio, quæ est nõ necesse nõ eẽ, vera erit hęc igitur nõ necessariũ est nõ esse vera est. siue
28 iũ est necessariũ esse. ❧ Corollariũ. Vnde fit vt ꝓpositiõibus de necessario sic ordinatis, sequã
tur contradictoriæ contradictorias, & nihil ex huiusmodi dispositione sequatur incõmodi.

Secunda ordinatio consequentiarum de possibili contingenti, impossibili, & necessario.

Ordines enunciationum				De modis quib. tot.		
	A N T E C E D	I			E N T E S.	III
	A	Af, Possibile esse	Contradict.		I	Ne, Non possibile est esse
	A	Af, contingens est esse	Cõtradict.		I	Ne, Non contingẽs est esse.
	CONSEQVENTES.				CONSEQVENTES	
	I	Ne. Non impossibile est esse,	Contradict.		A	Af. Impossibile est esse
	V	Ne. Nõ necessariũ est non esse	Contradict.		E	Af. Necessarium est non esse
	A N T E C E D	I			E N T E S.	III
	E	Af Possibile est nõ esse	Contradict.		V	Ne Nõ possibile est non esse
	E	Af, Contingens est non esse	Contradict.		V	Ne. Non cõtingens est non esse
	CONSEQVENTES				CONSEQVENTES.	
	V	Ne. Non ĩpossibile est nõ eẽ	Contradict.		E	Af Impossibile est non esse
	I	Ne. Non necessariũ est esse	Contradict.		A	Af, Necessarium est esse

A	Affirmatio vtrolibet.	E	Affirmatio modi
I	Negatio modi solum	V	Negatio vtrolibet,

29 ❧ Dubitatio, Dubitabit aũt quispiã vtrum eã quæ est necessarium est esse, sequatur hæc possi
bile est esse. Nam si non sequatur, sequetur cõtradictio, vt id scilicet quod necessarium est esse nõ
possibile sit esse. quod monstratum est esse absurdũ. At si quis dixerit possibile non esse, contra-

dictoriam eius ineſſe quæ eſt poſſibile eſſe. vt igitur eius contradictio poſſibile eſt non eſſe ſequa-
tur, oportet. quare ſi verum eſt ad neceſſariū eſſe non ſequi vt ſit poſſibile eſſe, ſequetur vt quod
neceſſarium eſt eſſe, poſſibile ſit non eſſe. atqui vtræque & non poſſibile eſſe, & poſſibile nō eſſe, de
eo ꝙ neceſsarium eſt eſſe falſæ ſunt. Videtur igitur eam quæ eſt neceſſarium eſt eſſe, ea ſequi q̄ eſt
poſſibile eſt eſſe. Sed ex oppoſito id fieri non poſſe videtur. nam quod eſt poſsibile eſſe, poſſibile eſt
non eſſe. vt idem poſsibile eſt incidi & non incidi, & eſſe & non eſſe. Et poſſibile & cōtingens idē
ſunt. quare erit neceſſe eſſe contingens, hoc autem falſum & impoſſibile eſt, nō igitur ad eam quæ
eſt neceſſarium eſſe, ſequi videtur hæc poſſibile eſſe. Dilutio. Id exploratum eſſe debet non omne
quod poſsibile eſt, vel eſſe vel ambulare, aliquid ve agere, oppoſita etiam poſſe. nam nonnulla ſunt
in quibus id vt oppoſita poſſint, non verum eſſe videtur. Et primitus in ĳs quę ſine ratione, pro-
poſitoque poſsunt. vt ignis calefacere quidem poteſt, & potentiam habet rationis expertem, & ve
rum non eſt, et poſſit calefacere. Sunt ergo potentiæ quæ rationis participes ſunt, plurium & eti-
am contrariorū, non tñ eæ oēs quæ rationis expertes ſunt contrariorū, oppoſitorumque erunt vt
ignis (ceu dictū eſt) non poteſt oppoſita, vt calefacere. & non calefacere & quæcunque operantur
ſemper. non poſſunt oppoſita, operari & non operari. Sunt & nihilominus aliqua quę rōis ſunt
expertia, quæ oppoſita, ſimul poſſunt, verum hoc eius gratia dictum eſt, vt peruium ſit, non om
nem poteſtatem oppoſitorum eſſe, neque omnes quidem eas, quæ ſecundum eandem ſpeciem di-
cuntur. ❧ Octaua cōcluſio. Quædam potentiæ æquiuocæ ſunt. nam & poſſibile quod ad potē 30
tiā deductū eſt, nō ſimpliciter, vnoque modo dicitur. ſed poſſibile vno modo dicitur ob id ipſum,
quod verum eſt actu eſſe vt poſsibile eſt hoc pacto aliquē ambulare, quia ambulat & nō oīno ali
quid poſſibile eſt eſse ob id ipſum, quia iā actu eſt. Alio modo dicitur poſſibile ob id ipſum, quia
vt actu futurum ſit, aut operetur, nihil prohibet, vt poſsibile eſt quempiam ambulare, quia ambu
labit. Et id ſecundo modo poſsibile & ei reſpondens potentia, in ſolis mobilibus, corruptibilibuſ
que rebus reperitur. Illud vero, pariter & ſua potentia, etiam in īmobilibus, incorruptibilibuſque
Tertio modo re vera dicitur poſsibile eſse de vtriſque. & quę actu ſunt & quæ nō ſunt. ſed vt ſine
nihil prohibet. vt poſsibile eſt & ambulare & eſse, id quod iam ambulat & actu eſt, & quod ſolū
vt ambulet potentiam habet ❧ Nona concluſio. Sic, hocque tertio modo ſumptum poſsibile, ſe
quitur ad neceſse eſse. Nam ſic ſumptum poſsibile non omnino de neceſsario vere dicere poſsu- 31
mus, ſed ſecundum partem quare cum ad id quod partem importat ſequatur vniuerſale, & quod
communius & totū eſt, illud profecto quod eſt neceſse eſse, ſequetur poſsibile eſse. ſic igitur ſum-
ptum poſsibile ſequitur ad neceſse, non tamen omne, omnique modo ſumptum poſsibile. ❧ De 32
cima. Nihil forſitan abſurdum fuerit ſi hęc neceſsarium eſt & non neceſsarium eſt, adiungēdo eſ-
ſe, & non eſse, omnium principium ponantur, & ad hęc conſequentes conſiderentur.

❧ Tertia ordinatio conſequentiarum.

A N T E C E D E N T E S.

Ordines enunciationum	I	De modis quibus mor.	III
	A Neceſsarium eſt eſse		I Non neceſsarium eſt eſse
	CONSEQVENTES.		CONSEQVENTES
	V Non poſsibile eſt non eſse		E Poſsibile eſt non eſse
	V Non cōtingens eſt non eſse		E Contingens eſt non eſse
	E Impoſsibile eſt non eſse		V Non impoſsibile eſt non eſse
	A N T E C E D		E N T E S.
	I		III
	E Neceſsarium eſt non eſse		V Non neceſsarium eſt non eſse
	CONSEQVENTES		CONSEQVENTES.
	I Non poſsibile eſt eſse		A Poſsibile eſt eſse
	I Non contingens eſt eſse		A Contingens eſt eſse
	A Impoſsibile eſt eſse		I Non īpoſsibile eſt eſse

❧ Manifeſtum quidem eſt ex dictis, quoniam quod neceſsariū eſt, actu eſt, quare ſi priora ſunt ſempiterna non ſempiternis, & quæ actu, ĳs quæ ptāte ſunt. & rurſum ea quę actu ſunt ſine poteſtate, vt primæ ſupramūdanę ſubſtantię. ĳs quę actu ſunt cum poteſtate, ſunt eñ quędā actu ſine poteſtate, & quędā actu cū ptāte, quæ quidem vt actu ſunt, natura priora ſunt, tempore uero poſteriora. Alia vero quę nunquam ſunt actu, ſed poteſtate tantum. Nihil igitur incōmodi peruerſi que ordinis fueris, ſi neceſsarium eſt & non neceſsarium eſt, adiunctis vtrolibet eſse, & non eſse principia reliquarum ponantur, & quæ ad illas conſequentes fuerint conſiderentur.

VTrum autem contraria eſt affirmatio negationi. an affirmatio af Quęſtio
33 firmationi, & oratio orationi quę dicit quoniam omnis homo iu
ſtus eſt, ei quæ eſt nullus homo iuſtus eſt. aut omnis homo iuſtus
eſt, ei quæ eſt omnis homo iniuſtus eſt. vt eſt Callias iuſtus, non
eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt, quæ harum contraria eſt?
34 ¶ Nam ſi ea quæ ſunt in voce, ſequuntur ea quæ ſunt in anima,
illic autem contraria eſt opinio contrarij (vt quoniam omnis ho- Cõcluſio. I
mo iuſtus eſt, ei quæ eſt omnis homo iuſtus eſt) etiam in ijs quæ
ſunt in voce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere, quod ſi neq; illic cõtrarij
opinio contraria eſt, nec affirmatio affirmationi erit contraria: ſed ea quæ dicta eſt ne-
gatio. quare conſiderandum eſt quę opinio falſa opinioni veræ contraria eſt, vtrum ne
gationis, an certe ea quæ contrarium opinatur. Dico autem hoc modo. eſt quædam o-
pinio vera boni, quoniam bonum eſt, alia autem quoniam non bonum eſt, falſa: aliove
ro quoniam malum, ſimiliter falſa: quæ harum contraria veræ? & ſi eſt vna, ſecundum
35 quam contraria. ¶ Nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri, eo quod contrariorũ
ſunt, falſum eſt. Boni enim quoniam bonum eſt: & mali quoniam malum eſt eadem
fortaſſe opinio eſt etiam vera: ſiue plures, ſiue vna ſit. ſunt autem iſta contraria, ſed nõ
eo quod contrariorum ſint, contraria ſunt. ſed magis quod contrariæ.
36 ¶ Si ergo eſt boni quidem quoniam eſt bonum opinio, alia autem quoniam non bo-
num eſt: eſt vero quoniam aliquid aliud eſt quod non eſt, neque eſſe poteſt. aliarũ qui- Concluſio. II
dem nulla ponenda eſt, neque quæcunque eſſe quod non eſt opinantur: neque quæcũ
que non eſſe quod eſt. infinitæ enim vtræque ſunt, & quæ eſſe opinatur quod non eſt Iſta contrariæ opi-
& quæ non eſſe quod eſt. niones
37 ¶ Sed in quibus fallacia eſt, hæ autem ſunt ex ijs ex quibus ſunt generationes. ex op- cõtrarię.
poſitis vero generationes, quare etiam fallaciæ.
38 ¶ Si ergo quod bonum eſt. & bonum & non malum eſt, & hoc quidem ſecundum ſe, Cõcluſio. III
illud vero ſecundum accidens (accidit enim ei nõ malum eſſe) magis autem in vnoquo
que vera eſt. quæ ſecundum ſe eſt, etiam falſa. ſiquidem & vera. ergo ea quæ eſt: quoni Sed magis q̃ cõ-
am non eſt bonum quod bonum eſt, eius quæ ſecundum ſe eſt, falſa eſt: illa vero quæ trarię cõ-
eſt quoniam malum eſt, eius quæ ſecũdum accidens. quare magis erit falſa de bono, ea trarie ad
quæ eſt negationis opinio, quam ea quæ eſt contrarij. Falſus autem eſt maxime. qui uerbiũ.
circa ſingula habet contrariam opinionem. contraria enim eſt eorũ quę plurimũ circa
idẽ differunt. ſi igitur harum contraria eſt altera, magis vero negationis eſt contraria,
manifeſtum eſt quoniam hæc erit contraria.
39 ¶ Illa vero quæ eſt quoniam malum eſt quod bonum eſt, implicita eſt. Etenim quo-
niam non bonum eſt, neceſſe eſt forte ipſum eundem opinari.
40 ¶ Amplius. Si etiam in alijs ſimiliter oportet ſe habere, & hoc modo videbitur bene
eſſe dictum. Aut enim vbique ea quæ eſt contradictionis, aut nuſquam. quibus vero
non ſunt contraria, de illis quidem falſa, ea quę eſt vere oppoſita. vt qui hominem nõ
putat eſſe hoĩem, falſus eſt. ſi igitur hæ cõtrariæ ſunt, etiã & aliæ q̃ ſunt cõtradictiõis.
41 ¶ Amplius. Similiter ſe habet opinio boni quoniam bonum eſt. & non boni quoniã
non bonum eſt. & præter has boni quoniam non bonum eſt, & non boni quoniam bo
num eſt. illi ergo quæ non boni quoniam non bonum verę opinioni, quæ eſt contra-
ria? Non enim ea quæ dicit quoniam malum eſt, ſimul enim aliquando erit vera. nun-
quam autem vera veræ contraria eſt. eſt enim quoddam non bonum, malum. quare cõ
tingit ſimul eſſe veras. Atvero nec illa quæ eſt quoniam non malum. vera enim & hęc
ſimul enim & hęc erunt. relinquitur igitur ei quæ eſt non boni quoniam non bonum
eſt, contraria ea quæ eſt non boni. quoniam bonum eſt. falſa enim hęc. quare & ea quę
eſt boni quoniam non bonum eſt, ei quæ eſt boni. quoniam bonum eſt. ¶ Manifeſtũ
ergo eſt quoniam nihil intereſt, nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationẽ. vniuerſalis
enim negatio contraria erit, vt opinioni quę opinatur, quoniam omne quod eſt bonũ
bonum eſt, ea quæ eſt quoniam nihil eorum quę bona ſunt bonum eſt. nam ea quę eſt

boni. quoniam bonum si vniuersaliter sit bonum, eadem est ei quæ opinatur: quoniam quicquid bonum est, quod bonum est, hoc aūt nihil differt ab eo quod est. quoniam omne quod est bonum bonum est. similiter autem & in non bono: quare si in opinione sic se habet, & sunt hæ quæ sunt in voce affirmationes & negationes, notæ earū quæ sunt in anima, manifestum est quoniam affirmationi contraria quidem negatio est: quæ de eodem vniuersaliter. vt ei quæ est quoniam omne bonum, bonum est, vel quoniam omnis homo bonus, ea quæ est quoniam nullum: vel nullus. contradictoriæ autem quæ 4
est quoniam non omne aut non omnis. ¶ Manifestum est autem quoniam & veram veræ non contingit esse contrariam: neque opinionē, neque contradictionem. contrariæ enim circa idem opposita sunt, circa eadem autem contingit verum dicere eundem. simul autem non contingit eidem inesse contraria.

¶ Secundi Peri hermenias Aristotelis finis.

Quarti cap. notæ.

Opinio, mentis compositio atque diuisio, quæ & conceptus verus, falsusve dicitur. Magis nō
intentionem importat. sed vehementiam quandam et præcipuitatem in contrarietate. Opiniones 34
asserentes bonum id esse quod neque est, neque esse potest. vt quod bonum sit fugiendum quod sit odibile, quod sit natura nociuum, quod bono contrarium, et tales innumeræ quę falsæ sunt, as-
serentes bonū id esse qd' nō est, neque esse potest. Et hæ falsæ sunt negantes bonū id esse q̄ est. bo 35
nū nō est ꝓsequēdū. bonū nō est amabile. bonū nō est suapte natura cōducibile. bonū nō cōspirat bono, & innumeræ tales quæ omnes huic assertioni bonū est bonū, diuersæ sunt. Quo fit, vt nō eidem affirmationi innumerę contrarię esse possint, eidem tamen affirmationi innumeræ, tum affirmationes tum negationes diuersę esse possunt, vt subiecta monstrat formula. verum & vnius, duntaxat est vnum quod maxime aduersetur contrarieturque.

Contrarię fortius, vehementiusque & magis accommodatę.

Omne bonum est bonum. Definita, determinataq; affirmatio vera

Omne bonū non est bonū Definita negatio falsa.

2. Contrariæ languidius, debiliusque.

Omne bonum est bonum. Definita affirmatio vera.

Omne bonum est malum. Definita affirmatio falsa.

Diuersę & non oppositę.

Omne bonum est bonum Definita affirmatio vera

Indeterminatæ ad eam affirmationes falsę.

4. Omne bonum est fugiendum.

Omne bonum odibile

Omne bonum, natura nociuum.

Omne bonum, bonum aduersarium, contrariumque

Et huiusmodi innumeræ.

Infinitæ: indeterminatæque ad eam negationes falsæ,

Nullum bonum est prosequendum.

Nullum bonum amabile.

Nullum bonum, conducibile.

Nullum bonum, bono amicum.

Et huiusmodi sine definito, certoque numero.

Prima fallacia est credere quicquam non esse idipsum quod est, vt bonum non esse bonū. Nā
hæc opinionis fallacia deceptioq; secundum essentiam est, & assimilatur corruptioni quæ muta- 37
tio est secundum substantiam in non ens, & quodā modo in rerū falsitatē. Secunda fallacia & deceptio opiniōis est credere aliquid aliud' esse q̄ est, vt bonū esse malū. bonum em̄ & malū diuersæ sunt naturæ, vt hō & albedo. & hæc fallacia, quodā mō secundū accidens est, & secundū alterū. Et assimilatur nō generatiōibus, sed accidētariis mutatiōibus. Et litera Aristotelis ē multū implexa, adeo vt nōnulli hoc vltimū caput nō crediderit eē Aristotelis, vt & tradit pollicianus & id puto, quia difficile sit assequi intelligentiam. vbi tñ quis assequitur, inuenit subtilissimam, & Aristo. nō indignā. Et grece prima non apponitur sed solū ἀλλ' ἐν ὅσοις ἐστὶν ἡ ἀπάτη id est sed in quibuscunque est deceptio. illā tamen in commētariis exprimunt, quod & fecit Boetius. nec ab re quod Aristoteles ea intelligere soleat (quę maxime talia sunt) vt aliorum metra, mensurasq;. Illę autem sunt ex quibus sunt generationes. Generationes em̄ sunt secundū essentiā inter esse & nō es-

se mutationes. Et opiniones omne bonum esse bonum, & nullum bonū esse bonum, sunt inter affirmationes & negationes eiusdem secundum id quod est, & secundum essentiam. Et duæ affirmationes oē bonum est bonum, & omne bonum est malum, non sunt eiusdem secundum essentiam. nam sunt boni & mali, sed assimilantur mutationibus secundum accidens, vt nigrefactioni. Et cū deceptio secundum substantiam, maiorem repugnantiam sequatur quā ea quæ secundum alterū & secundum accidens, sequitur opiniones contrarias secundum substantiam (quæ sunt inter affirmationem & negationē eiusdem de eodē) validius, vehementiusque esse contrarias q̄ illæ q̄ sunt contrariæ secundum contrarā affirmationē in quibus secundo loco cadit fallacia & deceptio. at si rōcinatio hunc in modum formata fuisset, magis contraria sunt in quibus prima contingit deceptio. prima aūt deceptio contingit inter esse & non esse secundum substantiā id est eiusdē de eodem. magis igitur contrariæ opiniones quibus quis opinatur omne bonum esse bonum, & omne bonum non esse bonū. quā opiniones contrariorū de eodē. clarior ea fuisset, sed quia gñationes sunt inter esse & non esse secundum substantiam loco illorum inter esse & non esse secundū substātiam, siue inter affirmationem & negationem secundum substantiam, posuit Aristoteles hoc modo, illæ aūt sunt ex quibus sunt gñationes. Et substantiam hic extēdimus ad vnūquodq;, vt idipsum quod est sua substantia, essentiaque sit. Et per accidens quod per alterum, & quod aliud quā
58 idipsum quod est respicit. Secundum accidens: secundum alterum, & nō secundū id quod eius nominat substantiam. Sed cum dicitur bonum est bonum, aduersatur huic bonum non est bonū secundum propriam boni essentiam, substantiāque. Et ex hac ratione & sequētibus, próloquia & communes notiones dici possunt. Quæ secundum substantiam contrariantur magis, propensiusque esse contraria. Et per se veræ, contrariam per se falsam, magis esse contrariam, simpla, simple. & priorem priori magis esse contrariā, quam cōnexam, posterioremque. nam prior vt primo loco aduersatur, cōnexa autem et posterior vt secundo loco. Adiici potest ea contraria quæ maxime contrariis similiora sunt, & illa magis esse contraria. Vnde fit vt non omnes contrariæ secundum affirmationem, negationemque designatę æque sint contrariæ nam hæc omne bonum est bonū, & secundum se vera, & eius contraria nullum bonum est bonum secundum se falsa. hæc autem oē bonum est malum secundum alterum, et secundum accidens falsa, et sua contraria nullum bonum est malum secundum accidens vera. modo per se falsa, per se veræ magis contraria quam quæ per accidens falsa, per accidens verę. nam magis vera quę per se vera. & magis falsa, quę per se falsa, magisque inter se distare videntur. Fit rursus vt quæ secundum affirmationem & negationem sunt cōtrarię, falsa scilicet verę secundum accidens magis, valētioreque iure sint cōtrarię quam quę sunt de contrariis, vt hæ omne bonum est malum, nullum bonum est malum, magis quam hæ cōtratrarię sunt, oē bonum est bonum, & oē bonum est malum. nam magis contrarię. quę maxime cōtrariis similiores euadūt, contrarię autem secundum affirmationem & negationē nimirum simliores euadunt per se & maxime contrariis. tenent igitur illæ de contrario prędicato inter contrarias postremū locū. Et primę contrarię mutationi quę generatio appellatur assimilantur, vt cum ex non oliua fit oliua secundę argumentationi. vt cum ex non pedaneo fit pedaneum, tertię vero, alterationi, vt cum ex albo fit nigrum. sed id exactius ex philosophia disquirēdū est. Cōtrariarū igitur quarū oīm miro quodā naturas Aristoteles discutit mō, hę primæ sunt. & quę maxīe tales sunt, hę postremę, q̄ minime tales illę vero medię de quibus Aristoteles sermonē suppressit, q̄ medio mō sunt cōtrarię, vt adiecta descriptiōe haud difficulter agnoscitur.

	Primę contrariæ.	Maxime
	Omne bonum, est bonum	Vera per se
I	Nullum bonum, est bonum	Falsa per se
	Medię contrarię	Magis
	Omne bonum, est malum	Falsa per alterum
II	Nullum bonum, est malum	Vera per alterum
	Postremæ contrariæ	Minime
	Omne bonum, est bonum	Vera per se
III	Omne bonum, est bonum	Falsa per alterum

Et perspectu facile est agnoscere medias contrarias, cum extremis consentire & discrepare. Nam cum summis consentiunt, quia sunt secūdum affirmationem & negationem sumptę quemadmodum & illæ. & conueniunt cum imis, quod falsa secundum accidens, veræ aduersetur, vt & in illis. Et discrepant a primis q, in mediis falsa secundū accidens, veræ itidem secundum accidens aduersetur. in primis vero falsa per se, veræ per se cōtraria est. a postremis aūt discrepāt, q hinc affirmationi negatio aduersa sit. in postremis autē affirmatio affirmationi. sed qui aliquanto diligentius aspicit (quia in illis q̄ postremū locū sortitę sunt, accidit affirmationum vnam verā esse per se, & alteram falsam per accidens) euenit, vt perparū, et vix dici possint contrarię. Nā per se verām

vt ſubſtantia eſt,per alterum autem ſalſa,vt accidens.ſubſtantiæ autem,accidens nullus ponit eſ ſe contrarium.Sunt præterea contrariæ,in quibus falſum falſo aduerſatur(quales ſunt,omnis homo bonus eſt,& nullus homo bonus,omnis homo bonus eſt, & omnis homo malus)annexæ mediis ſi ſunt affirmationis & negationis,aut poſtremis ſi ſunt duarum affirmationum.& vtræque aſſimilantur affectionum mutationibus,quæ ſecundum ſuperabundantiam & defectũ dicuntur, vt cum ex non timido fit timidus,& timidus ex temerario,falſum enim vt malum eſt, verum autem vt bonum & vt bonum bono nunquam aduerſatur,neque vera verę vnquam contraria eſt ſed bonum malo contrarium,& malum malo.ita quoque & vera falſæ contraria, & falſa falſæ verum plura dicere,præſertim illi cuius ad analogiam promptus eſt animus,ſuperfluum videtur.

Sextam rationem a tranſmutata quadam ratione quidam intelligunt,quæ in numeris & aliis quantitatibus locum habet,quoties quatuor numerorum primus ad ſecundum eam rationem ſeruat,quam tertius ad quartum,& colligimus primi ad tertium eam rationem eſſe,quæ ſecundi ad quartum Et ita de magnitudinibus,& aliis quantitatibus,ſed rectius videtur vt hæc ratio ſolam ſimilitudinis rationem attendat,pro his ſubiecta notetur deſcriptio 41

Primus	xii	Quadruplus
Secundus	iii	ſubquadruplus
Tertius	iiii	Quadruplus
Quartus	i	ſubquadruplus

Tranſmutata proportio

Primus	xii	Triplus
Tertius	iiii	ſubtriplus
Secundus	iii	Triplus
Quartus	i	ſubtriplus

Item conſequens & non tranſmutata proportio,

Primus	ix	Triplus
Secũdus	iii	ſubtriplus
Tertius	vi	Triplus
Quartus	ii	ſubtriplus

Tranſmutata proportio

Primus	ix	ſeſquialter
Tertius	vi	ſubſeſquialter
Secũdus	iii	ſeſquialter
Quartus	ii	ſubſeſquialter

Eiuſdem prædicati

Contrariæ

i	Non bonum,non eſt bonum	Vera
ii	Non bonum,eſt bonum	Falſa

Contrariæ

iii	Bonum eſt bonum	Vera
iiii	Bonum non eſt bonum	Falſa

Prima & tertia ſimiles
Secunda & quarta ſimiles

Contrariorum prędicatorũ

v	Non bonum eſt malum
vi	Non bonum non eſt malum

Simul ſtant

i	Non bonum non eſt bonum	Vera
v	Non bonum eſt malum	

Simul ſtant

i	Non bonum non eſt bonum	Vera
vi	Non bonum non eſt malum	

In vltima figuratione videri poteſt, quo pacto iſti enunciationi non bonum non eſt bonum, nulla de prædicato contrario euadit contraria,nam neque affirmatio non bonum eſt malum, neque negatio non bonum non eſt malum.Quare huic bonum eſt bonum ſimili proportione, nulla proprie de prædicato contrario euadit contraria , ſecundum tamen affirmationem & negationem,inter primam & ſecundam comperitur contrarietas. quare & inter ſimiles tertiã atque quartam,ſecundum affirmationem,negationemque reperietur contrarietas Sed aliqua difficultatis 42 ambiguitatem mouent, quonam modo duæ primæ non bonum non eſt bonum , & non bonum eſt bonum contrariæ ſint,cum ſint indefinitæ,contrarię autem vniuerſales eſſe debeant? Sed huic ambiguitati ſatis facit Ariſtoteles,ſe hoc in loco declarans indefinitis pro vniuerſalibus vſum.
Sed ambigunt quonam pacto ſtabũt hę de prędicato contrario non bonũ eſt malũ ,& non bonũ non eſt malum,cum hac non bonum non eſt bonum,ſi vniuerſaliter intelligantur,vniuerſaliumque deſumantur loco?id enim non poſſe videtur.nam ſi ita fuerit,& hę ſimul ſtabunt non bonũ eſt malum,& non bonum non eſt malum . quare hę vniuerſales loco quarum accipiuntur, omne non bonum eſt malum,& omne non bonum non eſt malum ſimul ſtabunt,ſimulque vere erunt: quæ nihilominus contrariæ ſunt ſunt,& duabus primis ſimiles,quod impoſſibile eſt, quod autẽ ſimul veræ eſſe debeant ,hinc colligi poſſe videtur.quod quæcunque cum eodem tertio ſimul ſtãt & illa quoque ſimul ſtare poſſibile eſſe ,cui quidem ambiguitati vt paucis ſatisfiat .
Imus in primis inficias illas duas omne non bonũ eſt malũ,& oẽ non bonũ non eſt malum ſimul ſtare cum hac,omne non bonum non eſt bonum, quas ingenue fatemur inuicem eſſe contrarias . at nihilominus ſeorſum poſſe eſſe veras cũ hac non bonũ non eſt bonũ,perinde atq; cõtrarię omnis homo eſt iuſtus,omnis homo nõ eſt iuſtus ,ſimul cũ hac omnis homo eſt animal ſtare nõ poſſunt ,ſeorſum tamen ſtare nihil prohibet. Nam hęc in aureo ſeculo(vt ferunt)fuiſſet vera,Oĩs homo eſt iuſtus ,pariter & vera omnis homo eſt animal. ſed in illa ætate ferrea cum(vt canunt poetæ)

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero. fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Filius ante diem patrios inquiritin in annos. ❧ Et quid vltra, cum victa iacet pietas, forte hæc vē
ra fuisset omnis homo non est iustus, & pariter hæc vera omnis homo est animal. vides igitur
quo pacto nihil incommodi est cōtrarias cum eodem seorsum stare posse, & seorsum cum eodem
esse veras, sed non simul cum eodem. Hunc in modum & hę duæ omne non bonum est malum, &
omne non bonum non est malum, sint enim non bona, sed nullum sit indifferens, quod neque sit
bonum neque malum. tunc hæ duę simul sunt veræ etiam vniuersales, omne non bonum non est
bonum. & omne non bonum est malum. Sed esto iam alio in tempore sint non bona, sed sola sint
media indifferentiaque, id est quæ neque bona sint neque mala. Tunc hę vniuersales simul stabūt
omne non bonum non est bonum, & omne non bonum non est malum. Quod facilius perceptu-
rus es, si non bonus homo subiectus sit loco subiecti non bonum, idemque intelligas. Huius igitur
rei (sed quæ partim superiori æque possit) hæc sit descriptio.

Contrariæ	Contrariæ
Omne non bonum, non est bon um	Omnis homo animal est
Omne non bonum, est bonum.	Omnis homo non est animal
Simul stanr.	Simul stant.
Omne non bonum, non est bonum	Omnis homo est animal
Omne non bonum, est malum	Omis homo est iustus
Simul stant seorsum.	Simul stant seorsum.
Omne non bonum, non est bonum	Omnis homo est animal.
Omne non bonum, non est malum	Omnis homo non est iustus

❧ Circa eadem opposita verum quempiam dicere contingit, & nunquam contingit eidem si-
43 mul inesse contraria, id est circa contraria eundem simul verum dicere contingit, sed non contin-
git illa (inquam) contraria simul eidem inesse. vt bonum & malum contraria sunt, & verum dicit
quispiam bonum esse bonum, & malum esse malum, nunquam tamen bonum & malum eidem si
mul inerunt. Item opiniones quod omne bonum bonum est, & quod nullum bonum bonum est,
contrariæ sunt, & verum dicit quispiam circa hæc contraria quod qui primā opinetur id est om
ne bonum bonum est, poinetur id quod est, qui autem secundam nullum bonum bonum est, opi
netur id quod non est. nunquam tamen illæ de eodem simul veræ esse possunt.

PARAPHRASIS CAP. QVARTI.

Varium Cap. quęstio vna conclusiones tres, ad tertiam rationes sex, documenta
33 duo. ❧ Quæstio. Vtrum cum affirmationi negatio cōtraria sit aduerseturque, &
pariter affirmatio, vt affirmationi omnis homo est iustus cōtraria est negatio nul
lus homo est iniustus, & eidem affirmationi contraria affirmatio omnis homo est in
iustus (vt & affirmationi Callias est iustus, aduersatur negatio Callias nō est iustus
& etiā affirmatio Callias est iniustus) quæ inquam magis cōtraria est aduersatur
ve affirmationi, negatione an affirmatio. ❧ Prima conclusio. Expedit considerare quæ in mente
34 opiniones, cōceptionesque cōtrariæ sunt. nā si ea quę sunt in voce sequuntur ea quæ sunt in mente
ceptio cōtrarii cōtraria euadat opinioni cōceptioniq; contrarii (vt opinio quod oīs hō iustus est. opi
nioni omnis homo iniustus est) hunc in modum & in voce affirmationem contrarii, affirmationi
alterius contrarii, contrariam esse oportebit. Quod si in mente opinio contrarii opinioni contra
rii contraria non sit, neque quoque in voce affirmationi contrarii affirmatio verum potius affir-
mationi quæ dicta est, negatio putabitur contraria. Quare merito cōsiderare oportet, quæ men-
tis opiniones sint contrariæ. vt quæ opinioni verę, opinio falsa contraria sit, ea, quę negationis est
an quę affirmationis qua contrarium concipimus, opinamurque. Verbi causa de bono quædam
opinio vera est, quod bonum est bonum, & quædam falsa, quod bonum non est bonum, insuper
35 alia falsa, quod bonum est malum. vtra harum duarum illi veræ contraria est. & si earum vna so-
la contraria est, quænam ea est. ❧ Secunda conclusio. Opiniones ob idipsum quod contrario
rum sint minime existimandæ sunt contrariæ. Putare enim opiniones contrarias recte diffiniri, eo
ipso quod contrariorum sunt. falsum est sane, nam boni opinio bonum esse bonum, & mali opi-
nio malum esse malum, opiniones sunt contrariorum. atqui contrariæ non sunt. nam eiusdem for-
tassis veritatis sunt. vera autem veræ non est contraria. sed siue plures sint, id est vna vera & alte
ra falsa, siue vna & simili veritate nixę, contrariæ non sunt, quandoquidem simul veræ esse pos-
sunt. Non igitur eo ipso quod contrariorum sunt quæpiam contraria sunt, sed sunt eiusce opinio
nes contrariæ potius eo ipso quod contrariæ, contrarioque enuntiatæ sunt modo. ❧ Tertia con-
36 clusio. Affirmationi verę definita negatio falsa eiusdem de eodem contraria est, & magis quidem
quam de eodem contarii affirmatio. Prima ratio. Nam de bono quædam opinio vera est
quod bonum est bonum, & alia falsa eiusdem de eodem quod bonum non est bonum, & hæc qui
dem definita, determinataque. Et aliæ falsæ sunt asserentes bonum id esse, quod neque est neq; esse

potest,& aliæ rursus falsæ,bonum id esse diffidentes inficiantesque ꝙ est. Atqui opinionum de bo
no falsarum nulla,opinioni quod bonum est,bonum contraria est,pręter eam qua opinamur bo
num non esse bonum. Nam aliæ falsæ(siue sint quibus opinamur bonum id esse quod neque est ne
que esse potest,siue quibus opinamus ipsum bonum id non esse ꝙ est,infinitæ sunt numeroque in
determinatæ.infinita autē,numeroque indeterminata,eidem contrario esse non possunt. Affirma
tionis igitur veræ,definita negatio contraria est.sed & etiam magis quam affirmatio contrarij,ex
sequentibus rationibus dilucebit. ❧ Secunda ratio,Enimuero illæ opiniones magis sunt contra 37
riæ,in quibus fallacia,primaque deceptio contingit,ille autem sunt ex quibus sunt generationes,
generatiōes autem ex maxime oppositis.igitur & illæ opiniones. Maxime igitur opiniones affir-
mationis & negationis de eodem contrariæ. Quare rursus in is merito primæ deceptiones,falla-
ciæque emergunt veris igitur affirmationibus,negationes eiusdem de eodem magis cōtrarię quā
contrariorum affirmationes. ❧ Tertia Bonum,& bonū est pariter & non malū,& opinio quod 38
bonum bonum est vera per se est,ea vero quæ est bonum,malum non est,vera est secundum ac-
cidens(nam secundum aliud a bono accidit enim bono non esse malum)magis autem in vno quo
que ea opinio vera est quæ secundum se vera,est etiam magis falsa est quæ secundum se falsa est.
quādoquidē & quæ secūdū se uera magis vera est. Cū ergo opinio quod bonū nō ē bonū falsa qdē
sit opinionis veræ secundum seipsam existentis,ea autem quæ est quod bonum est malum falsa,
sed eius veræ quæ secundum accidens vera est,erit profecto bonum est malum falsa secundum ac
cidens.quare opinioni veræ de bono quod bonum est,magis falsa opinio secundum negationem
scilicet bonum non esse bonum,magis contraria est,quam ea quę contrarij affirmatio est,videli-
cet bonum esse malum.at circa vnumquodque is maxime falso opinatur,qui contrariam habet o-
pinionem. Nam contrariæ sunt quæ secundum idem genus plurimum differunt. Si igitur huius-
modi contraria est,& altera scilicet quæ est contrarii,magis sane contraria est ea,quę negationis,
nam magis differens magisque falsa.manifestum est igitur quoniam hæc potius dicenda erit con
traria,Erit igitur propositę affirmationi magis contraria eiusdem de eodem negatio,quam con-
trarii affirmatio. ❧ Quarta. Ea opinio quę astruit bonum esse malum,nō nexa est,alteram secum
trahens. Nam qui opinatur bonum malum esse,vt ipse forte,idem non esse bonum opinetur 39
necesse est.consequitur enim. At hæc bonum non est bonum hanc secum non nectit,consequiuoꝗ
trahit bonum est malum,sed simpla est,& prior. vt & simpla bonum est bonū. Igitur potius nega
tionis opinio contraria est.quam affirmatio contrarii. Quare & affirmationi magis contraria ne-
gatio,quā contrarii affirmatio. ❧ Quinta. Si in aliis quæ scilicet contrariorum affirmationē nō 40
habent,ita sese habere oporter vt negationis opinia contraria sit,& bene hic quoque vbi etiā cō-
trarii affirmatio est,dictum fuisse videtur,negationem potius esse contrariam. Nam aut vbiꝗ eo
dem iure negatio contraria,aut nusquam. Atqui eorum quorum non sunt contraria,puocirca ne
que contrariorum affirmationes,ea de iis falsa opinio,opinioni veræ opponitur. vt qui hominē
non esse hominem opinatur,falso opinatur,aduersaturque opinioni veræ,qua homo esse autuma
tur. Si igitur negationes affirmationibus in hisce contrariæ sunt, & eorum quoque quorum sunt
contraria:contrariæ erunt,quæ sunt affirmationis & negationis. ❧ Sexta. Præterea consimiliter
sese habent,hæ opiniones, quibus opinamur bonum esse bonum & non bonum non esse bonum 41
& non bonum esse bonum. Nam vtræque veræ & præter has,hæ insuper consimiliter sese habēt
quibus opinamur bonū nō esse bonū.nā vtræque cōsimiliter falsæ. Illi igit̃ opinioni veræ qua opi
namur non bonum non esse bonum,quænam contraria. Non enim contrarii affirmatio qua opi-
namur non bonum esse malum,contraria est,nam nonnūquam simul vera fuerit(vera autem ve-
ræ nunquam contraria est)est enim quiddam non bonū,quod malum est. Neque insuper hæc cō-
trarii negatio,non bonum non est malū,illi qua opinamur nō bonum nō esse bonum contraria
est.nan hæ negationes simul veræ esse possunt. relinquitur ergo vt opinioni veræ qua opinamur
nō bonū nō esse bonū,contraria sit opinio,qua opinamur nō bonū esse bonū. Falsa enim hæc est
& sic erit falsa,veræ contraria. Quare & opinioni veræ quod bonum,bonū est,contraria erit opi
nio falsa,quod bonum bonum non est. Nam hę similiter vt duæ superiores sese habere concessę 42
sunt. Veræ igitur affirmationi propositæ definita,determinataque negatio contraria est, & ma-
gis quidem quam contrarii affirmatio. Documentum,& id latere nō debet nihil interesse si īdefi
nitarū loco ponamus vniversalē affirmationē & negationē.nā vniuersalis negatio vniuersali affir
mationi erit contraria,qumadmodum & opinioni qua opinamur quispiam,omne bonum esse bo
nū.apinio ꝙ nullū bonū est bonum cōtraria est.nā opinio ꝙ bonū est bonū,si vniuersaliter bonū
sit bonū,eadē & illi qua opinatur qcquid bonū est esse bonū, hæc aūt eadē illi qua opinat̃ omne
bonū esse bonum.quare si in opinionibus ita se res habet,vt vniuersalis opinio vniuersali sit cō-
traria(cum affirmationes & negationes quæ sunt in voce notæ sint & signa earum opinionū quæ
sunt in mente)manifestum est vniuersali affirmationi,contrariam esse eiusdem de eodem vniuer-
salem negationem. vt vniuersali affirmationi omne bonum est bonum,contraria vniuersalis ne-
gatio nullum bonum est bonū.siue huic oīs homo est bonus,cōtraria est vniuersalis negatio nul
lus homo est bonus. Illarum autem affirmationum contradictoriæ sunt,non omne bonum est bo 43
num,non omnis homo est bonus. Secundum documentum, Manifestū insuper esse debet,non

contingere veram, veræ esse contrariam, neq; opinionem opinioni, neq; inter se affirmationem & negationem. nec ab re quidem. Nam contrariæ tum opiniones tum enunciationes circa opposita versantur, suntq; inter sese oppositæ, circa eadem autem opposita verũ quempiã dicere contingit, sed nunquã cõtingit simul eidem inesse contraria. Sed pro pleniori superiorũ intelligentia de diuersitate & identitate opinionum & enunciationum: subter adiecta cõsideretur descriptio.

Per se	Bonum, bonum est	Vera		
Per se	Bonum, bonu m non est	Falsa		
Per accidens	Bonum malum est	Falsa		
Per accidens	Bonum, malum non	Vera		
Simplex	Bonum, malum est	Vera		
Simplex	Bonum. bonum non est	Falsa		
Connexa	Bonum, malum	Falsa		
Connexa	Bonum, malum non est	Vera		
Similes	Bonum, est bonum	Non bonum bonum non est		Veræ
Similes	Bonum, bonum non est	Non bonum, bonum est		Falsæ
Eædem	Omne bonũ, bonũ est	Quidqd est bonũ, bonũ est	Bonũ, bonũ est	Veræ
Eædem	Oẽ bonũ, non est bonũ	Quicqd est bonũ, bonũ nõ est	Bonũ, bonũ nõ est	Falsæ
Eædem	Oẽ nõ bonũ, bo. nõ est	Quicqd est nõ bo bonũ nõ erit	Nõ bonũ bo. nõ est	Veræ
Eædem	Oẽ nõ bonũ, bonũ est	Quicqd est nõ bonũ, bonũ est	Nõ bonũ, bonũ est	Falsæ

COROLLARIVM.

CVm superiori die visendi causa Germanum adiissem. cum ferme hanc primã dialectices partem ad calcem formularii pressissene, me percontatus, ees, inquit, studiorum quo pacto processura est? Bene, inquã, si deus vertat, dummodo sint qui propositum adiutent promoueantque quæ meliora norint Noui, inquit, Clichthoueum, noui Bouillũ, & alios complures quos ad potiora. natura finxisse videtur. & te insuper non fugiunt pleique aliĩ, qui tam necessario, tamque vtili non deerunt proposito. Verum inquam plerosq; insuper alios noui G. Ruffum, G. Casiellum, Ioannem Molinarem, R. Fortunatum, Lagrenium. Pellitarium, strennuos in hoc almo studio iuuenum moderatores, qui summopere nituntur quæ fæda, scabra, hiantia, insulsaque sunt, expolire, & philosophiæ suum reparare nitorẽ. & alii sunt non pauci huius pulchro desiderio: haud dubium est accensi, qui quia cum ipsis mihi nullaque consuetudo fuerit, non mihi satis sunt cogniti. Sunt etiam qui malunt philosophiam laceram, balbam, litigiosam, & importune garrientem quam comptam, elegantem, pacificamq; atq; modestam. Et causantur imprimis eam obscuriorem fore si dabitur vt authores ipsi senserer & futurum vt iuuenes nihil intellecturi, percepturique sint, vt qui oratione, styloque decoratam nequeant intelligere sic igitur omnis tum certa dialecticen, tum circa partem eius aliam quamlibet colendam, labor peribit irritus. Tunc Germanus illa lacernosa. balba, litigiosa & male sana loquendo, non philosophia, sed philosophiæ nouerca, ignorantia est. quam intelligentiæ prauitas peperit. quæ ideo praua, & prauæ affectionis dicitur inscitia. & hi histrioni mihi persimiles esse videntur, qui cum solam sed satis inerudite barbitum nosset pulsare. cætera musices dãnabat instrumenta. & quæ assequi desperabat, suadebat cæteris ne ea aggrederentur, quod auesi ne vsu essene tentaturi, quodve illa admodum captu essent difficilia. Verũ qui huiusmodi sunt potius vereri debuissent, ne in eos iuste hoc decantaretur distichon.

Noctua phœbæum visu cum non ferat orbem,
Hoc etiam Iouis armigero putat esse negatum

Præsertim cum hac tempestate apprime iuuentus e grammaticorum ludis exculta prodeat ac elegans, & parata (ceu bene cultus ager) bonas phylosophiæ partes suscipere, quæ primum fæda illa, squalentique a logicorum barbarie, vt interitus & valuarum philosophiæ custode, ceu quodam apud inferos Cerbero deterrita, aut ad grammaticos assidue legendos relabitur libentius, aut ignara veri falsique ad iura conuolat repudiata prorsus philosophia. quam maxie tamen, se qui opportebat, quod sane neutiquã fieret vnquam si non rudibus & ineruditis in ipsis philosophiæ vestibulis offenderetur, tum præceptoribus tum instrumentis. Quare mihi tales adhuc cõsilio, & eruditione egere videtur. Est in hoc clarissimo gymnasio Faustus, est Ioãnes Lascaris rhyndacenus: est Iocundus veronẽsis: est Paulus Aemilius, Hermonymus spartanus, Budæus, & qui hmõi sunt circa disciplinas rectum seruantes iudicium, quos si consulant, non eos puto illorũ pbaturos iudicia. Neq; Theodorus, Hermolaus, Mirãdulanus, vt certũ est, pbauissẽt; quorũ institutũ. iam erat, si vitæ fila durassent; oĩa q̃ philosophiæ sunt ad politæ: eruditæq; locutionis legẽ in integrũ restituere. Et ridiculũ pfecto magis est quã seriũ, suasiunculas audire, quibus moliũtur ignaros in suã sentẽtiã adducere, quas iter cõfabulãdũ aliquo reci tãte recreationis gratia acceptas nunc afferã. Si latine dabuntur, inquiũt, & elegãter; non iã dialectica nõ philosophia

grāmatica erit & quęstiones,argumentationes,difficultates,subtilitatesq́ pereunt.Iu uenes mutie runt & elingues,non modo dicenti verum non aduersantes,sed ne quidem falsum asserenti, & varias in medium(quæ nunquam etiam a pilosophis excogitatæ fuerunt)opiniones adducēti.quis ergo non videat? quis non iudicet ad vulgarem studentium locutionem redactas disciplinas ,etsi sermone sint imperitiores,longe esse fertiliores & locupletiores,& ideo iure potius sequendas atque amplectendas.vt quæ suos efficiāt animosos & bellaces,aliæ vero suos quasi secordes & certamina detrectantes,& id genus friuola? Verum in primis id nosse debuissent omnem disciplinam harmoniam quandam esse,& si non pro dignitate culte & eleganter datur, non iam esse disciplinam aut logicam aut pilosophiam.qui enim inelegans esse potest harmonia? tam sane quam homo esse potest belua. quare potius non sunt disciplinæ,quas putabant esse disciplinas ,& magna admiratione dignum est nō putare eos quæstiones vllas esse,nisi ita ritu barbarorum seruato passim suggerantur dicendo aut scibendo quæritur vtrum,non esse argumentationes, nisi insulse dicatur aut contra aut arguitur.non esse subtilitates,nisi insulsissime syncategorema inseratur. aut in seipsam reuertens oratio,vt telum in sagittantem,aut quæuis extorta absonaque ponatur hypothesis nō esse difficultates,nisi superflua & prorsus omni disciplinæ impertinentia ne quicquam vanis altercationibus agitentur, sed hi de philosophis male meriti sunt, quorum libri quæstionibus aut dialecticis aut demonstratiuis pleni,refertique sunt.quot enim apud illos illationes, connexionesque sunt, tot sane sint scitu digna quæsita, referta insuper veris argumentationibur, syllogismis,entymematis,īductionibus exemplis sophisticis autem parcūt,vt & grammatici barbarismis & solœcismis.& cum argumentari putātes qui veras insectantur disciplinas , ita cōtentiones aggrediuntur,contra arguitur,neq́ aliquos arguunt,neque argumententur,sed ipsi soli inscitiæ arguuntur.Subtilitates insuper putant phantasiolas quasdam,vt somnia,& nubium vestigia euanescētes.sed quæ authorum sunt,vere subtilia sunt,arduamque & difficilem &admodum dignam præ se ferentis cognitionem. Et parum iuste cauillantur iuuenes mutos & elingues futuros,si literæ in melius ibunt restitutum.nam qui fieri potest vt qui peritiam loquendi erunt assecuti,loqui nesciant? Neque sane certamina(modo digna sint) deerectabunt, sed tanquam generosi,& vt dici solet,elephas culicem futiles ineptias aspernabuntur,& nihil ad rem faciētes opiniones, quæ tantum abest vt disciplinis prosint, vt etiam in totum obesse soleant . non enim muti sunt eiusmodi,sed modesti & quod suis compita clamoribus impleāt,quod impauidi aggrediantur(si reuixerit(aut Ciceronem,aut Aristotelem,id non eruditio sed impudentia facit.ĳ sunt qui a musis fabulantur in picas versi,& de quibus simile sentio quod quidam philosophus de Nerone dignum putant suis esse loquendum.ego vero dignum iudico illis,esse tacendum. & sua ratione licebat eruditam,latinam rhomaneque loquētem refutare grammaticam, barbaram autem retinuisse.quæ cunctis in studĳs irrisa iam funditus explosa est.quomodo igitur non verentur similia iis defendere quæ vniuersa schola iam damnauit,& nunc exhibilat eiectat?.Et si quis ex huiusmodi barbarorum cætu,rediuiuus exurgeret, tota grammaticorum diatriba illius baburræ non perferat molestiam,doctissimum quemque vanis argutionibus & rebus nihil prorsus ad grāmaticos pertinentibus misere lacessentis ,sed quis talem non contemnat potius tacendo,quam altercationem tāquam illi sit similis,cum eo suscipiendo? quis eum doctum,quis eruditum putet? nisi forte qui perditissime tale iudicium de philosophia sentiūt? Et hæc non mea solius,sed & omniū qui in nostro optimatum versantur concilio publica sententia,& consentio est. His dictis Germanus conticuit.Mox ego suscipiens,puto mi Germane inquam.cum senserint suum errorem etiam a consulibus & senatoribus non tolerari , tanquam legibus publicis & senatusconsulto damnati, tandem resipiscent.Et cum patronum philosophię te feceris,& histrionis memineris,fabulę Apolonianæ quæ de tibicine est,me fecisti memorem,quæ hūc in modum fere se habet. Quidam tibicen admodum supra cæteros excellēs,suos discipulos mittere solebat,vt ineptissimos auscultarēt tibicines,vt ex illis quo pacto canendum nō esset discerent. haud secus ex præcedentibus studiorum prolapsibus & ex tuis dictis,quo pacto non sit docendum,mihi doceri posse videntur . Nūc autem opera dāda erit,vt recte docendo studia iuuent.Itaque est inquit.Eoq́ de more salutato,in officinam me recepi.& nostram collocutiunculam(quia non ingenerosa visa est,& plurium meminerámus amicorum)quasi corollarium huic loco inserere dignum duxi sicque canere receptui.

Refutatio Germani.

¶PARAPHRASIS PRIMAE PARTIS LOGICES Aristotelis quæ loqui,eloqui,& proloqui,vt voluīt,edocet almo Parisiensi studio commendatæ,finis.

DEO et semper sanctæ Christiferæ et deiparæ Virgini gratias AMEN.

SECVNDA PARS LOGICES. QVE RESOLVTORIA IVDICATIVAQVE DICITVR.

¶Primi priorum analyticorum, hoc est, resolutiuorum Aristotelis, de propositione, termino, & syllogismo. Cap. I.


1 PRimum dicendum circa quid: & de quo est intentio. quoniam circa demonstrationem, & de disciplina demõstratiua est. Deinde determinandum quid propositio, & quid terminus,
2 quid syllogismus, quis perfectus, & quid imperfectus. Postea vero quid est in toto esse vel non esse hoc in illo: & quid dicimus de omni aut de nullo prædicari.
¶Propositio ergo est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.
¶Hæc autem aut vniuersalis aut particularis aut indefinita.
3 ¶Dico autem vniuersalem quidem: cum aliquid omni aut nulli inesse. Particularem vero, cum alicui aut non alicui: aut omni inesse. ¶Indefinitam autem, cum quid inesse vel non inesse significat, sine vniuersali vel particulari, vt contrariorum eandem esse disciplinam aut voluptatem non esse bonum.
4 ¶Differt autem demonstratiua propositio a dialectica, quoniam demonstratiua quidem sumptio alterius partis contradictionis est. Non enim interrogat sed sumit. qui demonstrat. dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem refert vt fiat ex vtraque syllogismus. nam & qui demonstrat, & qui interrogat syllogisat, sumens aliquid de aliquo esse vel non esse;
5 ¶Quare erit syllogistica quidem propositio, simpliciter affirmatio vel negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum demonstratiua vero si vera sit. & per primas propositiones sumpta. Dialectica autem percontanti quidem interrogatio contradi
6 ctionis est syllogisanti vero sumptio apparentis & probabilis: quemadmodum in topicis dictum est. quid est ergo propositio, & quid differt syllogistica a demonstratiua, & dialectica, diligentius quidem in sequentibus dicetur. Ad præsentem vero vtilitatem, sufficienter nobis determinata sint quæ nunc dicta sunt.
7 Terminum autem voco in quem resoluitur propositio, vt prædicatum, & de quo prædicatur, vel apposito vel separato esse, vel non esse.
¶Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt. Dico autem eo quod hæc sunt. Propter hæc vero accidere, est nullius extrinsecus termini indigere vt fiat necessarium.
¶Perfectum vero voco syllogismum qui nullius alius indiget, præter ea quæ sumpta
8 sunt vt appareat necessarium.
9 ¶Imperfectum vero qui indiget aut vnius aut plurium, quæ sunt quidem necessaria per subiectos terminos. non autem sumpta sunt per propositiones.
¶In toto autem esse in altero, & de omni prædicari alterum de altero idem est. Dici
10 mus autem de omni prædicari, quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur alterum, & de nullo similiter.

ι μεταί (Inquit Aristoteles) hoc ẽ aut nõ alicui & plerunq; alias vbi negãdi nota ꝑticu laritatis notę pręposita relinqt particularẽ neq; non aliquis apud Aristotelem æque ac nullus tãtundẽ efficit atq; valet sed vt aliqs non.

Primi cap. primi priorum notæ.

Hoc in illo, alterun altero subiectum. in prædicato. Syllogismus græcum est, nostri ratiocinationem appellant, collectionem tamen plurium ad ratiocinandum, designare videtur συλλωγη, enim, collectio. congregatioque dicitur. Duplex est syllogismus quidam cathegoricus qui & prædicatiuus, & quidem hypotheticus, & rursum cathegoricum quidam ostensiuus, & quidam ex hypothesi & conditione. Hic autem de solo prædicatiuo intendit Aristoteles. Et ideo illius gratia propositionem diffiniuit, non in suo ambitu sed prædicatiuam cathe

goricamque atque syllogisticam, & tali diffinitione quæ exprimit vtramque eius qualitatem.
Nam propositionum prædicatiuarum, quæ syllogisticæ sunt, quædam affirmatiuæ & quædā
negatiuæ sunt. Et ad diffinitionem intelligere debes, in syllogismo sumpta, quæ particula ex se-
quentibus innuitur. Sunt quidam syllogismi qui per expositionem appellantur, quorū me-
dium aliquando terminus est singularis & indiuiduus, sed demonstrator & dialecticus ad suas il
lationes (quæ & conclusiones connexiones complexionesque appellantur) illis non vtuntur, sed
his præsertim qui vndecunque terminos habent vniuersales. idcirco partiendo propositionem,
singulariū non meminit quod a præsentis speculationis syllogismis sint alienæ. Vniuersales au 3
tem, particulares & indefinitæ, in syllogismis qui præsentis sunt considerationis assumuntur, &
illæ solæ, immo propositio quæ hic & diffinitur & diuiditur, secundum subiectam materiam (vt
dictum est) propositio cathegorica syllogistica est. Syllogistica autem quæ in syllogismo sumitur
demonstratiuo aut dialectico quod si singularis in talibus non sumitur propositio, neque in par
titione apponi debuit. Diducitur igitur primum propositio syllogistica in affirmationem & ne-
gationem. Secundo in vniuersalem particularem & indefinitam. Tertio in demonstratiuā, & dis



Euclides

ceptatiuam siue dialecticam. Demonstrator propositiones suas non interrogat. vt verbi cau-
sa si vult demonstrare triangulum æquilaterum etiam æquiangulum. Esto, inquit, teriquetrus 4
æquilater a c b, aio tres angulos a, c, & b inuicem esse æquos. Nam omnium æquilaterorum angu
li super basim constituti per quintam Euclidis sibinuicem æqui sunt. Est autem trigonus a c b ex
hypothesi æqualiter sunt igitur duo anguli c & b, supra basim constituti æquales. & eodē syllo-
gismo duo anguli a c supra alteram basim constituti æquales rursum nectimus demonstratiuum
syllogismum. Quicunque anguli vni & eidem sunt æquales, & illi quoque inter se sunt æquales.
atqui angulos b, & angulus a monstrati sunt singuli æquales angulo c. sunt igitur anguli & b &
a, inter sese æquales. Vides igitur quo pacto demonstrator propositiones sumit non interrogans
quod & ex subiecta descriptione licet adhuc intueri.

i	Oīm æquilaterū triāgulorū duo āguli supra basim sunt æquales,	Propō sūpta non interrogata
ii	Triangulus a c b æquilater est.	Propō sumpta non interrogata

ILLATIO

	Trianguli a, c, b, anguli c, b, supra basim sunt æquales.	Rursus
i	Omnes anguli vni & eidem æquales inuicem c, sunt æquales	Propō sumpta nō interrogata
ii	Anguli b, & a, vni & eidem scilicet c, sunt æquales	Propō sumpta nō interrogata

ILLATIO

Anguli igitur b, & a, inuicem sunt æquales Quare tres anguli a, c, b, inter se sunt æquales & cū
similis demonstratio in omnibus æquilateris procedat, per diffinitionem concluditur propositū,
omnem triangulum æquilaterum eundem & æquiangulum esse Est enim triangulus æquiangu-
lus, qui tres angulos inter sese æquos possidet. Et id de demonstratore cum syllogisat exempli
causa dictum sit. nunc de dialectico syllogisanti quo pacto interroget. aliquantulum considerā-
dum est, Socrates Protagoram sophistam sciscitando dialecticorum more illudit, quæstio erat v-
trum temperantia idem esset ac sapientia. Protagoras non idem esse dicebat. Socrates interro
gat, insaniam aliquid vocas, eiusque contrarium dicis ne esse sapientiam? Consentit Protagoras.
Tum Socrates. Vtrum cum recte & frugaliter homines agunt, tunc ita operantes, temperan-
ter, agere videntur an secus? Respondet Protagoras, temperanter. Socrates. nonne temperantiā,
temperanter agunt? Protagoras. necesse est. Socr. nonne quicunque non recte agunt insane agat
& qui ita agunt intemperanter agunt? Prota Ita videtur. Soc. nonne igitur quæ insane fiunt, in-
sania fiunt, & quæ temperate temperantia? Protagoras. profecto. Socrates Et quod eodem
modo fit omnino, ab eodem nonne efficietur, quod vero contrario. efficietur a contrario? prota
goras. assentior. Socrates. nonne quæ temperate fiunt, & quæ intemperate contrario fiunt modo
an secus? protagoras. Contrario. Socrates. Contraria itaque insaniæ temperantia. Annuit pro-
tagoras? Socrates. pulchro contrarium ne aliud quidquam est quam turpe? Et bono aliud, quam
malum? Et in voce, acuto nunquid aliud quicquam contrarium præter graue? protagoras. non
aliud. Socrates. An non vnicuique contrariorum non multa, sed vnum est contrarium pro
tagoras. vnum duntaxat. Et insaniæ etiam sapientia contraria concessa est.
Collegit Socrates. Igitur sapientia & temperantia idem aut non tantum vnum vni contrarium
est. Redarguit igitur Socrates, protagoram ex sumptis propositionibus per interrogationem
Et quamuis non interrogetur semper cum vtraque contradictionis parte, idem tamen valet nam
optio semper respondenti datur, vt quam velit contradictionis partem det dat tamen ille qui res
pondet, apparentem sibi atque probabilem, & ex illa data, qui syllogisat, suam ratiocinationem
nectit, sumitque propositum. Et vt res clarior euadat, poterit hoc pacto necti syllogismus.

Et hic ex lib. platonis qui protagoras inscribitur

1 Quæcunque cõtrario fiunt modo, a contrariis fiunt.	Primum sumptũ ex interrogatiõe.
2 Quę aũt tẽperate fiũt & q̃ itẽperãter, cõtrario fiũt mõ.	Secũdũ itidẽ ex iterrogatiõe sumptũ.

ILLATIO

1 Quæ igitur temperate fiunt & quæ intemperanter, a contrariis fiunt.	Illatum, siue conclusio quæ syllogismo habetur & est primum sumptum secundi syllogismi.
2 Atqui qui insane agunt intemperanter agunt, & qui sane agunt insania agunt, & qui temperate agunt, agunt temperantia.	Secundum sumptum ex interrogatione.

ILLATIO

Igitur temperantia insanię contraria	Illatum Rursus
1 Nunquã plura sunt eidẽ contraria sed dũtaxat vnũ	Primum sumptum ex interrogatione
2 Atqui insaniæ cõtraria est sapientia & eidem insuper contraria est temperantia.	Secundum sumptum partim ex interrogatione partim ex syllogismo.
Illatio. Sapientia igitur & temperantia idem sunt, aut non tantũ vnum vni contrariũ.	Illatum.

8 Hoc illato redarguitur Protagoras, quod negatum erat, concedere cogitur. Et id exempli causa dictum est, neque hic magnopere curandum est an id quod verum est Socrates intulerit, an ad interrogata potius ex male datis a Protagora, ipsum confutauerit quod verius est. Resoluitur, diuiditur, dissipatur. Nam propositio ex subiecto & prædicato componitur. Et vnumquodque in ea resoluitur, ex quibus & componitur. Et in propositionibus sunt subiecta sunt prædicata sunt & notæ qualitatum. Vt est, nota est affirmationis & non est, nota atque signum negationis,
9 diuisionisque. Aliquando insuper ponuntur notæ quantitatum vt omnis, nullus vniuersalitatis. aliquis, non omnis particularitatis. aliquando nullæ quantitatis notæ ponuntur. vt cum propositiones sumuntur indefinite. Particulę in diffinitione syllogismi hoc pacto intelliguntur. Quibusdam positis, ad minus duabus propositionibus, quarum quæ primum locum obtinet generali nuncupatione propositio dicitur, & maior propositio, quæ vero secundum, assumptio & minor propositio. Aliud quiddam ab his quæ posita sunt, enunciatio alia & a maiore propositione, & ab assumptione quæ minor propositio est, & ab aliis positis si plura ponerentur, quæ quidem enunciatio illarum & conclusio dici solet, alĩ complexionem, connexionemque vocant. positum & sumptum dicitur enunciatio cum concessa fuerit apta & ordinata ad inferendũ aliquod propositum quod vbi illatum fuerit, conclusio & connexio nominatur. De necessitate accidit eo quod hęc sint, necessario euenit eo quod hęc sint. & hoc est concessis propositionibus siue velit siue nolit contra quem agitur concedendum illi est quod ex illis illatum fuerit, propterea quod illa sumpta vera esse concesserit aut illi reclamandum est aliquod pręconcessorum, quod in syllogismo fit ad incõmodum, de quo posterior sermo, & tunc redargutus est. Eo quod hęc sint, eo quod hęc vera sint, aut saltem concessa vera. Et accedere eo quod hęc sint, interpretatur Aristoteles propter hęc accidere. id est propter illa concessa vera, necessario euenire vt aliud quod ad illa sequitur verum esse concedendum sit. id autem est quotiens vt ex concessis necessario eueniat conclusio, nullus terminus omittitur, nulloq; qui extra sit ad hũiusmodi illationis necessitatem termino indiget argumentatio, & sit aliquã forte aut propositione aut illato indigeat vt videatur necessaria. & hęc ex processu manifestiora erunt. Neque mireris hanc particularem huius diffinitionis esse intelligentiam: quandoquidem de syllogismo hic disserit Aristoteles, nunc demõstratorio nunc dialectico apto, consentaneoque instrumẽto, qualis profecto est is qui nũc hic describitur. Et per particulam quibusdam positis omnia entymemata & syllogismos omnes inutiles a sua diffinitione repudiat: quales sunt syllogismi mendacii qui manifeste falsa sumunt aut qui petunt principum sumendo dubiũ aut falsum tanquam concessum quales sunt omne animal est lapis & omnis arbor animal est. omnis igitur arbor lapis nihil quod rationis non est capax homo est: Cynocephalus autem rationis non est capax, igitur Cynocephalus non est homo. Nam in his & huiusmodi non sunt quędam posita ex quibus aliud quippiam necessario eueniat concedendum. Nam in vero primo nihil positum, sumptũque est: & in secundo sola maior ꝑpositio posita est, assumptio non est posita, sed dubia ęque vt id quod infertur. Cum dicitur aliud, excluduntur petitiões principii manifestæ & non latentes: vt omnis homo est animal & omne animal est substantia, igitur omnis homo est animal. sunt hic re vera duo posita, sumptaq;, et illatio necessario euenit, sed non est aliud ab his quę posita sunt. Item excluduntur perridicula quædam qualia sunt omnis homo est homo, et omnis homo est homo ergo omnis homo est homo. et ita in vniuersalibus negatiuis particularibus, et indefinitis. Particula de necessitate accidit, excluduntur omnes coniugationes incolectiles et ad syllogisandum ineptæ quales sunt ex solis negatiuis, et solis particularibus et quæcunque non necessario, sed accidentaliter, id est, aliquando ex sumptis trahunt id quod infertur. et aliquando similia sumpta ad consequia trahendum id quod concluditur, sunt inepta.

vt equus eſt animal & homo eſt animal, igitur homo eſt equus. Omnis homo eſt animal & omnis homo ſubſtantia eſt, igitur omnis ſubſtantia animal eſt. In terminis tamen conuertibilibus cõſimilia ſumpta: illatio conſequitur, ſed huiuſmodi ſequela accidentaria: non neceſſaria dicitur. Denique cum dicitur eo quod hæc ſunt: excipiuntur ferme quæ per primam particulam. vt ſyllogiſmi aliqua ex parte mẽdaces. vt omnis homo animal eſt. & omnis equus homo eſt. igitur omnis equus animal. Ex maiore enim & aſſumptione neceſſario ſequitur concluſio: ſed nõ eo quod hæc ſunt. aſſumptio enim mendax eſt, & non eſt ſumpta. vnde fit vt Boetius & Martianus hanc Ariſtotelis interpretentur diffinitionem: hic hunc in modum. Ratiocinatio eſt ex duabus pluribuſve conceſſis ad id quod nondũ conceſſum eſt neceſſaria perductio. Ille vero hoc pacto. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſſis, aliud quiddam propter ea quæ cõceſſa ſunt euenire neceſſe eſt quam ſint ea quę conceſſa ſunt. vbi conceſſis & conceſſa poſitis & poſita ſunt, exponunt. Sed forte quæ ſubiecta ſunt oculis, tenatius, fideliuſque animis hærent, quapropter de his quæ dicta ſunt: id exemplar deſpiciatur. Sit quæſtio: vtrum omnis virtus vtilis. Et ſint cõceſſa quicquid perficit: eſſe vtile. & virtutem omnem, perficere. Item quæſtio ſit: vtrum temperãtia, qualis ſit. Conceſſa ſint, omnem temperantiam eſſe virtutem, & virtutem omnem eſſe bonũ & bonum omne quale eſſe.

SYLLOGISMVS VBI DVO POSITA SVMPTA SVNT.

1 Quicquid perficit vtile	Maior propoſitio	Conceſſa
2 Virtus autem perficit	Aſſumptio	Conceſſa
Virtus igitur vtilis eſt	Concluſio quæ euenit neceſſario propter hæc concedenda	

SYLLOGISMVS IN QVO PLVRA DVOBVS SVNT SVMPTA.

1 Omnis tẽperantia virtus eſt	Maior propoſitio	Conceſſa
2 Et virtus omnis, bonum eſt	Prima aſſumptio	Conceſſa
3 Bonum autem omne quale	Secunda aſſumptio	Conceſſa 8
Omnis itaque tẽperãtia qualis.	Cõcluſio neceſſario quia hæc ſunt, id eſt ꝓpter hęc cõcedenda.	9

Vt appareat neceſſarium: vt appareat cõcluſio ex neceſſitate prouenire. Per appoſitos terminos non autem per appoſitas propoſitiones ſumpta ſunt. In ſyllogiſmo perfecto termini omnes qui neceſſarij ſunt, vt neceſſariũ appareat ſumpti ſunt: neque vllo indiget qui extra poſitus ſit & inſuper propoſitiones omnes quæ neceſſariæ ſunt, vt appareat, diiudiceturque neceſſarium, & quicquam ex neceſſitate prouenire æque ſumptę ſunt: neque indiget vlla quę externa ſit vt neceſſarium appareat. In imperfecto autem ſyllogiſmo, omnes quidẽ termini qui neceſſarii ſunt ad hoc ipſum vt declaretur diluceatque neceſſarium ſumpti ſunt: neque vllus qui foris ſit expetendus eſt ſed non omnes propoſitiones, quæ neceſſariæ ſunt vt ipſum diluceat videaturque neceſſariũ ſumptæ ſunt. Terminis igitur non indiget: ſed aliqua propoſitione, aut pluribus quæ foris ſunt ex quibus aut conuerſione aut oppoſitione (quod per impoſſibile dicitur) ſyllogiſmi imperfecti aliqua propoſitionum & interdum concluſio efficitur. Vt eſto dubium & in controuerſiam veniat: vtrum nulla temperantia fugienda. Sed hæc conceſſa confeſſaque omnem temperantiã eſſe honeſtam: & honeſtorum, fugiendum eſſe nullum. Syllogiſmus qui in leua deſcribitur perfectus eſt, & qui e regione in dextera imperfectus.

SYLLOGISMVS Perfectus		Syllogiſmus imperfectus ad eandem concluſionem.
A Nullum honeſtum eſt fugiendum	B	Nullum fugiendum honeſtum eſt.
C Et omnis temperantia honeſta	D	Et omnis temperantia honeſta eſt.
E Nulla ergo tẽperantia fufugiẽda	F	Nulla igitur temperantia fugienda eſt.

Termini primi honeſium, fugiendũ, tẽperantia: Termini ſecundi ĩidem: neq; terminis vllis eget, vt neq; primus ſyllogiſmus qui perfectus eſt. aſſumptio c, perfecti: eadẽ aſſumptioni d, imperfecti. & concluſio: eadẽ cõcluſioni f: ſed ꝓpoſitio a: ꝓpoſitioni b, non eadẽ ſed b conuerſione neceſſaria, in a reſoluitur. ita vt b ſit antecedens: & a neceſſario cõſequens quare cum ad a c antecedẽtia neceſſarium ſit vt eueniat e & ad b d antecedentia neceſſario eueniat f, eadem ipſi e, concluſio. ſecundus igitur & imperfectus ſyllogiſmus: egebat ꝓpoſitione ꝑ quã manifeſtaretur neceſſariũ. nõ enim dico ꝑ quã efficeretur neceſſariũ. nã erat ꝙ ex neceſſitate cõſequebatur: ſed non apparebat. Vnde fit vt ſolus trãſpoſitionis ꝓpoſitionũ ordo: per parũ, aut nihil efficiat vt ſyllogiſmus quiſpiã dicatur imperfectus. Nã q̃ neceſſaria ſunt, vt neceſſariũ appareat: & ꝑ terminos & per propoſitiones ſumpta ſunt. vt hi perfecti ſunt & promiſcue illis vt eiſdem vtuntur.

Syllogiſ. ꝑfectus recto ordĩe ſũptis ꝓpõnibus	Syllogiſ. ꝑfectus demutato ordine propoſitionũ.
Quicquid perficit vtile eſt	Omnis virtus perficit
Virtus autem omnis perficit	Quicquid autem perficit vtile
Virtus igitur omnis vtilis eſt.	Omnis itaque virtus, vtilis.

❧Primus tamen directus est, rectoque concludens ordine, secundus autem colligit indirecte, ratione cuius aliquid obliquitatis contrahere videtur. Veruntamen latendum non est tria apud Aristotelem perficiendorum syllogismorum esse instrumēta conuersionem, per impossibile, & expositionem. Et cum per cōuersionem & per impossibile perficimus, omnes terminos sumi neque vllius qui foris sit indigere syllogismum vt videatur necessarius, sed solum vnius aut pluriū propositionum. verum cum expositione designationeque perficitur, termino etiam qui foris est & propositionibus eget vt videatur necessarius. de imperfectis ergo syllogismis qui conuersione aut per impossibile monstrantur necessarij, & diffinitio, & ea quæ superius adducta sunt, præcipue sunt sunt intelligenda, quæ instrumenta ipsorum perficiendorum crebra sunt. non autē qui expositione monstrantur, quod & perficiendi rarum est instrumentum. Et hæc ex sequentibus diluecebunt de conuersione quidem & per impossibile ex cap. v. de expositione ex cap. vi. & viij. Sed de his postmodum. Hæc autem vt percipiantur quid perfectus & quid imperfectus, & particulę quę ad diffinitionem adiectæ sunt, sufficere videntur. ❧Alterum in altero, subiectum in prædicato, alterum de altero, prædicatum de subiecto. Tota sunt, genera, species, differentię suorum inferiorum, & æqua æqualium. Et alterum in altero toto esse, & de oī alterum de altero dici re ipsa in terminis vniuersalibus sunt vnum ratione autem sunt duo. Nā cum dico in toto esse alterū in altero, prędicatū respicio quod subiecti totū sit id est cōmunius aut æquale. cum aūt enūcio de omni alterum de altero dici, ad subiecti intelligentiā me conuerto, cui vniuersaliter etiam sumpto prędicatū conueniat. de eo que vniuersaliter sumpto, vere prędicetur. Interpretatio igitur Aristotelis, ad solas enunciationes terminorum vniuersalium applicanda est. nec iniuria quidem cū hæ solæ syllogismum constituant, quo de hoc in loco discutienda determinatio suscipitur. Id subiecti sumi intelligitur, quodcunque tale est vt subiectum de eo vere affirmetur. Dicatur, vere affirmetur. aut saltem concessum sit. ❧Remoueatur, vere negetur, aut vere negari sit cōcessum. Et dici de omni, aut de nullo, alicui propositionum syllogismi competere, cōcessum esse oportet.

PARAPHRASIS CAP. PRIMI.


PRimus priorum Aristotelis capita duo & quadraginta. Primum cap.
argumentum in eo cōtentorum. Diffinitiones sex, diuisiones duę, co
1 rollarium vnum post primam. ❧ Argumentum capitis. Primum
dicendum est circa quid & cuius gratia præsens consideratio est. etenim circa demonstrationem est, & disciplinæ demonstratiuæ gratia.
2 deinde definiendum quid propositio, & quid terminus. quid syllogismus, & quisnam perfectus, & quis imperfectus, postea quid sit in toto esse, vel non esse hoc in illo, & quid vocamus de omni & de nullo prędicari ❧Sex diffinitiones & duę diuisiones cum corollario. ❧Prima diffinitio. Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius
3 de aliquo. ❧Prima diuisio. Et diducitur. Nam aut vniuersalis aut particularis aut idefinita est. Vniuersalis est quæ omni aut nulli inesse significat. Particularis quæ alicui aut alicui non, aut nō omni inesse significat. Indefinita quæ inesse aut non inesse sine vniuersali particularive nota designat. vt disciplina contrariorū eadem est, indefinita est propositio. similiter & hæc, voluptas nō non est bonum. Secunda diuisio. Diducitur insuper in propositionem demonstratiuam & dialecticam. Et differt demonstratiua propositio a dialectica. Nam demonstratiua, veræ & indubita
4 tę partis contradictionis sumptio est. non enim qui demonstrat interrogat, sed non interrogatum sumit. Dialectica verō propositio, datæ ex interrogatione contradictionis partis vnius sumptio est. Conueniunt etiam. Nam nihil refert vt ex vtrisque syllogismus conficiatur. Nam & demonstrator syllogisat, pariter & dialecticus, qui quod interrogat syllogisat, nonnihil de aliquo aut esse
5 aut non esse sumens. Corollarium. Quo fit vt syllogistica propositio, sit aut simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo, quemadmodum dictum est. Demonstratiua vero si per seipsam vera est, identidem & si per per primas suppositiones sumpta. dialectica autem interroganti contradictiōis interrogatio est, syllogisanti autem apparētis & probabilis sumptio, quemadmodum & in topicis dictum est. Sed quid propositio & quo discrimine secernantur syllogistica, demonstratiuaque & dialectica, in sequentibus accuratius, diligentiusque differetur, quātum autem præsenti sufficit vsui satis nobis esse videntur quæ determinata nunc sunt Secūda diffinitio. Ter
6 minū esse appello, in quē resoluitur propositio vt in prędicatū aut subiectū, cū affirmādo aut negando esse aut nō eē apponitur. Tertia. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis aliud quid
7 dam ab his quæ posita sunt de necessitate accidit eo quod hæc sunt, dico autem eo quod hæc sunt ac
8 cidere, propter hæc accidere, propter hæc autem accidere, cum nullo indigemus termino qui foris habeatur vt necessaria sit illatio. Quarta. Perfectū syllogismum voco, qui nullius alius præte
9 rea quā posita sunt indiget vt necessarium videatur. Quinta. Imperfectus vero syllogismus, præter ea quæ posita sunt vnius aut plurium indiget vt videatur, diiudiceturque necessarium. quæ sunt autem necessaria, per appositos terminos sed non per appositas propositiones sumpta

sunt. Interpretatio vim diffinitionis obtinens. Esse in toto alterum in altero, & de omni prædicari alterum de altero idem sunt. Identidem in toto non esse alterum in altero, & de nullo prædicari alterum de altero idem. Sexta diffinitio de omni prædicari dicimus, quando nihil subiecti sumere possumus, de quo non dicatur prædicatum. Et simili modo dicimus de nullo dici, quando scilicet subiecti nihil sumere quis potest, a quo non remoueatur prædicatum.

¶ De conuersione absolutarum propositionum Cap. II.

Neque bonū nullum, neq; superflua negatio est, negantque duæ negationes vt frequēter post ea vti neque a nulli & in similibus.

QVoniam autē omnis propositio est; aut de inesse, aut ex necessitate inesse, aut contingere inesse, harum autem, hę quidem affirmatiuæ, illæ autem ne
gatiuæ secundum vnamquanque appellationem. ¶ Rursus autem affirma 11
tiuarum & negatiuarum, aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares, aliæ inde- 12
finitæ. ¶ Vniuersalem quidem priuatiuam de eo quod est inesse, necesse 13
est in terminis cōuerti. Vt si nulla voluptas est bonum, neque bonum nullum, erit vo 14
luptas. ¶ Prædicatiuam autem conuerti quidem necessarium est, non tamen vniuersa- 15
liter, sed in parte. vt si omnis voluptas est bonum & bonum aliquod voluptas. ¶ Parti 16
cularem autem affirmatiuam quidem conuerti necesse est particulariter. Nam si volu
ptas qua, bonum, & bonum aliquod erit voluptas. ¶ Priuatiuam vero non est necessa 17
rium. Non enim si homo non inest alicui animali, & animal non inest alicui homini. 18
¶ Primum ergo sit priuatiua vniuersalis a b, propositio. si ergo nulli b inest a, neque a, 19
nulli inerit b. nam si alicui inest vt c. non verum erit nullum b esse a. nam c eorum quæ 20
sunt b aliquod est. ¶ Si vero omni b inest a, & b, alicui a inest: nam si nulli, neque a, nul
li b inerit. sed positum erat, omni inesse. ¶ Similiter autem si particularis est proposi-
tio. nam si inest a. alicui b, & b alicui eorum quæ sunt a, necesse est inesse. si enim nulli, 21
nec a nulli inerit b. ¶ Si autem a alicui eorum quæ sunt b, non necesse est & b, alicui a non inesse. vt si b quidem sit animal, a vero homo. homo enim non omni animali, animali vero omni homini est.




Secundi cap. notę.

Quid propositio sit iam exploratum est, & quo modo vna maior appelletur propositio, & al
tera minor propositio, & assumptio. Et quamuis sint propositiones aut saltem esse possint de pos 11
sibili inesse & impossibili inesse, quia tamen Aristoteles de syllogismis qui tales assumant propositiones speciali discutione non determinabit, idcirco hac in prima diuisione illas non enumerat, sed duntaxat propositionem syllogisticam diducit, quę in syllogismis in hoc libro diffiniendus assumetur. & est hęc partitio, secundum materiam subiectam neque abundans, neque deficiēs. Et cū in lib. Peri hermenias visum sit, quo pacto illę de possibili & impossibili ęquiualentes euadant illis de necessario, haud magnus labor fuerit ex illis de possibili & impossibili syllogismos cōstituere cognita ex propositionibus de necessario ratiocinādi forma, etiamsi formas de possibili & impossibili Aristoteles non exprimat, quandoquidem æquiualenter expressę fuerint. Demonstrationes trium primarum regularum dicuntur ad incommodum, & impossibile, quartę vero ostensiua est & iusta atque assertiora.



PARAPHRASIS CAP. SECVNDI

SEcundi cap, diuisiones tres, regulæ quatuor, & regularum demonstrationes. Pri-
ma diuisio. Omnis propositio, aut est de inesse, aut de necessario inesse. aut de con- 11
tingenti inesse. Secunda. Harum propositionum in vnaquaque appellationum, 12
id est tam de inesse quam de necessario & de contingenti inesse, quędam sunt affir
matiuæ, & quædam negatiuæ. Tertia. Rursus tam affirmatiuarum quam nega 13
tiuarum, quędam sunt vniuersales, quædam particulares, & quædam definitæ. 14
Prima regula. Vniuersalis negatiua de inesse, necessario vniuersaliter in terminis conuertitur 15
vt si nulla voluptas est bonum, bonum malum erit voluptas. Secunda regula. 16
Vniuersalis autem affirmatiua, necessario quidem recurrit, conuerititurque, verum non vniuersa 17
liter, sed in particularem, vt si omnis voluptas bonum est, & aliquod bonū erit voluptas. Ter
tia. Particularis affirmatiua necessario in particularem cōuertitur. vt si aliqua voluptas bona est, 18
etiam & aliquod bonū est voluptas. Quarta particularis negatiua non necessario conuertitur. non enī si aliquod aīal non sit homo necessario etiam euenit, vt aliquis homo non sit aīal. Demōstrationes regularum. Demonstratio primæ. Esto a, b vniuersalis propositio, dico si a nullo b inest (id est si nullū b est a), etiā b, nulli a inesse, hoc est nullum a esse b. Nam si b, inest alicui a, verbi causa vt c, ipsum erit b quare aliquid est sumere ipsius b, a quod non remouetur a. nam c est aliqd ipsius b. est enī aliquid eorum quæ sunt b, a quo non remouetur a. Nam c aliquod est a. Non igi-
tur per id quod est dici de nullo. verum est nullum b esse a, at positum id erat, nullū scilicet b 19
esse a. Secundę. Demonstratio, si omne b est a, dico aliquod a esse b. Nam si ita non fuerit, nullū a erit b, quare & per præcedentem nullum b erit a, at positum est omne b esse a. Vere igitur



simul erunt nullum b est a,& omne b est a adinuicem scilicet contrariæ,quod est impossibile.
Tertiæ demonstratio. Si aliquod b est a.dico identidē aliquod a esse b.Nam si ita nō est,nul
10 lum a est b.ac si nullum a est b,nullum b est a per primam. & positum est etiam quoddam b esse a,erunt igitur nullum b est a,& aliquod b est a,simul veræ,quæ inuicem sunt contradictoriæ, quod impossibile est. Quartæ monstratio. Si aliquod b non est a,dico non necesse esse aliquod a nō esse b. Id enim facile agnosces si b intelligitur animal,& a homo.non enim omni animali inest homo,quare hæc vera erit aliquod animal non est homo.at cum animal insit omni homini,hæc vera est,omnis homo est animal,quare hęc falsa est,aliquis homo non est aoimal.

22 ## ¶ De conuersione propositionum de modo. Cap.III.

IOdem autem modo se habebit in necessarijs propositionibus nam vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter conuertitur. Affirmatiuarum autem vtraque particulariter. ¶ Nam si ne-
23 cesse est a,nulli b inesse,necesse est & b nulli a īesse. si enim alicui contingit & a,alicui b continget. ¶ Si autem ex necessitate a,omni vel alicui b inest:& b,alicui a necesse est inesse.nam
24 si non ex necessitate inest:neque a ,alicui b ex necessitate inerit. ¶ Particularis vero priuatiua non cōuertitur, propter eandem causam propter quā & supradiximus. ¶ In contingentibus vero quoniam multipliciter dicitur contingere,nam & necessarium & non necessarium,& possibile contingere dicimus. ¶ In affirmatiuis quidem,similiter se habebit se
25 cundum conuersionem in omnibus. Nam si a.omni aut alicui b contingit & b, alicui a continget.si enim nulli,nec a nulli b ostensum est enim hoc prius. In negatiuis vero nō similiter , sed quæcunque quidem contingere dicuntur ex eo quod ex necessitate non
26 insunt, vel in eo quod non ex necessitate insunt similiter. Vt si quis dicat hominē contingere non esse equum,aut album nulli tunicæ inesse. horum enim hoc quidem ex necessitate non inest,illud vero non ex necessitate inest, & similiter conuertitur propositio.nam si contingit nulli homini equum inesse, & hominem contingit nulli equo
27 inesse.& si album contingit nulli tunicæ,& tunica contingit nulli albo. si enim alicui necessario,& album tunicæ alicui inerit ex necessitate,hoc enim ostensum est prius. ¶ Similiter autem & in particulari negatiua. ¶ Quæcunque vero vt in pluribus, &
28 in eo quod nata sunt dicuntur contingere,secundum quem modum determinamus cō
29 tingens,nō similiter se habebat in priuatiuis conuersionibus, sed & vniuersalis quidē priuatiua propositio non cōuertitur,particularis vero conuertitur. hoc autem erit manifestum quando de contingenti dicemus. ¶ Nūc autem nobis tantum sit cum ijs quæ
30 dicta sunt,manifestum quoniam contingere nulli aut alicui nō inesse affirmatiuam habet figuram. Nam & contingit ipsi est similter ordinatur. Est autem quibuscunque ad
31 iacens prædicatur,affirmationem semper facit,& omnino,vt est non bonum,vel est nō album,vel simpliciter est non hoc.ostendetur autem & hoc per sequentia, secundum conuersiones autem,similiter se habebunt in alijs.

Modi cō- tingentes, necessarij non necessarium possibile

Hoc sequens nō respicit, sed præcedens

Secundū quem modu. Nā de cōtingēti illo secundo modo præsertim hoc in libro determinabit syllogismos.

Tertij cap. notæ.

22 Vniuersalis priuatiua,id auertendum est Aristotelem priuatorias appellare, & negatiuas ,& quæ negandi notas habent ad subiecta aut prędicata. Vnde fit vt priuatoriarum quędā eædem sint & negatiuæ , vt omnis homo non est iustus,& quędam affirmatiuę,vt omnis homo non est non iustus. Ee primam regulam precedentis capitis de priuatorijs negatiuis, & monstrauit,& intellexit.quod illę præsertim propositiones assumantur in syllogismis absolutis, hoc est propositionum de inesse. Primam autem hoc in loco regulam pro illis de necessario & in sequentibus priuatiuis ,accipit indifferentee pro priuatorijs tum negatiuis tum affirmatiuis. quas in annotatione appellat affirmatiuam habentes figuram , quod illę priuatoriæ assumantur propositiones,frequenti etiam vsu in suis syllogismis,Cum autem in regulis appellat affirmatiuas, simpliciter affirmatiuas intelligere oportet , illę enim sunt quæ priuatorię non sunt qualea sunt hmōi. de necessitate omnis hō est animal. contingit omne indumentum esse a album. Nā de priuatorijs in illis de modo.siue simpliciter negatiuæ sint,siue affirmatiuam gerant figuram . simile & conuertendi ad syllogismum constituendi subie iudicium, nisi in his quę sunt de contingenti non ne necessario.quę autem bina priuationem negatiuam pręse ferunt figuram. conuersionis & syllogismi cum affirmatiuis legem subeunt,vt omnis homo non necessario non est iustus , & similes. Sed forte subiecta descriptione quę dicta sunt fient manifestiora

PRIVATIVÆ	SIMPLICITER NEGATIVÆ.
Nullus homo est iustus	Aliquis homo non est iustus
Nullus homo necessario est iustus	Aliquis homo necessario est iustus
Nullus homo cõtingenter est iustus	Aliquis homo non contingenter est iustus
Priuatiuæ habentes figuram affirmatiuam.	
Omnis homo est non iustus	Aliquis homo est non iustus
Omnis homo necessario non est iustus	Aliquis homo necessario non est iustus
Omnis homo contingenter nõ est iustus	Aliquis homo contingenter non est iustus
SIMPLICITER affirmatiuæ	
Omnis homo iustus est	Aliquis homo iustus est
Omnis homo de necessitate iustus est	Aliquis homo de necessitate iustus est
Omnis homo vt iustus sit contingit	Aliquis homo vt iustus sit contingit
Priuatiuæ habentes figuram negatiuam	
Omnis homo non est non iustus	Aliquis homo non est non iustus 23
Omnis hõ non de necessitate nõ est iustus	Aliquis homo non de necessitate non est iustus
Omnis hõ non cõtingenter nõ est iustus	Aliquis homo non contingenter non est iustus

In demonstratione primę regulę recte efficitur si ex necessitate nullum a est b falsum est, verũ
Num, xxi esse aliquod a cõtingere esse b. Nã si hęc falsa est ex necessitate nullũ a est b, ex capitulo tertio prę
Nu. xxvi cedentis libri hęc quæ eius contradictoria est non ex necessitate nullũ a est b vera erit, at enuncia
tio non ex necessitate nullum a est b, huic aliquod a cõtingit esse b eadem est, atq; ęque potest per
monstrata in eodem cap. quare si falsum est ex necessitate nullum a esse b, verũ esse oportet aliqd'
a contingere esse b. quod si ponatur esse c, manifestum est c contingere esse b. est igit aliquid sume
re ipsius b, a quo non necessario remouetur ipsum a. Nam falsum est c necessario non esse a. est eĩ
c, quoddam a. falsum igitur erat omne b necessario non esse a, quod est contrarium hypothesis. In
demonstratione secundæ & tertię regulę de necessario, sumit Aristoteles si nullum a ex necessita- 24
te est b, nullum b ex necessitate esse a quasi demonstratum sit, q; demonstrauerit priuatorias de ne
Homony cessario figuram habentes affirmatiuam, & idẽ sit iudiciũ atq; idẽ mõstrãdi modus priuatiuarũ
mia cõtin quæ de necessitate simpliciter negatiuæ sunt. Contingens primo modo & necessariũ idẽ sunt,
gentis Secũdo contingens non necessariũ, quod quidẽ potest esse, & potest nõ esse. Tertio modo cõtigẽs
nu. xxxi. & possibile idẽ. Et sumitur possibile, vt communius est quam necesse esse. qua in significatione in 25
præcedenti libro ordinatũ est sequi ad necessariũ & in ordinibus locabatur propositionũ de mo
do sese consequentiũ. Et secundus modus cõtingentis, diducitur in contingẽs quod frequens est
& vt plurimũ, in contingens rarũ, & in contingens vtrumlibet, quod æque euenire & nõ eueni
re contingit. Contigentis secundo modo vniuersalis priuatiua non conuertitur in terminis vt
cap. decimosexto huius mõstrabitur. Et hoc ideo, quia affirmatiuæ in priuatoriã figuram haben
tes affirmatiuam conuertuntur, vt cap. duodecimo monstrandũ est. Et contra priuatorię figuram
prę se ferentes affirmatiuam in simpliciter transeunt, cõmutanturque affirmatiuas, quare si pri-
uatoriæ vniuersaliter cõuertentur, & vniuersales affirmatiuas oporteret vniuersaliter cõuerti. q; 30
non necessario euenit, vt verbi causa oẽm hoiem contingit nõ esse albũ, attñ falsum est oẽ album
contingere non esse hoiem. Nã si verum esset omne album contingere non esse hominẽ, verũ etiã
esset omne albũ contingere esse hominẽ, id enim falsum est. Nã in aliquod albũ vt niuẽ, aut alaba
strum impossibile est esse hoiem. Et sane sequetur oẽm hominẽ contingit esse album, igitur oẽm
hominem cõtingit non esse album. quare si necessario sequeretur oẽm hominẽ contingit nõ esse
album, igitur & omne album contingit non esse hominem, cum rursum in hac contingentis spe-
cie necessario sequatur omne albũ contingit non esse hominem, igitur omne albũ contingit esse
hominem, vltimum consequens scilicet omne album contingit esse hominẽ, necessario comitatur
primum antecedens, scilicet omnẽ hominẽ contingit esse albũ. Colligitur igitur necessario, si om-
nem hominem contingit esse album, omne album contingere esse hominem, quod est vniuersalẽ
affirmatiuam vniuersaliter ex necessitate commeare, recurrereque atq; conuerti, q; falsum est &
impossibile. Quod aũt particularis priuatiua in talibus cõuertatur, hoc ideo est q; ad affirmatiuas
sequuntur priuatiuę, affirmatiuæ formæ. & contra, ad hmõi priuatiuas affirmatiuæ. atqui parti
culares affirmatiuę cõuertũtur, & recurrunt. quare & particulares priuatiuæ, quę cũ illis conuer-
tuntur. sicut aliquẽ hoiem cõtingit non esse albũ, aliquem hoiem contingit esse albũ, etsi aliquẽ
hominẽ contingit esse albũ. aliquod album contingit esse hominem per primam regulã. etsi ali-
quod album contingit esse hominẽ, aliquod album contingit non esse hominẽ. Si igitur primum
quod antecedit ei quod vltimo consequitur, iungimus rectissime, colligimus si aliquem hominẽ
contingit non esse album, aliquod album contingere non esse hominem Sed vt dictum est id post
modum, ex cap. duodecimo, & decimo sexto fiet perspicuum. Annotatio, illius gratia posita vt

detur: quod in secunda regula contingentis vsurbauerat negatiuum loco eius quod est priuatiuũ. in negatiuis vero (dixerat) non similiter: vbi prosequitur nõ negatiuis de simpliciter, sed de priuatiuis affirmatiuam habentibus figuram. Id igitur annotatione emendat: ne quis illum credat velle illas dicere simpliciter negatiuas. Huiusmodi orationes est non bonum, est non iustũ affirmationes esse: adhuc declarabit capite. xlii. huius. Et cõuertuntur vt cęterę: scilicet vniuersalis affirmatiua, in particularem affirmatiuam. Vniuersalis negatiua: vniuersaliter in terminis. Particularis affirmatiua: particulariter. Particularis autẽ negatiua non conuertitur. Et enim terminorum negatorum communioris & specialioris ordo conuersus ad terminos affirmatos vt demus primũ locũ ei qui omniũ specialissimus, & subinde sequẽtes per ordinẽ cõmunioribus, nouissimũ cũ cõmunissimo. qualis ordo est inter hominẽ, animal, corpus, & substantiã: talis reperitur inter non substãtiã, non corpus, nõ animal, & nõ homo. vt subiecta monstrat descriptio.

iiii Substantia	Non homo	Communissima
iii Corpus	Non animal	Communiora
Animal	Non corpus	Communiora
i Homo	Non substantia	Horũ minime omniũ cõmunia

Quo fit vt cum hæc vera sit quoddam animal non est homo non agitur reciproce, quidam homo non est animal: simili quoque modo neque hæc particularis negatiua quoddam non animal non est non substantia, redit conuertiturque in hanc quaedam non substantia non est non animal. Et aduertendum in omnibus huiusmodi priuatoriis quę figuram habet affirmatiuam siue sint de inesse, siue de modo alio a contingenti secundo: similem etiam cũ negatiuis tenere cõuersionis legem. Et quæ priuatoriæ sunt figuram habentes negatiuam & quodam modo bis priuatiuæ sunt: legem subeunt conuertendi affirmatiuarũ. vt hæc vniuersalis priuatiua omnis homo est non iustus: vniuersaliter in hanc priuatoriam conuertitur omne iustum est non homo neque oppido difficile est id cognoscere ex determinatis præcedentis libri, & præcedentis capitis. Numero vi
Nam si omnis homo est non iustus, omnis homo non est iustus ex præcedenti libro. & si omnis homũ non est iustus: omne iustum non est homo, ex prima regula pręcedentis capitis & rursum ex præcedenti libro. & si omne iustum non est homo, omne iustum est non homo. recte igitur primum vltimo, & recte colligitur, si omnis homo est non iustus, omne iustum est non homo. Et hic priuatoria figurę affirmatiuæ, in priuatoriam affirmatiuam recurrit. Quemadmodum & cum dicitur, si omnis homo ex necessitate non est equus, omnis equus ex necessitate non est homo. Sed hæc omnis homo non est non iustus, quæ formam habet negatiuam & bis quodam modo priuatiua est (prædicatio dico semper negato) recurrit in vnam particularem non autem in vniuersalem (Nam tales, vniuersalium affirmatiuarum duces sunt & comites, id est antecedẽtes & consequentes: quæ non vniuersaliter sed particulariter conuertuntur) vt in hanc aliquod iustum non est non homo. quemadmodum & hæc omnis homo non ex necessitate non est albus. Dubitatio Dilutio
Sed dices quomodo igitur conuertuntur vt cęteræ, cum vniuersalis negatiua in his non vniuersaliter sed particulariter. & vniuersalis affirmatiua recurrat vniuersaliter. Hæc ambiguitas paucis diluitur. Nam vniuersalis negatiua vniuersaliter conuertitur in terminis; & vniuersalis affirmatiua, cum sua particulari particulariter. Particularis vero negatiua non redit remeatque in terminis, & de hac conuersione in terminis, in qua viceversa subiectum fit prædicatum & prędicatum subiectũ: assertio Aristotelis intelligenda est, huiusmodi in suis conuersionibus sese habere vt cęteræ. Cum autem nunc dictum est vniuersalem affirmatiuam de prædicato negato conuerti in vniuersalem affirmatiuam consimili modo priuatoriam: id de conuersione quæ per cõtradictionem extremorum fit intelligitur, quæ per contrapositionem appellari solet. Et ex subiecta annotatione: hæc forsitan euadant manifestiora, & quo pacto omnes tum de inesse tum de necessario & contingenti, redire & conuerti debeant.

RECVRRVNT IN TERMINIS CONSIMILITER VNIVERSALITER

Omnis homo non est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non est homo
Oĩs hõ ex necessitate nõ est iustus	vniuersaliter	Omne iustum ex necessitate non est homo
Oĩs hõ nõ ex necessitate est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non ex necessitate est homo

EX CONTINGENTI PRIMO MODO.

Oĩs hõ cõtingenter nõ est iustus	vniuersaliter	Omne iustum contingenter non est homo
Oĩs hõ nõ cõtingenter est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non contingenter est homo

EX CONTINGENTI TERTIO MODO.

Oĩs hõ cõtingenter non est iustus	vniuersaliter	Omne iustum contingenter non est homo
Oĩs hõ nõ cõtingẽter est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non contingenter est homo

HAEC RECVRRVNT IN TERMINIS CONSIMILI MODO PARTICVLARITER.

Omnis homo iustus	particulariter	Aliquod iustum est homo
Omnis homo necessario est iustus	particulariter	Aliquod iustum ex necessitate est homo

Ois hõ non necessario nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ non necessario nõ est homo

EX CONTINGENTI TERTIO MODO.

Omnis homo cõtingenter est iustus	Particulariter	Aliquod iustum contingenter est homo
Ois hõ nõ cõtingẽter nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ non cõtingenter nõ est hõ

EX CONTINGENTI TERTIO MODO

Omnis homo contingenter est iustus	particulariter	Aliquod iustum contingenter est homo
Ois hõ nõ cõtingenter nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ nõ contingenter nõ est hõ

ITEM Hæ similiter inter se particulariter

Aliquis homo est iustus	particulariter	Aliquod iustum est homo
Aliquis hõ ex necessitate est iustus	particulariter	Aliquod iustum ex necessitate est homo
Aliquis hõ nõ ex necess. nõ ē iustus	particulariter	Aliquod iustũ nõ ex necessitate nõ est hõ

EX CONTINGENTI PRIMO MODO

Aliquis hõ contingenter est iustus	particulariter	Aliquod iustum contingenter est homo
Aliqs hõ nõ cõtingẽter nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ nõ cõtingẽter nõ est homo

EX CONTINGENTI TERTIO MODO

Aliquis hõ contingenter est iustus	particulariter	Aliquod iustum contingenter est homo
Aliqs hõ nõ cõtingẽter nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ nõ contingenter nõ est hõ

HAC non ex necessitate conuertuntur in terminis.

Aliquis homo non est iustus.
Aliquis homo necessario non est iustus.
Aliquis homo non necessario est iustus.

EX CONTINGENTI PRIMO.

Aliquis homo contingenter non est iustus.

EX CONTINGENTI TERTIO.

Aliquis homo non contingenter est iustus

CONVERSIONES in terminis contingentis secundo modo in iis affirmatiuis, & priuatiuis quæ affirmatiuam habent figuram.

Antecedentes		Consequentes
A Omnis homo contingenter non est iustus	solum particulariter	C Aliquod iustum contingenter non est homo. A
C omnis hõ contingenter est iustus	A particulariter	A aliquod iustũ contingenter est hõ C
A aliqs hõ cõtintingẽter nõ est iustus	C particulariter	C aliquod iustũ contingenter est homo A
C aliquis contingenter est iustus	A particulariter	A aliquod iustũ contingenter est homo C

CONVERSIONES in negatiuis contingentibus secundo, tum geminarum, tum singularum negationum.

Ois hõ nõ contingenter nõ est iustus	particulariter	Aliquod iustũ nõ cõtingenter nõ est homo
Ois homo nõ contingẽter est iustus	particulariter	Aliquod iustũ non cõtingenter est homo
Ois hõ nõ cõtingẽter non est iustus	vniuersaliter	Omne iustũ non cõtingenter nõ est homo
Ois hõ non contingenter est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non contingenter est homo

Quo fit vt vniuersales negatiuæ de contingenti & duplicem, & singularem negandi particulam habentes: vniuersaliter conuertantur in terminis, pariter & particulariter hæc tamen designatio propositionum contingentis non necessarii differri potest: vt ostendatur in decimosexto capite huius, ne mentibus auditorum ingeratur confusio.

Simplices de inesse: A vt E, E vt A, I vt O, O vt I. Priuatiuę de inesse necessario & cõtigenti

CONVERSIONES per contrapositionem propositionum priuatiuarum, hoc est de prædicato negato atque infinito.

A omnis homo est non iustus	vniuersaliter	Omne iustum est non homo
E omnis homo non est non iustus	solum parti.	Aliquod iustum non est non homo
I Aliquis homo est non iustus		Non necessario recurrit.
O aliquis homo non est non iustus	particulariter	Aliquod iustum non est non homo

A Vniuersalis affirmatiuæ nota. E vniuersalis negatiuę. I particularis affirmatiuę. O particularis negatiuæ. Indefinitæ prorsus in omnibus: consimiliter vt particulares conuertuntur.

PARAPHRASIS CAP. TERTII.

TErtium Cap. recurrentium de necessario regulæ quatuor contingẽtis modi tres de cõuersione suarum propositionum regulæ quatuor, & annotatio vna. Quatuor regulę de necessario. Cõsimili mõ se res habebit in ꝓpositionibus de necessario: & q̃tuor sumiẽt re-

Primavniuersalis priuatiua de necessario in terminis vniuersaliter conuertitur. Secunda Vniuersalis affirmatiua de necessario conuertitur particulariter. Tertia. Particularis affirmatiua itidem conuertitur particulariter. Quarta particularis priuatiua de necessario non recurrit, ac conuertitur. Et hę regulæ vt superiores monstrantur. Nam si necessario nullum b est a: necessario nullum a est b. Nam si aliquod a contingit inesse b, aliquid esse cōtinget ipsius b, a quo non necessario remouebitur ipsum a. Nam aliquot a aliquid eorum quæ sunt b, esse continget: quod non necessario non est a. Non igitur hæc vera esse poterat, necessario nullum b esse a. attamen ponebatur vera. Similiter si omne b necesse est esse a: dico aliquod a necessario esse b. Nam si nullum a necessario est b: per immediate mōstratum, nullū b necessario erit a, at omne b positum est necessario esse a. Et consimuli modo de particulari affirmatiua. Vt si quoddam b necesse est esse a, etiam & quoddam a necesse est esse b. Nam si nullum a necesse est esse b, per primam & nullum b necesse est esse a. At positum est aliquod b de necessitate esse a. Et particularis priuatiua propter consimilem causam quæ in quarta superioris capitis regula adducta est, non necessario conuertitur. Tres modi contingentis. Contingens multipliciter dicitur. Primo necessarium. Secundo contingēs nō necessarium. Tertio modo, possibile. Regulę. Prima affirmatiuarum de contingenti secundū vnū quemque modum: similis vt præcedentium conuersio est, vt vniuersalis affirmatiua, in particularem affirmatiuam reuertitur pariter & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam. Nam si omne b contingit esse a: & aliquod a contingit esse b & consimiliter si aliquod b contingit esse a: etiam aliquod b contingit esse b. Nam si nullum a contingeret esse b, neque vllū b quoque contingeret esse a. & similis in præcedentibus demonstratio est. Secunda non secundum omnes contingentis modos priuatiuæ conuertuntur quemadmodum & superiores. Sed priuatiuę de cōtingenti quæ dicūtur eo quod necessario non insunt, aut eo quod nō necessario insunt, id est primi & tertii modi, consimiliter vt superiores conuertūt. verbi causa vt si quis dicat omnem hominem contingere non esse equum & contingere nullum indumentum esse album, vbi in prima cōtingere non esse est de necessitate non esse & in secunda contingere non inesse est non necessario inesse consimiliter conuertuntur vt superiores, vniuersaliter scilicet. nam si contingit nullum hominem esse equum: contingit & nullum equum esse hominem. Id vt de necessario monstratur. & si contingit nullam tunicam esse albam identidem continget nullum album esse tunicam. si non necesse est aliquod album esse tunicam. quare vt ostensum est: & aliqua tunica necessario erit alba At nulli aponebatur necessario esse alba. Nam non necessario & contingens idem: id autem impossibile. Tertia regula. Particulares priuatiuæ primi & tertii modi contingentis: similiter vt superiores non reuertuntur. Et huius: similis cum superioribus demonstratio est. Quarta regula. Propositiones priuatiuæ de contingenti secundo modo, & quæcunque ex eo contingere dicuntur quia plerunque fiant, sintque apta nata contingere, secundum quem modum determinamus contingens: non similem superioribus habent conuersionem. nam talium priuatiua vniuersalis non reuertitur. Particularis vero negatiua reciproca est, atque reuertitur. Et id totum posterius fiet manifestum, cum de contingenti determinabimus. Annotatio. nunc tantum nobis cū iis quæ dicta sunt agnoscere satis sit: has propositiones, contingit nulli inesse, contingit alicui non inesse affirmatiuas esse, affirmatiuamque habere figuram. Nam contingit, & est in illis de inesse: similiter disponuntur consimilesque gerunt vices. Ipsum autem est in quibuscunque in illis de inesse adiectum prædicatur: semper atque omnino affirmationem facit. vt est non bonum, est non albū aut absolute est nō hoc: affirmationes sunt. & hoc ipsum ex sequētibus manifestū erit: & in cōuersionibus perinde sese habebūt vt cęteri. Quare & dictę quoque de contingenti, affirmatiuę erant.

De modis syllogisticis & asyllogistis absolutis primæ figuræ Cap. IIII.

His vero determinatis dicemus iam per quæ, & quando & quomodo fit omnis syllogismus, postea vero dicendum de demōstratione. Prius enim de syllogismo dicendum quam de demonstratione, eo quod vniuersalior est syllogismus. nam demonstratio quidem syllogismus quidam est, syllogismus. vero non omnis demonstratio. Quando igitur tres termini sic se habent adinuicem, vt & postremus sit in toto medio, & medius in toto primo vel sit vel non sit, necesse est extremitatum perfectum esse syllogismum.

Voco autem mediū quod & ipsum in alio: & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema vero quod & ipsum in alio & in quo aliud est. Si enī a de omni b, & b de omni c, necesse est a de omni c prædicari. Prius enī dictū est quomodo de omni dicimus. Similiter autē & si a, de nullo, b, b aūt de oī c, quoniā a, nulli c inerit. Si autem

potest,& aliæ rursus falsæ,bonum id esse diffidentes inficiantesque q̄ est. Atqui opinionum de bo
no falsarum nulla,opinioni quod bonum est,bonum contraria est,prçter eam qua opinamur bo
num non esse bonum.Nam aliæ falsæ(siue sint quibus opinamur bonum id esse quod neque est ne
que esse potest,siue quibus opinamus ipsum bonum id non esse q̄ est,infinitæ sunt numeroque in
determinatæ.infinita autē,numeroque indeterminata,eidem contrario esse non possunt.Affirma
tionis igitur veræ,definita negatio contraria est.sed & etiam magis quam affirmatio contrarij,ex
sequentibus rationibus dilucebit.❧Secunda ratio,Enimuero illæ opiniones magis sunt contra
riæ,in quibus fallacia,primaque deceptio contingit,ille autem sunt ex quibus sunt generationes, 37
generatiōes autem ex maxime oppositis.igitur & illæ opiniones.Maxime igitur opiniones affir-
mationis & negationis de eodem contrariæ.Quare rursus in is merito primæ deceptiones,falla-
ciæque emergunt veris igitur affirmationibus,negationes eiusdem de eodem magis cōtrarię quā
contrariorum affirmationes.❧Tertia Bonum,& bonū est pariter & non malū,& opinio quod 38
bonum bonum est vera per se est,ea vero quæ est bonum,malum non est,vera est secundum ac-
cidens(nam secundum aliud a bono accidit enim bono non esse malum)magis autem in vno quo
que ea opinio vera est quæ secundum se vera,est etiam magis falsa est quæ secundum se falsa est.
quādoquidē & quæ secūdū se uera magis vera est. Cū ergo opinio quod bonū nō ē bonū falsa q̄dē
sit opinionis veræ secundum seipsam existentis,ea autem quæ est quod bonum est malum falsa,
sed eius veræ quæ secundum accidens vera est,erit profecto bonum est malum falsa secundum ac
cidens.quare opinioni veræ de bono quod bonum est,magis falsa opinio secundum negationem
scilicet bonum non esse bonum,magis contraria est,quam ea quę contrarij affirmatio est,videli-
cet bonum esse malum.at circa vnumquodque is maxime falso opinatur,qui contrariam habet o-
pinionem.Nam contrariæ sunt quæ secundum idem genus plurimum differunt. Si igitur huius-
modi contraria est,& altera scilicet quæ est contrarii,magis sane contraria est ea,quę negationis,
nam magis differens magisque falsa.manifestum est igitur quoniam hæc potius dicenda erit con
traria,Erit igitur propositę affirmationi magis contraria eiusdem de eodem negatio,quam con-
trarii affirmatio.❧Quarta.Ea opinio quę astruit bonum esse malum,nō nexa est,alteram secum
trahens. Nam qui opinatur bonum malum esse,vt ipse forte,idem non esse bonum opinetur 39
necesse est.consequitur enim.At hæc bonum non est bonum hanc secum non nectit,consequiq̄
trahit bonum est malum,sed simpla est,& prior.vt & simpla bonum est bonū.Igitur potius nega
tionis opinio contraria est.quam affirmatio contrarii.Quare & affirmationi magis contraria ne-
gatio,quā contrarii affirmatio.❧Quinta.Si in aliis quæ scilicet contrariorum affirmationē nō 40
habent,ita sese habere oportet vt negationis opinia contraria sit,& bene hic quoque vbi etiā cō-
trarii affirmatio est,dictum fuisse videtur,negationem potius esse contrariam.Nam aut vbiq̄ eo
dem iure negatio contraria,aut nusquam.Atqui eorum quorum non sunt contraria,puocirca ne
que contrariorum affirmationes,ea de iis falsa opinio,opinioni veræ opponitur. vt qui hominē
non esse hominem opinatur,falso opinatur,aduersaturque opinioni veræ,qua homo esse autuma
tur.Si igitur negationes affirmationibus in hisce contrariæ sunt , & eorum quoque quorum sunt
contraria:contrariæ erunt,quæ sunt affirmationis & negationis.❧Sexta.Præterea consimiliter
sese habent,hæ opiniones , quibus opinamur bonum esse bonum & non bonum non esse bonum 41
& non bonum esse bonum. Nam vtræque veræ & præter has,hæ insuper consimiliter sese habēt
quibus opinamur bonū nō esse bonū.nā vtræque cōsimiliter falsæ.Illi igitur opinioni veræ qua opi
namur non bonum non esse bonum,quænam contraria.Non enim contrarii affirmatio qua opi-
namur non bonum esse malum,contraria est,nam nonnūquam simul vera fuerit(vera autem ve-
ræ nunquam contraria est)est enim quiddam non bonū,quod malum est.Neque insuper hæc cō-
trarii negatio,non bonum non est malū,illi qua opinamur nō bonum nō esse bonum contraria
est.nan hæ negationes simul veræ esse possunt.relinquitur ergo vt opinioni veræ qua opinamur
nō bonū nō esse bonū,contraria sit opinio,qua opinamur nō bonū esse bonū.Falsa enim hæc est
& sic erit falsa,veræ contraria.Quare & opinioni veræ quod bonum,bonū est,contraria erit opi
nio falsa,quod bonum bonum non est. Nam hę similiter vt duæ superiores sese habere concessę 42
sunt. Veræ igitur affirmationi propositæ definita,determinataque negatio contraria est, & ma-
gis quidem quam contrarii affirmatio. Documentum,& id latere nō debet nihil interesse si Ideſi
nitarū loco ponamus vniuersalē affirmationē & negationē.nā vniuersalis negatio vniuersali affir
mationi erit contraria,qumadmodum & opinioni qua opinamur quispiam,omne bonum esse bo
nū.opinio q̄ nullū bonū est bonum cōtraria est.nā opinio q̄ bonū est bonū,si vniuersaliter bonū
sit bonū,eadē & illi qua opinatur q̄cquid bonū est esse bonū , hæc aūt eadē illi qua opinatur omne
bonū esse bonum.quare si in opinionibus ita se res habet,vt vniuersalis opinio vniuersali sit cō-
traria(cum affirmationes & negationes quæ sunt in voce notæ sint & signa earum opinionū quæ
sunt in mente)manifestum est vniuersali affirmationi,contrariam esse eiusdem de eodem vniuer-
salem negationem.vt vniuersali affirmationi omne bonum est bonum,contraria vniuersalis ne-
gatio nullum bonum est bonū.siue huic oīs homo est bonus,cōtraria est vniuersalis negatio nul
lus homo est bonus.Illarum autem affirmationum contradictoriæ sunt,non omne bonum est bo 43
num,non omnis homo est bonus. Secundum documentum,Manifestū insuper esse debet,non

contingere veram, veræ esse contrariam, neq̃ opinionem opinioni, neq̃ inter ſe affirmationem & negationem. nec ab re quidem. Nam contrariæ tum opiniones tum enunciationes circa oppoſita verſantur, ſuntq̃ inter ſeſe oppoſitæ, circa eadem autem oppoſita verũ quempiã dicere contingit, ſed nunquã cõtingit ſimul eidem ineſſe contraria. Sed pro pleniori ſuperiorũ intelligentia de diuerſitate & identitate opinionum & enunciationum: ſubter adiecta cõſideretur deſcriptio.

Per ſe	Bonum, bonum eſt	Vera		
Per ſe	Bonum, bonu m non eſt	Falſa		
Per accidens	Bonum malum eſt	Falſa		
Per accidens	Bonum, malum non	Vera		
Simplex	Bonum, malum eſt	Vera		
Simplex	Bonum. bonum non eſt	Falſa		
Connexa	Bonum, malum	Falſa		
Connexa	Bonum, malum non eſt	Vera		
Similes	Bonum, eſt bonum	Non bonum bonum non eſt	Veræ	
Similes	Bonum, bonum non eſt	Non bonum, bonum eſt	Falſæ	
Eædem	Omne bonũ, bonũ eſt	Quidqd eſt bonũ, bonũ eſt	Bonũ, bonũ eſt	Veræ
Eædem	Oẽ bonũ, non eſt bonũ	Quicqd eſt bonũ, bonũ nõ eſt.	Bonũ, bonũ nõ eſt	Falſæ
Eædem	Oẽ nõ bonũ. bo. nõ eſt	Quicqd eſt nõ bo bonũ nõ erit	Nõ bonũ bo. nõ eſt	Veræ
Eædem	Oẽ nõ bonũ, bonũ eſt	Quicqd eſt nõ bonũ, bonũ eſt	Nõ bonũ, bonũ eſt	Falſæ

COROLLARIVM.

Cum ſuperiori die viſendi cauſa Germanum adiiſſem. cum ferme hanc primã dialectices partem ad calcem formularii preſsiſsent, me percontatus, res, inquit, ſtudiorum quo pacto proceſsura eſt? Bene, inquã, ſi deus vertat, dummodo ſint qui propoſitum adiuvent promoueantque quæ meliora norint Noui, inquit, Clichthoueum, noui Bouillũ, & alios complures quos ad potiora, natura finxiſse videtur. & te inſuper non fugiunt plerique alii, qui tam neceſſario, tamque vtili non deerunt propoſito. Verum inquam pleroſq̃ inſuper alios noui G. Ruffum, G. Caſtellum, Ioannem Molinarem, R. Fortunatum, Lagrenum. Pellitarium, ſtrennuos in hoc almo ſtudio iuuenum moderatores, qui ſummopere nituntur quæ fæda, ſcabra, hiantia, inſulſaque ſunt, expolite, & philoſophiæ ſuum reparare nitorẽ. & alii ſunt non pauci huius pulchro deſiderio: haud dubium eſt accenſi, qui quia cum ipſis mihi nullaque conſuetudo fuerit, non mihi ſatis ſunt cogniti. Sunt etiam qui malunt philoſophiam laceram, balbam, litigioſam, & importune garrientem quam comptam, elegantem, pacificamq̃ atq̃ modeſtam. Et cauſantur imprimis eam obſcuriorem fore ſi dabitur vt authores ipſi ſenſerer & futurum vt iuuenes nihil intellecturi, percepturique ſint, vt qui oratione, ſtylloque decoratam nequeant intelligere ſic igitur omnis tum certa dialecticen, tum circa partem eius aliam quamlibet colendam, labor peribit irritus. Tunc Germanus illa lacernoſa. balba, litigioſa & male ſana loquendo, non philoſophia, ſed philoſophiæ nouerca, ignorantia eſt. quam intelligentiæ prauitas peperit. quæ ideo praua, & prauæ affectionis dicitur inſcitia. & hi hiſtrioni mihi perſimiles eſſe videntur, qui cum ſolam ſed ſatis inerudite barbitum noſſet pulſare. cætera muſices dãnabat inſtrumenta. & quæ aſſequi deſperabat, ſuadebat cæteris ne ea aggrederentur, quod aut ſine vſu eſſent tentaturi, quodve illa admodum captu eſſent difficilia. Verũ qui huiuſmodi ſunt potius vereri debuiſſent, ne in eos iuſte hoc decantaretur diſtichon.

Noctua phœbæum viſu cum non ferat orbem,
Hoc etiam Iouis armigero putat eſſe negatum

Præſertim cum hac tempeſtate apprime iuuentus e grammaticorum ludis exculta prodeat ac elegans, & parata (ceu bene cultus ager) bonas phyloſophiæ partes ſuſcipere, quæ primum fæda illa, ſqualentique a logicorum barbarie, vt interitus & valuarum philoſophiæ cuſtode, ceu quodam apud inferos Cerbero deterrita, aut ad grammaticos aſsidue legendos relabitur libentius, aut ignara veri falſique ad iura conuolat repudiata prorſus philoſophia. quam maxĩe tamen, ſe qui opportebat. quod ſane neutiquã fieret vnquam ſi non rudibus & ineruditis in ipſis philoſophiæ veſtibulis offenderetur, tum præceptoribus tum inſtrumentis. Quare mihi tales adhuc cõſilio, & eruditione egere vidẽtur. Eſt in hoc clariſsimo gymnaſio Fauſtus, eſt Ioãnes Laſcaris rhyndacenus; eſt Iocundus veronẽſis: eſt Paulus Aemilius, Hermonymus ſpartanus, Budæus, & qui hmõi ſunt circa diſciplinas rectum ſeruantes iudicium, quos ſi conſulant, non eos puto illorũ ꝓbaturos iudicia. Neq̃ Theodorus, Hermolaus, Mirãdulanus, vt certũ eſt, ꝓbauiſsẽt: quorũ inſtitutũ, iam erat, ſi vitæ fila duraſsent: oĩa q̃ philoſophiæ ſunt ad politæ: eruditæq̃ locutionis legẽ in integrũ reſtituere. Et ridiculũ ꝑfecto magis eſt quã feriũ, ſuaſiunculas audire, quibus moliũtur ignaros in ſuã ſentẽtiã adducere, quas ĩter cõfabulãdũ aliquo reci tãte recreationis gratia acceptas nunc afferã Si latine dabuntur, inquiũt, & elegãter; non iã dialectica nõ philoſophia

grãmatica erit & quęstiones,argumentationes,difficultates,subtilitatesq; pereunt.Iu uenes mutie runt &elingues,non modo dicenti verum non aduersantes,sed ne quidem falsum asserenti, & varias in medium(quæ nunquam etiam a pilosophis excogitatæ fuerunt)opiniones adducẽti.quis ergo non videat?quis non iudicet ad vulgarem studentium locutionem redactas disciplinas ,etsi sermone sint imperitiores,longe esse feraliores & locupletiores,& ideo iure potius sequendas atque amplectendas.vt quæ suos efficiãt animosos & bellaces,aliæ vero suos quasi secordes & certamina detrectantes,& id genus friuola? Verum in primis id nosse debuissent omnem disciplinam harmoniam quandam esse,& si non pro dignitate culte & eleganter datur, non iam esse disciplinam aut logicam aut pilosophiam.qui enim inelegans esse potest harmonia ? tam sane quam homo esse potest belua. quare potius non sunt disciplinæ,quas putabant esse disciplinas , & magna admiratione dignum est nõ putare eos quæstiones vllas esse,nisi ita ritu barbarorum seruato passim suggerantur dicendo aut scibendo quæritur verum,non esse argumentationes, nisi insulse dicatur aut contra aut arguitur,non esse subtilitates,nisi insulsissime syncategorema inseratur. aut in seipsam reuertens oratio,vt telum in sagittantem,aut quæuis extorta absonaque ponatur hypothesis nõ esse difficultates,nisi superflua & prorsus omni disciplinæ impertinentia ne quicquam vanis altercationibus agitentur, sed hi de philosophis male meriti sunt, quorum libri quæstionibus aut dialecticis aut demonstratiuis pleni,refertique sunt.quot enim apud illos illationes, connexionesque sunt, tot sane sint scitu digna quæsita, referta insuper veris argumentationibus, syllogismis,entymematis,ĩductionibus exemplis.sophisticis autem parcũt,vt & grammatici barbarismis & solœcismis.& cum argumentari putãtes qui veras insectantur disciplinas , ita cõtentiones aggrediuntur,contra arguitur,neq; aliquos arguunt,neque argumententur,sed ipsi soli inscitiæ arguuntur.Subtilitates insuper putant phantasiolas quasdam,vt somnia,& nubium vestigia euanescẽtes.sed quæ authorum sunt,vere subtilia sunt,arduamque & difficilem & admodum dignam præ se ferentia cognitionem. Et parum iuste cauillantur iuuenes mutos & elingues futuros,si literæ in melius ibunt restitutum.nam qui fieri potest vt qui peritiam loquendi erunt assecuti,loqui nesciant? Neque sane certamina(modo digna sint) detrectabunt, sed tanquam generosi,& vt dici solet,elephas culicem futiles ineptias aspernabuntur,& nihil ad rem faciẽtes opiniones,quæ tantum abest vt disciplinis prosint, vt etiam in totum obesse soleant . non enim muti sunt eiusmodi,sed modesti & quod suis compita clamoribus impleãt,quod impauidi aggrediantur(si reuixerit(aut Ciceronem,aut Aristotelem,id non eruditio sed impudentia facit.ĩ sunt qui a musis fabulantur in picas versi,& de quibus simile sentio quod quidam philosophus de Nerone dignum putant suis esse loquendum.ego vero dignum iudico illis,esse tacendum. & sua ratione licebat eruditam,latinam rhomaneque loquẽtem refutare grammaticam, barbaram autem retinuisse.quæ cunctis in studijs irrisa iam funditus explosa est.quomodo igitur non verentur similia iis defendere quæ vniuersa schola iam damnauit,& nunc exhibilat eiecta?.Et si quis ex huiusmodi barbarorum cætu,rediuiuus exurgeret, tota grammaticorum diatriba illius baburræ non perferat molestiam,doctissimum quemque vanis argutionibus & rebus nihil prorsus ad grãmaticos pertinentibus misere lacessentis,sed quis talem non contemnat potius tacendo,quam altercationem tãquam illi sit similis,cum eo suscipiendo?quis eum doctum,quis eruditum putet?nisi forte qui perditissime tale iudicium de philosophia sentiũt?Et hæc non mea solius,sed & omniũ qui in nostro optimatum versantur concilio publica sententia,& consentio est. His dictis Germanus conticuit.Mox ego suscipiens,puto mi Germane inquam.cum senserint suum errorem etiam a consulibus & senatoribus non tolerari , tanquam legibus publicis & senatusconsulto damnati, tandem resipiscent.Et cum patronum philosophię te feceris,& histrionis memineris,fabulę Apolonianæ quæ de tibicine est,me fecisti memorem,quæ hũc in modum fere se habet. Quidam tibicen admodum supra cæteros excellẽs,suos discipulos mittere solebat,vt ineptissimos auscultarẽt tibicines,vt ex illis quo pacto canendum nõ esset discerent. haud secus ex præcedentibus studiorum prolapsibus & ex tuis dictis,quo pacto non sit docendum,mihi doceri posse videntur . Nũc autem opera dãda erit,vt recte docendo studia iuuene.Itaque est inquit.Eoq; de more salutato,in officinam me recepi.& nostram collocutiunculam(quia non ingenerosa visa est,& plurium meminerammus amicorum)quasi corollarium huic loco inserere dignum duxi sicque canere receptui.

Refutatio Germani.

¶PARAPHRASIS PRIMAE PARTIS LOGICES Aristotelis quæ loqui,eloqui,& proloqui,vt volũt,edocet almo . Parisiensi studio commendatæ,finis.

DEO et sempersanctæ Christiferæ et deiparæ Virgini gratias AMEN.

SECVNDA PARS LOGICES. QVE RESOLVTORIA IVDICATIVAQVE DICITVR.

¶ Primi priorum analyticorum, hoc est, resolutiuorum Aristotelis, de propositione, termino, & syllogismo. Cap. I.

1 PRimum dicendum circa quid: & de quo est intentio. quoniam circa demonstrationem, & de disciplina demõstratiua est. Deinde determinandum quid propositio, & quid terminus,
2 quid syllogismus, quis perfectus, & quid imperfectus. Postea vero quid est in toto esse vel non esse hoc in illo: & quid dicimus de omni aut de nullo prædicari.

¶ Propositio ergo est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.

¶ Hæc autem aut vniuersalis aut particularis aut indefinita.
3 ¶ Dico autem vniuersalem quidem: cum aliquid omni aut nulli inesse. Particularem vero, cum alicui aut non alicui: aut omni inesse. ¶ Indefinitam autem, cum quid inesse vel non inesse significat, sine vniuersali vel particulari, vt contrariorum eandem esse disciplinam aut voluptatem non esse bonum.
4 ¶ Differt autem demonstratiua propositio a dialectica, quoniam demonstratiua quidem sumptio alterius partis contradictionis est. Non enim interrogat sed sumit. qui demonstrat. dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem refertvt fiat ex vtraque syllogismus. nam & qui demonstrat, & qui interrogat syllogisat, sumens aliquid de aliquo esse vel non esse;
5 ¶ Quare erit syllogistica quidem propositio, simpliciter affirmatio vel negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum demonstratiua vero si vera sit. & per primas propositiones sumpta'. Dialectica autem percontanti quidem interrogatio contradi
6 ctionis est syllogisanti vero sumptio apparentis & probabilis: quemadmodum in topicis dictum est. quid est ergo propositio, & quid differt syllogistica a demonstratiua, & dialectica, diligentius quidem in sequentibus dicetur. Ad præsentem vero vtilitatem, sufficienter nobis determinata sint quæ nunc dicta sunt.
7 Terminum autem voco in quem resoluitur propositio, vt prædicatum, & de quo prædicatur, vel apposito vel separato esse, vel non esse.

¶ Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt. Dico autem eo quod hæc sunt. Propter hæc vero accidere, est nullius extrinsecus termini indigere vt fiat necessarium.

¶ Perfectum vero voco syllogismum qui nullius alius indiget, præter ea quæ sumpta
8 sunt vt appareat necessarium.
9 ¶ Imperfectum vero qui indiget aut vnius aut plurium, quæ sunt quidem necessaria per subiectos terminos. non autem sumpta sunt per propositiones.


¶ In toto autem esse in altero, & de omni prædicari alterum de altero idem est. Dici
10 mus autem de omni prædicari, quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur alterum, & de nullo similiter.

ἐ μερίει (Inquit Aristoteles) hoc ē aut nōali cui & plerunq; alias vbi negādi nota ꝑticu laritatis notę pręposita relingt particularē neq; non aliquis apud Aristotelem æque ac nullus tā tundē efficit atq; valet sed vt aliqs non.

Primi cap. primi priorum notæ.

Hoc in illo, alterum altero subiectum. in prædicato. Syllogismus græcum est, nostri ratiocinationem appellant, collectionem tamen plurium ad ratiocinandum, designare videtur συλλωγη, enim, collectio. congregatioque dicitur. Duplex est syllogismus quidam cathegoricus qui & prædicatiuus, & quidem hypotheticus, & rursum cathegoricum quidam ostensiuus, & quidam ex hypothesi & conditione. Hic autem de solo prædicatiuo intendit Aristoteles. Et ideo illius gratia propositionem diffiniuit, non in suo ambitu sed prædicatiuam cathe

goricamque atque syllogisticam, & tali diffinitione quæ exprimit vtramque eius qualitatem.
Nam propositionum prædicatiuarum, quæ syllogisticæ sunt, quædam affirmatiuæ & quædã
neg: tiuæ sunt. Et ad diffinitionem intelligere debes, in syllogismo sumpta, quæ particula ex se-
quentibus innuitur. Sunt quidam syllogismi qui per expositionem appellantur, quorũ me-
dium aliquando terminus est singularis & indiuiduus, sed demonstrator & dialecticus ad suas il
lationes (quæ & conclusiones connexiones complexionesque appellantur (illis non vtuntur, sed
his præsertim qui vndecunque terminos habent vniuersales. idcirco partiendo propositionem,
singulariũ non meminit quod a præsentis speculationis syllogismis sint alienæ. Vniuersales au 3
rem, particulares & indefinitæ, in syllogismis qui præsentis sunt considerationis assumuntur, &
illæ solæ, immo propositio quæ hic & diffinitur & diuiditur, secundum subiectam materiam (ve
dictum est) propositio cathegorica syllogistica est. Syllogistica autem quæ in syllogismo sumitur
demonstratiuo aut dialectico quod si singularis in talibus non sumitur propositio, neque in par
titione apponi debuit. Diducitur igitur primum propositio syllogistica in affirmationem & ne-
gationem. Secundo in vniuersalem particularem & indefinitam. Tertio in demonstratiuã, & dis
ceptatiuam siue dialecticam. Demonstrator propositiones suas non interrogat. vt verbi cau-
sa si vult demonstrare triangulum æquilaterum etiam æquiangulum. Esto, inquit, teriquetrus 4
æquilater a c b, aio tres angulos a, c, & b inuicem esse æquos. Nam omnium æquilaterorum angu
li super basim constituti per quintam Euclidis sibiinuicem æqui sunt. Est autem trigonus a c b ex
hypothesi æqualiter sunt igitur duo anguli c & b, supra basim constituti æquales. & eodẽ syllo-
gismo duo anguli a c supra alteram basim constituti æquales. rursum nectimus demonstratiuum
syllogismum. Quicunque anguli vni & eidem sunt æquales, & illi quoque inter se sunt æquales.
atqui angulos b, & angulus a monstrati sunt singuli æquales angulo c. sunt igitur anguli & b &
a, inter sese æquales. Vides igitur quo pacto demonstrator propositiones sumit non interrogans
quod & ex subiecta descriptione licet adhuc intueri.



Euclides

i O im æquilaterũ triãgulorũ duo ãguli supra basim sunt æquales, Propõ sũpta non interrogata
ij Triangulus a c b æquilater est. Propõ sumpta non interrogata

ILLATIO

Trianguli a, c, b, anguli c, b, supra basim sunt æquales Rursus
i Omnes anguli vni & eidem æquales inuicem c, sunt æquales Propõ sumpta nõ interrogata
ij Anguli b, & a, vni & eidem scilicet c, sunt æquales Propõ sumpta nõ interrogata

ILLATIO

Anguli igitur b, & a, inuicem sunt æquales Quare tres anguli a, c, b, inter se sunt æquales & cũ
similis demonstratio in omnibus æquilateris procedat, per diffinitionem concludĩtur propositũ,
omnem triangulum æquilaterum eundem & æquiangulum esse Est enim triangulus æquiangu-
lus, qui tres angulos inter sese æquos possidet. Et id de demonstratore cum syllogisat exempli
causa dictum sit. nunc de dialectico syllogisanti quo pacto interroget. aliquantulum considerã-
dum est, Socrates Protagoram sophistam sciscitando dialecticorum more illudit, quæstio erat v-
trum temperantia idem esset ac sapientia. Protagoras non idem esse dicebat. Socrates interro
gat, insaniam aliquid vocas, cuiusque contrarium dicis ne esse sapientiam? Consentit Protagoras,
Tum Socrates. Vtrum cum recte & frugaliter homines agunt, tunc ita operantes, temperan-
ter, agere videntur an secus? Respondet Protagoras, temperanter. Socrates. nonne temperantiã,
temperanter agunt? Protagoras, necesse est. Socr. nonne quicunque non recte agunt insane agat
& qui ita agunt intemperanter agunt? Prota Ita videtur. Soc. nonne igitur quæ insane fiunt, in-
sania fiunt, & quæ temperate temperantia? Protagoras. profecto. Socrates Et quod eodem
modo fit omnino, ab eodem nonne efficietur, quod vero contrario efficietur a contrario? prota
goras. assentior. Socrates, nonne quæ temperate fiunt, & quæ intemperate contrario fiunt modo
an secus? protagoras, Contrario. Socrates. Contraria itaque insaniæ temperantia. Annuit pro-
tagoras? Socrates. pulchro contrarium ne aliud quidquam est quam turpe? Et bono aliud, quam
malum? Et in voce, acuto nunquid aliud quicquam contrarium præter graue? protagoras. non
aliud. Socrates. An non vnicuique contrariorum non multa, sed vnum est contrarium pro
tagoras. vnum duntaxat. Et insaniæ etiam sapientia contraria concessa est.
Collegit Socrates. Igitur sapientia & temperantia idem ant non tantum vnum vni contrarium
est. Redarguit igitur Socrates, protagoram ex sumptis propositionibus per interrogationem
Et quamuis non interrogetur semper cum vtraque contradictionis parte, idem tamen valet nam
optio semper respondenti datur, vt quam velit contradictionis partem det dat tamen ille qui res
ponder, apparentem sibi atque probabilem, & ex illa data, qui syllogisat, suam ratiocinationem
nectit, sumitque propositum. Et vt res clarior euadat, poterit hoc pacto necti syllogismus.

Et hic ex lib. platonis qui protagoras inscribitur

1 Quæcunque cõtrario fiunt modo, a contrariis fiunt.	Primum sumptũ ex interrogatiõe.
2 Quę aũt tẽperate fiũt & q̃ itẽperãter, cõtrario fiũt mõ.	Secũdũ itidẽ ex iterrogatiõe sumptũ.
ILLATIO	
1 Quæ igitur temperate fiunt & quæ intemperanter, a contrariis fiunt.	Illatum, siue conclusio quæ syllogismo habetur & est primum sumptum secundi syllogismi.
2 Atqui qui insane agunt intemperanter agunt, & qui sane agunt insania agunt, & qui temperate agunt, agunt temperantia.	Secundum sumptum ex interrogatione.
ILLATIO	
Igitur temperantia insanię contraria	Illatum Rursus
1 Nunquã plura sunt eidẽ contraria sed dũtaxat vnum	Primum sumptum ex interrogatione
2 Atqui insaniæ cõtraria est sapientia & eidem insuper contraria est temperantia.	Secundum sumptum partim ex interrogatione partim ex syllogismo.
Illatio. Sapientia igitur & temperantia idem sunt, aut non tantũ vnum vni contrariũ.	Illatum.

8 Hoc illato redargutus Protagoras, quod negatum erat, concedere cogitur. Et id exempli causa dictum est, neque hic magnopere curandum est an id quod verum est Socrates intulerit, an ad interrogata potius ex male datis a Protagora, ipsum confutauerit quod verius est. Resoluitur, diuiditur, dissipatur. Nam propositio ex subiecto & prædicato componitur. Et vnumquodque in ea resoluitur, ex quibus & componitur. Et in propositionibus sunt subiecta sunt prædicata sunt & notæ qualitatum. Vt est, nota est affirmationis & non est, nota atque signum negationis,
9 diuisionisque. Aliquando insuper ponuntur notæ quantitatum vt omnis, nullus vniuersalitatis aliquis, non omnis particularitatis, aliquando nullæ quantitatis notæ ponuntur. vt cum propositiones sumuntur indefinite. Particulę in diffinitione syllogismi hoc pacto intelliguntur. Quibusdam positis, ad minus duabus propositionibus, quarum quæ primum locum obtinet generali nuncupatione propositio dicitur, & maior propositio, quæ vero secundum, assumptio & minor propositio. Aliud quiddam ab his quæ posita sunt, enunciatio alia & a maiore propositione, & ab assumptione quæ minor propositio est, & ab aliis positis si plura ponerentur; quæ quidem enunciatio illarum & conclusio dici solet, alii complexionem, connexionemque vocant. positum & sumptum dicitur enunciatio cum concessa fuerit apta & ordinata ad inferendũ aliquod propositum quod vbi illatum fuerit, conclusio & connexio nominatur. De necessitate accidit eo quod hęc sint, necessario euenit eo quod hęc sint. & hoc est concessis propositionibus siue velit siue nolit contra quem agitur concedendum illi est quod ex illis illatum fuerit, propterea quod illa sumpta vera esse concesserit aut illi reclamandum est aliquod pręconcessorum, quod in syllogismo fit ad incõmodum, de quo posterior sermo, & tunc redargutus est. Eo quod hęc sint, eo quod hęc vera sint, aut saltem concessa vera. Et accedere eo quod hęc sint, interpretatur Aristoteles propter hęc accidere, id est propter illa concessa vera, necessario euenire vt aliud quod ad illa sequitur verum esse concedendum sit. id autem est quotiens vt ex concessis necessario eueniat conclusio, nullus terminus omittitur, nulloq; qui extra sit ad hm̃oi illationis necessitatem termino indiget argumentatio, & sic aliquã forte aut propositione aut illato indigeat vt videatur necessaria; & hęc ex processu manifestiora erunt. Neque mireris hanc particularem huius diffinitionis esse intelligentiam: quandoquidem de syllogismo hic disserit Aristoteles, nunc demõstratorio nunc dialectico apto, consentaneoque instrumẽto, qualis profecto est is qui nũc hic describitur. Et per particulam quibusdam positis omnia entymemata & syllogismos omnes inutiles a sua diffinitione repudiat: quales sunt syllogismi mendacii qui manifeste falsa sumunt aut qui petunt principium sumendo dubiũ aut falsum tanquam concessum quales sunt omne animal est lapis & omnis arbor animal est. omnis igitur arbor lapis. nihil quod rationis non est capax homo est; Cynocephalus autem rationis non est capax, igitur Cynocephalus non est homo. Nam in his & huiusmodi non sunt quędam posita ex quibus aliud quippiam necessario eueniat concedendum. Nam in vero primo nihil positum, sumptũque est; & in secundo sola maior ꝓpositio posita est, assumptio non est posita, sed dubia ęque vt id quod infertur. Cum dicitur aliud, excluduntur petitiões principii manifestæ & non latentes; vt omnis homo est animal & omne animal est substantia, igitur omnis homo est animal sunt hic re vera duo posita, sumptaq;, et illatio necessario euenit, sed non est aliud ab his quę posita sunt. Item excluduntur perridicula quædam qualia sunt omnis homo est homo, et omnis homo est homo ergo omnis homo est homo. et ita in vniuersalibus negatiuis particularibus, et indefinitis. Particula de necessitate accidit, excluduntur omnes coniugationes incolectiles et ad syllogisandum ineptæ quales sunt ex solis negatiuis, et solis particularibus et quæcunque non necessario, sed accidentaliter, id est, aliquando ex sumptis trahunt id quod infertur, et aliquando similia sumpta ad consequia trahendum id quod concluditur, sunt inepta.

vt equus est animal & homo est animal, igitur homo est equus. Omnis homo est animal & omnis homo substantia est, igitur omnis substantia animal est. In terminis tamen conuertibilibus cõsimilia sumpta: illatio consequitur, sed huiusmodi sequela accidentaria: non necessaria dicitur. Denique cum dicitur eo quod hæc sunt: excipiuntur ferme quæ per primam particulam. vt syllogismi aliqua ex parte mẽdaces. vt omnis homo animal est. & omnis equus homo est. igitur omnis equus animal. Ex maiore enim & assumptione necessario sequitur conclusio: sed nõ eo quod hæc sunt. assumptio enim mendax est, & non est sumpta. vnde fit vt Boetius & Martianus hanc Aristotelis interpretentur diffinitionem: hic hunc in modum. Ratiocinatio est ex duabus pluribusve concessis ad id quod nondũ concessum est necessaria peruẽtio. Ille vero hoc pacto. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis, aliud quiddam propter ea quæ cõcessa sunt euenire necesse est quam sint ea quę concessa sunt. vbi concessis & concessa positis. & posita sunt, exponunt. Sed forte quæ subiecta sunt oculis, tenatius, fideliusque animis hærent, quapropter de his quæ dicta sunt: id exemplar despiciatur. Sit quæstio: vtrum omnis virtus vtilis. Et sint cõcessa quicquid perficit: esse vtile. & virtutem omnem, perficere. Item quæstio sit: vtrum temperãtia, qualis sit. Concessa sint, omnem temperantiam esse virtutem, & virtutem omnem esse bonũ & bonum omne quale esse.

SYLLOGISMVS VBI DVO POSITA SVMPTA SVNT.		
1 Quicquid perficit vtile	Maior propositio	Concessa
2 Virtus autem perficit	Assumptio	Concessa
Virtus igitur vtilis est	Conclusio quæ euenit necessario propter hæc concedenda	

SYLLOGISMVS IN QVO PLVRA DVOBVS SVNT SVMPTA.		
1 Omnis tẽperantia virtus est	Maior propositio	Concessa
2 Et virtus omnis, bonum est	Prima assumptio	Concessa
3 Bonum autem omne quale	Secunda assumptio	Concessa 8
Omnis itaque tẽperãtia qualis.	Cõclusio necessario quia hæc sunt, id est ꝓpter hęc cõcedenda. 9	

Vt appareat necessarium: vt appareat cõclusio ex necessitate prouenire. Per appositos terminos non autem per appositas propositiones sumpta sunt. In syllogismo perfecto termini omnes qui necessarij sunt, vt necessariũ appareat sumpti sunt: neque vllo indiget qui extra positus sit & insuper propositiones omnes quæ necessariæ sunt, vt appareat, diiudiceturque necessarium, & quicquam ex necessitate prouenire æque sumptę sunt: neque indiget vlla quę externa sit vt necessarium appareat. In imperfecto autem syllogismo, omnes quidẽ termini qui necessarii sunt ad hoc ipsum vt declaretur diluceatque necessarium sumpti sunt: neque vllus qui foris sit expetendus est sed non omnes propositiones, quæ necessariæ sunt vt ipsum diluceat videaturque necessariũ sumptæ sunt. Terminis igitur non indiget: sed aliqua propositione, aut pluribus quæ foris sunt ex quibus aut conuersione aut oppositione (quod per impossibile dicitur) syllogismi imperfecti aliqua propositionum & interdum conclusio efficitur. Vt esto dubium & in controuersiam veniat: vtrum nulla temperantia fugienda. Sed hæc concessa confessaque omnem temperantiã esse honestam: & honestorum, fugiendum esse nullum. Syllogismus qui in leua describitur perfectus est, & qui e regione in dextra imperfectus.

SYLLOGISMVS Perfectus		Syllogismus imperfectus ad eandem conclusionem.
A Nullum honestum est fugiendum	B	Nullum fugiendum honestum est.
C Et omnis temperantia honesta	D	Et omnis temperantia honesta est.
E Nulla ergo tẽperantia fufugiẽda	F	Nulla igitur temperantia fugienda est.

Termini primi honestum, fugiendũ, tẽperantia: Termini secundi ĩdem: neq; terminis vllis eget, vt neq; primus syllogismus qui perfectus est. assumptio c, perfecti: eadẽ assumptioni d, imperfecti. & conclusio: eadẽ cõclusioni f: sed ꝓpositio a: ꝓpositioni b, non eadẽ sed b conuersione necessaria, in a resoluitur. ita vt b sit antecedens: & a necessario cõsequens quare cum ad a c antecedẽtia necessarium sit vt eueniat e & ad b d antecedentia necessario eueniat f, eadem ipsi e, conclusio. secundus igitur & imperfectus syllogismus: egebat ꝓpositione ꝑ quã manifestaretur necessariũ. nõ enim dico ꝑ quã efficeretur necessariũ, nã erat ꝙ ex necessitate cõsequebatur: sed non apparebat. Vnde fit vel solus trãspositionis ꝓpositionũ ordo: per parũ, aut nihil efficiat vt syllogismus quispiã dicatur imperfectus. Nã q̃ necessaria sunt, vt necessariũ appareat: & ꝑ terminos & per propositiones sumpta sunt. vt hi perfecti sunt & promiscue illis vt eisdem vtuntur.

Syllogis. ꝑfectus recto ordĩe sũpris ꝓpõnibus	Syllogis. ꝑfectus demutato ordine propositionũ.
Quicquid perficit vtile est	Omnis virtus perficit
Virtus autem omnis perficit	Quicquid autem perficit vtile
Virtus igitur omnis vtilis est.	Omnis itaque virtus, vtilis.

Primus tamen directus est, rectoque concludens ordine, secundus autem colligit indirecte, ratione cuius aliquid obliquitatis contrahere videtur. Veruntamen latendum non est tria apud Aristotelem perficiendorum syllogismorum esse instrumẽta conuersionem, per impossibile, & expositionem. Et cum per cõuersionem & per impossibile perficimus, omnes terminos sumi neque vllius qui foris sit indigere syllogismum vt videatur necessarius, sed solum vnius aut plurĩũ propositionum. verum cum expositione designationeque perficitur, termino etiam qui foris est & propositionibus eget vt videatur necessarius. de imperfectis ergo syllogismis qui conuersione aut per impossibile monstrantur necessarij, & diffinitio, & ea quæ superius adducta sunt, præcipue sunt sunt intelligenda, quæ instrumenta ipsorum perficiendorum crebra sunt. non autẽ qui expositione monstrantur, quod & perficiendi rarum est instrumentum. Et hæc ex sequentibus dilucebunt de conuersione quidem & per impossibile ex cap. v. de expositione ex cap. vi. & viij. Sed de his postmodum. Hæc autem vt percipiantur quid perfectus & quid imperfectus, & particulę quę ad diffinitionem adiectæ sunt, sufficere videntur. Alterum in altero, subiectum in prædicato, alterum de altero, prædicatum de subiecto. Tota sunt, genera, species, differentię suorum inferiorum, & æqua æqualium. Et alterum in altero toto esse, & de oĩ alterum de altero dici re ipsa in terminis vniuersalibus sunt vnum ratione autem sunt duo. Nã cum dico in toto esse alterũ in altero, prędicatũ respicio quod subiecti totũ sit id est cõmunius aut æquale. cum aũt enũcio de omni alterum de altero dici, ad subiecti intelligentiã me conuerto, cui vniuersaliter etiam sumpto prędicatũ conurniat. de ec que vniuersaliter sun.pio, verę ꝓdicetur. Interpretatio igitur Aristotelis, ad solas enunciationes terminorum vniuersalium applicanda est. nec iniuria quidem cũ hæ solæ syllogismum constituant, quo de hoc in loco discutienda determinatio suscipitur. Id subiecti sumi intelligitur, quodcunque tale est vt subiectum de eo vere affirmetur. Dicatur, vere affirmetur. aut saltem concessum sit. Remoueatur, vere negetur, aut vere negari sit cõcessum. Et dici de omni, aut de nullo, alicui propositionum syllogismi competere, cõcessum esse oportet.

PARAPHRASIS CAP. PRIMI.


PRimus priorum Aristotelis capita duo & quadraginta Primum cap.
argumentum in eo cõtentorum. Diffinitiones sex, diuisiones duę, co
1 rollarium vnum post primam. Argumentum capitis. Primum
dicendum est circa quid & cuius gratia præsens consideratio est. etenim circa demonstrationem est, & disciplinæ demonstratiuæ gratia.
2 deinde desiruendum quid propositio, & quid terminus. quid syllogismus, & quisnam perfectus, & quis imperfectus, postea quid sit in toto
esse, vel non esse hoc in illo, & quid vocamus de omni & de nullo prędicari Sex diffinitiones & duę diuisiones cum corollario. Pri
3 ma diffinitio. Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius
de aliquo. Prima diuisio. Et diducitur. Nam aut vniuersalis aut particularis aut ĩdefinita est.
Vniuersalis est quæ omni aut nulli inesse significat. Particularis quæ alicui aut alicui non, aut nõ
omni inesse significat. Indefinita quæ inesse aut non inesse siue vniuersali particularive nota designat. vt disciplina contrariorũ eadem est, indefinita est propositio. similiter & hæc, voluptas nõ
non est bonum. Secunda diuisio. Diducitur insuper in propositionem demonstratiuam & dialecticam. Et differt demonstratiua propositio a dialectica. Nam demonstratiua, veræ & indubita
4 tę partis contradictionis sumptio est. non enim qui demonstrat interrogat, sed non interrogatum
sumit. Dialectica vero propositio, datæ ex interrogatione contradictionis partis vnius sumptio
est. Conueniunt etiam. Nam nihil refert vt ex verisque syllogismus conficiatur. Nam & demonstrator syllogisat, pariter & dialecticus, qui quod interrogat syllogisat, nonnihil de aliquo aut esse
5 aut non esse sumens. Corollarium. Quo fit vt syllogistica propositio, sit aut simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo, quemadmodum dictum est. Demonstratiua vero se per seipsam
vera est, identidem & si per per primas suppositiones sumpta. dialectica autem interroganti contradictiõis interrogatio est, syllogisanti autem apparẽtis & probabilis sumptio, quemadmodum
& in topicis dictum est. Sed quid propositio & quo discrimine secernantur syllogistica, demonstratiuaque & dialectica, in sequentibus accuratius, diligentiusque differetur. quãtum autem præsenti sufficit vsui satis nobis esse videntur quæ determinata nunc sunt. Secũda diffinitio. Ter
6 minũ aũt appello, in quẽ resoluitur ꝓpositio vt in prędicatũ aut subiectũ, cũ affirmãdo aut negando esse aut nõ eẽ apponitur. Tertia. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis aliud quid
7 dam ab his quæ posita sunt de necessitate accidit eo ꝙ hæc sunt, dico autem eo quod hæc sunt ac
8 cidere, ꝓpter hæc accidere, propter hæc autem accidere, cum nullo indigemus termino qui foris
habeatur vt necessaria sit illatio. Quarta. Perfectũ syllogismum voco, qui nullius alius præte
9 rea quã posita sunt indiget vt necessarium videatur. Quinta. Imperfectus vero syllogismus,
præter ea quæ posita sunt vnius aut plurium indiget vt videatur, dijudiceturque necessarium,
quæ sunt autem necessaria, per appositos terminos sed non per appositas propositiones sumpta

funt. Interpretatio vim diffinitionis obtinens. Esse in toto alterum in altero, & de omni prædicari alterum de altero idem sunt. Identidem in toto non esse alterum in altero, & de nullo prædicari alterum de altero idem. Sexta diffinitio de omni prædicari dicimus, quando nihil subiecti sumere possumus, de quo non dicatur prædicatum. Et simili modo dicimus de nullo dici, quando scilicet subiecti nihil sumere quis potest, a quo non remoueatur prædicatum.

❡De conuersione absolutarum propositionum Cap.II.


Neque bonū nullum, neq; superflua negatio est. negantque duæ negationes vt frequēter post ea vti neque a nulli & in similibus.

QVoniam autē omnis propositio est; aut de inesse, aut ex necessitate inesse,
aut contingere inesse. harum autem, hę quidem affirmatiuæ, illæ autem ne
gatiuæ secundum vnam quanque appellationem. ❡Rursus autem affirma 11
tiuarum & negatiuarum, aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares, aliæ inde- 12
finitæ. ❡Vniuersalem quidem priuatiuam de eo quod est inesse, necesse 13
est in terminis cōuerti. Vt si nulla voluptas est bonum, neque bonum nullum, erit vo 14
luptas. ❡ Prædicatiuam autem conuerti quidem necessarium est. non tamen vniuersa- 15
liter, sed in parte. vt si omnis voluptas est bonum & bonum aliquod voluptas. ❡Parti 16
cularem autem affirmatiuam quidem conuerti necesse est particulariter. Nam si volu
ptas qua, bonum, & bonum aliquod erit voluptas. ❡Priuatiuam vero non est necessa 17
rium. Non enim si homo non inest alicui animali, & animal non inest alicui homini. 18
❡Primum ergo sit priuatiua vniuerlis a b, propositio. si ergo nulli b inest a, neque a, 19
nulli inerit b. nam si alicui inest vt c. non verum erit nullum b esse a. nam c eorum quæ 20
sunt b aliquod est. ❡Si vero omni b inest a, & b, alicui a inest: nam si nulli, neque a, nul
li b inerit. sed positum erat, omni inesse. ❡Similiter autem si particularis est proposi-
tio. nam si inest a. alicui b, & b alicui eorum quæ sunt a, necesse est inesse. si enim nulli. 21
nec a nulli inerit b. ❡Si autem a alicui eorum quæ sunt b, non necesse est & b, alicui a
non inesse. vt si b quidem sit animal, a vero homo. homo enim non omni animali, ani-
mali vero omni nomini est.



Secundi cap. notę.

Quid propositio sit iam exploratum est, & quo modo vna maior appelletur propositio, & al
tera minor propositio, & assumptio. Et quanuis sint propositiones aut saltem esse possint de pos 12
sibili inesse & impossibili inesse, quia tamen Aristoteles de syllogismis qui tales assumant propo-
sitiones speciali discutione non determinabit, idcirco hac in prima diuisione illas non enumerat,
sed duntaxat propositionem syllogisticam diducit, quę in syllogismis in hoc libro diffiniendus as
sumetur. & est hęc partitio, secundum materiam subiectam neque abundans, neque deficiēs. Et cū
in lib. Peri hermenias visum sit, quo pacto illę de possibili & impossibili ęquiualentes euadant
illis de necessario, haud magnus labor fuerit ex illis de possibili & impossibili syllogismos cōstitu
ere cognita ex propositionibus de necessario ratiocinādi forma, tametsi formas de possibili & im
possibili Aristoteles non exprimat, quandoquidem æquiualenter expressę fuerint. Demonstratio
nes trium primarum regularum dicuntur ad incommodum, & impossibile, quartę vero ostensiua
est & iusta atque assertiora.



PARAPHRASIS CAP. SECVNDI

SEcundi cap, diuisiones tres, regulæ quatuor, & regularum demonstrationes. Pri-
ma diuisio. Omnis propositio, aut est de inesse, aut de necessario inese. aut de con- 11
tingenti inesse. Secunda. Harum propositionum in vnaquaque appellationum, 12
id est tam de inesse quam de necessario & de contingenti inesse, quędam sunt affir
matiuæ, & quædam negatiuæ. Tertia. Rursus tam affirmatiuarum quam nega 13
tiuarum, quędam sunt vniuersales, quædam particulares, & quædam definitæ. 14
Prima regula. Vniuersalis negatiua de inesse, necessario vniuersaliter in terminis conuertitur 15
vt si nulla voluptas est bonum, bonum malum erit voluptas. Secunda regula. 16
Vniuersalis autem affirmatiua, necessario quidem recurrit, conuertiturque, verum non vniuersa
liter, sed in particularem, vt si omnis voluptas bonum est, & aliquod bonū erit voluptas. Ter 17
tia. Particularis affirmatiua necessario in particularem cōuertitur. vt si aliqua voluptas bona est, 18
etiam & aliquod bonū est voluptas. Quarta particularis negatiua non necessario conuertitur.
non enī si aliquod aīal non sit homo necesario etiam euenit, vt aliquis homo non sit aīal. Demō-
strationes regularum. Demonstratio primæ. Esto a, b vniuersalis propositio, dico si a nullo b in-
est (id est si nullū b est a), etiā b, nulli a inesse, hoc est nullum a esse b. Nam si b, inest alicui a, verbi
causa vt c, ipsum erit b. quare aliquid est sumere ipsius b, a quod non remouetur a. nam c est aliqd
ipsius b. est enī aliquid eorum quæ sunt b, a quo non remouetur a. Nam c aliquod est a. Non igi-
tur per id quod est dici de nullo. verum est nullum b esse a, at positum id erat, nullū scilicet b 19
esse a. Secundę. Demonstratio, si omne b est a, dico aliquod a esse b. Nam si ita non fuerit, nullū
a erit b. quare & per præcedentem nullum b erit a, at positum est omne b esse a. Vere igitur



simul erunt nullum b est a,& omne b est a adinuicem scilicet contrariæ,quod est impossibile.
Terniæ demonstratio. Si aliquod b est a dico identidē aliquod a esse b. Nam si ita nō est,nul
20 lum a est b.at si nullum a est b,nullum b est a per primam. & positum est etiam quoddam b esse
a,erunt igitur nullum b est a,& aliquod b est a,simul veræ,quæ inuicem sunt contradictoriæ, quod
impossibile est, Quartæ monstratio. Si aliquod b non est a,dico non necesse esse aliquod a nō
esse b. Id enim facile agnosces si b intelligitur animal,& a homo.non enim omni animali inest ho
mo,quare hæc vera erit aliquod animal non est homo.at cum animal insit omni homini,hæc ve
ra est,omnis homo est animal,quare hęc falsa est,aliquis homo non est animal.

22 De conuersione propositionum de modo. Cap.III.

EOdem autem modo se habebit in necessarijs propositionibus
nam vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter conuertitur.
Affirmatiuarum autem vtraque particulariter. Nam si ne
23 cesse est a,nulli b inesse,necesse est & b nulli a īesse. si enim ali
cui contingit & a,alicui b continget. Si autem ex necessita
te a,omni vel alicui b inest:& b,alicui a necesse est inesse.nam
24 si non ex necessitate inest:neque a, alicui b ex necessitate ine
rit. Particularis vero priuatiua non cōuertitur, propter ean
dem causam propter quā & supradiximus. In contingenti
busvero quoniam multipliciter dicitur contingere,nam & necessarium & non necessa
rium,& possibile contingere dicimus. In affirmatiuis quidem,similiter se habebit se
25 cundum conuersionem in omnibus. Nam si a omni aut alicui b contingit & b, alicui a
continget.si enim nulli,nec a nulli b ostensum est enim hoc prius. In negatiuis vero nō
similiter, sed quæcunque quidem contingere dicuntur ex eo quod ex necessitate non
26 insunt, vel in eo quod non ex necessitate insunt similiter. Vt si quis dicat hominē con
tingere non esse equum,aut album nulli tunicæ inesse, horum enim hoc quidem ex
necessitate non inest,illud vero non ex necessitate inest, & similiter conuertitur propo
sitio.nam si contingit nulli homini equum inesse, & hominem contingit nulli equo
27 inesse.& si album contingit nulli tunicæ,& tunica contingit nulli albo. si enim alicui
necessario,& album tunicæ alicui inerit ex necessitate,hoc enim ostensum est prius.
Similiter autem & in particulari negatiua. Quæcunque vero vt in pluribus, &
28 in eo quod nata sunt dicuntur contingere,secundum quem modum determinamus cō
29 tingens,nō similiter se habebat in priuatiuis conuersionibus, sed & vniuersalis quidē
priuatiua propositio non cōuertitur,particularis vero conuertitur. hoc autem erit ma
nifestum quando de contingenti dicemus. Nūc autem nobis tantum sit cum ijs quæ
30 dicta sunt,manifestum quoniam contingere nulli aut alicui nō inesse affirmatiuam ha
bet figuram. Nam & contingit ipsi est similter ordinatur. Est autem quibuscunque ad
31 iacens prædicatur,affirmationem semper facit,& omnino,vt est non bonum,vel est nō
album,vel simpliciter est non hoc.ostendetur autem & hoc per sequentia, secundum
conuersiones autem,similiter se habebunt in alijs.

Modi cōtingentes,necessariū non necessarium possibile

Hoc sequens nō respicit, sed pręcedens

Secundū quem modu. Nā de cōtingēti illo secundo modo pręsertim hoc in libro determinabit syllogismos.

Tertij cap. notæ.

22 Vniuersalis priuatiua,id auertendum est Aristotelem priuatorias appellare,& negatiuas,&
quæ negandi notas habent ad subiecta aut pręd[ic]ata. Vnde fit vt priuatoriarum quędā eædem
sint & negatiuæ, vt omnis homo non est iustus,& quędam affirmatiuę,vt omnis homo non est
non iustus. Et primam regulam pręcedentis capitis de priuatorijs negatiuis, & monstrauit,&
intellexit.quod illę pręsertim propositiones assumantur in syllogismis absolutis, hoc est propo
sitionum de inesse. Primam autem hoc in loco regulam pro illis de necessario & in sequentibus
priuatiuis,accipit indifferenter pro priuatorijs tum negatiuis tum affirmatiuis. quas in anno
tatione appellat affirmatiuam habentes figuram, quod illę priuatoriæ assumantur propositio
nes,frequenti etiam vsu in suis syllogismis,Cum autem in regulis appellat affirmatiuas, simplici
ter affirmatiuas intelligere oportet. illę enim sunt quæ priuatorię non sunt quales sunt huiusmōi,
de necessitate omnis hō est animal. contingit omne indumentum esse album, Nā de priuatorijs
in illis de modo.siue simpliciter negatiuæ sint,siue affirmatiuam gerant figuram, simile & con
uertendi ad syllogismum constituendi subit iudicium, nisi in his quę sunt de contingenti non ne
necessario.quę autem bina priuationem negatiuam prę se ferunt figuram. conuersionis & syllo
gismi cum affirmatiuis legem subeunt,vt omnis homo non necessario non est iustus, & similes.
Sed forte subiecta descriptione quę dicta sunt fient manifestiora

PRIVATIVÆ SIMPLICITER NEGATIVÆ.

Nullus homo eſt iuſtus	Aliquis homo non eſt iuſtus
Nullus homo neceſſario eſt iuſtus	Aliquis homo neceſſario eſt iuſtus
Nullus homo cõtingenter eſt iuſtus	Aliquis homo non contingenter eſt iuſtus
Priuatiuæ habentes figuram affirmatiuam.	
Omnis homo eſt non iuſtus	Aliquis homo eſt non iuſtus
Omnis homo neceſſario non eſt iuſtus	Aliquis homo neceſſario non eſt iuſtus
Omnis homo contingenter nõ eſt iuſtus	Aliquis homo contingenter non eſt iuſtus
SIMPLICITER affirmatiuæ	
Omnis homo iuſtus eſt	Aliquis homo iuſtus eſt
Omnis homo de neceſſitate iuſtus eſt	Aliquis homo de neceſſitate iuſtus eſt
Omnis homo vt iuſtus ſit contingit	Aliquis homo vt iuſtus ſit contingit
Priuatiuæ habentes figuram negatiuam	
Omnis homo non eſt non iuſtus	Aliquis homo non eſt non iuſtus 23
Omnis hõ non de neceſſitate nõ eſt iuſtus	Aliquis homo non de neceſſitate non eſt iuſtus
Omnis hõ non cõtingenter nõ eſt iuſtus	Aliquis homo non contingenter non eſt iuſtus

In demonſtratione primę regulę recte efficitur ſi ex neceſſitate nullum a eſt b falſum eſt, verũ
Num. xxi eſſe aliquod a cõtingere eſſe b. Nã ſi hęc falſa eſt ex neceſſitate nullũ a eſt b, ex capitulo tertio prę
Nu. xxvi cedentis libri hęc quæ eius contradictoria eſt non ex neceſſitate nullũ a eſt b vera erit, at enunciatio non ex neceſſitate nullum a eſt b, huic aliquod a cõtingit eſſe b eadem eſt, atq; ęque poteſt per monſtrata in eodem cap. quare ſi falſum eſt ex neceſſitate nullum a eſſe b, verũ eſſe oportet aliqđ a contingere eſſe b. quod ſi ponatur eſſe c, manifeſtum eſt c contingere eſſe b. eſt igiť aliquid ſumere ipſius b, a quo non neceſſario remouetur ipſum a. Nam falſum eſt c neceſſario non eſſe a. eſt enĩ c, quoddam a. falſum igitur erat omne b neceſſario non eſſe a, quod eſt contrarium hypotheſis. In demonſtratione ſecundæ & tertię regulę de neceſſario, ſumit Ariſtoteles ſi nullum a ex neceſſitate 24
te eſt b, nullum b ex neceſſitate eſſe a quaſi demonſtratum ſit, ꝙ demonſtrauerit priuatorias de ne
Homonymia cõtingentis nu. xxxi. ceſſario figuram habentes affirmatiuam, & idẽ ſit iudiciũ atq; idẽ mõſtrãdi modus priuatiuarũ quæ de neceſſitate ſimpliciter negatiuæ ſunt. Contingens primo modo & neceſſariũ idẽ ſunt, Secũdo contingens non neceſſariũ, quod quidẽ poteſt eſſe, & poteſt nõ eſſe. Tertio modo cõtigẽs
& poſſibile idẽ. Et ſumitur poſſibile, vt communius eſt quam neceſſe eſſe. qui in ſignificatione in 25
præcedenti libro ordinatũ eſt ſequi ad neceſſariũ & in ordinibus locabatur propoſitionũ de modo ſtſe conſequentiũ. Et ſecundus modus cõtingentis, diducitur in contingẽs quod frequens eſt & vt plurimũ, in contingens rarũ, & in contingens vtrumlibet, quod æque euenire & nõ euenire contingit. Contigentis ſecundo modo vniuerſalis priuatiua non conuertitur in terminis vt cap. decimoſexto huius mõſtrabitur. Et hoc ideo, quia affirmatiuæ in priuatoriã figuram habentes affirmatiuam conuertuntur, vt cap. duodecimo monſtrandũ eſt. Et contra priuatorię figuram prę ſe ferentes affirmatiuam in ſimpliciter tranſeunt, cõmutanturque affirmatiuas, quare ſi pri
uatoriæ vniuerſaliter cõuertentur, & vniuerſales affirmatiuas oporteret vniuerſaliter cõuerti. ꝙ 30
non neceſſario euenit, vt verbi cauſa oẽm hoĩem contingit nõ eſſe albũ, attñ falſum eſt oẽ album contingere non eſſe hoĩem. Nã ſi verum eſſet omne album contingere non eſſe hominẽ, verũ etiã eſſet omne albũ contingere eſſe hominẽ, id enim falſum eſt, Nã in aliquod albũ vt niuẽ, aut alabaſtrum impoſſibile eſt eſſe hoĩem. Et ſane ſequetur oẽm hominẽ contingit eſſe album, igitur oẽm hominem cõtingit non eſſe album. quare ſi neceſſario ſequeretur oẽm hominẽ contingit nõ eſſe album, igitur & omne album contingit non eſſe hominem, cum rurſum in hac contingentis ſpecie neceſſario ſequatur omne albũ contingit non eſſe hominem, igitur omne albũ contingit eſſe hominem, vltimum conſequens ſcilicet omne album contingit eſſe hominẽ, neceſſario comitatur primum antecedens, ſcilicet omnẽ hominẽ contingit eſſe albũ. Colligitur igitur neceſſario, ſi omnem hominem contingit eſſe album, omne album contingere eſſe hominem, quod eſt vniuerſalẽ affirmatiuam vniuerſaliter ex neceſſitate commeare, recurrereque atq; conuerti, ꝙ falſum eſt & impoſſibile. Quod aũt particularis priuatiua in talibus cõuertatur, hoc ideo eſt ꝙ ad affirmatiuas ſequuntur priuatiuę, affirmatiuæ formæ. & contra, ad hmõi priuatiuas affirmatiuæ. atqui particulares affirmatiuę cõuertũtur, & recurrunt. quare & particulares priuatiuæ, quę cũ illis conuertuntur. ſi enĩ aliquẽ hoĩem cõtingit non eſſe albũ, aliquem hoĩem contingit eſſe albũ. et ſi aliquẽ hominẽ contingit eſſe albũ. aliquod album contingit eſſe hominem per primam regulã. et ſi aliquod album contingit eſſe hominẽ, aliquod album contingit non eſſe hominẽ. Si igitur primum quod antecedit ei quod vltimo conſequitur, iungimus rectiſſime, colligimus ſi aliquem hominẽ contingit non eſſe album, aliquod album contingere non eſſe hominem Sed vt dictum eſt id poſtmodum, ex cap. duodecimo, & decimo ſexto fiet perſpicuum. Annotatio, illius gratis poſita vi-

detũr:quod in secunda regula contingentis vsurbauerat negatiuum loco eius quod est priuatiuũ.in negatiuis vero(dixerat) non similiter:vbi prosequitur nõ negatiuis de simpliciter,sed de priuatiuis affirmatiuam habentibus figuram.Id igitur annotatione emendat:ne quis illum credat velle illas dicere simpliciter negatiuas. Huiusmodi orationes est non bonum,est non iustũ affirmationes esse:adhuc declarabit capite.xlii.huius. Et cõuertuntur vt cęterę: scilicet vniuersalis affirmatiua,in particularem affirmatiuam. Vniuersalis negatiua:vniuersaliter in terminis.Particularis affirmatiua:particulariter.Particularis autẽ negatiua non conuertitur.Et enim terminorum negatorum communioris & specialioris ordo conuersus ad terminos affirmatos vt demus primũ locũ ei qui omniũ specialissimus,& subĩde sequẽtes per ordinẽ cõmunioribus, nouissimũ aũt cõmunissimo.qualis ordo est inter hominẽ,animal,corpus,& substantiã:talis reperitur inter non substãtiã,non corpus,nõ animal,& nõ homo.vt subiecta monstrat descriptio.

iiii Substantia	Non homo	Communissima
iii Corpus	Non animal	Communiora
Animal	Non corpus	Communiora
i Homo	Non substantia	Horũ nunime omniũ cõmunia

Quo fit vt cum hæc vera sit quoddam animal non est homo non agitur reciproce, quidam homo non est animal :simili quoque modo neque hæc particularis negatiua quoddam non animal non est non substantia, redit conuerititurque in hanc quædam non substantia non est non animal.Et aduertendum in omnibus huiusmodi priuatoriis quę figuram habet affirmatiuam siue sint de inesse,siue de modo alio a contingenti secundo:similem etiam cũ negatiuis tenere cõuersionis legem.Et quæ priuatoriæ sunt figuram habentes negatiuam & quodam modo bis priuatiuæ sunt :legem subeunt conuertendi affirmatiuarũ. vt hæc vniuersalis priuatiua omnis homo est non iustus:vniuersaliter in hanc priuatoriam conuertitur omne iustum est non homo neque oppido difficile est id cognoscere ex determinatis præcedentis libri,& præcedentis capitis. Numero vi
Nam si omnis homo est non iustus,omnis homo non est iustus ex præcedenti libro. & si omnis homũ non est iustus:omne iustum non est homo,ex prima regula pręcedentis capitis & rursum ex præcedenti libro. & si omne iustum non est homo,omne iustum est non homo. recte igitur primum vltimo,& recte colligitur,si omnis homo est non iustus, omne iustum est non homo. Et hic priuatoria figurę affirmatiuæ,in priuatoriam affirmatiuam recurrit. Quemadmodum & cum dicitur ,si omnis homo ex necessitate non est equus,omnis equus ex necessitate non est homo. Dubitatio Sed hæc omnis homo non est non iustus,quæ formam habet negatiuam & bis quodam modo priuatiua est(prædicatio dico semper negato)recurrit in vnam particularem non autem in vniuersalem(Dilutio Nam tales,vniuersalium affirmatiuarum duces sunt & comites, id est antecedẽtes & consequentes:quæ non vniuersaliter sed particulariter conuertuntur) vt in hanc aliquod iustum non est non homo. quemadmodum & hæc omnis homo non ex necessitate non est albus. Sed dices quomodo igitur conuertuntur vt cęteræ,cum vniuersalis negatiua in his non vniuersaliter sed particulariter:& vniuersalis affirmatiua recurrat vniuersaliter. Hæc ambiguitas paucis diluitur. Nam vniuersalis negatiua vniuersaliter conuertitur in terminis:& vniuersalis affirmatiua,cum sua particulari particulariter. Particularis vero negatiua non redit remeatque in terminis,& de hac conuersione in terminis,in qua viceversa subiectum fit prædicatum & prędicatum subiectũ:assertio Aristotelis intelligenda est,huiusmodi in suis conuersionibus sese habere vt cęteræ.Cum autem nunc dictum est vniuersalem affirmatiuam de prædicato negato conuerti in vniuersalem affirmatiuam consimili modo priuatoriam: id de conuersione quæ per cõtradictionem extremorum fit intelligitur,quæ per contrapositionem appellari solet .Et ex subiecta annotatione:hæc forsitan euadant manifestiora,& quo pacto omnes tum de inesse tum de necessario & contingenti,redire & conuerti debeant .

RECVRRVNT IN TERMINIS CONSIMILITER VNIVERSALITER

Omnis homo non est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non est homo
Oĩs hõ ex necessitate nõ est iustus	vniuersaliter	Omne iustum ex necessitate non est homo
Oĩs hõ nõ ex necessitate est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non ex necessitate est homo

EX CONTINGENTI PRIMO MODO.

Oĩs hõ cõtingenter nõ est iustus	vniuersaliter	Omne iustum contingenter non est homo
Oĩs hõ nõ cõtingenter est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non contingenter est homo

EX CONTINGENTI TERTIO MODO.

Oĩs hõ cõtingenter non est iustus	vniuersaliter	Omne iustum contingenter non est homo
Oĩs hõ nõ cõtingẽter est iustus	vniuersaliter	Omne iustum non contingenter est homo


HAEC RECVRRVNT IN TERMINIS CONSIMILI MODO PARTICVLARITER.

Omnis homo iustus	particulariter	Aliquod iustum est homo
Omnis homo necessario est iustus	particulariter	Aliquod iustum ex necessitate est homo

Primavniuersalis priuatiua de necessario in terminis vniuersaliter conuertitur. Secunda Vniuersalis affirmatiua de necessario conuertitur particulariter. Tertia. Particularis affirmatiua itidem conuertitur particulariter. Quarta particularis priuatiua de necessario non recurrit, ac conuertitur. Et hę regulæ vt superiores monstrantur. Nam si necessario nullum b est a: necessario nullum a est b. Nam si aliquod a contingit inesse b, aliquid esse cōtinget ipsius b, a quo non necessario remouebitur ipsum a. Nam aliquot a aliquid eorum quæ sunt b, esse continget: quod non necessario non est a. Non igitur hæc vera esse poterat, necessario nullum b esse a, attamen ponebatur vera. Similiter si omne b necesse est esse a: dico aliquod a necessario esse b. Nam si nullum a necessario est b: per immediate mōstratum, nullū b necessario erit a, at omne b positum est necessario esse a. Et consimuli modo de particulari affirmatiua. Vt si quoddam b necesse est esse a, etiam & quoddam a necesse est esse b. Nam si nullum a necesse est esse b, per primam & nullum b necesse est esse a. At positum est aliquod b de necessitate esse a. Et particularis priuatiua propter consimilem causam quæ in quarta superioris capitis regula adducta est, non necessario conuertitur. Tres modi contingentis. Contingens multipliciter dicitur. Primo necessarium. Secundo contingēs nō necessarium. Tertio modo, possibile. Regulę. Prima affirmatiuarum de contingenti secundū vnūquemque modum: similis vt præcedentium conuersio est, vt vniuersalis affirmatiua, in particularem affirmatiuam reuertitur pariter & particularis affirmatiua in particularem affirmatiuam. Nam si omne b contingit esse a: & aliquod a contingit esse b & consimiliter si aliquod b contingit esse a: etiam aliquod b contingit esse b. Nam si nullum a contingeret esse b, neque vllū b: quoque contingeret esse a. & similis in præcedentibus demonstratio est. Secunda non secundum omnes contingentis modos priuatiuæ conuertuntur quemadmodum & superiores. Sed priuatiuę de cōtingenti quæ dicūtur eo quod necessario non insunt, aut eo quod nō necessario insunt, id est primi & tertii modi, consimiliter vt superiores conuertūt. verbi causa vt si quis dicat omnem hominem contingere non esse equum & contingere nullum indumentum esse album, vbi in prima cōtingere non esse est de necessitate non esse & in secunda contingere non inesse est non necessario inesse consimiliter conuertuntur vt superiores, vniuersaliter scilicet. nam si contingie nullum hominem esse equum: contingit & nullum equum esse hominem. Id vt de necessario monstratur. & si contingit nullam tunicam esse albam identidem continget nullum album esse tunicam. si non necesse est aliquod album esse tunicam. quare vt ostensum est: & aliqua tunica necessario erit alba At nulli aponebatur necessario esse alba. Nam non necessario & contingens idem: id autem impossibile. Tertia regula. Particulares priuatiuæ primi & tertii modi contingentis: similiter vt superiores non reuertuntur. Et huius: similis cum superioribus demonstratio est. Quarta regula. Propositiones priuatiuæ de contingenti secundo modo, & quæcunque ex eo contingere dicuntur quia plerunque fiant, sintque apta nata contingere, secundum quem modum determinamus contingens: non similem superioribus habent conuersionem. nam talium priuatiua vniuersalis non reuertitur. Particularis vero negatiua reciproca est, atque reuertitur. Et id totum posterius fiet manifestum, cum de contingenti determinabimus. Annotatio. nunc tantum nobis cū iis quæ dicta sunt agnoscere satis sit: has propositiones, contingit nulli inesse, contingit alicui non inesse affirmatiuas esse, affirmatiuamque habere figuram. Nam contingit, & est in illis de inesse: similiter disponuntur consimilesque gerunt vices. Ipsum autem est in quibuscunque in illis de inesse adiectum prædicatur semper atque omnino affirmationem facit. vt est non bonum, est non albū aut absolute est nō hoc: affirmationes sunt. & hoc ipsum ex sequētibus manifestū erit: & in cōuersionibus perinde sese habebūt vt cæteri. Quare & dictę quoque de contingenti, affirmatiuę erant.

¶ De modis syllogisticis & asyllogistis absolutis primæ figuræ Cap. IIII.

His vero determinatis dicemus iam per quæ, & quando & quomodo fit omnis syllogismus, postea vero dicendum de demōstratione. Prius enim de syllogismo dicendum quam de demonstratione, eo quod vniuersalior est syllogismus. nam demonstratio quidem syllogismus quidam est, syllogismus. vero non omnis demonstratio. Quando igitur tres termini sic se habent adinuicem, vt & postremus sit in toto medio, & medius in toto primo vel sit vel non sit, necesse est extremutatum perfectum esse syllogismum.



¶ Voco autem mediū quod & ipsum in alio: & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema vero quod & ipsum in alio & in quo aliud est. Si em̄ a de omni b, & b de omni c, necesse est a de omni c prædicari. Prius em̄ dictū est quomodo de omni dicimus. Similiter autē & si a, de nullo, b, b aūt de oī c, quoniā a, nulli c inerit. ¶ Si autem

Quarti Capitis notæ.

Literæ primæ figurę A extremum maius. B medium. C extremum minus.

Extremitatum syllogismus, extremitatum secundum naturalem prædicationis seriem. Ea
33 enim est cum maius extremum atque communius, de extremo minori, contrariorique in conclusione prędicatur. & syllogismi illi, & recti, & directe colligentes, concludentesque dicuntur. Qui autem concludunt minus extremum de maiori, indirecti colligentesve indirecte nuncupantur. Et quæcunque de syllogismis vsque ad septimum caput discutit Aristoteles, id totum de syllogismis recte colligentibus intelligendum. primum enim in septimo capite, de indirectis meminit.

Esse in aliquo, esse in aliquo toto. quid autem sit esse in toto. prius discussum est. Diffinit Aristoteles & medium & maius extremum, & minus extremum syllogismi affirmatiui primæ figurę. (Corpus Animal Homo) Statutis enim tribus terminis secundum naturalem prędicationem, vt corpus, animal, homo quorum duo corpus & homo extrema teneāt, & animal medium, sitque horum trium corpus communissimus terminus, & homo contractissimus, animal autem medio sese habens modo, communior homine sed contractior corpore: dico corpus esse maius extremum, & homo minus, & animal huius figurę medium. Nam corpus horum trium terminorum. est in quo toto solum, aliud est. Nam & animal & homo in corpore vt in toto, corpus autem neque in animali, neque in homine. Et homo horum trium terminorum solum est in altero. nam & in animali & in corpore, non autem contra. Et animal in alio est. nam in corpore & aliud est in ipso. nā homo, & ipsis, terminis naturaliter secundum prædicationem ordinatis, animal situm medium obtinet, estque positione medius. Quare per diffinitionem medius est. Et cum Aristoteles diffinit extremitates horum trium terminorum eos esse quorum alter in alio solum est, alter vero in quo aliud est solum prima particula propter minus extremum adiecta est, & secunda propter extremum maius. Et per affirmationem, statim apud Aristotelicam doctrinam promptum est intelligere negationem. vt id. medium terminum syllogismi negatiui primæ figuræ diceremus qui in toto maiore extremo non est. & in quo est minus extremum. Et maius extremum in quo alii duo non sunt. Minus vero quod in medio est, & in maiore non est. Et hæ diffinitiones, naturalem terminorum ordinationem respiciunt: quam & pręcipue Aristoteles cōtemplatur. vbi vero ordo naturæ confunditur, ad hos quātum patitur natura, reuocantur, sunt enim hi maxime insignes. Sed forte mirabitur quis si nō est hic syllogismus, omnis homo, lapis est. & omnis equus, homo est. omnis itaque equus, lapis est. Id enim consensus omnium esse videtur. Quod si sic, manifestum est diffinitiones Aristotelis non conuenire omnibus & medio & extremis syllogismi affirmatiui primæ figurę, verum ex præcedentibus huiusmodi obiectionibus satisfactum esse putandum est, non esse scilicet syllogismum. Nam neque demonstratiuum, neque dialecticum, sed neque quidem sophisticum. Nam nō ex sua collectione ad fallendum, decipiendumque est apparens. sunt enim huiusmodi ab omni disciplina reiecta, neque syllogismum esse, publicus est omnium consensus nisi forte recentiorum, qui suas, non Aristotelis astruūt sententias, suaque placita. Verumetiam Aristotelis eam esse sententiam astruent, nisi enim (forte inquient) ita esset quonam modo syllogismum esse poneret omne b est a & omne g est b ergo omne g est a. Sed nōvidentur intelligere Aristotelē his literis a b g loco vocabulorum significatiuorum vsum. Et hunc syllogismum solum ex hypothesi dici syllogismū si videlicet omni b insit a: vt omni animali substātia, & omni g insit b: vt & omni homini animal. ex necessitate prouenire omni g inesse a, perinde ac omni homini homini inesse substantiam, neque plane efficitur, si quicquam dicatur syllogismus ex hypothesi, idcirco simpliciter, & absolute esse syllogismum. verum id posterius, plenius agnosceretur. (Aliena cōmuni recentiorum schola) Quare neque simpliciter id tribuere velim vt huiusmodi per literas declaratio sit syllogismus, & si ex hypothesi sit syllogismus. Et si quod ex his tribus terminis lapis, homo equus conflatur. hic refutamus esse syllogismum, tanto magis refutari debebunt exoticæ quędam & insipidę ineptiæ, ex inepta notarum vniuersaliū ad prædicata plerunque additione, aut pronominis, aut inculcatarum nunc pręcedentium nunc subsequentium notarum negatiuarum, aut (vt aiunt) insolita locutione, aut ad nouitias quasdam ex alogicis libris (quos quidem in hoc clarissimo Parisiensi studio vero nomine parua logicalia nūcupant) affectiones quę prorsus disciplinis nullum momentum sunt allatura sed tanquam sentes aut lapæ, volentes rectos disciplinarum calles sequi remoratura plurimum, vel prorsus impeditura. Neque mouendos esse censeo, ne audeant semper adorandæ trinæ beatitudinis incomprehēsibilibus nominibus circa syllogismos irreuerenter abuti quādoquidem vix etiam sacerdotibus qui ad mysteria sunt initiati: dicere debeat in archanis magna cum reuerentia, magnoque cum pa-
37 uore, illa venerabunde inclamare. (Socrates) Socrates sane dicere soleb at, reuerentia mihi semper erga deorum nomina, non humana quædam formido est, sed maximum quemque timorem exuperat. Nominibus igitur dei nisi cum oramus. antequam de eo quomodo sit loquendum, & vtendum didicerimus, parcendum esse salubre consilium putandum est. De omni medio: de medio vniuersaliter & affirmatiue. De nullo postremo, de minore extremitate vniuersaliter & negatiue. Syllogismus: syllogismus directus: recteque concludens. Ex indefinito monstrare, est monstrare ex eq

quod posito vniuersali non fit syllogismus ad aliquem conclusionem ad eundem loco vniuersalis posita propositione particulari, non fieri syllogismum. Si enim posita vniuersali non fit syllogismus, neque posita qarticulari fiet syllogismus. Et si posita particulari fit syllogismus & vniuersali quoque posita vt syllogismus fiat necesse est. Ambo interualla, propositio intelliguntur & assumptio. Syllogismus particularis, qui cum aliquid sumptum sit particulare, particulariter concludit, Omnia problemata, omne genus problematum, propositiorumque. Et problematū genera sunt, vniuersale affirmatiuum, vniuersale negatiuum, particulare affirmatiuum, particulate negatiuum. Inde finitum affirmatiuum, indefinitum negatiuum. Verum particularis & indefiniti, idem est daterminandi syllogisandique modus. Et heiusmodi primā voco figuram, quando scilicet primus terminus de medio & medius de postremo vniuersaliter, aut particulariter affirmatiue, aut negatiue aliquo modo qui dicti sunt enunciantur, quod alij interpretātur, cuius medius terminus, extremorum subijcitur maiori, & prædicatur de minore. hoc est qui subijcitur in propositione, & in assumptione prædicatur, Et hęc prōptæ & facilis sunt intelligentię. Iam facile etiam huius figuræ possumus syllogisticos modos colligere & asyllogistos, quæ iugationes sunt ad quicquam sylloogismo recte colligendum ineffitaçes hoc pacto.

Modi syllogistici absoluti

	Omne	b est a
1	Omne	c est b
	Omne	c est a
	Nullum	b est a
2	Omne	c est b
	Nullum	c est a
	Omne	b est a
	Aliquod	c est b
	Aliquod	c est a
4	Nullum	b est a
	Aliquod	c est b
	Aliquod	c non est a

Vniuersales syllogismi

	ppo.	assū.	cō.		Indefiniti	ppō.	assum.	cō.
Primus	A	A	A	affirmatiuus	i	A	I	y
Secūdus	E	A	E	negatiuus	ii	A	y	I
Partiulares					iii	A	y	y
Tercius	A	I	I	affirmati.	iiii	E	I	u
Quartus	E	I	O	negatiuus	v	E	y	u
					vi	E	y	u

Asyllogisti absoluti

	Omne	b est a
	Nullum	c est b
1	Nullum	b est a
	Nullum	c est b
	Omne	b est a
3	Aliquod	c non est b
	Nullum	b est a
4	Aliquod	c non est b
	Aliquod	b est a
	Omne	c est b
6	Aliquod	b est a
	Nullum	c est b
	Aliquod	b non est a
	Omne	c est b
11	Aliquod	b non est a
	Omne	c non est b
10	Aliquod	b est a
	Aliquod	c est b
	Aliquod	b non est a
21	Aliquod	c non est b
	Aliquod	b est a
	Aliquod	c non est b
	Aliquod	b non est a
	Aliquod	c est b


Asyllogisti

i	A	E	Vniuersales	i	A	u
ii	E	E		ii	E	u
iii	A	O	Particulares	iii	y	A
iiii	E	O		iiii	u	E
v	I	A		v	y	E
vi	I	E		vi	u	A
vii	O	A		vii	I	y
viii	O	E		viii	y	I
ix	I	I	Particulares	ix	y	y
x	O	O		x	O	u
xi	I	O		xi	u	O
xii	O	I		xii	u	u
				xiii	I	u
				xiiii	y	O
			10	xv	y	u
				[illegible]		y
				xvii	u	I
				xviii	u	y


A Vniuersalis affirmatiua
E Vniuersalis negatiua
I Particularis affirmatiua
O Particularis negatiua
y Indefinita affirmatiua
u Indefinita negatiua

Et ex hac descriptione sumi poterunt huius capitis conclusiones speciales, si placeat ad quadraginta, quas paucis Aristoteles perstrinxit. Et in figurationibus quæ delineationes ad latus literalis paraphaseos seruāt, O omni inesse significat. N nulli inesse, Q alicui inesse. Quod alicui nō inesse, idcirco O valet A in quadratis cancellorum. N valet E, Q valet I. Quod valet O. Insuper quod græci figur nt per semicirculum in prima figura, per triangulum in secunda (de qua paulopost a nobis sermo suscipiendus est) qui fastigiatur in mucronem. Et in tertia per triangulum cuius mucro demittitur, nos pro commoditate simili delineatione eorum authoritatem sequentes, sumus vsi & literæ quæ superiorem locum occupant, prædicatum quæ inferiorem subiectū Et in triangulis medium semper collocatur in mucrone. Maius extremum in leuo & minus in dextro angulo collocatur, Quo fit vt in prima figura propositio sit medii ad summum, assumptio imi ad medium & conclusio imi ad summum. In aliis autem figuris in secunda maior propositio sit, leui anguli ad mucronem. assumptio dextri ad mucronem & conclusio dextri anguli ad leuū In tertia, propositio mucronis ad leuum angulum assumptio mucronis ad dextrum, & conclusio dextri anguli ad leuum est.


Prima figurā



Secunda figura




Tertia figura




PARAPHRASIS CAP. QVARTI.

32 QVartum cap. Conclusiones sex corollarium vnum ad quartam & tria ad sextam. Prima cōclusio. Prius de syllogismo quam de demonstratione differendum est. His hunc in modum determinatis dicendum esse videtur per quæ & quando, & quonam pacto omnis efficiatur syllogismus, postmodum vero de demonstratione erit differendi locus. Prius tñ de syllogismo quam de demonstratione differendum. Nam syllogismus demonstratione vniuersalior, communiorque. Est enim omnis demonstratio syllogismus, non autem omnis syllogismus, demonstratio. Se-

33 cunda, Quando tres termini sic adinuicem sese habeāt vt postremus sit in toto medio, & medius in toto primo sit, aut non sit, perfectus efficietur extremitatum syllogismus. Voco autem medium eum terminum, qui idem in alio est, & aliud in ipso qui & positione medius est. Extremitates vero illorum trium terminorum sunt hi, quorum alter in alio solum est. & alter in quo aliud est solum. Quod igitur propositum est monstretur. Sint tres termini a b c, scilicet a primus c postremus & b medius. Et sit postremus in toto medio b, & b medius in toto primo a his itaque positis, dico ex necessitate euenire postremum c esse in toto primo a. & syllogismum fieri extremitatum perfectum. Nam cum b sit in toto primo a vt visum est, ipsum a dicetur de omni b. eritque vera omne b est a, & cum c sit in toto b, ipsum etiam b dicetur de omni c. Cum igitur de omni sit omne b est a, & omne c sumatur ipsius subiecti b, per dici de omni necessario eueniet, ut prædicatum a dicatur de omni c. Fiet igitur per diffinitionē syllogismus omne b est a, & omne c est b. igitur omne c est a, & cum c sit hic in alio solum. nam in c, nullus aliorum est, sed est & in b, & in a, & a sit in quo est aliud solum siquidem hic in nullo est, sed b & c sunt in eo. Itaque quod propter posita ex necessitate euenit, ex extremitatibus est conflatum. & cum hic syllogismus ex solo pendeat principio quid sit dici de omni, manifestum est non esse alicuius indigum, quo syllogismi egere solent imperfecti. Perfectus igitur ex diffinitione. Conclusio igitur, quo ad hoc rata est.




Nunc autem eadem demonstranda est, quando postremus in toto medio est & medius in toto primo nō est. Sūto igitur tres dati termini. a primus, c postremus. & b medius. Et sic c postremus in toto b medio, b medius in toto a primo non sit, dico ex necessitate euenire, a postremū in toto a primo non esse, atque hunc in modum syllogismum effici perfectum. Nam cum b in toto a nō sit, ipsum a de nullo b dicitur, nullumque b est a & cum c positum sit esse in toto b, ipsum b de omni c dicetur eritque omne c, b. Cum igitur sumere sit omne c ipsius subiecti b, per id quod est dici de nullo necessario euenit, vt prædicatum a ab omni c remoueatur. Ex illis igitur propositionibus positis necessario euenit omne c non esse a. quare vt prius stabilitur syllogismus, & extremitatum & perfectus, quemadmodum proponebatur, quod est totum propositum. Ter-



34 tia conclusio. Quanto trium terminorum primus dicitur de omni medio, & medius de nullo postremo, nullus sit extremitatum syllogismus. Nam ex illis positis nihil necessario ex extremitatibus euenit, eo quod hæc sunt. Nam primum & omni postremo interdum continget inesse, & interdum nulli. quare neq; ex necessitate euenit vniuersale, neque particulare. Cum autem nihil ex

35 necessitate euenit, per illa ex diffinitione nullus erit syllogismus. Termini autem vbi primus omni postremo inest, animal, homo, equus, vbi vero nulli, animal, homo, lapis, manifestum est, igitur quando primus terminus de omni medio dicitur, & medius de nullo extremo, nullū fieri syllogismum. Quarta conclusio. Quando autem nulli inest, neque primus medio, neque medius postremo, nullus etiam tum erit extremitatum syllogismus. nam dabuntur termini vbi primus ōmi postremo, & vbi nulli inerit, vt vbi omni inerit, scientia, linea, medicina vbi nulli inerit, scientia, linea, vnitas. Corollarium Quapropter manifestum esse potest, cum vniuersaliter sumuntur, termini, quando in hac figura erit syllogismus, & quando non erit.

OMNI
O animal
N Homo
O Equus
NVLLI
O animal.
N Homo
N Lapis
NMNI
N sciētia
N Linear



Nam quando illis vniuersaliter sumptis erit syllogismus, vt termini sese habeant quemadmo

dum in secunda conclusione diximus necesse est.& sic se habeant syllogismum fieri perspicuum
OMNI. est. ¶ Quinta conclusio Si extremorum terminorum alter vniuersaliter enũciatur alter vero ad
Quod medium particulariter sese habet,quando vniuersalis propositio ad maiorem extremitatem po-
Q bonũ nitur,siue affirmatiua sit,siue negatiua & particularis ad minorem extremitatem affirmatiua fu-
o habitus erit perfectum syllogismum fieri necesse est.Quando autem altera vniuersali,& altera particula 37
O prudẽ- ri,quolibet etiam aliter ad minorem sese habeant termini,syllogismum fieri impossibile est.Ma
ria iorem extremitatem voco,cui subiicitur medium,minorem vero,quæ subiicitur medio. Nunc
NVLLI. ergo demonstremus propositum.Et sint vt prius a b c termini dati.a maior extremitas,b mediũ
Quod & c,extremitas minor,quorum vnus scilicet b sumatur vniuersaliter & c particulariter. Sitque
Q bonũ primo vniuersale ad a maiorem extremitatem,affirmatiuum scilicet omne b est a,id est a dicatur
Q habi- de omni b,& particulare affirmatiuum ad minorem extremitatem,scilicet aliquod c est b,vt b di
tus catur de aliquo c,dico propter hæc per id quod est dici de omni de quo prius dictum est,ex ne-
N inscitia cessitate euenire quoddam c esse a,& a inesse alicui c & syllogismum euenire perfectũ. ¶ Secũ-
OMNI do sit vniuersale negatiuum ad maiorem extremitatem nullum b est a,ita vt de nullo b dicatur
Quod a,& particulare affirmatiuum ad minorem extremitatem,aliquod c est b, vt alicui c insit b.dico
Q Albũ per id quod est dici de nullo consimili demonstratione vt in secunda conclusione monstratum
N Equus est,ex necessitate euenire alicui c non inesse a,quare & vt prius dictum est , huiusmodi syllogis-
N Cygnus mus erit perfectus.Et si ad minorem extremitatem sumatur indefinitum c est b,idem atque æqui
NVLLI. ualens eueniat syllogismus,sumpto indefinito ac si sumatur particulare.Nunc autẽ secunda pars
Quod monstranda est.Et dico,si vniuersale aut affirmatiuum aut negatiuum ad minorem extremitatẽ
Q Albũ apponatur,& altera propositionum particularis aut indefinita sumpta sit,siue affirmatiua , siue
N equus negatiua,nullum futurũ esse syllogismũ .Et primo ad maiorem extremitatem particulari aut af-
N coruus firmatiua, aut negatiua posita & ad minorem vniuersali affirmatiua(vt si alicui b inest a,vel ali-
Omni cui b non inest a,& omni c inest b)dico nullum prouenire syllogismum.Nã dantur termini vbi
O animal primus omni postremo inest,& vbi,nulli. Vbi omni inest,bonum,habitus, prudentia,'vbi vero
N Homo nulli,bonum,habitus,inscitia. ¶ Secũdo. Neque ad maiorẽ extremitatẽ,posito particulari,aut
O cyg- affirmatiuo,aut negatiuo,& vniuersali negatiuo ad minorem extremitatẽ nullus fiet syllogismus
nus vt si alicui b inest a,aut alicui b non inest siue non,omni b.inest,quod idem est ,& nulli c,inest b
NVLLI. nullus erit syllogismus.Nam termini dantur & vbi omni inesse & nulli inesse. Termini omni in-
O animal esse,album,equus,cygnus nulli vero inesse,album,equus,coruus.Et idem valuerit si ad maiorem
N Homo extremitatem indefinitum particularis loco,ponatur,vt a inesse b.similiter & de indefinito nega
N nix tiuo. ¶ Tertio.Si ad maiorem extremitatem vniuersale ponatur aut affirmatiuum aut negati-
OMNI uum,& ad maiorem particulare negatiuum,nullus identidem erit syllogismus.Et idem subit iu
O inaĩatũ dicium,siue indefinitum negatiuum ad minorem adiiciatur extremitatem. Nam vbi vniuersale
Quod hõ affirmatiuum ad maiorem extremitatem,& particulare negatiuum ad minorem adhibetur,dan
O nix tur termini & omni inesse & nulli inesse vt si omni b inest a & alicui c non inest b siue non omni
Nulli c inest b,dantur termini vbi postremo termino cui alicui non inest medius,eidem & omni & nul
N inaĩatũ li insit primus. Verbi causa,substituantur termini,animal,homo,album. deinde alba sumantur
ꝙ Homo de quibus homo non prædicatur cygnus,atque nix,manifestum est animal de vno quidem om-
N cygnus ni prædicari,de altero vero nullo,quare nullus erit syllogismus. Termini igitur omni inesse erũt
Omni animal, homo, cygnus.Et termini nulli inesse,animal,homo nix. Vbi vero vniuersale negatiuũ
Inaĩatum ad maiorem extremitatem:& particulare negatiuum ad maiorem constituitur (vt si ponitur nul
O Homo b inesse a & alicui c non inesse b)dantur etiam termini & omni inesse & nulli inesse. vt si substitu
Nix antur termini inanimatum,homo,album,deĩde sumantur alba,cygnus & nix,de quibus nõ præ
Nulli dicatur homo vt prius.Nam inanimatum de hoc omni prædicatur,de illo vero nullo.Et termini
Inaĩatum ex quibus omni inesse erũt,inanimatum,homo,nix.Et ex quibus nulli inesse,inanimatum,homo
N Homo cygnus.Præterea id ex indefinito monstrandum est.Nam cum indefinitum,indeterminatumque
Cygnus sit cum dicitur alicui c non inesse b,Nam verum est alicui non inesse,& si nulli inest & si non om
Omni ni inest,at sumptis his terminis c b tanquam nulli c insit b,nullus fit syllogismus vniuersali eti-
Animal am ad maiorem extremitatem posito vt prius in tertia conclusione monstratum est.perspicuum
N Albũ est igitur cum termini sic se habuerit scilicet vt alicui c,non esse b sumatur,nullum fieri syllogis-
Homo mum.Nam fieret & in illis vbi nulli c inesse b sumeretur.Et simili argumẽtatione ex quarta con 38
NVLLI. clusione ostenditur , si vniuersale negatiuum ad maiorem extremitatem sumatur.
Animal ¶ Sexta conclusio.Neque si ambo interualla particularia aut affirmatiue aut negatiuæ enunci
N Albũ antur ,aut si vnum affirmatiuũ sit & alterum negatiuũ.Et idem subit iudiciũ si vnum indefinitum
Lapis sit,& alterum particulare atque definitum,aut ambo indefinita interualla:nullo pacto euenturus
est syllogismus . Nam dantur termini & omni inesse & nulli inesse .Communes quidem omni
inesse,animal,album, homo. Et nulli inesse.animal,album lapis.

¶ Primũ corollariũ. Vnde ex iis quę dicta sunt exploratũ est si in hac figura syllogism⁹ cõflet 39
particularis terminos sic se habere oportere vt ex prima quitę cõclusiõis parte diffinim⁹ aliter aũt

in se habentibus nullo pacto fieri. Secundum. Perspicuum etiam est omnes syllogismos, qui in
hac figura consistunt, esse perfectos. Nam omnes: per ea quæ primitus posita sumpta que sunt,
40 perficiuntur. Tertium corollarium. Insuper & omnia problemata, per hanc figuram monstran-
tur. Nam & omni, & nulli, & alicui, & alicui non esse hoc vniuersale affirlari & indefinito, si alte-
41 riuum, particulare affirmatiuum, & particulare negatiuum Et de particulari & indefinito, si alte-
rum alterius loco ponatur, dictum est idem esse iudicium monstrat igitur hæc figura vnumquod
que genus problematum propositorumque. Et huiusmodi quæ hactenus determinata est: pri-
mam voco figuram.

De syllogismis absolutis in secunda figura. Cap. V.

42 QVando vero idem huic omni quidem, illi vero nulli inest, vel
vtrique omni vel nulli: figuram quidem huiusmodi voco secun-
dam. Medium autem in hac dico: quod de vtraque prædica-
43 tur. Extremitates vero de quibus dicitur hoc. Maiorem qui-
44 dem extremitatem: quæ iuxta medium posita est. Minorem ve
ro quæ longius sita est a medio. Ponitur autem medium foras
quidem extremitatum, primum vero positione.
45 Perfectus igitur non erit syllogismus nullo modo in hac fi-
gura: possibile vero, erit & vniuersalibus, & non vniuersalibus
existentibus terminis. Vniuersalibus igitur terminis erit syllogismus: quando me-
dium huic quidem omni, illi vero nulli inerit, & si ad vtrumuis sit priuatiuum, alter ve
ro nullo modo.
46 Prædicetur enim m de n, quidem nullo: de x vero omni, quoniam igitur conuerti-
tur priuatiua: nulli m, inerit n, at m, omni x supponebatur: quare n. nulli x inerit. hoc
enim ostensum est prius.
Rursum si m, quidem omni inest: x vero nulli. neque n, x nulli inerit. Nam si m, nul
li x: neque x, nulli m inerit. at vero m, omni n inerat, quare x nulli n inerit. facta est enim
rursum prima figura, quoniam autem conuertitur priuatiuum, neque n nulli x inerit.
quare erit idem syllogismus. est autem ostendere hęc & ad impossibile ducentes.
Quoniam ergo fit syllogismus sic se habentibus terminis manifestum: sed non perfe-
ctus. non enim solum ex ijs quæ ab initio sumpta sunt: sed ex alijs perficitur necessari
um. Si autem m, de omni n & x prædicetur, non erit syllogismus. Termini inesse,
substantia animal, homo. non inesse: substantia animal, lapis. medium substantia. Nec
quando de n, nec de x nullo prędicatur m. Termini inesse: linea: animal, homo. non ines
se: linea, animal, lapis. Manifestum ergo quoniam si sit syllogismus ex vniuersalibus ter
minis: necesse est terminos sic se habere, vt in principio diximus. aliter enim se habenti
bus terminis non fit conclusio necessaria.
Si autem ad alterum sit vniuersaliter medium. quando ad maius quidem fuerit vni
47 uersaliter vel prædicatiue vel priuatiue ad minus autem & particulariter & oppositæ
vniuersali (dico autem oppositæ si vniuersale quidem priuatiuum, particulare prædica
tiuum. vel si vniuersale prædicatiuum, particulare priuatiuum) necesse est syllogismū
fieri priuatiuum particulariter. Nam si m, nulli quidem n, x autem alicui inest, necesse
est n, alicui x non inesse. Quoniam enim conuertitur priuatiuum, nulli m inerit n. m
vero supponebatur, alicui x inesse. quare n, alicui eorum quæ sunt x non inerit. fit enim
syllogismus per primam figuram.
48 Rursus si n quidem omni m, x vero alicui non inest, necesse est n, alicui x non ines-
se. Nam si x omni inest n, prædicatur autem & m de omni n, necess est m, omni x ines-
se. supponebatur autem alicui non inesse. Et si m, n omni quidem inest, x autem non
omni, erit syllogismus, quoniam non omni x, inest n, demonstratio autem eadem.
49 Si autem de x quidem omni, de n vero non omni prædicatur m, non erit syllogis-
mus. Termini inesse, animal, substantia, coruus. Nō inesse, animal, album coruus. Nec
quando de x quidem nullo de n, vero aliquo. Termini inesse, animal, substantia, lapis.
Non inesse, animal, substantia, scientia.
50 Quando igitur oppositum est vniuersale particulari dimum est quando erit, & quā

Nō esse nullo modo abūdat negatio: Neq; n, x nulli abūdat negatio.
OMNI, O Substantia. O Aīal O Hō.
NVLLI O Substantia. O Aīal N Lapis
OMNI N Linea N Aīal O Hō
NVLLI N Linea N Aīal N Lapis
OMNI Quod Animal O Substantia: O Coruus.
NVLLI Quod Animal O Albū N. Coruus.

do non erit ſyllogiſmus. ¶Quando autem ſimilis figuræ fuerint propoſitiones vt am bæ prædicatiuæ, vel affirmatiuę: nullo modo erit ſyllogiſmus. Sint enim primum priuatiuæ & vniuerſale ponatur ad maiorem extremitatem: vt m, n quidem nulli, x autem alicui non inſit. contingit ergo & omni & nulli x, ineſſe n. Termini quidem nulli ineſſe: nigrum, nix, animal. Omni vero ineſſe: non eſt ſumere, ſi m, alicui quidem x ineſt, alicui autem non. Nam ſi omni x, ineſt n, & m, nulli n: etiam m, nulli x inerit: ſed poſitum erat: alicui ineſſe. non igitur ſic ſumere contingit terminos. Ex indefinito autem oſtendendum eſt. quoniam enim verum eſt m, non ineſſe alicui x, & ſi nulli ineſt: nulli vero cum inſit, non erit ſyllogiſmus. manifeſtum quoniam neque nunc erit. Rurſum ſi prædicatiuæ, & vniuerſale ponatur ſimiliter. vt m, omne quidem n, x autem alicui inſit, contingis ergo & omni & nulli x, ineſſe, album, cygnus, lapis. Omni vero non erit ſumere terminos, propter eandem cauſam quam & prius: ſed ex indefinito monſtrandum eſt. Si autem vnuerſale ad minorem extremitatem eſt, & m, x quidem nulli, n vero alicui non ineſt: contingit n. & omni & nulli x ineſse. Termini ineſse, album, animal, coruus. Non ineſse, album, lapis, coruus. Similiter autem & ſi prædicatiuæ fuerint propoſitiones. Termini non ineſse: album, animal, nix. Ineſse: album, aīal: cygnus. Manifeſtum eſt igitur quoniam ſi ſimilis figuræ ſint propoſitiones, & hæc quidem vniuerſalis, illa vero particularis: quoniam nullo modo fit ſyllogiſmus.

¶Sed nec ſi alicui, vtrique ineſt vel non ineſt, vel huic quidem ineſt, illi vero non, vel 51
neutri omni, vel indefinitæ. Termini autem communes omnium, album, animal, homo, album, animal, inanimatum:


¶Manifeſtum eſt igitur ex prædictis, quoniam ſi ſic ſe habent termini adinuicem, vt 52
dictum eſt: fit ſyllogiſmus:, ex neceſsitate. & ſi fit ſyllogiſmus: neceſse eſt terminos ſic
ſe habere. ¶Palam autem & quoniam omnes imperfecti ſunt, qui in hac figura ſunt 53
ſyllogiſmi. omnes enim perficiuntur aſsumptis quibuſdam, quæ vel inſunt terminis ex neceſsitate, vel ponuntur uelut hypotheſes, vt quando per impoſsibile oſtendimus.

¶Et quoniam non fit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figuram, ſed omnes priuatiui, & vniuerſales, & particulares.

Quinti cap. notæ.

Pro diffinitione ſecundę figuræ deſcriptio.

¶ALTERI OMNI ET ALTERI NVLLI



Cæteræ iugationes ex his quã facillime intelliguntur.

Diffinitur ſecunda figura vniuerſalis. Et 42
per vniuerſale, particulare intelligitur. ex qua diffinitiōe elici facile poteſt cōmunis ſecūdæ figurę diffinitio: ſiue tota ſiue parti etiã aut vniuerſalis aut particularis ſit ſcilicet qñ idem vtriq; extremo, aut affirmatiue, aut negatiue, aut vni affirmatiue, & alteri negatiue aliquo mō ineſt. Aliquo modo dico vniuerſaliter, particulariter,
aut indefinite. Vnus trium terminorum 44
vnus nō poteſt niſi triplicē ſitū obtinere: ſcilicet ſitū mediū, ſitū ſupremū, & ſitū īfimū. Medius terminus ī prima figura medium ſitū obtinet, ī ſecūda primū atq; ſupremū, & in tertia poſtremum īfimumq;. Et ex ſitu ipſius medii cum extremis agnoſcitur figura. Et hinc quoq; cognoſcitur nō eſſe niſi tres figuras, & quia medii ꝓprius naturaliſque ſitus eſt, vt mediū locū obtineat, & maius extremū teneat ſummū, et

minus extremum teneat infimum locum, ideo primam & præcipuam nuncuparunt figuram, cuius medius terminus mediastimum occupat locum, estque positiõe medius, & maior extremus primum locum, minor vero postremum atque infimum. Et quia honorificẽtior locus est primus & ipsius prædicati. (Nam subiectum vt materia, prædicatum vt forma est) ideo secunda statuitur figura, vbi medius terminus honorificentiorem habet locum, supremumque (etsi ei naturalis nõ sit, vt dicitur medius) & maius extremum medium situm, e vicino, medio comes, minus vero, extremum vltimumque. Verum vbi medium, postremum locum abiectissimumque obtinet vicinum habens minus, debiliusque extremum, & e minus abse collocatum nobilius, & maius extremum, hæc figura postrema, & tertia nuncupatur. Et hic figurarum ordo, a medio colligitur. Et hoc artificium vbique in definiendo medio & extremis meditatur Aristoteles. Et hæc ex dialectica ad latus descriptione itelligi possunt, a vbique maiore extremo, b medio, & c minore extremo vtitur tamen Aristoteles a b g, hoc ordine nuncupatis in prima figura. at loco g propter ordinẽ literarum, interpretes apponunt c. & literis m n x in secunda figura, m medio, n maiore extremo & x minore. his vero p r s in tertia, p maiore extremo, & r minore, & s medio. primus terminus
45 vbique maius extremum nuncupatur, & postremus minus. Sed hæc fortasse leuiora sunt, quam quę longam commentationẽ requirant. ❧ Non vniuersaliter sumptis non verisque extremis vniuersaliter sumptis. vt quando vnus vniuersaliter, & alter particulariter sumitur. quemadmodũ ex conclusionibus discutitur. ❧ Deducendo ad impossibile. Demonstramus ad incommodum, & ĩpossibile deducendo, quando facta hypothesi quod propositiones sint veræ & conclusio falsa. sumimus contradictorium conclusionis (quod ideo conceditur verum, quia conclusio falsa esse admissa est) cum vna propositione iam posita, & immanifesto, cognitoque syllogismo concludimus contradictorium alterius propositionis. quod cum ex necessitate eueniat, erit concedẽdum, & concessa etiam est propositio, quæ eius cognoscitur contradictoria. Id autem falsum & impossibile, ad quod perducit. ex quo rursum concludimus syllogismum esse, qui prius negabatur. Verbi causa positæ sint, & admissæ veræ propositiones, omne n est m, & nullum x est m, sed negatũ, nullum x esse n ex necessitate prouenire propter hæc, imo falsum esse nullum x esse n per principium igitur contradictoriorum aliquod x est n. verum est. & positum etiam verum, omne n est m. syllogiso igitur per primam figuram, omne n est m, & aliquod x est n. igitur aliquod x est m, prĩa propositio posita est, & secunda propositio, assumptioque concessa. vera igitur & conclusio, aliquod x est m & posita etiam vera, nullum x est m. erunt ergo contradictoriæ simul veræ, id autem nimirum & absurdum ad impossibile. fieri igitur non poterat, vt duabus primis propositionibus veris, hæc vniuersalis negatiua nullum x est n simul esset falsa. euenit igitur ex necessitate propter hæc, & oportet esse syllogismum. ❧ Syllogismus negatiuus & particularis, qui negatiuam & particularem concludit conclusionem. ❧ Quę quidem eisdem in terminis ex necessitate vera sunt. Primus modus, secundus modus, & tertius, perficiuntur in eisdem terminis sumptis alijs propositionibus per conuersionem. quæ positis propositionibus horum modorum veris, ex necessitate verę sunt, quartus autem modus perficitur per impossibile, sumpto opposito conclusionis quod etsi falsum est, ex hypothesi tamen et disciplinę gratia verum esse ponitur Sed huius figurę qui syllogistici modi sint et qui asyllogisti et incollectiles, reijciendaque coniugia, hac descriptione notentur.

Prima figura	Secũda figura	Tertia figura
a	b	a
b	a	c
c	c	b
a	m	p
b	n	[illegible]
c	x	[illegible]
α	μ	π
β	ν	ρ
κ	ξ	σ

¶ Modi syllogistici secundę figurę.

	N	n	est	m	❧ Vniuersales syllogismi			Literę secundę figurę
	O	x	est	m	secundę figurę			
I	N	x	est	n	propõ	assum.	con.	m medium.
					E	A	E	
	O	n	est	m	A	E	E	n extremũ maius
II	N	x	est	m				
	N	x	est	n	❧ Particulares.			x extremũ mi[illegible]
	N	n	est	m	E	I	O	
III	O	x	est	m	A	O	O	
	Q	x	nõ est	n				
	O	n	est	m				
IIII	O	n	nõ est	m				
	Q	x	nõ est	m				


Asyllogisti

1	O	n	est	m
	O	x	est	m
2	N	n	est	m
3	N	x	est	m
	O	x	est	m
4	Q	n	est	m
	Q	x	est	m
5	O	n	non est	m
6	O	x	est	m
	Q	n	est	m
7	N	x	est	m
	N	n	est	m
8	Q	x	non est	m
	Q	n	non est	m
9	N	x	est	m
	Q	n	est	m
10	Q	x	est	m
	Q	n	non est	m
11	Q	x	non est	m
	Q	n	est	m
	Q	x	non est	m
	Q	n	non est	m
	Q	x	est	m

i	a	a	Vniuersales
ij	e	e	
iij	a	i	Partim particulares
iiij	i	a	
v	o	a	
vi	i	e	
vij	e	o	
viij	o	e	
ix	i	i	Particulares
x	o	o	
xi	i	o	
xij	o	i	




PARAPHRASIS CAP. QVINTI




Q Vintum cap. diffinitiones tres, cõclusiones sex, corollarium vnum ad quartam, 42
& tria ad sextam. Prima diffinitio. Secundam figuram voco quando idem vni 43
quidem omni, alteri vero nulli vel vtrique omni vel vtrique nulli inest. Secunda
diffinitio. Medium secundę figurę est, quod de ambobus praedicatur extremis. 44
Tertia. Extrema sunt de quibus praedicatur medium. Id autem maius appello,
quod iuxta medium situm est. Minus vero extremum, quod a medio remoti⁹ est
collocatum. Extra autem extrema ponitur ipsum medium, & primum positione sibi vendicat 45
locum. Prima conclusio. Nullus in hac figura syllogismus erit perfectus, poterit tamen fieri &
extremis terminis vniuersaliter, & non vniuersaliter sumptis. Et hęc ex sequentibus agnoscẽtur 46
conclusionibus. Secunda conclusio. Fit syllogismus extremis vniuersaliter sumptis, quãdo medium extremorum vni omni inest, alteri vero nulli, vtrolibet ponatur vniuersale negatiuum, siue ad maius extremum siue ad minus, aliter autem vniuersaliter sumptis extremis, nullo pacto fit syllogismus. Sint tres termini m n x. & m medium, n maius extremum, x vero minus. & prędicetur m de nullo n, & de omni x: dico ex necessitate euenire nullum x esse n. Nam quia vniuersalis negatiua ad maius extremum nullum n est m conuertitur, nullum m erit n. & omne x esse m, positum iam est, quare nullum x est n per primam figuram. vt secunda conclusio pręcedentis cap. monstratum est. Extremis igitur vniuersaliter sumptis cum medium omni vni inest, & alteri nulli, vniuersali negatiuo ad maius extremum posito, fit syllogismus. Nunc autem vniuersali negatiuo ad minus extremum adiecto, identidem fieri syllogismum monstrandum est. vt si omni n insit m, & etiã nulli x, dico quoniam nulli x inerit n. Nam si nullũ x est m, per conuersionem etiã nullũ m est x. & positũ est oẽ n esse m. quare ex secunda conclusione p̃cedẽtis cap. nullũ n est x. facta est enim rursus prima figura. & quia vnniuersalis negatiua nullum n est x conuertitur. igitur nullũ x est n. quare ex primis positis, ad eandẽ conclusionẽ fiebat syllogismus. Et haec eadem deducẽdo ad ĩpossibile demõstrare possemus. Manifestũ est igitur sic se habẽtibus terminis, fieri syllogismum, verum perfectus non est. Nam non solum ex ĳs quę ab initio sumpta sunt, sed ex aliĳs etiam efficitur, vt ex necessitate aliquid euenire videatur. Conclusio igitur quo ad primam partem manifesta est. Secundum autem, scilicet extremis vniuersaliter sumptis, alio quam dictũ est mõ nullo pacto fieri syllogismũ, nũc demõstrãdũ est vt si mediũ insit vtriq; oĩ (vt si m p̃dicetur de oĩ n & de oĩ x. nullus erit syllogism⁹. Nã dabũtur termini & oĩ inesse & nulli. Oĩ quidẽ inesse, substãtia, aĩal hõ. Nulli vero inesse, substãtia, hõ, lapis. mediũ aũt substãtia. Similiter & si mediũ insit vtriq; nulli (vt qñ m de nullo n, & de nullo x prędicatur. Nã termini oĩ inesse dabuntur vt linea, aĩal, hõ, & nulli inesse linea, aĩal, lapis. manifestũ igitur est extremis vniuersaliter sumptis, si fieri debeat syllogismus, terminos sic se habere oportere, vt in pria cõclusiõis pte dictũ est. 47
Sin vero secus se habeat, non fieri ex necessitate conclusionẽ. Tertia. Si vero ad alterum extre

morum vniuersaliter sumptum adhibeatur mediũ,ad alterum aũt particulariter,vniuersali qui-
dem aut affirmatiuo aut negatiuo ad maius extremum adiuncto,& particulari ad minus,sed ipsi
vniuersali opposito modo:necesse est syllogismum negatiuum & particularẽ fieri. Dico autem op
posita modo vniuersali.si ad maius extremum sit vniuersale negatiuũ, & ad maius sumatur par
ticulare affirmatiuum,& contra:si ad maius sit vniuersale affirmatiuũ & ad minus sumatur par-
ticulare negatiuum. Nunc igitur monstretur conclusio. Et primo vniuersali negatiuo ad maius
extremum,& particulari affirmatiuo ad minus:dico syllogismum negatiuum & particularem fie
ri. Nam si nulli n inest m,& alicui x inest m:ex necessitate euenit vt alicui x nõ insit n. Nam quia
vniuersale negatiuum nulli n inest m conuertitur,nullum igitur m erit n, & positum est aliquod
x esse m,quare aliquod x non est n fit enim ex quinta præcedentis syllogismus per primam figu
ram. propter igitur prima posita:de necessitate etiam euenit eadem conclusio quare efficietur syl
logismus. Et idem monstratur vniuersali affirmatiuo ad maius extremum adiuncto,& particula
ri negatiuo ad minus. Nam si ipsum m insit omni n, & alicui x non insit: euenit ex necessitate x
non esse n. vt si omne n est m,& aliquod x non est m:necessario euenit vt aliquo x non est n. Nam
si id alíter possibile fuerit;sint igitur vera omne n est m,& aliquod x non est m, sed id falsum ali-
quod x non est n verum igitur erit omne x est n. & positum etiam verum omne n est m. Syllo-
gismum igitur per primam figurã necto;omne n est m,& omne x est n,igitur omne x est m. verũ
que positum:verum,quare & omne x est m:verum. sed positum fuerat etiam verũ aliquod x nõ
non est m,veræ igitur erunt contradictoriæ,omne x esse m,& aliquod x non esse m: quod est im
possibile. Ad prima igitur posita de necessitate eueniebat aliquod x non esse n quod est totũ pro
48 positum. Et idem syllogismus cum sumpserimus omni n inesse m:& omni x inesse m,ex necessita
te colligentes non oĩ x esse n,atque demonstratio eadem. Quarta conclusio. Vniuersali affirmati
uo ad minus extremum particulari negatiuo ad maius. Item particulari affirmatiuo ad maius &
vniuersali negatiuo ad minus:nullus fit huius figuræ syllogismus. Vt si omni x insit m,& alicui
n non insit:nullus fit. Nam dantur termini omni inesse:animal substantia,coruus.& nulli inesse
animal,album,coruus. Similiter si alicui n insit m & nulli x insit.nullus etiam efficietur syllo
gismus. Termini oĩ inesse:animal,substantia,lapis. Nulli inesse:animal substantia,scientia. Corol
larium. Quo fit:vt ex dictis facile dinosci possit quando sumpto vniuersali,opposito mõ ad par-
49 ticulare,erit syllogismus,& quando non erit. Quinta. Quando autem altera vniuersali,& alte-
50 ra prticulari,propositiones vniformes sumuntur,aut ambæ scilicet negatiuæ,aut ãbæ affirmatiuę
nullo pacto fit syllogismus. Et sint primitus ambæ negatiuæ vniuersali ad maius extremum col
locata,vt nulli quidem n insit m,& alicui x etiam non insit m,nullus fiet syllogismus. Nam dan-
tur termini in quibus omni x inerit n: & pariter in quibus nulli inerit,id est in quibus minori ex-
tremo omni inerit extremum maius: & etiam in quibus nulli minori extremo inerit. Termini
nulli inesse:nigrum,nix,animal. Omni autem inesse dari possunt:lapis,animal,homo. Verum om
ni inesse,dari non poterunt:si medium minori extremo alicui & insit, & alicui non insit. vt alicui
x insit m,& alicui x etiam non insit. Nam si dabuntur,vt omni x inesse n, cum etiam positum sit
nulli n inesse m:necto per primam figuram syllogismum,nullũ n est m,& omne x est n,igitur nul-
lum x est m. & etiam positum esset aliquod x esse m:quæ sunt contradictoriæ quod est impossi-
bile. Manifestum est etiam,tunc non dari terminos omni inesse,sed ex indefinito syllogismum nõ
fieri:monstrandum est. quia videlicet etiam vera est particularis negatiua si vniuersalis negatiua
vera est:& verum est alicui x non inesse m,etiã si nulli x insit m Sed (vt in tertia conclusione mõ
stratũ est) ambabus vniuersalibus negatiuis propositionibus sumptis,non fit syllogismus:tãto mi
nus igitur altera vniuersali negatiua,& altera particulari negatiua fiet syllogismus. Et si ãbæ pro
positiones affirmatiuæ vniuersali scilicet consimiliter ad maius extremum collocata & particula
ri ad minus. vt si omni n insit m,& pariter alicui x insit m nullus erit syllogismus. Nam dantur
termini & omni inesse & nulli inesse,nulli quidem inesse,vt album,cygnus,lapis. Omni autem in-
esse dari possunt:substantia,animal,homo. Verũ termini omni inesse vt prius,non dabuntur quã
medium minori extremitati particulariter inest,& particulariter non inest,propter cõsimilẽ quę
pauloante adducta est causam sed tunc ex indefinito non esse syllogismum monstrandum est. Et
si vniuersalis negatiua ad minus extremum ponatur & particularis negatiua ad maius (vt si ali-
cui n non insit m, & nulli x insit m) dantur termini omni inesse & nulli. Omni inesse:album,aĩal,
coruus Nulli inesse:album,lapis,coruus. Et si modo consimili affirmatiuæ propositiones colloca
tæ sint vt scilicet particularis affirmatiua ad maius extremum & vniuersale affirmatiua ad mi-
nus,termini oĩ inesse dantur: album,animal,cygnus nulli inesse:album,animal,nix, manifestũ est
igitur si propositiones consimilis sint qualitatis: vna quidem vniuersalis & altera particularis:in
hac figura nullo pacto fieri syllogismũ. Sexta. Si mediũ vtriq; extremorũ pticulariter insit, aut
vtriq; particulariter nõ insit,siue vni quidẽ insit,alteri nõ insit:nullus erit syllogismus;Et idẽ quo
quevaluerit si vtriq; aliquo horũ modorũ insit idefinite. Nam dantur termini & oĩ & nulli iesse

NVLLI
Substantia



OMNI
N Linea
N Animal
O Homo
NVLLI
N Linea
N Lapis.



Omni
Q animal
N substã.
O coruus.
Nulli
Q animal
O album
N coruus
omni
Q album
n substan.
o lapis
nulli
Q animal
N substã.
N scientia
nulli
N nigrum
Q nix
N animal
omni
O substã.
Q animal
O homo
omni
Q album
N animal
Q coruus
nulli
Q albũ
N lapis
N coruus
omni
Q album
O animal
b cygnus
nulli
Q album

O animal
N nix
OM NI
QQQQ albū
QQQQ Ani.
O Homo
NVLLI
QQQQ albū.
QQQQ ani.
N ianimatū.

Termini communes oīm ineſſe quidem omni aīal: animal homo nulli vero:album,animal,inani 52
matum. Primum corollarium. Perpalam igitur eſt ſi termini ſeſe habeant vt ſecunda & tertia cō
cluſio.decernunt in hac figura neceſſario prouenire ſyllogiſmum. Et contra ſi vllus huius figuræ
prouenit ſyllogiſmus:ita adinuicem terminos eſſe diſpoſitos oportere. Secundum. Manifeſtū
inſuper eſt:omnes huius figuræ ſyllogiſmos imperfectos eſſe. Nam (vt viſum eſt)perficiuntur aſ 53
ſumptis quibuſdam:quæ quidem eiſdem in terminis:ex neceſſitate vera ſunt,aut quęvelut hypo 54
theſes,vera eſſe ponuntur:quando ſcilicet per impoſſibile demonſtramus. Tertium. Perſpicu-
um denique eſt:affirmatiuum ſyllogiſmum per hāc figuram nullum fieri,ſed ſiue vniuerſales ſint
ſiue particulares,omnes negatiuos eſſe.

¶De ſyllogiſmis abſolutis tertiæ figuræ Cap. VI:

SI autem eidem hoc quidem omni,illud vero nulli ineſt,vel am 55
bo omni,vel nulli: figuram quidem huiuſmodi voco tertiam. 56
¶ Medium autem in hac dico:quo ambo prædicamus. 57
¶Extremitates vero:quæ prædicantur. Maiorem autem ex-
tremitatem,quæ longius eſt medio:minorem vero:quæ propi
us. Ponitur autem medium foras quidem extremitatum, vlti-
mū vero poſitione eſt. ¶ Perfectus igitur non fit ſyllogiſmus, 58
nec in hac figura,poſſibilis vero erit & vniuerſaliter,& nō vni
uerſaliter terminis exiſtentibus ad medium. ¶ Vniuerſaliter 59
quidem quando & p & r,inerunt omni ſ:quoniam alicui r inerit p ex neceſſitate. nam
quoniam conuertitur prædicatiua,inerit ſ,alicui r quare quoniam p,ineſt omni ſ,& ſ ali
cui r: neceſſe eſt p, alicui r ineſſe. fit enim ſyllogiſmus per primam figuram. Eſt au
tem,& per impoſſibile, & expoſitione facere demonſtrationem. ſi enim ambo om- 60
ni ſ,inſunt:ſi ſumatur aliquod eorum quæ ſunt ſ,vt n: huic & p & r inerunt ex neceſſi-
tate,quare alicui r inerit p. Et ſi r,omni quidem ſ,p autem nulli ſ ineſt:erit ſyllogiſmus
quoniam p.alicui r non inerit ex neceſſitate. Nam idem modus erit demonſtrationis:
conuerſa r:ſ propoſitione. Oſtendetur autem & per impoſſibile,quemadmodū in prio 61
ribus. ¶Si autem inſit r,ſ quidem nulli,p vero omni ſ:non erit ſyllogiſmus. Termini
ineſſe:animal,equus,homo.non ineſſe:animal,inanimatum,homo. neque quando am
bo de nullo ſ dicuntur:non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe: animal,equus,inanimatū.
non ineſſe:homo,equus,inanimatum.medium,inanimatum. 62
¶ Manifeſtum eſt igitur & in hac figura:& quando erit,& quando nō erit ſyllogiſmus
ex vniuerſalibus terminis. Quando enim ambo termini ſunt prædicatiui erit ſyllogiſ-
mus,quoniam ineſt alicui extremitas extremitati.quando vero priuatiui. non erit ſyl-
logiſmus. quo autem hic quidem priuatiuus, ille vero affirmatiuus ſi maior quidē fue
rit priuatiuus,alter vero affirmatiuus,erit ſyllogiſmus,quoniam alicui non ineſt extre
mitas extremitati. Si autem econuerſo,non erit. ¶Si autem hic quidem ſit vniuerſali-
ter ad medium,alter vero particulariter,ſi vterq; ſit prædicatiuus, neceſſe eſt fieri ſyllo
giſmum,& ſi alteruter ſit vniuerſalis terminorum. Nam ſi r,omni ſ inſit,p vero, alicui
ſ,neceſſe eſt & p,alicui r ineſſe.nam qm̄ conuertitur affirmatiua,inerit ſ, alicui p.quare 63
quoniam r,omni ſ ineſt,ſ autem alicui p,& r alicui p.inerit quare & p,alicui r. Rurſum
ſi r,alicui ſ:p vero omni ſ,inſit:neceſſe eſt & p,alicui r inſſe nam idē modus demonſtra
tionis. Eſt autem demōſtrare & per impoſſibile .& expoſitione, quemadmodum in pri
oribus. ¶ Si autem vnus quidem ſit prædicatiuus alius vero priuatiuus,vniuerſaliter 64
autem prædicatiuus,quando minor quidem fuerit prędicatiuus:erit ſyllogiſmus. Nam
ſi r omni ſ,p vero alicui ſ non ineſt.neceſſe eſt p.alicui r non ineſſe: ſi enim p,omni r &
r omni ſ & p,omni ſ inerit,ſed non inerat. Monſtratur autem & ſine deductione ſi ſu-
matur aliquid eorum quæ ſunt ſ,alicui p non ineſt. Quando vero maior fuerit prædica
tiuus non erit ſyllogiſmus. vt ſi p inſit omni ſ.r autem alicui ſ non inſit. Termini vero
omni ineſſe,animatū,homo,animal. Nulli vero non eſt ſumere terminos, ſi r īeſt alicui
quidē ſ,alicui aūt nō. Si eīm oī ſ ineſt p:r aūt alicui ſ & p,inerit alicui r.ſed poſitum erat
nulli r ineſſe.ſed quemadmodū in prioribus dicendū eſt. nam cū indefinitū eſt alicui nō
ineſſe & quod nulli ineſt verum eſt dicere alicui non ineſſe,nulli vero cum ineſſet non
erat ſyllogiſmus.manifeſtum ergo eſt quoniam non erit ſyllogiſmus. ¶Si autem pri- 66

uatiuus sit vniuersalis terminus, quando maior quidem priuatiuus fuerit. minor autem prædicatiuus, erit syllogismus. Si enim p, nulli s, r autem alicui inest s, & p alicui r non inerit. Rrursum enim prima erit figura, r s propositione conuersa. ¶ Quando autem
67 minor fuerit priuatiuus, non erit syllogismus. Termini inesse: animal, homo, ferũ. Non
68 inesse, animal, scientia, ferum, medium in vtrisque ferum. ¶ Nec quando ambo priuatiui ponuntur. est autem vnus quidem vniuersalis, alter vero particularis. Termini inesse, quando minor est vniuersalis ad medium: animal, homo, ferum. Non inesse: aĩal, scientia, ferum. Quando autem maior, non inesse quidem, coruus, nix, album. Inesse vero non est sumere si r, alicui quidem inest s, alicui autem non inest. Si enim p, omni r insit, r autem alicui s & p, inerit alicui s. positum est autem nulli. sed ex indefinito mõstrã
69 dum est. ¶ Neque si vterque alicui medio inest, vel non inest, vel vnus quidem inest, alter vero non inest vel hic quidem alicui, ille vero non omni vel indefinite. nullo mo
70 do erit syllogismus. Termini autem communes omnium: animal, homo, albũ; animal, inanimatum, albũ. ¶ Manifestum est igitur, & in hac figura. quando erit, & quando nõ erit syllogismus, & quoniam habentibus se terminis, vt dictum est, fit syllogismus ex
71 necessitate & si sit syllogismus, necesse est terminos sic se habere. ¶ Manifestum est etiam, quia omnes imperfecti sunt, in hac figura syllogismi omnes enim perficiuntur qui
72 busdam assumptis. ¶ Et qm̃ syllogisare vniuersale per hanc figuram non erit, neque priuatiuum, neque affirmatiuum.

Sexti cap. notæ.

55 Diffinitur tertia figura propositionum vniuersalium, medium & extremitates affirmatiuorum terminorũ, & naturalis situs, ordoq; terminorũ subijciẽdo prædicãdoq; aspiciẽdus. Exposi
59 tione, syllogismo expositorio, qui aliquo sub communiori designato fit quod quidem aliquãdo singulare aliquando vero minus cõmune est, & de hoc adhuc posterius in notis cap. octaui.

P maius extremum, R minus extremum, S medium.

Tertiæ figuræ syllogistici modi. Asyllogisti tertiæ figuræ, Alia eiusdem descriptio.

	O	s	est	p
	O	s	est	r
I	Q	r	est	p
	N	s	est	p
II	O	s	est	r
	Q	r	non est	p
	Q	s	est	p
III	O	s	est	c
	Q	r	est	p
IIII	O	s	est	p
	Q	s	est	r
	Q	c	est	p
V	Q	s	non est	p
	O	s	est	r
VI	Q	r	non est	p
	N	s	est	b
	Q	s	est	r
	Q	e	non est	p

Syllogismi tertię figurę
Propositionum vniuersaliũ


i	a	a	i	Affirmatiu9
ii	e	a	o	Negatiuus

Propõnum altera pticularis

iij	a	i	i	Affirmatiuus
iiij	a	i	i	Affirmatiuus
v	o	a	o	Negatiuus
vi	e	i	o	Negatiuus

	O	s	est	p
1	N	s	est	r
	N	s	est	p
2	N	s	est	r
	O	s	est	p
3	Q	s	non est	e
4	O	s	est	p
	Q	s	non est	r
5	Q	s	est	p
6	N	s	est	r
	Q	s	non est	p
7	O	s	non est	r
8	Q	s	est	p
	Q	s	est	r
9	Q	s	non est	p
	Q	s	non est	r
10	Q	s	est	p
	Q	s	non est	r
	Q	s	non est	p
	Q	s	est	r


1	a	e
2	e	e
3	a	o
4	e	o
5	i	e
6	o	e
7	i	i
8	o	o
9	i	o
10	o	i



Extum cap. diffinitiones tres, concluſiones tres, corollaria tria, ☞ Prima 55
diffinitio. Tertiam figuram voco, quando eidem vnum quidem extremū 56
omni, alterum vero nulli, vel omni, vel ambo nulli inſunt. Secunda. Me
dium autem hac in figura appello, de quo ambo prædicantur extrema.
Tertia. Extremitates vero, quæ prædicantur de medio, quarum quę emi-
nus, remotiuſque a medio collocata eſt, maiorem appello. quę vero comi-
nus, & e vicino ipſi aſſidet medio, minorem extremitatem, ipſum autem
medium extra extremitates ipſas ponitur, & vltimum poſitione ſibi ven 57
cat locum. Prima concluſio. Nullus tertiæ figuræ perfectus efficitur ſyl-
logiſmus, fieri tamen poteſt vt fiat extremis tum vniuerſaliter, tum vero non vniuerſaliter de me
dio dictis. Hęc concluſio ex ſequentibus dilucebit. ☞ Secunda. Extremis de medio vniuerſa-
liter dictis fit, quando maius extremum omni medio, & minus itidem omni medio inſunt, ex ne 58
ceſſitate colligitur maius extremum alicui minori ineſſe, fitque hoc pacto ſyllogiſmus. Vt ſint 59
tres termini p r ſ, & p quidem maius extremum, r minus, & ſ mediū & inſint p & r, omni ſ, dico

P Q


ex neceſſitate euenire vt ipſum p, inſit alicui r. Nam quia vniuerſalis affirmatiua ad minus extre
mum ſ omne eſt r, particulariter conuertitur, vera igitur erit aliquod r eſt ſ, & quia omni ſ etiam
ineſt p, necto ſyllogiſmum primæ figuræ, omne ſ eſt p, & aliquod r eſt ſ. igitur aliquod r eſt p.




Primis igitur duabus propoſitionibus poſitis, vt ex neceſſitate eueniat aliquod r eſt p oportet
quod erat demonſtrandū. Poſſumus & idipſum demonſtratione ad impoſſibile vt prius in non-
nullis factitatum eſt, & expoſitorie, ſingulariſque deſignatione monſtrare. nam ſi p & r ambo
omni ſ inſint, & ſingulare aliquod ſumatur eorum quæ ſunt ſ quod verbi cauſa ſit n, per id quod
eſt dici de omni, p & r ipſi n ex neceſſitate inerunt, quare & alicui r inerit p.
☞ Secunda concluſio. Extremis inſuper de medio vniuerſaliter dictis, quando maius maius ex
tremum nulli medio ineſt. & minus extremum ineſt omni, maius extremum alicui non ineſſe mi 60
nori neceſſe eſt, huncque in modum fieri ſyllogiſmum. Vt ſi nulli ſ ineſt p, & omni ſ ineſt r, di-
co ex neceſſitate euenire, vt alicui r non inſit p. Nam idem præcedenti demonſtrandi modus, cō
uerſa vniuerſali propoſitione affirmatiua, omne ſ eſt r ad minus extremum collocata. Demonſtra
ri inſuper poteſt & per impoſſibile quemadmodum in pręcedentibus vt in ſecunda figura iam
actitatum eſt. ☞ Tertia concluſio. Extremis de medio vniuerſaliter enunciatis vniuerſali affir-
matiua maiori extremo adiuncta, & vniuerſali negatiua minori, aut ambabus propoſitionibus
vniuerſalibus negatiuis nullus in hac figura fit ſyllogiſmus. Vt ſi nulli ſ inſit r, & omni ſ inſit p,
dico nullum fieri ſyllogiſmum. Nam dantur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe. Omni quidem 61
ineſſe, animal, equus, homo. Nulli ineſſe animal, inanimatum, homo. neque quando p & r ambo de
nullo ſ dicuntur, erit ſyllogiſmus. Nam ſimili modo dantur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe.
Omni, animal, equus inanimatum. Nulli homo, equus, inanimatum.

OMNI
O animal
N equus
O homo

NVLLI
O animal
O inanimatū
N homo




☞ Corollarium. Exploratum igitur eſſe poteſt, in hac figura quando erit, & quādo non erit ſyl
logiſmus extremis vniuerſaliter enunciatis. Nam quando ambo termini vniuerſaliter & affir 62
matiue enunciantur erit ſyllogiſmus, & maius extremum minori extremo alicui, conuenire
concludetur, quando vero ambo termini vniuerſaliter, & negatiue enunciabuntur, nullus erit
ſyllogiſmus. At vero ſi vniuerſaliter, ſed vnus negatiue & alter affirmatiue, ſi maior termi
nus maiuſque extremum negatiue dicatur, & minus affirmatiue, erit ſyllogiſmus & maius extre
mum alicui minori non ineſſe colligetur. ſin autem e conuerſo, nullus erit ſyllogiſmus, vt præcedē
tes monſtrarunt concluſiones. Quarta concluſio. Cum extremorum vnum de medio vniuerſali
ter dicitur, & alterum particulariter modo vtrunque affirmatiue dicatur ſyllogiſmum fieri ne
ceſſe eſt, vtrumuis etiam illorum extremorum vniuerſaliter dicatur.
Nam ſi maius extremum particulariter & minus vniuerſaliter dicatur, vt ſi alicui ſ ineſt p, & om 63
ni ſ ineſt r, de neceſſitate euenit maius extremum minori (vt alicui r ipſum p) particulariter in
eſſe. Nam quia particularis affirmatiua aliquod ſ eſt p ad maius extremum poſita conuertitur,
aliquod p erit ſ, & quia etiam poſitum eſt omne ſ eſſe r, necto primæ figuræ ſyllogiſmum, omne
ſ eſt r, & aliquod p eſt ſ, aliquod p igitur r, quare per conuerſionem, ex neceſſitate aliquod r eſt p.
Proueniebat igitur ex neceſſitate alicui r ineſſe p, ex primis propoſitionibus aſſignatis. Et rur
ſum ſi maius extremum vniuerſaliter medio, & minus alicui particulariter inſit: conſimiliter ex
neceſſitate proueniet, vt maius extremum minori particulariter inſit, vt ſi omni ſ inſit p, & ali-
cui ſ inſit r, ex neceſſitate alicui r inerit p, Nam idem demonſtrationis modus per primam figu
ram, conuerſa particulari quæ eſt ad minus extremū, Poſſunt & hęc demonſtrare, tū ad īpoſſibi
le deducēdo, tū expoſitione, vt in aliquibus pręcedentiū, iam factū eſt. ☞ Quinta. Altero termi
norū de medio vniuerſaliter, & altero particulariter enūciato, ſi vnus negatiue p̄dicetur, alter ve 64
ro affirmatiue, vniuerſaliter aūt qui affirmatiue, quando minor fuerit terminus, qui hunc in mo
dū affirmatiue p̄dicatur, erit ſyllogiſmus. Nā ſi alicui ſ nō ieſt p, & oī ſ ineſt r, neceſſario euenit vt
alicui r nō inſit p, quod per impoſſibile monſtratur. Nā ſi alter fuerit, verū ſit igitur vt aliquod



fnon fit p,& omne ſ ſit r.ſed falſum aliquod r non eſſe p.quia falſum aliquod r nō eſt p,vera eſt,
eius contradictoria omne r eſt p. & poſita eſt vera omne ſ eſt r.quare per primæ figuræ ſyllogiſ-
mū vera eſt,omne ſ eſt p.ſed etiam poſita eſt vera,aliquod ſ non eſt p. Erunt itaque contradicto-
riæ ſimul veræ,quod eſt impoſſibile. Nō itaque fieri poteſt vt duabus primis propoſitionibus
poſitis non ex neceſſitate eueniat alicui r non ineſſe p,quod eſt propoſitum.Et hoc idem mōſtra
ri poteſt non deducendo ad impoſſibile,expoſitione ſcilicet ſi ſumatur aliquid eorum quæ ſunt ſ,
6 cui quidem non inſit p. Sexta concluſio.Quando extremi termini prædicantur vnus quidē vni
uerſaliter & aliter particulariter,vnus affirmatiue & alter negatiue,& qui vniuerſaliter prædica
tur,prędicetur affirmatiue & ille maior fuerit,nullus erit ſyllogiſmus. Vt ſi omni ſ inſit p, &
alicui ſ non inſit r.nam dantur termini omni ineſſe,& nulli.Omni ineſſe,animatum,homo, ani-
mal.poſſunt dari termini nulli ineſſe,animatum,lapis,animal Veruntamen non ſumentur termi
ni nulli ineſſe,quando minus extremum alicui particulariter medio inerit, & particulariter non
inerit.vt quando alicui ſ inerit r,& etiam alicui ſ non inerit r Nam ſi omni ſ ineſt p, & alicui ſ in-
eſt r,etiam per quartam pauloante præcedentem concluſionem,aliquod r eſt p,ſed ſi tunc daren-
tur termini nulli ineſſe poſitum eſſet nulli r ineſſe.Quare contradictoriæ ſimul veræ, quod eſt im
poſſibile.Sed tunc ex indefinito quemadmodum & in præcedentibus ſumendum. Nam cum in-
definitum , indeterminatumque eſt, cum dicitur aliquid alicui non ineſſe. nam etiam quod nulli
ineſt,verum eſt & alicui non ineſſe.Atqui cum nulli ineſt,per tertiam concluſionem non fit ſyllo
giſmus Quare neque etiam quando alicui non ineſt fit ſyllogiſmus. Septima cōcluſio. Si vni
uerſaliter prædicetur terminus qui & negatiue prædicatur quādo is maior fuerit qui hoc pacto
66 negatiue prędicatur & minor qui particulariter p̄dicatur,affirmatiue, erit ſyllogiſmus. Vt
ſi nulli ſ inſit p.& alicui ſ inſit r,etiam & alicui r non inerit p. Nam particulari propoſitione quę
ad minus extremū eſt,ſcilicet aliquod ſ eſt r conuerſa,reddit prima figura,primęque figuræ ſyl-
67 logiſmus. Octaua concluſio. Si diſpoſitis extremis quando minor terminus negatiue prędica
tur,nullus erit ſyllogiſmus Nam dantur termini omni ineſſe,animal,homo,immanſueſcibile , &
68 nulli ineſſe,animal,ſcientia,immanſueſcibile.medium autem in vtriſque immanſueſcibile. No
na. Neque quando vterque extremorū terminorū negatiue prędicatur, vnus vniuerſaliter , &
alter particulariter,fit ſyllogiſmus Nam quando minor terminus vniuerſaliter de medio nega-
tur,dantur termini omni ineſſe,animal,homo,immanſueſcibile.& nulli ineſſe,animal, ſcientia,im
manſueſcibile.Et quando maior negatur vniuerſaliter,identidem dantur termini omni ineſſe &
nulli ineſſe.Nulli quidem ineſſe,coruus,nix,album.poſſunt & dari omni ineſſe,animal,homo, ina
nimatum.Veruntamen dari potuerunt,termini omni ineſſe,quando minus extremum particu-
lariter medio ineſt & particulariter non ineſt,vt ſi alicui ſ inſit r,et alicui non inſit.Nam ſi dabun
tur termini omni ineſſe,ita vt omni r inſit p,et alicui ſ inſit r, per primam figuram alicui ſ inerit
p.ſed poſitum eſſet nulli ſ ineſſe p.quæ inuicem ſunt contradictorię.verumtunc ex indefinito,nō
69 eſſe ſyllogiſmumm monſtrandum eſt. Decima concluſio,Neque inſuper ſi vterque extremorum
terminorum particulariter medio ineſt , aut vterque particulariter non ineſt,vel ſi vnus eorum
particulariter ineſt,& alter particulariter non ineſt, nullo pacto proueniet ſyllogiſmus . Et idem
ſubeat iudicium ſi alter terminorum alicui & alter non omni.vel indefinite inſit. Nam dātur
70 termini & omni ineſſe,& nulli ineſſe. Termini communes omnium ineſſe quidem omni, animal,
71 homo,album ineſſe nulli,animal,inanimatum,album. Primū corollarium. Perſpicuum igitur
eſt quando in hac figura & erit & non erit ſyllogiſmus,& ſi ita ſeſe habeant termini, quemadmo
dum ſecunda,quarta,quinta & ſeptima concluſiones determinant ex neceſsitate fieri ſyllogiſmū.
Et ſi fiat ſyllogiſmus ex neceſſitate terminos ſic ſeſe habere. Secundum, Manifeſtum etiam eſt,
72 omnes in hac figura ſyllogiſmos imperfectos eſſe. Nam quibuſdam aſſumptis omnes perficiun-
tur. Tertium,Deni que et id quoque exploratum eſt fieri non poſſe, vt per hāc figuram vniuer
ſalis ſiue affirmatiua ſiue negatiua colligatur concludaturque.

OMNI
O animatum
Q homo
O animal

NVLLI
O animatum
Q lapis
N animal




OMNI
N animal
Q homo
O immanſue ſcibile

NVLLI
N animal
Q ſcientia
N immanſue ſcibile


OMNI
Q animal
Q homo
O album

NVLLI
Q animal
Q inanimatū
N album,



ℂ De tribus figuris & indirectis ſyllogiſmis adinuicem. Cap.VII.

Palam autem & quoniam in omnibus figuris quando non fit
73 ſyllogiſmus.Cum prædicatiui quidem vel priuatiui ſunt vtriſ
74 que termini,& particulares,nihil omnino fit neceſſariū. ℂ Cū
autem prædicatiuus & priuatiuus & vniuerſaliter ſumptus
priuatiuus, ſemp fit ſyllogiſmus minoris extremitatis ad ma-
iorem.vt ſi a quidē omni b vel alicui,b autem nulli c.cōuerſis
enim propoſitionibus,neceſse eſt c.alicui a a non ineſse. Simi
75 liter autem et in alijs figuris, ſemper enim fit per conuerſionē
ſyllogiſmus. ℂ Palam etiam quoniā indefinitū pro prædicati
uo particulari poſitum,eundem faciet ſyllogiſmum in omnibus figuris . Manifeſtum



autem & quoniam omnes imperfecti syllogismi,perficiuntur per primam figurã. Aut enim ostensiue,aut per impossibile clauduntur omnes, vtrinque autem fit prima figura. Et ostensiue quidem perfectis, quoniam per conuersionem claudebantur omnes. conuersio autem primam faciebat figuram.per impossibile vero demonstratis, quoniam posito falso syllogismus fit per primam figuram.vt in postrema figura si a & b,omni c insunt,quoniam a alicui b inest:nam si nulli,& b omni c,nulli c inerit a,sed ĩerat omni.Similiter autem in alijs. ¶ Et etiam reducere omnes syllogismos ad vniuersales syllogismos primæ figuræ. Nam qui sunt in secunda figura, manifestum quoniam per illos perficiuntur.verum non similiter omnes, sed vniuersales quidem priuatiua conuersa,particularium autem vtraque per ad impossibile reductionem. Qui vero in prima sunt particulares,perficiuntur quidem per se:est autem & per secundam figuram ostẽdere ad impossibile ducentes,vt si a omni b,& b alicui c:quoniam a alicui c inerit. si enĩ nulli,b autem omni,nulli c inerit b.hoc enim scimus per secundam figuram. Similiter autem & in priuatiuo erit demonstratio,si enim a nulli b,& b alicui c inest,a alicui c nõ inerit.Nam si a,omni c,b autem nulli inest,nulli c inerit b,hæc autem fuit media figura.quare quoniam qui in media sunt syllogismi, omnes reducũtur in primæ figuræ vniuersales syllogismos.qui vero particulares reducentur ad eos qui in prima figura sunt vniuersales syllogismos. qui vero sunt in tertia, cum vniuersales sint quidem terminis,statim perficiuntur per illos syllogismos.si autem particulares,sumuntur per particulares syllogismos primæ figuræ: sed hi reducti sunt ad illos. quare & tertiæ figuræ particulares. ¶ Manifestum ergo quoniam omnes reducentur in primæ figuræ vniuersales syllogismos. Igitur syllogismi inesse vel non inesse ostẽdentes, dictum est quo modo se habent,& ad eos qui ex eadem sunt figura:& adinuicem, & ad eos qui ex alijs sunt figuris. 77

Septimi cap.notæ.


Subiecta descriptione monstratur indirectum syllogismum in omni figura fieri, affirmatiua ad maius extremum collocata,& vniuersali negatiua ad minus,quod semper verisque conuersis rectus qui iam cognitus est aliquis coalescat,conficiturque syllogismus. 78

	Prima figura indirecta	Recte monstratum in prima
Conuertitur	Q b est a	N b est c
Conuertitur	N c est b	Q a est b
Manet	Q a n õ	Q a non est c
Conuertitur	O b est a	N b est c
Conuertitur	N c est b	Q a est b
Manet	Q a nõ est c	Q a nõ est c
	Secunda figura indirecta	Recte monstratum in tertia
Conuertitur	o b est a	N a est c
Conuertitur	N c est a	N a est c
Manet	Q b nõ est c	Q b nõ est c
Conuertitur	Q b est a	N a est c
Conuertitur	N c est a	Q a est b
Manet	Q b non est c	Q b non est c
	Tertia figura indirecta	Recte monstratum in secunda
Conuertitur	O b est a	N c est b
Conuertitur	N b est c	Q a est b
Manet	Q a nõ est c	Q a a non est c
Conuertitur	Q b est a	N c est b
Conuertitur	N b est c	Q a est b
Manet	Q nõ est c	Q a nõ est c


EADEM DESCRIPTIO ALITER.

Prima figura indirecta	Prima figura recta
Secunda indirecta	Tertia recta
Tertia indirecta	Secunda recta.

A	E	O	E	I	O
I	E	O	E	I	O





Quartum corollarium ad syllogismos applicandum est, rectam habentes illationem, conclusionemque. Syllogismi particulares primæ figuræ, & perfecti, & imperfecti quodam modo sunt,
119 cum per vniuersales syllogismos perfici possint. perfecti quidem simpliciter, imperfecti, vero secundum quid, scilicet vt videantur necessarii demonstratione ad impossibile. Quo fit vt perfectissimi omnium sint vniuersales primæ figuræ syllogismi. Qui esse & non esse demonstrant, absoluti tum affirmatiui tum negatiui.



PARAPHRASIS CAP. SEPTIMI.

Eptimum Cap. corollaria quinque figuras tres respicientia. Primum corollarium. Insuper id notum est in omnibus figuris, quando non fit syllogismus. nam vtrisque terminis aut affirmatiue aut negatiue sumptis & particulariter, nihil omnino conficitur necessarium, neque vllus efficitur syllogismus. Secundum. corollariū identidem cum maior terminus affirmatiuus fuerit, & minor negatiuus, & ipse quoque negatiue vniuersaliter enunciatus, semper fit syllogismus in quo minus extremum de maiori particulariter & negatiue colligitur. vt si omni b insit a,
120 & nulli c insit b (conuersis vtrisque propositionibus) liquido cōspicitur ex necessitate alicui a nō inesse c. Et consimili modo si alicui b insit a, & nulli c insit b, ex necessitate prouenit alicui a nō inesse c, quod (vtrisque propositionibus conuersis) ex demonstratis cognoscitur. Et ita in aliis consimili pacto syllogismi deformabuntur figuris. Nam semper conuersis vtrisque, ex iis quæ demōstrata sunt, rectus cognoscitur esse syllogismus. Tertium corollarium. neque id latere debet, propositionem indefinitam pro particulari affirmatiua sumptam & id quidem omnibus in figuris, eundem efficere syllogismum. Quartum corollarium. Liquet etiam syllogismos imperfectos omnes per primam figuram perfici. Nam aut ostensiue aut per per impossibile terminantur
121 perficiunturque omnes atqui vtroque modo fit prima figura, ostensiue quidem, si perficiātur ob idipsum quia eiusmodi conuersione perficiebantur omnes, conuersio autem primam efficiebat figuram, deductione autem ad impossibile, si demonstratur ob idipsum per primam figuram, quod posito falso fit ex hypothesi syllogismus per primam. Verbi causa, vt in tertia figura si omni c in
122 sit a, & omni c identidem insit b, oportet & alicui b inesse a. Nam si ita nō sit, nulli b inest a, & positum etiam est omni c inesse b. Quare per primam figuram nulli c inest a. at positum erat, omni c inesse a. erunt igitur contrariæ simul veræ, quod est impossibile. Similiter autem & alii deductione ad impossibile, per primam figuram necessarii demonstrabuntur, perficienturque. Quintū corollarium. Licet etiam & cæteros syllogismos omnes, ad primæ figuræ syllogismos vniuersales reducere. Nam eos qui in secunda figura fiunt perspicuum est per huiusmodi syllogismos vniuersales perfici, tametsi non similiter omnes. Nam vniuersales secundæ figuræ syllogismi (propo
123 sitione negatiua conuersa) per eos perficiuntur. particulares autem vtrique, ea deductione quæ est ad impossibile, & particulares primæ figuræ si volumus, per seipsos perficimus: possumus & etiam per syllogismos vniuersales primæ figuræ eosdem demonstrare. Nam illos per vniuersales secundę figuræ syllogismos ad impossibile deducentes demonstrare possumus: illos quidem secundæ figuræ syllogismos reuocando, reducendoque in syllogismos vniuersales primæ. quare & illi particulares per modos vniuersales primæ figurę demonstrabuntur. in illosque reuocabuntur. Vt si omni b inest a & alicui c inest b, alicui c etiam inerit a si autem nulli c inest a, cum etiam positum esse omni b inesse a, necessario euenit nulli c inesse b, quod per secundam figuram cognoscitur nectendo hoc pacto syllogismum omne b est a, & nullum c est a, nullum igitur c est b,





Et similiter in particulari negatiuo primæ figuræ fiet demonstratio. Nam si nulli b inest a, & alicui c inest b, alicui c non inerit a. Alioquin omni c inerit a & positum est nulli b inesse a, quare & nulli c inerit b, id enim est media. hoc est secunda figura, secundęque figuræ syllogismus. Sed vtrobique in prima figura positum est alicui c inesse b, igitur alicui c inerit b, & pariter nulli inerit, quod est impossibile. Qua in re cum hi qui in secunda figura sunt syllogismi, omnes reducantur in primæ figurę syllogismos vniuersales, & syllogismi particulares primæ figuræ reuocētur in syllogismos secundæ, non perperam assertum est particulares syllogismos primæ figuræ in eiusdem figurę vniuersales syllogismos reducibiles esse.


Hi vero syllogismi qui in tertia fiunt figura cum vniuersaliter termini enuncientur de medio statim per vniuersales primæ figurę syllogismos per impossibile perficiuntur, & si particula

riter insint termini,sumuntur per particulares primæ figuræ syllogismos. Hi autem in vniuersalis eiusdem figuræ syllogismos reducti sunt. quare & tertiæ figuræ particulares in eosdem reuocatum iri necesse est. Manifestum itaque est reliquos syllogismos omnes, in primæ figuræ vniuersales syllogismos reuocabiles esse. Dictum igitur abunde videtur, quonam pacto in syllogismi qui esse & non esse demonstrant, sese habent & ad seipsos qui ex eadem sunt figura, & adinuicem iis, qui ex aliis sunt figuris.

¶ De syllogismis ex necessario in tribus figuris. Cap. VIII.

QVoniam autem diuersum est inesse, & ex necessitate inesse & cō 78
tingere inesse (nam multa insunt quidem, non tamen ex necessi-
tate. alia vero neque ex necessitate, neque insunt omnino, contin
git autem inesse) manifestum quoniā & syllogismus in vtroquo-
que horum diuersus est, & non similiter habentibus se terminis. 79
sed hic quidē ex necessarijs: ille vero ex ijs quę simpliciter insunt
ille autem ex contingentibus:
¶ Ergo in necessarijs quidē fere similiter se habet & in ijs quę in
sunt. Similiter enim positis terminis & in ijs quæ insunt, & in ijs quæ ex necessitate in
sunt, vel non insunt. & erit & non erit syllogismus. Verum distabit in eo quod adiacet
terminis ex necessitate inesse, vel non inesse. nam & priuatiuum similiter conuertitur, 80
& in toto esse, & de omni similiter assignabimus. ¶ Ergo in alijs quidem eodem modo ostendetur per conuersionem, quoniam conclusio necessaria, quemodo in eo quod est inesse. in media autem figura quando fuerit vniuersalis affirmatiua: particularis vero priuatiua, & rursum in tertia quando vniuersalis quidem prædicatiua, particularis vero priuatiua, non similiter erit demonstratio, sed necesse est exponentes, cui alicui vtrunque non inest, de hoc facere syllogismum, erit enim necessarius in hoc. si autem de exposito est necessarius erit & de illo aliquo. nā hoc quod est expositum, ipsum quidem illud aliquid est. fit autem vtei que syllogismus in propria figura.

Octaui Cap. notæ.



Quia syllogismorum de modo, siue puri sint siue mixti, non frequens est in disciplinis vsus, sa- 80
tis fuerit demonstrationes semel intellexisse. neque immorandi diutius, meum consilium est. exacte tamen semel intelligantur, vt mens assequuta quiescere valeat intelligentia. Syllogismorum autem de inesse (qui & absoluti dicuntur) creber disciplinarum est vsus. quorum regulis omnes innituntur hi, qui de modo dicuntur. Sed consentaneum tunc est nos expositione. designationeq; alicuius vtentes. Quartus secundę figuræ syllogisandi modus, & quintus tertiæ syllogismorum mere, impermixteque necessariorū, per impossibile prima figura vt absolutos non demonstrat. quod syllogismi de necessario negato ex conclusionis opposito ad vlterius propositionis oppositum, ab eo monstrari non sunt. itaque peteretur, desideraretur que adhuc principium. Verū vbi illi monstrati essent, nihil vetat illos per impossibile monstrari. habent tamen de necessario (per quos reuocarentur, perficerenturque) propter duplicem negationis notam, obscuram in prima figura formationem. Cum ergo hi syllogismi, ex demonstratis, per impossibile nequeant perfici, neque, vt notum est, conuersione restat ad expositionem, designationemque confugiendum vt esto designatæ sint propositiones & conclusio secundam exigentiam quarti modi secundę figuræ hoc pacto. Omne b ex necessitate est a. & aliquod c ex necessitate non est a, aliquod igitur c ex necessitate non est b, sumatur aliquid ipsius c vt d, cui quidem alicui sumpto. vtrunque & a & b omnino ex necessitate non insit, tunc argumentatur per secundum modum huius figurę hoc pacto omne b ex necessitate est a, & omne d ex necessitate non est a, omne igitur d ex necessitate nō est b. & cum d ex necessitate aliquod sit c, aliquod c ex necessitate non est b. Sit a animal, b homo c album, d expositum ipsum pro quo scilicet vera erat assumptio, nix. Et consimili modo positis propositionibus & conclusione secundum exigentiam quinti modi tertiæ figuræ hoc pacto. aliquod b ex necessitate non est a, & omne b ex necessitate est c: igitur aliquod c ex necessitate nō est a. Cum igitur omne b ex necessitate sit c, & aliquod b ex necessitate non sit a, ponatur, designeturque illud, & sit d, tunc argumentor per secundum modum, omne d ex necessitate non est a. & omne d ex necessitate est, igitur aliquod c ex necessitate non est a, esto a animal, c coloratum b album, & d nix sed hæc forsitan ex descriptione facilius agnoscentur.

QVARTVS SECVNDAE FIGVRAE.

O b ex necessita te est a	O homo ex necessitate est animal
Q c ex necessitate non est a	Q album ex necessitate non est animal
Q c ex necessitate non est b	Q album ex necessitate non est homo

SYLLOGISMVS secundum expositionem sumptus

O b ex necessitate est a	O homo ex necessitate est animal
O d ex necessitate non est a	O nix ex necessitate non est animal
O d ex necessitate non est b	O nix ex necessitate non est homo

QVINTVS TERTIAE FIGVRAE.

Q b ex necessitate non est a	Q album ex necessitate non est animal
O b ex necessitate est c	O album ex necessitate est coloratum
Q c ex necessitate non est a	Q coloratum ex necessitate non est animal

SYLLOGISMVS secundum expositionem sumptus

O d ex necessitate non est a	O nix ex necessitate non est animal
O d ex necessitate est c	O nix ex necessitate est colorata
Q c ex necessitate non est a	Q coloratum ex necessitate non est animal

Et quando concludimus omnis nix ex necessitate non est homo, ex quo volumus pręcipuam conclusionem aliquod album ex necessitate non est homo agnosci, quod omnis nix ex necessitate quoddam sit album, id etiam syllogismo noto in tertia figura colligi potest hoc pacto. omnis nix ex necessitate non est homo: & omnis nix ex necessitate aliquod album est. igitur aliquod album ex necessitate non est homo, & si conuertitur assumptio, idem ex prima figura syllogismo noto dinoscetur. Et cum particularis & negatiuæ & priuatiuæ veræ cuiuscunque fieri possit expositio designatioque. id enim disciplinis postulatur. vt si dico aliquod bonum auaritiæ non aduersari, si postulent quis illud bonum exponi, designarique, adducere possum temperantiam, & ita in reliquis (manifestum est omnem talem ratiocinationē expositione perfici posse, & expositum ipsum, ac designatum si commune est vniuersaliter sumi posse. Vnde fit vt non satis accommode finiretur syllogismus qui expositione fit, is esse cuius medium terminus singularis est. nam aliquando (vt modo visum est) vniuersalis terminus est. Verum ille est qui ex exposito, designatoque fit termino, siue is expositus terminus minus extremum sit (vt modo in secunda figura visum est) siue sit medium, vt visum est in tertia, siue sit communis, siue sit singularis. communes tamen disciplinis sunt accommodatiores. Sed irrepit dubium si particularis illa priuatiua in secunda figura aliquod c ex necessitatę non est a, petatur exponi, ita vt assignetur id pro quo verum est c ex necessitate non esse a, tunc manifestum est non posse assignari quicquam per quod secundæ figuræ notus efficiatur syllogismus. Nam sub huiusmodi specie, sola indiuidua continentur. Et ita quoque de hac in tertia figura aliquod b ex necessitate non est a. Verum in animaduersione dignum est, sic species sit indiuidua & vltima, de se exponi posse etiam vniuersaliter ex natura necessarię propositionis. Nam & hæc etiam vera erit omne c ex necessitate non est a, neq; alio indigeremus exposito. Vnde fit vt id nihil difficultatis afferre debere videatur quo minus firma stabilitatis lege, quæ dicta iam sunt vera sint omnia. Et ex his literæ corollarium pariter notum esse potest, & quo pacto vterque syllogismus qui expositi est in prima figura.

Expositionē medii singularis tantū modo non esse

prima figura			Modi syllogisti puri necessarii	Perfecti
		O	b ex necessitate est a	Manet
	I	O	c ex necessitate est b	Manet
		O	c ex necessitate est a	Manet
	II	N	b ex necessitate est a	Manet
		O	c ex necessitate est b	Manet
		N	c ex necessitate est a	Manet
	III	O	b ex necessitate est a	Manet
		Q	c ex necessitate est b	Manet
		Q	e ex necessitate est a	Manet
	4	N	b ex necessitate est a	Manet
		Q	e ex necessitate est b	Manet
		Q	c ex necessitate non est a	Manet

Imperfecti

		O	b ex necessitate non est a	Conuertitur
Secunda figura	I	o	c ex necessitate est a	Manet
		Q	c ex necessitate non est b	Manet
	II	o	b ex necessitate est a	Manet
		o	c ex necessitate non est a	Conuertitur
		O	c ex necessitate non est b	Conuertitur
	III	o	b ex necessitate non est a	Conuertitur
		Q	c ex necessitate est a	Manet
		Q	c ex necessitate non est b	Manet
	4	O	b ex necessitate est a	Manet
		o	c ex necessitate non est a	Exponitur
		Q	c ex necessitate non est b	Non manet
		O	b ex necessitate est a	Manet
Tertia figura	I	o	b ex necessitate est c	Conuertitur
		H	c ex necessitate est a	Manet
	II	O	b ex necessitate non est a	Manet
		o	b ex necessitate est c	Conuertitur
		Q	c ex necessitate non est a	Manet
		Q	b ex necessitate est a	Conuertitur
	III	O	b ex necessitate est c	Manet
		Q	c ex necessitate est a	Conuertitur
	IIII	O	b ex necessitate est c	Manet
		O	b ex necessitate est c	Conuertitur
		O	c ex necessitate est a	Manet
		Q	b ex necessitate non est a	Exponitur
	V	O	b ex necessitate est c	Non manet
		Q	c ex necessitate non est a	Manet
	VI	o	b ex necessitate non est a	Manet
		Q	b ex necessitate est c	Conuertitur
		Q	c ex necessitate non est a	Manet

Asyllogisti, incollectiliaque coniugia, hic eadē erunt, quę & in absolutis syllogismis.

Prima figura	Ne,	ne.	ne.	
	a	a	a	Vniuersalis affirmatiuus
	e	a	e	Vniuersalis priuatiuus
	a	i	i	Particularis affirmatiuus
	e	i	o	Particularis priuatiuus
Secunda figura	nec,	nec,	nec,	
	e	a	e	Vniuersalis priuatiuus
	a	e	e	Vniuersalis priuatiuus
	e	i	o	Particularis priuatiuus
	a	o	o	Particularis priuatiuus
Tertia figura	Nec,	nec,	nec,	
	a	a	i	Particularis affirmatiuus ex vniuersalibus
	e	a	i	Particularis priuatiuus ex vniuersalibus
	i	a	i	Particularis affirmatiuus
	a	i	i	Particularis affirmatiuus
	o	a	o	Particularis priuatiuus
	e	i	o	Particularis priuatiuus

78 # PARAPHRASIS CAP. OCTAVI.

Octauum cap. ex ſyllogiſmis de neceſſario concluſiones duæ. & vnum corollarium. Prima concluſio. Syllogiſmus de ineſſe & ſyllogiſmus de neceſſario ineſſe, & de contingere ineſſe inter ſeſe varii ſunt, atque differentes. Et hoc ideo eſt quia diuerſum eſt ineſſe, & ex neceſſitate ineſſe & contingere ineſſe. Nam pleraque inſunt quæ non ex neceſſitate in-
79 ſunt, & quędam contingenter inſunt quæ nequæ ex neceſſitate quidē inſunt, neque ſimpliciter inſunt manifeſtum igitur quoniā in vnoquoque horum varius erit ſyllogiſmus, neque termini conſimiliter ſeſe habebunt ſed vnus erit ex terminis qui abſolutæ inſunt, alius ex iis qui ex neceſſitate inſunt, alius vero ex iis qui contingenter inſunt. Secunda Cum termini neceſſario inſunt. ferme conſimiliter res ſeſe habet, atque cum abſolute inſunt. Nam poſitis terminis & in iis quæ inſunt & non inſunt, & in ĳs quæ neceſſitate inſunt vel non inſunt, ſimiliter fiet ſyllogiſmus, aut non fiet ſyllogiſmus, hoc vno differens quod hic adiicitur
80 terminis ex neceſſitate ineſſe vel non ineſſe. Nec id præter rationem euenire videtur, conſimiliter hic & in illis de ineſſe ſyllogiſmos contingere. Nam & vniuerſalis priuatiua de neceſſario ſimiliter conuertitur vt vniuerſalis negatiua de ineſſe, & ex neceſſitate in toto eſſe, & ex neceſſitate dici de omni proportionaliter vt illic aſſignabimus. Corollarium. Quo fit vt in aliĳs figuris a prima, eodem modo demonſtrandum ſit per conuerſionem concluſionem ipſam ex neceſſitate prouenire in re quæ neceſſario inſunt aut non inſunt, perinde atque in illis de ineſſe monſtratū eſt. Verum in ſecunda figura quando ad maius extremum ponitur vniuerſalis affirmatiua, & particularis priuatiua ad minus, & rurſus in tertia particularis priuatiua ad maius, & vniuerſalis affirmatiua ad minus, non ſimiliter hic vt & illic demonſtratio efflagitanda eſt. ſed conſentaneum tunc eſt nos expoſitione, deſignationeque alicuius vtentes cui vtrobique & in ſecunda & in tertia figura prædicatum ex neceſſitate non inſit, ex hoc ipſo conſtituere ſyllogiſmum. erit enim neceſſarius in hoc Et ſi de expoſito deſignatoque neceſſarius eſt, erit & de illo aliquo, atque particulari qui concludebatur neceſſarius. Nam quod deſignatum eſt, ipſum illud aliquid eſt. Et fit
81 vtrique qui ex aliquo deſignato ſumitur ſyllogiſmus in propria figura.

¶ De mixtis ex vna neceſſaria & altera abſoluta in prima figura. Cap. IX

Accidit autem quandoque, & altera propoſitione neceſſaria, neceſſariū fieri ſyllogiſmum. verum non vtralibet: ſed quæ ad maiorem extremitatem. vt ſi a quidem, b ex neceſſitate ſumptum eſt ineſſe vel non ineſſe: b autē c ineſſe tantum. ſic enim ſumptis propoſitionibus ex neceſſitate a, inerit c, vel non inerit. nam quoniam omni b, ex neceſſitate ineſt: vel non ineſt a, c autem aliquid eorum quæ ſunt b eſt: manifeſtum quoniam & c ex neceſſitate erit al-
82 terum horum.

¶ Si autem a b quidem non neceſſaria, b c autem neceſſaria: non erit concluſio neceſſaria. ¶ Nam ſi eſt: accidit a, alicui b ineſſe ex neceſſitate per primam & tertiam figurā hoc autem falſum. contingit enim tale eſſe b, cui impoſſibile eſt a. nulli ineſſe.

¶ Amplius autem & ex terminis manifeſtum, quoniam non erit concluſio neceſſaria. vt ſi a quidem ſit motus, b autem ſit animal, in quo autem c homo. nanque homo, animal eſt ex neceſſitate. mouetur autem animal non ex neceſſitate: quare nec homo. Si-
83 militer autem & ſi priuatiua ſit a b. ¶ Nam eadem demonſtratio.

¶ In particularibus autem ſyllogiſmi, ſi vniuerſalis quidem eſt neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: ſi autem particularis, non neceſſaria, ſiue priuatiua, ſiue prędicatiua fuerit vniuerſalis propoſitio. Si autem primo vniuerſalis neceſſaria & a quidem: omni b inſit ex neceſſitate. b autem alicui c inſit ſolum, neceſſe eſt ergo a alicui c ineſſe ex neceſſitate. nā c ſub b eſt. b aūt omni, a inerat ex neceſſitate. Similiter aūt & ſi priuatiuus ſyllogiſmus ſit. nā eadem erit demonſtratio.


¶ Si autem particularis eſt neceſſaria: non erit concluſio neceſſaria. nihil enim impoſſibile euenit: quemadmodum nec in vniuerſalibus ſyllogiſmis. ſimiliter autem & in priuatiuis. Termini: motus, animal, album.


81 Noni Cap. notæ.

Propoſitio neceſſaria: quæ eſt de neceſſario ineſſe, vel non ineſſe. Propoſitio de ineſſe, abſoluta propoſitio eſt quæ ſemper vera eſt. ſemper enim omnis homo eſt animal, & ſemper nullus homo lapis quare ſuæ oppoſitæ ſemper falſę. De ineſſe, de ineſſe ſimpliciter. Et propoſitiuis neceſſariæ vt cum dicitur omni b ex neceſſitate ineſt a, duplex ſenſus intelligitur. Primo nanque id indicat quod cuicunque neceſſario ineſt b, etiam neceſſario ineſſe a. Secundo cuicunque ſimpliciter in b, ei neceſſario ineſſe a. ex primo ſenſu fiunt ſyllogiſmi meri neceſſarĳ, & ex ſecundo fiunt ſyl-

logismi necessarii mixti. Vnde fit vt in syllogismis de necessario mixtis: assumptio de inesse simpliciter sumenda sit. alioquin non recte assumeretur, sed mendax quodam modo esset assumptio vt verbi causa capiatur hæc in secundo sensu omne animal ex necessitate est sensibile & assumatur aliquod frigidū, animal est, perperam assumitur. Nam in secundo sensu omne animal ex necessitate sensibile est perinde est ac si dicatur, quicquid simpliciter animal est, ex necessitate sensibile est, modo aliquod frigidum non simpliciter animal est, sed vt nunc. quare quodam modo mendax est assumptio. Simpliciter enim hic inesse (quemadmodum iam dictum est) intelligimus: quando semper inest, quando solum inest aut vt nunc aut vt plurimum: non simpliciter & omnino inesse inesse, intelligimus. tametsi dicatur inesse. & hic duplex propositionis necessariæ sensus ei qui amicus analogiæ fuerit iis quæ Aristoteles in fine duodecimi capitis huius disserit, ducere poterit.

Syllogismi mixti ex necessaria & absoluta in prima figura.








PARAPHRASIS CAP. NONI.

NOnum cap. de mixtis syllogismis de inesse & necessario in prima figura conclusiones tres. Prima conclusio. Euenit nonnunquā altera propositionū necessaria, & altera de inesse: qui conclusionem necessariam colligat, fieri syllogismum. verū nō vtrauis propositione necessaria sed ea quæ ad maius extremū collocata est. Vt si omni b ex necessitate inesse a sumptū est, & omni c inesse b simpliciter: dico sic sumptis ꝓpositionibus necessario euenire vt oī c ex necessitate insit a Et similimō si oī b ex necessitate nō insit a, & oī c: euenire vt oī c necessario nō insit a. Nā quia positū est omni b ex necessitate inesse a, vel omni b ex necessitate non inesse a, & omne c est aliquid eorum quæ sumimus ipsius b, perspicuum est igitur, q̄m omne c ex necessitate erit alterum horū, hoc est ex necessitate erit a, vel ex necessitate nō erit a, ex necessitate quidē erit a per id quod est ex necessitate dici de omni, si sumebatur omni b ex necessitate inesse a. & ex necessitate non erit a per id quod est ex necessitate dici de nullo, si sumptū fuerat omni b ex necessitate non inesse a. Secūda conclusio. Propositione sumpta de inesse ad maius extremum, & altera necessaria minime syllo-

gismo colligetur conclusio necessaria. Vt si omni b inest a & omni c ex necessitate inest b minime
efficietur necessaria conclusio, omne c necessario est a. Nam si ex necessitate euenit, eueniet etiam
& alicui b ex necessitate inesse a, & per primam & per tertiam figuram, per ea quę in praecedenti
capite monstrata sunt, quod non oportet. Nam & possibile est vt tale b sit, vt nulli ex necessitate
insit a. Verum quod accidat in prima figura aliquod b ex necessitate esse a si fiebat hoc pacto syl
logismus, omne b est a & omne c ex necessitate est b, igitur omne c ex necessitate est a; demonstra
tur. Nam si ita est, omne c ex necessitate est a vera est, & posita est omne c ex necessitate est b quę
quia particulariter conuertitur: hęc idētidem vera est aliquod b ex necessitate est c. Necto itaq;
syllogismum primæ figuræ omne c ex necessitate est a, & aliquod b ex necessitate est c, & necessa
rio prouenit aliquod b ex necessitate esse a. & idem accidere in tertia figura demonstratur. Nam
quia vera erit omne c ex necessitate est a, & posita est omne c ex necessitate esse b; necessario per
tertiam figuram colligitur aliquod b ex necessitate esse a. quod totum susceptum erat demonstrā
dum. Cæterum ex terminis significantibus: dilucidius cognoscitur non necessario effici conclu
82 sionem necessariam. vt si a sit motus, b animal, c homo & moueatur omne animal. Manifestum
est omnem hominem ex necessitate esse animal, non tamen efficitur vt omnis homo ex necessita
te moueatur. Nam omne animal nō ex necessitate mouetur, quare neque homo ex necessitate mo
uebitur. Et eadem quoque fuerit demonstratio, si vniuersalis negatiua de inesse, ad maius extre
mum sumpta fuerit. Tertia conclusio. In particularibus primæ figuræ syllogismus, si vniuersa
lis necessaria fuerit: & conclusio quoque necesseria erit. Si autem particularis necessaria fuerit: nō
necessaria proueniet conclusio, siue priuatiua, siue affirmatiua de inesse fuerit altera propositio.
Esto enim primo vniuersalis affirmatiua necessaria, insitque a ex necessitate omni b, & b in
sit solum, alicui c, dico necessario euenire, vt a ex necessitate insit alicui c. Nam omne b ex necessi
tate ponit esse a: & aliquod c sumetur ipsius b. per id igitur quod est dici de omni: alicui c ex ne
cessitate inerit a. Et similiter si priuatiuus fiat syllogismus. Nam per id quod est dici de nullo: si
milis proueniet demonstratio. At si particularis necessaria est & vniuersalis de inesse, non ne
cessaria erit conclusio. Nam si non ponitur ex necessitate prouenire: nihil accidit impossibile, vt
neque in syllogsimorum vniuersalibus modis, quod licet ex indefinito cognoscere. Et vt nihil ne
cessarium accidit in affirmatiuis: similiter & nihil necessarium accidet in priuatiuis. Termini:
motus, animal, album.








De mixtis ex vna necessaria & altera absoluta in secunda figura Cap. X.

84 N secunda autem figura si priuatiua quidem propositio vni
uersalis sit & necessaria, conclusio erit necessaria. si autem prę
dicatiua: non necessaria. sit enim primum priuatiua necessaria
& a, b quidem nulli contingat. c autem insit tantum, quoniam
ergo conuertitur priuatiua: & b, nulli a contingit, a autem, om
ni c inest. quare nulli c: cōtingit b. nam c sub a est. Similiter au
tem & si ad c ponatur priuatiuum. nam si a, c nulli contingit:
& c: nulli a poterit inesse, a autem, omni b inest. quare nulli eo
rum quæ sunt b contingit c: sit enim prima figura. rursum nō
ergo neque b, ipsi c. conuertitur enim similiter. Si autem prædicatiua propositio est
necessaria, non erit conclusio necessaria. insit enim a, omni b ex necessitate, c autem nul
li insit tantum. conuersa ergo priuatiua: sit prima figura. ostensum est autem in prima
quoniam cum non est necessaria. quæ ad maiorem est priuatiua, nec conclusio erit ne
cessaria. quare nec in his erit ex necessitate

Rursum non ergo neque duæ negationes negant. b: ipsis c, subauditur inesse contingit

Neque c, nulli b, duæ negationes negant & perinde est ac si diceretur & c nulli b inerit ex necessitate & nulli negare intelligitur duntaxat.

Amplius autem si conclusio est necessaria, accidit c, alicui a non inesse ex necessita
te, si enim b, nulli c inest ex necessitate, neque c, nulli b inerit ex necessitate. b autem ali
cui a necesse est inesse, siquidem & a, omni b ex necessitate inerat, quare c, necesse est ali
cui a non inesse. sed nihil prohibet a huiusmodi accipere: cui omni, c contingat inesse.
Amplius & si terminos ponentes sit ostendere, quoniam cōclusio non est necessaria
simpliciter. & his existentibus. necessarium. vt sit a animal. b vero homo. c autem albū
& similiter propositiones sumptę sint. contingit enim animal nulli albo inesse. non in
erit ergo nec homo nulli albo. sed non ex necessitate. contingit enim hominem fieri al
bum, non tamen donec animal nulli albo insit, quare cum hæc sint necessaria erit con
clusio, simpliciter autem non necessaria.



Similiter autem se habebit & in particularibus syllogismis, quando priuatiua quidem propositio & vniuersalis fuerit, & necessaria, & conclusio erit necessaria. 85

Quando autem prædicatiua vniuersalis fuerit necessaria, priuatiua vero particularis non necessaria, non erit conclusio necessaria. Sit enim primum priuatiua, & vniuersalis necessaria & a.b quidem nulli contingat inesse, c autem alicui insit, quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b.nulli a cōtinget inesse. a autem alicui c inest, quare ex necessitate alicui eorum quę sunt c.non inerit b. Rursum sit prædicatiua & vniuersalis & necessaria, & ponatur ad b quidem prædicatiuum: si ergo a, omni b ex necessitate inest. c autem alicui non inest, quoniam non inerit b, alicui c manifestum, sed non ex necessitate. Nam ijdem termini erunt ad demonstrationem, qui in vniuersalibus syllogismis, sed nec si priuatiua necessaria est particulariter sumpta, erit conclusio necessaria. Nam per eosdem terminos demonstratio.

Decimi Cap. notæ.

Aristoteles in demonstrationibus conclusionum, vtitur non contingit inesse, loco huius necessarium est non inesse, eadem enim sunt, & ęque possunt vt in secundo περι ερμηνειας cap. tertio visum est, & contingens hoc in loco & possibile idem 84

	I Syllogismi.		II Aequiualentes.
O	a necessario non est b	O	a non contingit esse b
O	c . est a	O	c est a
O	e necessario non est b	O	c non contingit esse b

Termini a, b c, animal, homo, album, duabus rationibus superioribus suffragabuntur.

Quod autem in quarto secundæ figurę vniuersali, affirmatiua de necessario, & particulari negatiua de inesse, sequatur conclusio de inesse: hoc ideo est quod pro ea quę necessaria est ad maius extremum pos.ta absoluta & de inesse simpliciter, ex meris absolutis fiet syllogismus ad eandem conclusionem ex tertia conclusione quinti cap. at necessariam propositionem semper comitatur absoluta simpliciter, haud secus atque illam sequi demonstrata est propositio possibilis. Termini pro eodem quarto modo. propositione ad maius extremum absoluta & assumptione necessaria iidem qui & superiores, sed aliter ordinandi. Nam pro ea reponendum a homo, b albū c animal. Et si ita videatur, apertius, manifestiusque vigilans pro albo ponatur, & cognoscitur eo modo non fieri syllogismum quando propositio absoluta ad maius extremum collocata est de inesse. vt nunc hoc pacto: quicquid vigilat est homo (id enim ita nunc sese habere ponatur) & aliquod animal ex necessitate non est homo: non ex necessitate accidit aliquod animal ex necessitate non vigilat. 85

Syllogismi secundæ figuræ demonstrati mixti ex absoluta & necessaria.


I	e	Necessarium
	a	Inesse simpliciter
	e	Necessarium
II	a	Inesse simpliciter
	e	Necessarium
	e	Necessarium
III	e	Necessarium
	i	Inesse simpliciter
	o	Necessarium


Qui ex monstratis facile intelligi possunt etsi eos non monstret Aristoteles.		Asyllogisti	
	a Inesse simpliciter		e Inesse
	o Necessarium	1	a Necessarium
IIII	o Necessarium		e Necessarium
	e Inesse simpliciter		a . Necessarium
V	a Necessarium	2	e Inesse
	e Inesse simpliciter		e Necessarium
VI	a Necessarium	3	e Inesse
	e Inesse simpliciter		i Necessarium
	e Inesse simpliciter	4	o Necessarium
VII	e Inesse simpliciter		a Necessarium
	Necessarium		o Inesse
	o Inesse simpliciter		o Necessarium
VIII	a Necessarium	5	a Inesse vt nunc
	o Inesse simpliciter		o Necessarium
	o Inesse simpliciter		o Necessarium


Cæteri(vt in absolutis) sunt communes. quare ex absolutorum descriptiõe accipi possunt. Quadruplari tamen ijdem ad conclusionem nunc absolutam, nunc necessarium possunt, sed hęc intelligentiæ se prompta ingerunt. Non ab re igitur huiusce rei omittenda descriptio.


PARAPHRASIS CAP. DECIMI.


84 Decimum cap. conclusiones duę. Prima conclusio. In secũda figura altera propositionum existente de necessario, & altera de inesse, si priuatiua vniuersalis necessaria sit, & conclusio erit necessaria. Si aũt affirmatiua necessaria sit, non erit conclusio necessaria. Et esto primum vniuersalis priuatiua necessaria, & omni b ex necessitate non insit a, omni autem c solum insit a, dico necessario euenire omne c ex necessitate non esse b. Nam quia vniuersalis priuatiua omne b ex necessitate non est a conuertitur, vera erit oẽ a ex necessitate non esse b. & similiter posita vera, omne c est a, quare per primam figuram necessario euenit, oẽ c ex necessitate nõ esse b. Et id (vt demõstratum est) per id quod est de nullo dici, Nam c aliquid est eorum quæ sunt a. Et similiter si necessaria vniuersalis negatiua ponatur ad minus extremum, hoc pacto omne b est a & omne c ex necessitate non est a. dico necessario contingere omne c ex necessitate non esse b, nam si omne c ex necessitate non est, quia reuertitur atq; recurrit, etiã omne a ex necessitate non est c, & omne b positũ est esse a. quare omne b ex necessitate non est c. Nam facta est prima figura, & quia omne b ex necessitate non est c similiter conuertitur, etiam omne c ex necessitate non est b. comitabatur igitur omne c ex necessitate non est b, necessario primas propositiones, atque fiebat syllogismus. Nunc aũt demonstrandũ est si affirmatiua ꝓpositio sumatur necessaria, non oportere conclusionẽ esse necessariam. Nam si omni b ex necessitate insit a, & nulli c solum insit a, dico nõ necessario prouenire oẽ c ex necessitate non esse b. Nã cõuersa negatiua nullum c est a, fit prima figura hoc pacto, nullũ a est c & oẽ b ex necessitate est a. Atqui in prima figura mõstratũ est si vniuersalis priuatiua quæ est ad maius extremũ, necessaria, non est, conclusionẽ non efficere necessariã. quare neq; hic ea quæ de necessario colligetur conclusio. Præterea si fiat conclusio necessaria hoc pacto. Omne b ex necessitate est a. & nullum c est a, igitur omne c ex necessitate non est b accidet aliquod a ex necessitate non esse c, quod minime oportet. Quod autem id accidat demonstratur. Nã quia colligi ponitur conclusione necessaria, vera erit omne c ex necessitate non est b. quare & per conuersionem oẽ b ex necessitate non est c, & posita est vera omne b ex necessitate est a, vera etiã est per cõuersionẽ aliquod a ex necessitate est b per primã igit̃ figurã, aliquod a ex necessitate non est c, at nihil prohibet a huiusmodi accipere, cũ omni contingat c inesse. Insuper nos ipsi terminis apponentes facile valemus ostendere conclusionem non esse necesariam. vt his positis terminis, necessarium est conclusionem non esse necessariã. vt esto a animal, b vero homo, & c album. Similiter aũt & propositiones sumptæ sint, omnis homo ex necessitate est animal, & nullum albũ est aĩal. Nam contingit nulli albo inesse aĩal. Propter hęc sane euenit nullum album esse hominẽ at non id ex necessitate, quandoquidẽ contingit aliquod album esse hominem, non tamen sigut











& quandiu nullum album est animal quare cum hæc sint, ex necessitate eueniet conclusio nulli
album est homo, sed non quæ sit simpliciter necessaria. Secunda conclusio. Quando altera de
necessario & altera de inesse fuerit, in syllogismis particularibus consimile eueniet, vt vniuersali 85
propositione priuatiua necessaria fiat conclusio necessaria. at vniuersali affirmatiua necessaria &
particulari negatiua de inesse, conclusio non colligetur necessaria. Et sit primum vniuersalis pri-
uatiua necessaria, & omni b ex necessitate non insit a, & alicui c insit a, dico necessario euenire, vt
alicui c ex necessitate non insit b. Nā quia vniuersalis priuatiua oi b ex necessitate non iest a con
uertitur, omne a ex necessitate non est b. Et aliquod c esse a positum est, per primam igitur figurā
aliquod c ex necessitate nō est b. Rursum sit vniuersalis affirmatiua necessaria & ponatur ad b ma
ius extremum affirmatiua, dico non euenire conclusionem necessariam. vt si omni b ex necessita
te inest a & alicui non inest a, alicui quidem c non inerit b sed non id ex necessitate. Nam ijdem
termini demonstrationi suffragabuntur, qui & in præcedenti conclusione ad vniuersalium syllo
gismorum demonstrationem. Et ne id solum, sed & nec si priuatiua necessaria est & particulariter
sumpta, syllogismo colligitur conclusio necessaria. Nam per eosdem terminos fit demostratio.

De syllogismis mixtis ex altera necessaria & altera bsoluta in tertia figura. aCap. XI.

IN postrema autem figura terminis quidem vniuersalibus ad
medium & prædicatiuis vtrisque propositionibus, si vtralibet 86
sit necessaria, & conclusio erit necessaria. Si autem hæc quidē
sit priuatiua, illa vero prædicatiua, quādo prędicatiua quidem
fuerit necessaria, & conclusio erit necessaria. quando autem
prædicatiua non erit necessaria.
Sint enim primum vtræque prædicatiuæ propositiones, &
a & b, omni c insint, necessaria autem sit a c. quoniam ergo
b omni c inest. & c alicui b inerit, eo quod conuertitur vniuer
salis particulariter. quare si a, inest omni c ex necessitate, & c alicui b, & a alicui b ne-
cessarium inesse. nam b sub c est fit igitur prima figura. Similiter autem osten-
detur, & si b c est, necessaria. conuertitur enim c, alicui a. quare si omni c inest b ex neces
sitate, & a alicui b inerit ex necessitate. Rursum sit a c quidem priuatiua, b c vero affir
matiua, necessaria autem priuatiua. quoniam ergo conuertitur affirmatiua, erit c alicui
b. a autem nulli c ex necessitate. neque a, alicui b inerit ex necessitate. nam b sub c est.
Si autem prædicatiua sit necessaria non erit conclusio necessaria. Sit enim b c pri-
tiua & necessaria, a c autem priuatiua & non necessaria, quoniam ergo conuertitur af-
firmatiua inerit & c, alicui b ex necessitate. quare si a quidem, nulli eorum quæ sunt c
inest, c autem alicui eorum quæ sunt b, & a alicui eorum quę sunt b non inerit. sed non
ex necessitate, ostensum est enim in prima figura quoniam priuatiua propositione nō
necessaria, nec conclusio erit necessaria. Amplius autem & per terminos sit manife-
stum. sit enim a quidem bonum in quo b, animal, c autem equus. ergo bonum quidem
contingit nulli equo inesse, animal vero necesse est omni equo inesse, sed non necesse
est aliquod animal non esse bonum. siquidem contingit omne esse bonum, aut si non
hoc possibile, sed vigilare vel dormire terminum ponēdum. omne enim animal susce-
ptibile est horum, si igitur termini vniuersaliter ad medium sint, dictum est, quādo erit
conclusio necessaria. Si autem hic quidem vniuersalis, ille vero particularis, prædica
tiuus vterque quando vniuersalis fuerit necessarius, & conclusio erit necessaria. 87
Demonstratio autem eadem quæ & prius. conuertitur enim & particularis affirmati-
ua. si ergo necesse est b, omni c inesse. a autem sub c est, necesse est b, alicui a inesse, si
autem b alicui a. & a alicui b inesse necessarium, conuertitur enim. Similiter autem
& si a c, sit necessaria vniuersalis, nam b sub c est. Si autem particularis est neces
saria, non erit conclusio necessaria. sit enim b c particularis & necessaria, a autē insit om 88
ni c, non tamen ex necessitate. Conuersa ergo b c, prima fit figura, & vniuersalis qui
dem propositio non necessaria, particularis autem necessaria. Quādo autem sic se ha-
bebant propositiones: non erat conclusio necessaria. quare nec in his. Amplius

autem & ex terminis:manifestum.Sit enim a quidem vigilatio,b autem bipes in quo au
tem c,animal.ergo b,alicui c necesse est inesse.a autem omni c contingit. & a non neces
sario b,non enim necesse est,aliquem bipedem dormire vel vigilare.similiter autem per
89 eosdem terminos ostendetur etiam si a c,sit particularis & necessaria. ¶ Si autẽ hic qui
dem terminorum sit prędicatiuus , ille priuatiuus & necessarius : quando vniuersalis
fuerit priuatiuus & necessarius,& conclusio erit necessaria. Si enim a, nulli c ex neces
sitate contingit,b autem alicui c inest:necesse est a,alicui b non inesse . quando autem
affirmatiua necessaria ponetur vel vniuersalis,vel particularis, vel priuatiua particula
ris:non erit conclusio necessaria. Nam alia quidem eadẽ quæ & in prioribus dicemus.
Termini autem cum vniuersalis quidem affirmatiua est necessaria , vigilatio , animal,
homo,medium,homo.cum autẽ particularis prædicatiua necessaria,vigilatio, animal,
album . animal enim necesse est alicui albo inesse , vigilatio autem contingit nulli , &
non necesse est alicui animali non inesse vigilationem.quando autem priuatiua particu
90 laris est necessaria,bipes,motus, animal,medium animal. ¶ Manifestum igitur quoniã
91 inesse quidem non est syllogismus, si vtræque propositiones non sunt in eo quod est
inesse.necessarij vero est,& altera solum existente necessaria . ¶ In vtrisque autẽ &
affirmatiuis & priuatiuis existentibus syllogismis,necesse est alteram propositionẽ si
milem esse conclusioni.dico autem similem,si inesse quidem inexistẽtem,si autem ne
92 cessaria,necessariam. ¶ Quare & hoc palam,quoniam non erit conclusio neque neces
saria neque inesse,non sumpta vel necessaria vel quæ inesse significet propositione:
Igitur de mecessario quo modo fit & quam differentiam habeat ad inesse, sufficienter
pene dictum est.

Vndecimi cap.notæ.

86 Nam monstratum est in prima figura,secunda scilicet conclusione cap.noni.Sed videtur defi
cere demonstrandi modus, quia non oportet si posita particulari necessaria in quarto primæ figu
ræ non sequatur conclusio necessaria,quod etiam posita vniuersali in secundo tertiæ non sequa
tur eadem particularis.sed cõuersus argumentandi modus:bonus potius esse videretur,neq; quo
que eadẽ colligetur in mõ imperfecto. Cum in quinto tertiæ particulari necessaria priuatiua, &
vniuersali affirmatiua absoluta astruitur non collige conclusionẽ necessariã,id intelligendum est
87 sumendo propositionẽ absolutã non simpliciter sed vt se extendit, ad absolutã vt nunc,nã parti
culari necessaria priuatiua & vniuersali affirmatiua absoluta simpliciter,colligetur. vt ex demon
stratione secundæ partis primæ conclusionis decimiquarti cap.huius per æquiualentiam cogno
scetur velle Aristoteles. Ex corollariis cognoscitur vt cũ altera præmissarũ necessaria fuerit &
altera absoluta,insuper & conclusio absoluta syllogismum illum non dici debere absolutum si
ue de inesse,sed mixtum de necessario. Syllogismum enim absolutum atque de inesse nuncupat:
cum vtraque propositio,& conclusio absoluta est ac de inesse.de cuiusmodi discussum est:quarto
quinto & sexto capitibus huius.Nunc autem subiiciamus designationem: quonam modo tertii
schematis,tertiæque figuræ colligantur syllogismi ex absoluta & necessaria mixti.

I
a Necessaria
a Absoluta
i Necessaria

II
e Necessaria
a Absoluta simpliciter
o Necessaria

III
i Absoluta simpliciter
a Necessaria
i Necessaria

IIII
a Necessaria
i Absoluta simpliciter
i Necessaria.

V
o Necessaria
a Absoluta simpliciter
o Necessaria

VI
e Necessaria
i Absoluta simpliciter
o Necessaria
Facile monstrabiles

VII
a Absoluta simpliciter
a Necessaria
i Absoluta simpliciter


VIII
e Absoluta simpliciter,
a Necessaria
o Absoluta simpliciter


	Necessaria		o Absoluta simpliciter
IX	a Absoluta simpliciter	XI	a Necessaria
	i Absoluta simpliciter		o Absoluta simpliciter
	a Absoluta simpliciter		e Absoluta simpliciter
X	i Necessaria	XII	i Necessaria
	i Absoluta simpliciter		o Absoluta simpliciter


Asyllogisti		o Absoluta ex indefinito
I	a Absoluta	V a Necessaria
	a Necessaria	o Necessaria
	i Necessaria	o Necessaria
II	e Absoluta	a Absoluta vt nunc
	a Necessaria	VI o Necessaria
	o Necessaria	e Absoluta
III	i Necessaria	i Necessaria
	a Absoluta	VII o Necessaria
	i Necessaria	
IIII	a Absoluta	Caeterae incollectiles συζυγίαι
	i Necessaria	hoc est coniugationes, vel quã
	i Necessaria	facillime intelliguntur.


PARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.

VNdecimum cap. conclusiones quatuor, corollaria tria. Prima conclusio. In tertia figura extremis de medio vniuersaliter enunciatis, & vtrisq; pro 86
positionibus affirmatiuis, vtrauis necessaria sit, & cõclusio necessaria erit. Si autem propositionum hæc priuatiua sit, illa vero affirmatiua, cum priuatiua necessaria fuerit, & conclusio erit necessaria. cum autem prædicatiua necessaria, minime oportet vt conclusio euadat necessaria. Et sint primo vtræque propositiones vniuersales affirmatiuæ. Et omni c ex necessitate insit a, & omni c insit b. dico alicui b ex necessitate inesse a. Nam quia vniuersalis omni c inest b, particulariter conuertitur; alicui b inest c. & positum est omni c ex necessitate inesse a. Necto igitur syllogismum. Omni c ex necessitate inest a, & alicui b inest c, igitur alicui b ex necessitate inest a. Et id per dici de oĩ, nam b sub c est, & fit idcirco prima figura. Simili mõ mõstrabitur si vniuersalis necessaria ad minus extremum collocetur. vt si oĩ c inest a, & omni c ex necessitate inest b: alicui b ex necessitate inerit a. nam quia vniuersalis omni c inest a particulariter conuertitur, alicui a inest c, & posita est vera omni c ex necessitate inest b. Tunc necto primæ figuræ syllogismum. Omni c ex necessitate inest b, & alicui a inest c, igitur alicui a ex necessitate inest b. quæ quia conuertitur, & alicui b ex necessitate inest a, eueniebat igitur necessario particularis, alicui b ex necessitate inest a ad primas propositiões quod erat mõstrandũ. Rursum sit vniuersalis priuatiua necessaria omne c ex necessitate nõ est a, & vniuersalis affirmatiua de inesse omne c est b, dico aliquod b ex necessitate non esse a. Quoniam enim conuertitur vniuersalis affirmatiua, aliquod b erit c, & positum est omne ex necessitate non esse a. syllogismus itaq; per primam figuram hoc pacto, omne c ex necessitate non est a, & aliquod b est c, igitur aliquod b ex necessitate non est a. Nam b sub c est. At si affirmatiua sit necessaria, non erit conclusio necessaria. vt sit b c vniuersalis affirmatiua necessaria omne c ex necessitate est b & vniuersalis negatiua de inesse & non necessaria nullum c est a: dico non esse syllogismum, nullum c est a, & omne c ex necessitate est b, igitur aliquod b ex necessitate non est a. nam quia conuertitur vniuersalis affirmatiua, alicui b ex necessitate inerit a. at qui si nullum c est a, & aliquod b ex necessitate est c, non euenit vt ex necessitate aliquod b non sit a, tametsi necessario eueniat aliquod b non esse a. Nam monstratum est in prima figura, negatiua non necessaria & affirmatiua (siue vniuersalis siue particularis sit) necessaria, conclusionem non esse necessariam. quare neque necessaria erit in tertia figura. Præterea id idem positis terminis manifestum esse potest. vt esto a bonũ, b animal, c equus manifestum est quoniam vera esse potest. nullus equus bonus est & omnis equus necessario animal est, at non fit idcirco, vt aliquod animal ex necessitate nõ sit bonum. Nam omne animal contingit esse bonum, quod si possibile non putas, vt nullus equus bonus sit loco igitur boni putamus aut vigilare, aut dormire manifestũ est verũ esse posse nullus equus vigilat, & omnis equus ex necessitate est animal, at non aliquod animal ex necessitate non vigilat. quandoquidem omne animal vt vigilet contingat, possibileque sit, & hunc in modum, si dormire positum esset. Omne enim animal horum susceptibile est, Itaq; cum extremi termini de medio












vniuerſaliter enunciantur, diſcuſſum ſit quando concluſio neceſſaria futura eſt, & quando non ex
neceſſita euentura. Secunda concluſio. Cum extremorum terminorũ vnus de medio vniuerſali
87 ter, & alter particulariter enunciatur. & ambo affirmatiue vniuerſali propoſitione neceſſaria, &
concluſio erit neceſſaria. Hæc demonſtratur vt præcedens quod particularis affirmatiua con-
uertitur. Sit ergo oẽ c ex neceſſitate b, & alicui c inſit a, colligetur aliquod b ex neceſſitate eſſe a.
Nam quia particularis conuertitur: vt alicui a inſit c, & a ſit ſub c neceſſe eſt, & poſitum eſt omne
c ex neceſſitate eſt eſſe b, Per primã itaq; figuram recte fit, omne c ex neceſſitate eſt b, & aliquod a
eſt c, igitur aliquod a ex neceſſitate eſt b. & quia conuertitur etiam aliquod b ex neceſſitate eſt a.
poſitis igitur primis propoſitionibus neceſſario eueniebat, vt aliquod b ex neceſſitate eſſet a qđ
erat monſtrandum. Et ſimiliter erit demonſtrandi modus ſi vniuerſalis affirmatiua ad maius ex-
tremum neceſſaria fuerit, vt omne c ex neceſſitate eſt a. Nam particulari conuerſa, erit b ſub c fiet
que hoc pacto prima figura, oẽ c ex neceſſitate eſt a, & aliquod b eſt c. aliquod igitur b ex neceſſi-
tate eſt a. Tertia concluſio. Extremis hoc pacto enunciatis, cum particularis eſt neceſſaria, non
88 erit concluſio neceſſaria. vt ſit particularis neceſſaria aliquod c ex neceſſitate eſt b & omne c ſit a,
non colligetur aliquod b ex neceſſitate eſſe a. Nam conuerſa particulari in hanc aliquod b ex ne
ceſſitate eſt c: ſit prima figura & demonſtratum eſt non fieri ſyllogiſmum vniuerſali non neceſſa
ria, & particulari neceſſaria: quomodo tamen ſe habebunt propoſitiones ſic ſyllogiſando. omne ç
eſt a, & aliquod b ex neceſſitate eſt c, igitur aliquod b ex neceſſitae eſt a. Igitur neq; ex primis pro
poſitionibus fiet ſyllogiſmus. Inſuper id ex terminis dilucidum eſſe poteſt. Vt ſit a vigilare b, bi-
pes, c animal manifeſtum hanc veram eſſe poſſe. omne animal vigilat, & aliquod animal ex neceſſi
tate bipes eſt, at falſum eſt aliquod bipes ex neceſſitate vigilare, nõ enim neceſſe eſt aliquod bipes
aut dormire aut vigilare. Et per eoſdem oſtenditur maiore particulari neceſſaria, non fore conclu
ſionem neceſſariam poſito a eſſe bipes, b vigilans, & c animal. Quarta. Si extremorum termino
89 rum alter vniuerſaliter & alter particulariter enuncietur, vnus quidem affirmatiue, & alter priua
tiue, cum vniuerſalis priuatiua fuerit neçeſſaria, erit & concluſio neceſſaria. quando autem affir-
matiua neceſſaria ponetur, ſiue vniuerſalis ſiue particularis ſit, concluſio non erit neceſſaria, & ſi-
mile euenit, cum particularis priuatiua ponitur neceſſaria. Vniuerſali quidem priuatiua neceſſa-
ria fit ſyllogiſmus. vt ſi omni c ex neceſſitate non ineſt a, & alicui c ineſt b, etiam & alicui b ex ne
90 ceſſitate non inerit a. eadem vt in prima concluſione demonſtratio eſt. At affirmatiua neceſſa
ria quantacunque ea ſit, aut particulari negatiua neceſſaria, non colligetur concluſio neceſſaria. Nã
cętera eadem quæ in ſuperioribus ad id oſtendendum nobis ſuffragabuntur, & etiam ex terminis
ita eſſe deprehendetur. Vniuerſali quidem affirmatiua neceſſaria termini erunt: vigilans, animal,
homo, medium autem homo. Particulari affirmatiua neceſſaria termini ſunt, vigilans animal, al-
91 bum. Nam fieri poteſt vt nulli albo inſit vigilans, & aliquod album ex neceſſitate eſt animal. At
falſum eſt aliquod animal ex neceſſitate non vigilare. Nam & ſi contingat vt nulli animali con-
ueniat vigilatio; non tamen ex neceſſitate alicui non conuenit. Particulari autem pruatiua neceſ-
ſaria, termini ſunt: bipes, moueri, animal, medium autem animal. Primum corollarium. Manifeſtũ
92 itaq; eſſe poteſt non fieri ſyllogiſmum de ineſſe, ſi non vtræque propoſitiones ſint de ineſſe, de ne
ceſſario autem contingere eſſe ſyllogiſmum, altera etiam ſolum exiſtente neceſſaria. Secundum co
rollarium. In vtriſque ſyllogiſmis de neceſſario ſiue affirmatiuis, ſiue negatiuis, alteram propoſi-
tionem ſimilem eſſe concluſioni neceſſe eſt, dico autem ſimilem, vt ſi concluſio de ineſſe ſit, & pro
poſitio de ineſſe. & ſi neceſſaria etiam neceſſaria. Tertium corollarium. Quapropter & hoc ĩſuper
exploratum euadit, concluſionem neque neceſſariam neque de ineſſe futurã eſſe, non ſumpta pro
poſitione neceſſaria, vel quæ ineſſe ſignificet. Quomõ igitur fit ſyllogiſmus de neceſſario & quo
nam pacto differat a ſyllogiſmo de ineſſe, ferme ſufficienter dictum eſt.





¶ De contingenti non neceſſario. Cap. XII.

93 DE contingente autem poſt hæc dicemus, quando & quomodo, & per quæ
erit ſyllogiſmus. dico autem contingere & contingens, quo non exiſtente
neceſſario, poſito autem ineſſe, nihil erit propter hoc impoſſibile. Nam ne-
ceſſarium ęquiuoce contingere dicitur. Quoniam autem hoc eſt contingẽs
manifeſtum ex affirmationibus & negationibus oppoſitis. nam non cõtin
git eſſe, non poſſibile eſſe, & impoſsibile eſse, & neceſſe eſt non eſse, vel eadẽ ſunt, vel
ſequuntur ſeinuicem. quare & oppoſita his contingit eſse & non impoſsibile eſse, &
non necefse non eſse; eadem erunt: vel ſequentia ſeinuicem. De omni enim affirmatio
&, vel negatio vera. Erit ergo contingens neceſsarium, & non neceſsarium contingẽs.
¶ Accidit autem omnes quæ ſecundum contingere ſunt propoſitiones: conuerti ſibijn
uicem. dico autem non affirmatiuas negatiuis, ſed quæcunque affirmatiuam habent fi-
guram ſecundum oppoſitionem. vt ea quæ eſt contingit eſse, ei quæ eſt contingit non



esse.& quæ est contingit omni: ei quæ est contingit nulli, vel non omni, & quæ alicui
ei quæ non alicui. eodem autem modo & in alijs. quoniam enim quod est cõtingens nõ
est necessarium, & quod non est necessarium possibile est non esse, manifestum quoni
am si contingit a inesse b, contingit & non inesse. & si omni contingit inesse, & omni
contingit non inesse. similiter autem & in particularibus affirmationibus. nam eadem
demonstratio. Sunt autem huiusmodi propositiones, prædicatiuę. nam contingere ei
quod est esse, similiter ponitur, quemadmodum dictum est prius. ¶ Determinatis autē 95
his rursum dicimus quoniam contingere duobus modis dicitur. Vno quidē quod ple
runque fit, & deficit necessarium. vt canescere hominem vel augeri, vel minui, vel om-
nino quod natum est esse: hoc enim non continuum habet necessarium: eo quod non
semper est homo. cum tamen homo est, aut ex necessitate aut vt in pluribus est. Alio
autem modo, infinitum quod & sic & non sic possibile. vt animal ambulare, vel ambu-
lante fieri motum terræ: vel omnino quod casu fit. nihil enim magis sic natum est, vel 96
econtrario. ¶ Conuertitur ergo & secundum oppositas propositiones vtrunque con-
tingens, non tamen eodem modo: sed quod natum quidem est esse ei quod non ex ne-
cessitate esse. sic enim contingit non canescere hominē. infinitum autem ei quod nihil
magis sic, vel illo modo. Disciplina autem & syllogismus demonstratiuus, ex infinitis
quidem non est, eo quod inordinatum est medium. ex ijs vero quæ nata sunt esse, pene
orationes & considerationes fiunt, de sic contingentibus ex illis autem possibile qui-
dē est fieri syllogismum, non tamen solet quæri: hęc ergo diffinientur magis in sequen
tibus, nunc autem dicemus quando & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingē
tibus propositionibus. ¶ Quoniam autem contingere hoc huic inesse, dupliciter est ac 97
cipere. aut enim cui inest hoc, aut cui contingit ipsum inesse. nam de quo b, a continge-
re, horum alterum significat. aut de quo dicitur b, aut de quo contigit dici. de quo aut b
contingere, aut omni b possibile inesse a, nihil differt.

¶ Manifestum igitur quoniam dupliciter dicetur a omni b inesse contingere. Primum 98
ergo dicemus si de quo c, contingit b, & de quo b contingit a. quis erit & qualis syllogis
mus. sic enim vtræque propositiones sumuntur secundum contingere, quando autem
de quo b est, contingit a, hæc quidem inesse, illa vero contingens. quare a similibus fi-
guris incipiendum quemadmodum & in alijs.

Duodecimi Cap, notæ

De quolibet affirmatio aut negatio vera: applicatur, quod contingit esse, falsum est nõ possibile 93
esse; quare ipsum possibile est esse. & quod contingit esse falsum est impossibile esse; verum igitur
quod contingit esse non impossibile esse. & hunc in modum ad reliquos modos comparando,
nam de quolibet affirmatio aut negatio vera. Erit igitur contingens quod dicetur de necessario:
vt quod æque potest ac possibile quodque cum possibili conuertitur. Et id dici potest contigens
possibile, & cõtingens necessariũ iure quidem possibile: quia cum possibili recurrit ac reuertitur. ne
cessarium vero: quia de necessario dicitur, & ipsum sequitur, tametsi cum eo non conuertatur. 94
Propositiones contingentis non necessarii conuerti secundum contra positionem, affirmatiuas
priuatiuis & contra, priuatiuas affirmatiuis, nihil est aliud quam mutuas reuertētesque & recipro
cas, huiusmodi propositiones inter se seruare consequētias. Et ita sentiendum est de negatiuis sim
pliciter: & negatiuis priuatoriis inter se. primum monstrat Aristoteles. secundum ex opposito
consequentis agnoscitur.

ANTECEDENTES		CONSEQVENTES
Affirmatiuæ simpliciter	Cõuertuntur	Priuatoriæ
O b contingit esse a	Contrapositæ	O b contingit non esse a
Q b contingit esse a	Contrapositæ	Q b contingit non esse a
b contingit esse a	Contrapositæ	b contingit nõ esse a

ANTECEDENTES		CONSEQVENTES
Negatiuæ simpliciter	Recurrunt	Negatiuæ priuatoriæ
Non O b contingit esse a	Contrapositæ	Non O b contingit non esse a
Non Q b contingit esse a	Contrapositæ	Non Q b contingit non esse a
Non b contingit esse a	Contrarpositæ	Non b contingit non esse a

95 Contingens non necessarium diducitur,in contingens vt plurimum,in contingens rarum, in
96 contingens indeterminatum,indefinitumque,quod æque & vtrumlibet dicitur. Id autem aduer-
tendum, quod natum est esse,cōmunius esse quā contingens natum,nam eorū quę nata sunt quę
dā necessaria sunt,& quædā contingentia vt animal. natū est sensum habere,& ex necessitate sen
sum habet,& natus est adolescens incrementum suscipere , & contingenter quantitatis mole at-
tollitur,& acrescit & natus est senex canescere,& contingenter canicie perfunditur. Quo fit vt quod
natum est semper autem vt plurimum fit. Contingens autem natum quod vt plurimum est,sed a
necessario deficit. Et id contingens in quod conuertitur,contingens rarum appellare solent,quod
rarenter admodū aduenit. Et contingens indeterminatum,æque & vtrumlibet, in contingens quod
indeterminatum,quod æque est.& vtrumlibet conuertitur. Et in his fit quæ æque,& indifferen
ter siue(vt aiunt)in hisque suusque,deque fiunt,sempertamen secundum contrapositas enunciatio
nes.rarum etiam in id quod plurimum est recurrit,vt subiecta descriptione monstratur.

Contingentia vt plurimum,quæ & nata		Contingentia rara
O senem contingit canescere,	Contrapositæ	O senem contingit non canescere
Fodientē contingit nō reperire thesaurū	Contrapositæ	Fodientē cōtigit reperire thesaurū
Contingens indeterminatum.	Contrapositæ	Contingens indeterminatum
O hominem contingit vigilare	Contrapositæ	O hominē contingit nō vigilare
Hominem contingit non sedere	Contrapositæ	Hominem contingit sedere
Contingentia rara	Contrapositæ	Contingentia plurimum
Omnē senem contingit non auarescere	Contrapositę	Omnē senē contingit auarescere
Fodientē contingit thesauru reperire	Contrapositæ	Fodiētē cōtigit thesaurū nō repire


Et cōtingentia vtrumlibet pariter & rara,quāuis syllogismi etiā ex ipsis cōficiantur, reiecta sunt
a disciplinis,neque ex illis quęstiones & problemata(vt ex secundo posteriorum agnoscetur (sci-
scitari debēt,sed contingentia nata,& vt plurimū,frequentem in disciplinis habent vsus accōmo
modationem,præsertim in his quę coniectatorię sunt,quales medicina, prognostica Hippocratis,
98 & physiologorum,qui per signa,futurę rei præsagiunt euentum. Cum dupliciter dicatur om
ni b contingere inesse a. primo omni cui contingit inesse b,contingere inesse a. secundo omni cui
inest b,contingere inesse a.hinc bifariam ,ad absolutorum analogiam in contingentibus diffiniri
potest ,omne contingere inesse. Primo quando nihil inueniri potest cui contingat subiectum , cui
identidem non contingat inesse prędicatū. Secundo quādo nihil inueniri potest cui insit subiectū
cui non cōtingat esse prędicatū. Et cōsimiliter cōtingere nulli inesse diceretur, Et hęc eadē cōtin
gere dici de oī,& cōtingere dici de nullo dici possunt, Et primo mō, meri contingentes syllogismi
conficiuntur. Ex secundo mixti,nunc ex absolutis,nunc ex necessarijs vt ex sequētibus dilucebit.

PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI,


DVodecimum cap.modi contingentis,|, contingentis non necessarij & modi aliquid
93 alicui contingere inesse conclusiones duæ . Modi contingentis . Post ea quæ de
inesse,& de necessario diximus,vt de contingenti dicamus par est, quando & quo-
modo & per quę erit syllogismus. Et contingens bifariam dicitur. Primo modo di
co contingere,siue contingēs,quo non existente necessario,quod nihilominus si po Secundo
nitur inesse nihil eueniet propter id impossibile. Alio etiam modo & de necessario dicitur contin nume.29
gens & id homonyme. Quod autem contingens talē habeat significationē in qua non solum de
ijs quæ non necessaria sunt,sed & etiam de necessario dicatur,ex affirmationibus & negationibus
oppositis(vt in lib περὶ ἑρμηνείας dictum est)manifestum est. Nam non contingit esse,non possi-
bile esse,impossibile esse.& necessarium non esse,vel eadē sunt,vel sese consequuntur,quare & his
opposita contingit esse,possibile esse,nō impossibile esse,& non necesse non esse,aut eadem erunt,
aut inuicem sequentia. Nam de quolibet aut affirmatio aut negatio vera. Erit igitur contingens
quod dicetur de necessario,& aliquod contingens,quod de necessario non dicitur,quod contin-
gens dicatur non necessarium. de quo solo hic sermo suscipiendus est. Prima conclusio. Euenit
vt omnes de contingenti propositiones affirmatiuę videlicet & priuatiuę,sibijnuicem conuertā
94 tur. Et dico non affirmatiuas conuerti negatiuis,sed quęcunque affirmatiuę figurę secundum cō
trapositionem,vt ea quę est contingit esse cum hac conuertitur contingit non esse. & hęc con-
tingit omni inesse,cum hac contingit nulli inesse, vel non inesse & hęc contingit alicui inesse cum
hac contingit alicui non inesse,& eodem modo in cęteris. Et huius rei prompta est ratio. Nā hoc
modo contingens esse,non est necessarium esse, & quod non est necessarium esse possibile non es
se,quod autem possibile est non esse,contingens est non esse. manifestum est igitur si contingens
est esse,etiam contingere non esse. vt si a contingit ipsi b inesse,contingit etiam non inesse b. & si

a contingit oĩ b inesse, contingit & nulli b inesse. & hunc in modum in particularibus affirmatio
nibus secundum contrapositionem enunciatis. Nam per consimilisque demonstratio. sunt enim hu
Secundo numero, xxi. iusmodi propositiones affirmatiuæ. nam contingere consimiliter sese habet atque ordinatur. vt 95
& id quod est esse in illis de inesse, quemadmodum & in lib. περὶ ἑρμηνείας dictum prius est. Duo
modi contingentis non necessarij. His discussis, rursum dicendum videtur contingens non neces-
sarium duobus modis. Vno modo id dicitur contingens, quod plerunque fit & abest, deficitque
ne & ipsum sit necessariũ. vt hoĩem canescere vel augeri, vel decrementum pati, & omnino id con
tingens quod natũ est esse. neq; mirum si a necessario deficit. nam huiusmodi contingens nõ conti
nuo, perpetuoq; necessarium, habet, id cui assit. ob idipsum ꝙ homo & hmõi circa quæ habet esse
ri, non semper sunt. quandiu tamen sunt, & quod natum est esse aut ex necessitate inest aut pluri-
mum inest. Secundo modo dicitur contingens indeterminatum quod sic, & non sic possi-
bile est. vt animal ambulare, vel eo ambulante terram succuti atque tremiscere, & omnino quod
tremere, casuque euenit. Nam in huiusmodi nihil sic magis quam contra natum, definitũque est.
Secunda conclusio. Vtrunque contingens secundum contrapositas propositiones conuerti- 96
tur, sed non eodem modo nam contingens natum esse, non conuertitur in contingens natum nõ
esse, sed in contingens quod non necesse est esse. sic enim contingit hominẽ non canescere. Sed con
tingens indeterminatum secundum contradictionem conuertitur in contingens indeterminatũ
ꝙ nihil magis sic vel illo modo natũ est. Verũ neque scientia, neque syllogismus demonstratiuus
ex huiusmodi indeterminatis contingentibus est, ob idipsum quod inconsentaneum, ineptumq;
sit medium, sed ex his contingentibus quæ nata dicuntur, complusculæ sermonum agitationes,
& considerationes fiũt at ex indeterminatis contingentibus possibile quidem est syllogismum fi
eri, non tamen ex huiusmodi solent quæstiones, considerationesque agitari. Verum hæc magis
ex sequentibus determinabuntur, nunc autem dicere satis sit, quando & quomodo, & quis ex pro
positionibus contingentibus fiat syllogismus. Modi contingere aliquid alicui inesse. Verum 97
antequam id adoriamur, operæprecium est agnoscere, nos bifariam accipere solere, cum dicimus
cõtingere quicquã alicui inesse. Nam huiusmodi sermone aliqñ volumus inuere, quippiam alicui
contingere inesse, cui illud inest, aliquãdo vero quippiam alicui contingere inesse, cui & ipsum cõ
tingebat inesse. Nam cum dicitur contingere de quo b dici a, horum alterum designat aut cõtin
gere de quo b dicitur dici a, aut contingere de quo b contingit dici, etiam dici a. Et cum dicimus
contingere a de quo b, idem intelligimus, ac si diceremus omni b inesse a cõtingere, nihil enim re
fert. Corollarium. Quo fit vt dupliciter dicatur a, omne b inesse contingere. & primum differe 98
mus de secundo, vt si omni c contingit inesse b, & omni b contingit inesse a, quisnam & qualis ef
ficietur coalesceretq; syllogismus, sic enĩ vtræq; ꝓpositiones de cõtingenti sument deinde de primo
quando de quo b dicitur, contingit a. vt quando omni b contingit inesse a, & omni c inest b. In
huiusmodi syllogismis vna propositio erit de inesse, & altera contingens quare & a similibus fi-
guris quemadmodum in alijs syllogismis. nobis ordiendum est.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura. Cap. XIII.



QVando ergo a. contingit omni b, & b omni c, syllogismus erit perfectus
quoniam a, contingit omni c inesse. hoc autem manifestum est ex diffi- 99
nitione. nam contingere omni inesse sic dicebamus. Similiter autem 100
& si a quidem, contingit omni nulli b, b autem omni c, quoniam a con-
tingit nulli c. Nam de quo b contingit, a non contingere, hoc erat nullũ
dimittere sub b contingentium. Quando autem a, contingit om 101
ni b, b autem nulli c, per sumptas quidẽ propositiones nullus fit syllogismus. conuer-
sa autem b c secundum contingere, fit idem quemadmodum & prius quoniam enim
contingit b nulli c inesse & contingit oĩ inesse. hoc aũt dictum prius. quare si b quidem 102
oĩ c. a autem oĩ b, rursum idem fit syllogismus. Similiter aũt etsi ad vtrasque propo-
sitiones, negatio ponatur cũ contingere (dico autem vt si a, contingit nulli b: & b nulli
c) igitur per sumptas quidẽ propositiones nullus fit syllogismus, conuersus autem rur 103
sus idem erit qui & prius. Manifestum est igitur quoniam negatione posita ad mino
rem extremitatem vel ad vtrasque propositiones aut non fit syllogismus, aut fit quidẽ
sed non perfectus, ex conuersione enim fit necessarium. Si autem hæc quidem




propositionum vniuersalis, illa vero particularis sumatur, ad maiorem quidem extre- 104

mitatem posita vniuersali, syllogismus erit perfectus. Nam si a omni b contingit, b autem alicui c, a, alicui c contingit. hoc autem manifestum ex diffinitione contingentis.

¶Rursum si a, contingit nulli b, b autem, contingit alicui c inesse, necesse est a contin-
105 gere alicui c non inesse. Demonstratio autem eadem quæ in his.


106 ¶Si autem priuatiua sumatur particularis propositio, vniuersalis autem affirmatiua, positione autem similiter se habeant (vt a quidem omni b cōtingat, b autem alicui c, cōtingat non inesse) per sumptas quidē propositiones non fit manifestus syllogismus. conuersa autem particulari, & posito b, alicui c contingere inesse, eadem erit conclusio quæ & prius, quemadmodum in ijs quę ex principio.




Non alicui, alicui non,

¶Si autem quæ ad maiorem extremitatem particularis sumatur, quæ ad minorem vniuersalis, siue vtræque sumantur affirmatiuę, siue priuatiuæ, siue non similis figuræ, siue vtræque indefinitæ, vel particulares, nullo modo erit syllogismus.

¶Nihil enim prohibet b transcendere a, & non prædicari de ęquis. in quo enim b transcendit a, sumatur c, huic neque omni, neque nulli, neque alicui, neque non alicui cōtingit a inesse. siquidem conuertuntur secundum contingere propositiones, & b pluribus contingit quam a inesse. ¶Amplius autem ex terminis manifestum est. nam sic se habentibus propositionibus, primum postremo & nulli contingit & omni ex necessitate inesse. Termini autem communes omnium, inesse quidem ex necessitate, animal, albū homo. non contingere vero, animal, album, vestis.



¶Manifestum igitur quoniam hoc modo habētibus se terminis. nullus fit syllogismus
107 nam omnis syllogismus vel eius quod est inesse est, vel ex necessitate, vel contingere non est autem eius quod est inesse, neque necessarij, manifestum quoniam non est. nam affirmatiuus interimitur priuatiuo, & priuatiuus affirmatiuo, relinquitur ergo eius quod contingere esse. hoc autem impossibile. ostensum est enim quoniam sic se habentibus terminis, & omni postremo primum necesse inesse & nulli contingere inesse. quare nō erit eius quod est contingere syllogismus. nam necessarium non erat contingens.



108 ¶Manifestum autem & quoniam cum vniuersales sunt termini in cōtingentibus propositionibus semper fit syllogismus in prima figura, siue sint prædicatiui, siue priuatiui. ¶Verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere sumere nō in necessarijs, sed secundum dictam diffinitionē aliquotiens autem latet huiusmodi.

Decimitertii cap. notæ

106 Amplius se extendere, superare, & latius se fundere, videlicet nihil vetat b contingere cuipiam omni inesse, cui non contingit a. Terminis in propositionibus contingentibus vniuersaliter sumptis, medio & minore extremo. Assignatam diffinitionem cap. præcedente numero nonagesimotertio. Quando in figurationibus ponitur contingens, nihil aliud addendo, intelligitur contingens speciale, & vt in hoc libro diffinitur. Et quando absoluta, aut inesse, intelligitur de
108 inesse simpliciter, & quæ non ad aliquod tempus determinata est. Pro colligēdis cōiugationibus quatuor regulæ, primū, primum, primum, secūdū, secundum, secundum, secundum. primum.

Primæ figuræ syllogistici modi pure contingentes perfecti.

	a	Con. Affirmatiua		e	Con. Priuatiua
I	i	Con. affirmatiua	IIII	i	Con. affirmatiua
	a	Con. affirmatiua		o	Con. priuatiua
	e	Con. priuatiua		a	Con. affirmatiua
II	a	Con. affirmatiua	V	a	Con. affirmatiua
	e	Con. priuatiua		e	Con. priuatiua
	a	Con. affirmatiua		a	Con. affirmatiua
III	i	Con. priuatiua	VI	e	Con. priuatiua
	i	Con. affirmatiua		a	Con. affirmatiua

Syllogisti modi meri contingentes primæ figuræ imperfecti.

7
a Con. Affirmatiua
e Con. Priuatiua
e Con. Priuatiua

8
e Con. Priuatiua
e Con. Priuatiua
e Con. Priuatiua

5
e Con. Priuatiua
e. Con. Priuatiua
a Con. Priuatiua

10
e Con. Priuatiua
i Con. Affirmatiua
a Con. Affirmatiua

11
a Con. Affirmatiua
i Con. Affirmatiua
o Con. Priuatiua

12
a Con. Affirmatiua
o. Con. Priuatiua
o Con. Priuatiua

13
a Con. Affirmatiua
o Con. Priuatiua
i Con. Affirmatiua

14
e Con. Priuatiua
o Con. Priuatiua
o Con. Priuatiua

15
e Con priuatiua
o Con. Priuatiua
i Con. Affirmatiua

16
e Con. Priuatiua
o Con Affirmatiua
i Con. Affirmatiua

Asyllogisti

i Affirmatiua
a Affirmatiua
i Affitmatiua

i Affirmatiua
a Affirmatiua
e Priuatiua

i Affirmatiua
e priuatiua
e priuatiua

IIII
i Affirmatiua
e Priuatiua
a Affirmatiua

V
o Priuatiua
e Priuatiua
e Priuatiua

VI
o Priuatiua
e Priuatiua
a Affirmatiua

VII
o Priuatiua
a affirmatiua
a affirmatiua

VIII
o priuatiua
a affirmatiua
e priuatiua

IX
i Affirmatiua
a affirmatiua
i affirmatiua

X
i affirmatiua
o priuatiua
XI e affirmatiua

e priuatiua
XII a priuatiua
o affirmatiua

e priuatiua
XIII i affirmatiua
o priuatiua

e priuatiua
XIIII o priuatiua
o priuatiua

e priuatiua
i Affirmatiua

XV
o priuatiua
a affirmatiua
i affirmatiua

XVI
o priuatiua
a affirmatiua
o priuatiua

XVII
i affirmatiua
i affirmatiua
a affirmatiua

i affirmatiua
i affirmatiua
e priuatiua

	i	Affirmatiua
XIX	o	Priuiatiua
	e	priuatiua
XX	i	affirmatiua
	o	priuatiua
	a	affirmatiua
XXI	o	priuatiua
	o	priuatiua
	e	priuatiua

	o	Priuatiua
XXII	o	priuatiua
	a	affirmatiua
XXIII	o	priuatiua
	i	affirmatiua
	a	affirmatiua
	o	priuatiua
XXIIII	i	affirmatiua
	e	priuatiua


Quatuor & viginti asyllogiſtorum hic deſcriptorum, octo primi ſumuntur ſola propoſitione particulari. Octo ſequentes propoſitione & concluſione particulari. & octo poſtremi, propoſitione & aſſumption particulari. Præter quos quidem, & ſequentes ſumi conſimiliter poterunt.


Sola aſſumptione particulari	viii
Omnibus particularibus	viii
Sola propoſitione indefinita	viii
Sola aſſumptione indefinita	viii
propoſitione & aſſumptione indefinitis	viii
propoſitione & concluſione indefin itis.	viii
Omnibus indefinitis	viii
Propoſitione particulari, aſſumptione indefinita	viii
Propoſitione indefinita, aſſumptione particulari	viii
Propoſitione particulari concluſione indefinita	viii
Propoſitione indefinita, concluſione particulari	viii
Propoſitione & aſſumptione particulari, concluſione indefinita	viii
Propoſitione & concluſione particulari, aſſumptione indefinita	viii
Aſſumptione & concluſione particulari, propoſitione indefinita	viii
Propoſitione & aſſumptione indefinita, concluſione particulari	viii
Propoſitione & concluſione indefinita, aſſumptione particulari.	viii
Aſſumptione & concluſione indefinita, propoſitione particulari	viii

Quo fit vt ex meris, impermixtiſque contingentibus primæ figuræ, ſeni & deni prouenia̅t modi, quorum quatuor, perfectos erant ſyllogiſmos, & duodeci̅ imperfectos. aſyllogiſti au̅t & incollectiles iugationes, cvi, quæ oi̅a ex quatuor præfixis regulis, haud magno comperiuntur impe̅dio.

¶PARAPHRASIS CAP. DECIMITERTII.

Decimumtertium cap. de ſyllogiſmis meris immixtiſque de contingenti in prima figura, concluſiones ſeptem, corollaria tria. Prima concluſio. Ambabus propoſitionibus vniuerſalibus & affirmatiuis de contingenti, fit primæ figuræ perfectus extre
99 mitatum ſyllogiſmus, vt quando omni b contingit ineſſe a, & oi̅ c contingit ineſſe b,
ex neceſſitate euenit vt omni c, contingat ineſſe a. & hoc ex determinatione paulo ante præceden
te, manifeſtum eſſe poteſt. ſic enim vno modo omni ineſſe contingere ſignificare dicebamus. qua
re per id quod eſt contingere omni ineſſe, perfectus cognoſcitur eſſe ſyllogiſmus. Secunda. Simi
100 liter ambabus ꝓpoſitionibus vniuerſalibus de contingenti, ſed priuatiua ad maius extremu̅, &
affirmatiua ad minus, fit primæ figuræ de contingenti perfectus ſyllogiſmus. vt ſi omni b co̅tin
git non ineſſe a, & oi̅ c contingit ineſſe b, b dico omni c co̅tingere non ineſſe a. Na̅ omni b co̅tin
gere non ineſſe a, hoc erat nihil reliqui eſſe poſſe eorum quibus contingit ineſſe b, quibus non in
101 eſſet a, per id igitur quod eſt dici co̅tingere de nullo, manifeſtum eſt propoſitum. Tertia. Quando
e diuerſo vniuerſalis propoſitio ad maius extremum affirmatiua eſt, & ad minus vniuerſalis pri
uatiua, nullus per ſumptas propoſitiones perfectus fit ſyllogiſmus. Vt ſi omni b co̅tingit ineſſe
a, & omni c contingit non ineſſe b, non fit per ſumptas propoſitiones perfectus ſyllogiſmus: ſed
conuerſa vniuerſali priuatiua omni c contingit no̅ ineſſe b in affirmatiuam contingentem, fit ide̅
ſyllogiſmus, qui & prius prima concluſione definitus eſt. Nam quia omni c contingit non ineſ
ſe b, etiam & omni c contingit ineſſe b id enim prius diſcuſſum eſt quare ſi omni c contingit ineſ
ſe b, & omni b contingit ineſſe a, rurſum idem redit qui prius demo̅ſtratus eſt ſyllogiſmus. Quat-





ta conclusio. Vtrisque vniuersalibus priuatiuis de contingenti:nullus perfectus fit syllogismus. dico autem vt si omni b contingit non inesse a,& omni c contingit non inesse b:per sumptas sane propositiones nullus perfectus fit syllogismus.sed vtrisque priuatiuis in suas contingentes affirmationes conuersis:idem qui supra proueniet syllogismus. Primum corollarium. Manifestum igitur est negatione posita ad minorem extremitatem, aut ad vtrasque propositiones : aut nullum fieri syllogismum,aut fieri quidem sed imperfectum. Nam ex conuersione:agnoscitur necessarium,& aliquid ex necessitate euenire. Quinta conclusio. Si vna propositionum vniuersalis,altera vero particularis sumatur, vniuersalis ad maius extremum collocata & particulari affirmatiua ad minus,fit primæ figuræ perfectus syllogismus. Nam si omni b contingit inesse a , & alicui c contingit inesse b . contingit etiam alicui c inesse a,hoc enim manifestum est:ex determinatione eius quod est omni contingere. Et idem euenit si ad maius extremum ponatur vni 102
uersalis priuatiua. vt si omni b contingit non inesse a,& alicui c contingit inesse b: dico ex necessitate prouenire alicui c contingere non inesse a . & eius rei eadem quæ & in superioribus demõstratio est. Sexta conclusio. Si autem particularis propositio sumatur priuatiua & vniuersalis affirmatiua,sed quæ superioribus similem habeant propositionem,id est vt sit vniuersalis ad 103
maius extremum per sumptas propositiones non apertus,dilucidusque & perfectus fit syllogismus. vt si omni b contingit inesse a,& alicui c contingit non inesse b :ex sumptis quidem propositionibus non gignitur manifestus syllogismus . sed conuersa particulari priuatiua in suam af-
104 firmatiuã. positaque eius loco alicui c contingere inesse b:eadem efficietur conclusio quæ & prius in præcedente conclusione, quemadmodum & fiebat in iis,qui ab initio dicti sunt. Septima conclusio. Si particularis propositio ad maius extremum sumatur,ad minus autem vniuersa
lis,siue ambæ affirmatiuæ sumantur,siue ambæ priuatiuæ,siue non affirmatione,priuationeque 105
vniformes,siue etiam ambæ indefinitæ vel ambæ particulares,nullo pacto erit syllogismus .

Primo quidem quia particulari ad maius extremum,nihil prohibet medium superare maius extremum & de pluribus contingere & non de æqualibus prædicari. vt nihil vetat b se amplius extendere quam a & non de æqualibus contingenter prædicari. Esto igitur ita,& sit c id in quo b excedit a,latiusque hoc modo se fundit quam a. sumatur c sub b ex propositionibus alicui b cõtingit inesse a & omni c contingit inesse b,nulla colligitur conclusio neque omni c contingere inesse a,neque omni c contingere non inesse a,neque alicui contingere. neque alicui non contingere. neque si ambæ propositiones priuatiuæ sint,siue vna affirmatiua & altera priuatiua,quando quidem huiusmodi propositiones affirmatiuæ,in priuatiuas,& priuatiuæ in affirmatiuas contingentes conuertuntur,& b pluribus contingebat quam a. Et idem queat possitque argumentũ 107
si aut ambę indefinitæ aut particulares quomodocunque ponantur. Secundo insuper ex terminis illud manifestum esse potest. Nam sic sese habentibus propositionibus,primum postremo interdum nulli contingit inesse,interdum vero omni ex necessitate inesse. Termini cõmunes omnium,inesse quidem omni ex necessitate,animal,album , homo nulli vero contingere inesse,animal,album ,indumentum. Secundum corollarium. Manifestum igitur esse potest,hunc in modum se habentibus terminis nullum prorsus aggigni syllogismum. Nam omnis syllogismus,aut est de inesse,aut ex necessitate, aut contingere inesse. Atqui non aggignitur syllogismus ex inesse neque ex necessitate inesse. Nam huiusmodi si ponitur affirmatiuus,interimitur per terminos nulli inesse priuatiuo,& si ponitur priuatiuus,itidem interimitur ex terminis omni inesse affirmatiuo. relinquitur igitur (si quispiam aggigneretur) syllogismum aggigni ex cõtingenti inesse
id autem impossibile est. Nam ostensum est sic sese habentibus terminis omni postremo termino 108
primum ex necessitate inesse,& nulli etiam contingere inesse. quare fieri non potest,vt ex necessitate colligatur aliquid contingere. Illi siquidem aduersantur,& nulli contingere & omni ex necessitatę inesse. quod enim ex necessitate inest,minime contingebat inesse.


Tertium corollarium. Exploratum etiam id etiam terminis in propositionibus contingentibus vniuersaliter sumptis,semper in prima figura fieri syllogismum,siue affirmatiue siue negatiue fuerint enunciatæ, verum cum affirmatiue enunciantur,perfectus conficitur syllogismus. cũ vero priuatiue,conficitur imperfectus. Et operepræcium est id non latere , contingens sumendũ esse non vt se ad necessaria protendit,sed secundum prius assignatam diffinitionem. Solet enim terdum idipsum latere.

Sed eius, eius conti gentis

❡ De syllogismis ex vna absoluta & altera contingente in prima figura Cap. IIII


SI autem hæc quidem inesse,illa vero contingere sumatur propositionum,quando quæ ad maiorem quidem extremitatem contingere significauerit:perfecti erũt omnes syllogismi & contingẽtis secundum dictam determinationem . quando autem quæ ad maiorem,& imperfecti omnes & priuatiui syllogismi non contingentis secundum dictam determinationem,sed eius quod est

nulli aut non omni ex neceſſitate ineſſe.ſi enim nulli aut non omni ex neceſſitate contingere dicimus,& nulli,& omni ineſſe.



Contingat enim a omni b:b autem omni c ponatur ineſſe. quoniam igitur ſub b eſt c a autem contingit omni b:manifeſtum quoniam & c omni,contingit a. fit ergo perſectus ſyllogiſmus. Similiter autem & cum priuatiua eſt a b propoſitio,b c autem affirmatiua,& hæc quidem contingere.illa vero ineſſe ſumetur:perfectus erit ſyllogiſmus,quoniam a,cõtingit nulli c ineſſe.quoniam ergo ineſſe poſito ad maiorem extremitatem,perſecti ſyllogiſmi ſiunt:manifeſtum :Quod autem contrariæ ſe habente erunt ſyllogiſmi,per impoſſibile monſtrandum eſt.ſimul autem erit manifeſtũ & quo-
105 niam imperfecti,nam oſtenſio non ex ſumptis propoſitionibus.


Primum autem dicendum quoniam ſi cum eſt a,neceſſe eſt eſſe b,& cum poſſibile eſt eſſe a,poſſibile erit b,ex neceſſitate. Sit enim ſic ſe habentibus rebus vt in quo qui-
106 dem a,poſſibile in quo autem b,impoſſibile.ſi ergo illud poſſibibile quidem eſt,cum poſſibile eſſe.ipſum fiet,hoc vero impoſſibile. quoniam impoſſibile non vtique fiet. ſimul autem ſi a poſſibile & b,impoſſibile,continget a fieri,præter b.ſi autem fieri,& eſſe.nam quod fit.quando factum eſt. Oportet autem accipere non ſolum in generatione poſſibile & impoſſibile,ſed & in verum eſſe,& in quod actu eſt. & quocunque modo ſimpliciter aliter dicitur poſſibile in omnibus enim ſimiliter ſe habebit. Ampli-
107 us cum eſt a.b eſse.non tanquam vno aliquo exiſtente a,erit b, oportet opinari. nihil enim eſt ex neceſsitate vno aliquo exiſtente.ſed duobus ad minus,vt quando propoſitiones ſic ſe habent dictum eſt,ſecundum ſyllogiſmum.nam ſic dicitur de d,d autem de e,& c,de e ex neceſsitate,& ſi vtrunque poſsibile & concluſio erit poſsibilis quemadmodum ergo ſi quis ponat a quidem propoſitiones,b autem concluſionem,accidet non ſolum a exiſtente neceſsario,& b ſimul eſse neceſsarium,ſed etiam poſsibili,poſsibile.Hoc autem oſtenſo manifeſtum eſt quoniam falſo poſito,& non impoſsibili.& quod accidit propter poſitionem falſum erit,& non impoſsibile.vt ſi a falſum quidem eſt,non tamen impoſsibile.cum autem ſit a,& b erit falſum quidem,non tamen impoſſibile.nam oſtenſum eſt quoniam cum eſt a,eſt b.& cum poſſibile eſt a,poſsibile eſt b
108 poſitum autem eſt a poſſibile eſse,& b erit poſſibile.ſi enim impoſsibile eſt b,ſimul idem erit poſsibile & impoſsibile. Determinatis autem ijs inſit a omni b. b autem contingat omni c,neceſse eſt a igitur contingere omni c ineſſe,non enim contingat, b autem omni c ponatur ineſſe.hoc autem falſum quidem,non tamen impoſsibile.



Si ergo a quidem non contingit omni c,b autem omni c inſit,a non omni b contingit fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram,ſed poſitum erat omni contingere ineſse.neceſſe eſt ergo a omni c contingere.falſo enim poſito & non impoſſibili,quod accidit eſt impoſsibile.poſsibile eſt autem & per primam figuram facere impoſsibile ponentes b ineſſe c.nam ſi b omni c ineſt,a autem omni b contingit,& omni c continget a, ſed poſitum erat non omni poſsibile ineſse.

Oportet autem accipere omni ineſse non ſecundum tempus determinantes,vt nũc aut in hoc tempore,ſed ſimpliciter(per huiuſmodi enim propoſitiones & ſyllogiſmos facimus)quoniam ſecundum nunc ſumpta propoſitione non erit ſyllogiſmus,nihil enim fortaſſe prohibet quandoque & omni mouenti hominem ineſse, vt ſi nihil aliud moueatur.mouens autem contingit omni equo,ſed homo nulli equo contingit.

Annotatio



Amplius. Sit primum quidem animal, medium vero mouens, poſtremum vero homo,ergo propoſitiones quidem ſimiliter ſe habebunt,concluſio vero erit neceſsaria non contingens. ex neceſſitate enim homo eſt animal. manifeſtum igitur quoniam vniuerſale ſumendum ſimpliciter,& non tempore determinantes.

Rurſum. Sit priuatiua propoſitio vniuerſalis a b,& ſumatur a quidem nulli b ineſſe, b autem, contingat omni c ineſſe.his igitur poſitis neceſſe eſt a,contingere nulli c ineſſe.non enim contingat.b autem,pona ineſſe c ſicut prius.neceſſe eſt igitur a alicui b ineſſe.fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram.hoc autem impoſſibile,quare cõ

tingit a,nulli c.poſito enim falſo & non impoſſibili,impoſſibile eſt quod accidit:

¶Hic ergo ſyllogiſmus non eſt contingentis ſecundum diffinitionem:ſed nulli ineſſe
ex neceſſitate.hæc enim eſt contradictio factæ hypotheſis.poſitum eſt enim ex neceſſi
tate a alicui c ineſſe. ſyllogiſmus autem per impoſſibile: oppoſitæ eſt contradictionis.

¶Amplius autem & ex terminis manifeſtum , quoniam non erit concluſio contin-
gens.ſit enim a quidem coruus,in quo autem b intelligens.in quo autem c homo. nul-
li ergo b ineſt a.nam nullum intelligens,coruus.b autem contingit omni c,omni enim
homini ineſt intelligere,ſed a ex neceſſitate nulli c,non igitur concluſio contingens.
Sed nec neceſſaria ſemper.ſit enim a quidem mouens , b autem ſcientia, in quo autem
c homo ergo a quidem,nulli b inerit: b autem,omni c contingit . & non erit concluſio
neceſſaria.nō enim neceſſe eſt nullum hominem moueri , ſed neceſſe eſt a aliquem,ma
nifeſtum igitur quoniam eſt concluſio eius quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe Sumen
dum autem melius terminos.

¶Si autem priuatiuum ponatur ad maiorem extremitatem contingere ſignificans,ex 110
ipſis quidem ſumptis propoſitionibus nullus erit ſyllogiſmus.conuerſa autem ſecun-
dum contingens propoſitione:erit quemadmodum in prioribus.Inſit enim a , omni b,
b autem contingat nulli c.ſic ergo habentibus ſe terminis,nihil erit neceſſarium.ſi au-
tem conuertatur b c,& ſumatur b contingere omi c , fiet ſyllogiſmus quemadmodum
prius,ſimiliter enim habent ſe termini poſitione.

¶Eodem autem modo & cum priuatiua ſunt vtraque interualla,ſi a b quidem non in
eſſe,b c autem nulli,contingere ſignificat.nam per ea quidem quæ ſumpta ſunt , nullo
modo fit neceſſarium,conuerſa autem ſecundum contingens propoſitione , erit ſyllo-
giſmus.ſumatur enim a quidem,nulli b ineſſe, b autem contingere nulli c per hęc qui-
dem nihil neceſſarium. ſi autem ſumatur b , omni c contingere quod verū eſt , a b au-
tem propoſitio ſimiliter ſe habeat,rurſus erit idem ſyllogiſmus.

¶Si autem non ineſſe ponatur b,omni c,& non contingere non ineſſe:non erit ſyllo 111
giſmus nullo modo ſiue priuatiua ſit, ſiue affirmatiua a b propoſitio . Termini autem
communes ex neceſſitate quidem ineſſe,album,animal.nix. Non contingere a autem:
album aninal,pix.

¶Manifeſtum eſt igitur quoniam cum vniuerſales ſunt termini, & hæc quidem pro- 112
poſitionum ineſſe.illa vero ſumitur contingens,quando quæ ad minorem eſt, extremi
tatem contingere ſumitur propoſitio,ſemper fit ſyllogiſmus. veruntamen quandoqui
dem ex ipſis,quando autem propoſitione conuerſa.quando vero vtrunque horum, &
ob quam cauſam,dicimus.

¶Si autem hoc quidem vniuerſale , illud vero particulare ſumitur interuallorum, 113
quando ad maiorem quidem extremitatem vniuerſale ponitur & contingens ſiue ne-
gatiuum ſiue affirmatiuum, particulare autem affirmatiuum & ineſſe, erit ſyllogiſ-
mus perfectus , quemadmodum & cum vniuerſales ſunt termini . demonſtratio au-
tem eadem,quæ & prius.

¶Quando autem vniuerſale quidem fuerit ad maiorem extremitatem ineſſe & non 114
contingens.alterum vero particulare & contingens , ſiue affirmatiue ſiue negatiue po
nantur vtræque,ſiue hæc quidem negatiua,illa vero affirmatiua,omnino erit ſyllogiſ-
mus imperfectus. Verum hi quidem per impoſſibile oſtenduntur , illi vero per con
uerſionem contingentis,quemadmodum in prioribus.

¶Erit autem ſyllogiſmus per conuerſionem & quando vniuerſalis quidem ad maio
rem extremitatem poſita ſignificauerit ineſſe vel non ineſſe , particularis vero cum ſit
priuatiua,ſumatur contingens.vt ſi a quidem omni b ineſt vel non ineſt , b autē alicui
contingit non ineſſe:conuerſa enim b c,ſecundum contingere,fit ſyllogiſmus.

¶Quādo autem non ineſſe ſum & particulariter poſita propoſitio , non erit ſyllogiſ
mus. Termini ineſſe,album animal,nix.non ineſſe autem,album,animal ,pix. per infi
nitum enim eſt ſumenda demonſtratio. ¶Si autem vniuerſale quidem ponatur ad

ftratio. ¶ Si a item vniuersale quidem ponatur ad minorem extremitatem, particulare autem ad maiorem siue priuatiuum siue affirmatiuum, siue contingens, siue inesse vtrumuis, nullo modo erit syllogismus. ¶ Nec cum particulares vel indefinitę ponentur propositiones, siue contingere sumptę, siue inesse seu permutatim, nec sic erit syllogismus. demonstratio autem eadem, quæ in prioribus. Termini autem communes inesse quidem ex necessitate, animal, album, homo. non contingere vero, animal, album, tunica. ¶ Manifestum est igitur quoniam vniuersali posito ad maiorem extremitatem semper erit syllogismus, ad minorem autem nunquam.

Decimiquarti Cap. notæ.

Terminis vniuersaliter sumptis, subiectis terminis. Prius determinatam contingentis acceptionem, scilicet in fine. xii. cap. Contingere nulli vel alicui nō esse, æquiualere ei quod est nulli vel alicui non ex necessitate inesse, ex secundi περὶ ἑρμηνείας cap tertio. Et qui priuatiui syllogismi, non erunt contingentis secundum prius assignatam determinationem. Id tamen aduertendū propositione absoluta simpliciter. & assumptione contingente, non modo in priuatiuis colligere conclusionem contingentis necessarii, sed etiam in affirmatiuis Et dicimus contingens necessarium (vt prius ammonuimus) non quia cum necessario conuertatur sed quia ad necessarium se extendit vt quod possibili prorsus æquetur. & ferme apta nomina desunt, sed disciplinæ causa contingens simpliciter hic appellamus, aut commune, aut huiusmodi. contingens autem non necessarium, dici poterit contingens speciale, de priuatiuis tamen meminisse, haud quaquam præter rē Numero & officiū fuerit, ne crederemus priuatiuam in priuatiuis syllogismis posse conuerti secundū pri- xcvii us dicussæ contra positionis legem vt scilicet propositione vniuersali negatiua absoluta, & assum Numero ptione contingente, colligeretur affirmatiua contingens. id enim ita esse non potest. xxviii

Cū sint, cū sint verę, aliud esse aliud esse verum. Oēs possibile est a esse. possibile vt oēs possibiles modos claudit, & vt necessario communius, quod ex secundi περὶ ἑρμηνείας cap. tertio agnoscitur. Numero Ad duarum propositionum syllogismi. loco accipitur: Quod enim fit cum factum est esse, ap xxxi plicandum est ad ea quę resident facta, non autem ad ea quę cum fiunt, fluore marescunt euanida.

	A Possibile	Literæ Aristoteles
Omne	d possibile est esse e	α β γ δ ζ
Omne	e possibile est esse d	Literæ interpretum
	B possibile	a b c d e
Omne	e possibile est esse c	

A est a est verum, b esse b esse verum. Modi possibiles positi sunt in penultimo capite, secū di περὶ ἑρμηνείας & adiectum est absolute, simpliciterve quoquo modo aliter dicitur possibile, propter possibile tertio modo positum in libro περὶ ἑρμηνείας, quod quidem possibile non necessariū est, & quod idem est ac contingens non necessarium. Igitur possibilis quatuor hi modi speciales q; esse possunt possibile actu, quod & verum est possibile generatione possibile simpliciter ac absolute, possibile non necessarium, Cum enim dicimus omnem hominem possibile est rationalem esse Numero id non solum possibile est, sed verum est id dico, omnem hominem rationalem esse. At cum dico xxx; possibile est omnem hominem sequi rationem, id quidem possibile, sed non verum est. Syllogismus in tertia figura quo vtitur Aristoteles ad demonstrationem secundæ partis conclusionis, ex xx. nota quarte conclusionis vndecimi Cap. per æquiualentiam cognoscitur. Nam non contingere Modis & necessarium non esse ex libro περὶ ἑρμηνείας æquiualentes esse dinoscuntur & consequentes qua possibilis in significatione sumitur contingens in conclusione, cum assumptione contingente, colligitur Numero cōclusio contingens. Et quamuis syllogismos de possibili & cōtingenti quod ei æquiualet in xxviii. prima figura prius non demonstrasset, poterant tamen facile perdici de omni & de nullo proportionaliter agnosci, vt & illi de necessario Verum ne Aristoteles videtur in vitium incidere petitionis principii, pauloante monstrauit a. id est propositionibus in prima figura possibilibus, & b quoque id est conclusionem, esse possibilem & insuper assumptionis possibilis loco, sumpta absoluta simpliciter, conclusionem esse possibilem. quare & assumptionis, contingentis, loco, ex quo monstrato, ratio sua ad secundam cōclusionis partem, lucem, roburque esset habitura. Nam syllogismus ille tertiæ figurę monstrabitur ex opposito conclusionis; cum assumptione, colligenda oppositum primæ proprositionis, qui per pauloante monstrata, necessari A antecedens us erit syllogismus possibilis constans æquiualenter ex oppositione possibili, assumptione absoluta simpliciter, & conclusione possibili, eritque quintus possibilium syllogismorum primę fi B consequens guræ modus, vt statim agnoscetur. Et hac in conclusione cōtingens vt in libro περὶ ἑρμηνείας pro contingenti simpliciter, non autem pro contingenti non necessario & specialiter (vt in hoc libro definitum est accipimus. Ne igitur huiusmodi syllogismi possibiles & contingentes simpliciter nos lateant, ex subiecta descriptione agnosci poterunt.

	Prima figura	Aequiualentes
A	a Possibilis	a Contingens simpliciter
I	a Possibilis	a Contingens simpliciter
B	a possibilis	a Contingens simpliciter
A	e Possibilis	e Contingens simpliciter
II	a Possibilis	a Contingens simpliciter
B	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	a Possibilis	a Contingens simpliciter
III	i Possibilis	i Contingens simpliciter
	i Possibilis	i Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
IIII	i Possibilis	e Contingens simpliciter
	o Possibilis	o Contingens simpliciter
	a Possibilis	a contingens simpliciter
V	a Absoluta simpliciter	a Absoluta simpliciter
	a Possibilis	a Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
VI	a Absoluta simpliciter	a Absoluta simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter

	Secunda figura	Aequiualentes
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
I	a Possibilis	a Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	a Possibilis	e Contingens simpliciter
II	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
III	i Possibilis	i Contingens simpliciter
	o Possibile	o Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
IIII	a Absoluta simpliciter	a Absoluta simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	a Absoluta simpliciter	a Absoluta simpliciter
V	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
	e Possibilis	e Contingens simpliciter
VI	i Absoluta simpliciter	i Absoluta simpliciter
	o Possibilis	o Contingens simpliciter

	Tertia figura	Aequiualentes
	a Posibilis	a Contingens simpliciter
I	a Posibilis	a Contingens simpliciter
	i Posibilis	i Contingens simpliciter

	e	Possibilis	e	Contingens simpliciter
II	a	possibilis	a	Contingens simpliciter
	o	possibilis	o	Contingens simpliciter
III	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	a	Possibilis	a	Contingens simpliciter
	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	a	Possibilis	a	Contingens simpliciter
IIII	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	e	Possibilis	e	Contingens simpliciter
V	i	possibilis	i	Contingens simpliciter
	o	Possibilis	o	Contingens simpliciter
	a	Possibilis	a	Contingens simpliciter
VI	a	Absoluta simpliciter	a	Absoluta simpliciter
	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	e	Possibilis	e	Contingens simpliciter
VII	a	Absoluta simpliciter	a	Absoluta simpliciter
	o	Possibilis	o	Contingens simpliciter
	i	Absoluta simpliciter	i	Absoluta simpliciter
VIII	a	Possibilis	a	Contingēs simpliciter
	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	a	Possibilis	a	Contingens simpliciter
IX	i	Absoluta simpliciter	i	Absoluta simpliciter
	i	Possibilis	i	Contingens simpliciter
	o	Possibilis	o	Contingens simpliciter
X	a	Absoluta simpliciter	a	Absoluta simpliciter
	o	Possibilis	o	Contingens simpliciter
	e	Possibilis	e	Contingēs simpliciter
XI	i	Absoluta simpliciter	i	Absoluta simpliciter
	o	Possibilis	o	Contingens simpliciter

Ex modo ducendi syllogismi ad impossibile. in demonstratione secundæ partis conclusionis, cum per tertiā cum per primam figuram, agnoscitur non solum et syllogismo ad impossibile deducere, qui ex contradictorio cum alterutra propositionū, alterius colligit oppositū, tametsi hoc pacto vel quam creberrime fiat Sed syllogismo etiam ducimus ad impossibile, cum ad contraria vel contradictoria concedenda (id est admissæ hypothesis oppositum concedunt) syllogismo dicimus. Quanuis ex superioribus notis & libro [illegible] syllogismorum æquivalentia satis agnosci possit, aliquid tamen quorum in hoc capite aliquis est vsus, adhuc his apponentur,

ÆQVIVALENTES.

Non O e contingit inesse a	Q e necesse est nō inesse a
O e inest b	O c inest b
Q b non cōtingit inesse a	Q b necesse est nō inesse a

AEQVIVALENTES.

O b contingit inese a	O b possibile est necesse a
O c inest b	O c inest b
O c contingit inesse a	O c possibile est inesse a

AEQVIVALENTES.

Non contingit nulli c inesse a	O c necessarium est inesse a
O c inest b	O c inest b
Q b non contingit non inese a	O b necesarium est inese a

AEQVIVALENTES

Figura				
Secunda figura	o	Non cōtin.ſimpli.	o	Impoſſibile
	a	Ineſſe ſimpliciter	a	Ineſſe ſimpliciter
	o	Non contin.ſimpli.	o	Impoſſibile
Prima figura	a	Contin.ſimpli	a	poſſibile
	a	ineſſe ſimpli	a	ineſſe ſimpliciter
	a	Contin.ſimpli.	a	poſſibile
Tertia figura.	i	Nō cōtin,nō ſimpli.	i	Neceſſarium
	a	Ineſſe ſimpli.	a	Ineſſe ſimpli.
	i	Nō cōtin.nō ſimpli	i	Neceſſarium

o o deſinat particularem negatiuam priuatoriam, e e vero deſinat vniuerſalem negatiuam priuatoriam, quæ interdum affirmatiuis æquiualent: Priuatoriæ autem negatiuæ quatuor modorum ita æquiualent

AEQVIVALENTES.

Neceſſe	ee	a	poſſibile Contin.
Neceſſe	oo	i	poſſibile contin.
Impoſſibile	ee	e	poſſibile contin.
Impoſſibile	oo	o	poſſibile contin.
Contingens	ee	a	Neceſſarium
Contingens	oo	i	Neceſſarium
Poſſibile	ee	a	Neceſſarium
Poſſibile	oo	i	Neceſſarium

Cum Ariſtoteles paululum circa finem primę concluſionis monſtrat concluſionem non eſſe contingentis non neceſſarę, per id monſtrat quia dantur termini ex neceſſitate. quare ſi dicas ſe qui concluſionē affirmatiuam contingentē, manifeſtum eſt illā quæ eſt ex neceſſitate nulli, illi aduerſantem eſſe, atque repugnare, nam quod contingit eſſe, poſſibile eſt eſſe, quod autē neceſſe eſt non eſſe, non poteſt eſſe. & ſi concluſionem efficias priuatiuā contingentē (quia illa ſuę contrapoſitæ affirmatiuæ reciproca eſt, & viciſsim conuertitur) ſtabit iterū ea quę eſt de neceſſitate nulli cū affirmatiua cōtingēte, quod eſt īpoſsibile. Et vt paucis abſoluā, tā ea q̄ eſt de neceſsitate oī, quā quæ eſt de neceſsitate nulli, vtriq; affirmatiuę & priuatiuę cōtingenti, ſecūdū deſignatā in hoc libro ſignificationē aduerſatur ac repugnat. Quo fit vt ſi dabūtur termini de neceſsitate oī, nulla efficietur prorſus cōcluſio contingētis nō neceſsarię. Identidē & ſi dabūtur termini de neceſsitate nulli, nulla etiā ꝓrſus efficietur, neq; affirmatiua, neque priuatiua. In fine vero demonſtrationis eiuſdē cōcluſionis ſumendos eſſe melius terminos adiectū eſt, quia duæ terminorū ſumptiones calūniā ſuſtinere poſsūt. Prīa quidē qua ponebatur oī quod mouetur ineſſe hominē. vt ſi nihil aliud quicquā moueretur, & oēm equū cōtingere moueri, & tamē ex neceſsitate nullū, equū eſſe hoīem. Id ſane videtur īpoſsibile poſitū. oī ſcilicet quod mouetur ineſſe hoīem. ꝓpter cælū quod ex neceſsitate mouetur. Et impoſsibile poſtulabatur, cū adducebatur, vt ſi nihil præter hoīem moueretur. Secūda poſitio terminorū quæ calūniæ patere poſſet fuit, moueri, ſcientia, hō. nā cū necteret hoc pacto, ratiocinatio. nulla ſcientia mouetur, & oī homini contingit ineſſe ſcientiā, aſsumptio aut falſa eſt aut ſcientia quę in propoſitione vt principale & primogeneū ſubiecta eſt, in aſsūptione paronyme, denominatiueq; deducta ſumitur. vt ſit aſsumptionis intelligentia, & omnē hominem contingit eſſe ſcientem. quæ variatio ſyllogiſmis accommoda non eſt, vt ex cap. xxxvi. cognoſcendum eſt, id autem non latuit Ariſtotelem, ideo ſubiungit melius ſumendos eſſe terminos, q̄ aliquos in accuratiuſcule deſumpſerat. Sunt igitur termini accurati.

Termini accurati		Incurati
Primi		Primi
Homo	a	Homo
Vigilans	b	Moueri
Equus	c	equus
Secundi		Secundi
Ignorans	a	Moueri
Sciens	b	Scientia
Homo	c	Homo


Propoſitione affirmatiua abſoluta ſimpliciter, & aſſumptione priuatiua contingente, colligitur affirmatiua contingens ſimpliciter, Et propoſitione negatiua abſoluta ſimpliciter, & aſſumptione priuatiua contingente, colligitur priuatiua contingens ſimpliciter, verum illi ſyllogiſmi admodum ſurdi ſunt, & parum apparentes, & idcirco ratiocinationi minus apti, vt iam Ariſtoteles eiuſmodi dicat non eſſe ſyllogiſmos, quia ſint iterationabiles, & minus ad ratiocinandum accōmodati, idoneique, attamen cum Ariſtoteles de eiuſmodi loquens dicit, non eſſe ſyllogiſmus, intelligitur perfectus vt ex corollarijs & quarta concluſione exploratum eſſe poteſt, nihilominus tamen inter imperfectos ſurdi ſunt, & pene nullum vſum habentes. Si calumniabuntur, termini album, aīal, nix, & album, aīal, pix, ponatur vt & prius quoque monſtrauit, loco albi vigilans. nam nō accurata diligentia terminos ponit, q̄ ſtatim in promptu ſunt alij, qui facile ſeſe præbēt reperiendi. Vſurpatur in litera partim negatiuum pro priuatiuo vbique tamen recta potius quam calumnia vlla poſtulatur, deſideraturque intelligentia.


Syllogiſmi primæ figuræ ex abſoluta ſimpliciter & contingenti mixti perfecti			Ex abſoluta & cõtingenti mixti imperfecti contingentis non neceſſarij.	
I	a	Contingens	e	Contingens
	a	Ineſſe	a	Abſoluta
II	a	Contingens	a	Contingens
	e	Contingens	a	Contingens
	a	Ineſſe	a	Abſoluta
III	e	Contigens	e	Contingens
	a	Contigens	e	Contingens
IIII	i	Ineſſe	i	Abſoluta
	i	Ineſse	i	Contingens
	e	Contingens	a	Contingens
	i	Ineſſe	i	Abſolutà
	o	Contingens	o	Contingens

Imperfecti contingentis ſimpliciter				Aſſillogiſti	
a	Abſoluta ſimpliciter	a	Abſoluta ſimpliciter	a	Abſoluta ſimpliciter
a	Contingens	e	Contingens	a	Contingẽs nõ neceſ.
a	Contingens ſimpliciter	a	Contingens ſimpliciter	a	Cõtingens nõ neceſ.
e	Abſoluta ſimpliciter	e	Abſoluta ſimpliciter	e	Abſoluta ſimpliciter
a	Contingens	c	Contingens	a	Cõtingens nõ neceſ.
e	Contingens ſimpliciter	e	Cõtingens ſimpliciter	e	Cõtingens nõ neceſ.
a	Abſoluta ſimpliciter	a	Abſoluta ſimpliciter	a	Abſoluta ſimpliciter
i	Contingens	o	Contingens	i	Cõtingens nõ neceſ.
i	Contingens ſimpliciter	i	Contingens ſimpliciter	i	Cõtingens nõ neceſ.
e	Abſoluta ſimpliciter	e	Abſoluta ſimpliciter	e	Abſoluta ſimpliciter
i	Contingens	o	contingens	i	cõtingens nõ neceſ.
o	contingens ſimpliciter	o	contingens ſimpliciter	o	contingens nõ neceſ.


PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVARTI

109 DEcimumquartum cap. de mixtis ſyllogiſmis ex vna propoſitione de contingenti & altera de ineſſe in prima figura, concluſiones octo, corollaria duo. Prima cõclusio, Quando vna propoſitionum de ineſſe, altera vero conntingens aſsumitur terminis vniuerſaliter ſumptis cum ea, quæ ad maius extremum collocatur contingens ſignificauerit, perfecti erunt primæ figuræ huiuſmodi de contingenti ſyllogiſmi omnes ſecundum prius determinatã contingentis acceptionem. At vero quando ad minus extremum propoſitio contingens collocatur, hmõi ſyllogiſmi imperfecti omnes, & qui priuatiui ſyllogiſmi non erunt contingentis ſecundum prius aſsignatam determinationem, ſed ſecundum eam ſignificationem qua contingere nulli, vel alicui non ineſse idem ſignificat, ac nulli vel alicui non ex neceſsitate ineſse, ſi enim nulli vel alicui non ex neceſsitate ineſt, dicimus contingere & nulli aut alicui non ineſse. Prima pars demonſtratur. Et primum omni b ineſse a contingat & oĩ c inſie b, dico ex neceſsitate prouenire omni c contingere ineſse a. Nam quoniam omni b contingit a, & omne c ſub b eſt, per id quod eſt oĩ contingere ineſse, perſpicuum eſt, & oĩ c contingere ineſse a. Quare perfectus aggignitur ſyllogiſmus. Et ſimile iudicium eſt cum ea de cõtingenti ad maius extremum priuatiua, & ea de ineſse ad minus eſt affirmatiua, vt cum oĩ b contingit non ineſse a, & omni c ineſt b. perfectus efficietur ſyllogiſmus per id quod eſt contingere nulli ineſse, colligẽs concluſionem omni c contingere non ineſse a. Manifeſtum itaque eſt vniuerſalibus exiſtentibus prropoſitionibus ea quæ de ineſse eſt ad minus extremum appoſita, primæ figuræ ſyllogiſmos de contingenti fieri perfectos, quod eſt primum. Ad ſecundum quando ſcilicet, ea quæ eſt de ineſſe e diuerſo ſeſe habente id eſt ad maius extremum collocato, fiunt ſyllogiſmi, oſtendendum eſt illos per impoſsibile monſtrari, & ſimul quoque erit manifeſtum quoniam erunt imperfecti. Nam ex ſumptis propoſitionibus non videntur neceſsarij. Sed priuſquam id demõſtrate aggrediamur nobis primum operæprecium monſtrandum eſse videtur, ſi cum ſint aliquæ propoſitiones, ex neceſsitate euenit aliud eſse, etiam cum illæ poſsibiles ſunt ex neceſsitate, & aliud quod euenit eſse poſsibile, vt ſi cum a eſt ex neceſsitate euenit & b eſse, etiam cum poſsibile eſt a eſse, ex neceſsitate quoque eueniet & b poſsibile eſse. Nam eſto ſic ſe rebus habentibus vt a poſsibile ſit, & b impoſsibile, ſi id admitti poteſt. ſi igitur a poſsibile, quandoquidem poſsibile eſt eſse, fieri põt b vero impoſsibile, quia impoſsibile nunquam fieri poteſt. ſimul autem ſi a poſsibile & b impoſſibile, contingere poteſt a fieri præter b. ſi fieri & eſse quoque præter b. quod enim fit cũ factum






est, est non igitur cum a est, ex necessitate eueniet & b esse, quod est contra hypothesin. Verum id non solum intelligere oportet de possibili quod ideo possibile est, quod cum non sit vt tamen fiat, giguaturque nihil prohibet, & de impossibili illo modo, sed & de possibili quod verum est etiam actu esse, & absolute quomodocunque aliter sumatur possibile. Nam in omnibus modis possibilis verum est, propositionibus possibilibus, & quod propter illas ex necessitate euenit, similiter sese habere, & esse possibile. Insuper id aduertendum est cum paulo supra dictum est si cum a est, euenit ex necessitate & b esse, non id tanquam vna sola propositione existente a, ex necessitate proueniat b putare oportet. Nã syllogismo nihil ex necessitate accidit aliquo vno, sed duobus ad minimum positis, vt quando scilicet propositiones sic se habent (quemadmodum dictum est) secundum syllogismum. Nam si de omni d dicitur c & de omni e dicitur d, etiam & ex necessitate de omni e dicitur c. Et si vtrunque est possibile & conclusio possibilis erit, hoc est si omni d possibile est inesse c, & omni e possibile inesse d etiam & omni, e possibile est inesse c. Quemadmodum igitur si quis ponat a propositiones esse, & b esse conclusionem euenire possit non solũ a existente necessario, hoc est propositionibus necessariis, b simul esse necessarium conclusionemque necessariam, sed & a possibili, b etiam esse possibile perspicuum. Hoc autem monstrato id etiam ducere facile potest, quod falso supposito at non impossibili, & quod per hypothesin euenit, & si falsum quidem erit, non tamen impossibile. vt si a falsum quidem sit, at non impossibile, posito a esse, ex necessitate euenit & b esse. & si erit b falsum, non tamen impossibile. Nam pauloante monstratũ est, cum est a, esse b. & cum possibile est a, & possibile esse b. atqui supponitur a esse possibile, igitur & b erit possibile. si igitur erat b impossibile, idem simul erit possibile & ĩpossibile. quod prorsus esse nequit. ❧ His itaque determinatis nunc secundum quod in conclusione propositum erat, monstrandum est. Et omni b insit a, & omni c contingat inesse b. dico ex necessitate prouenire omni c contingere inesse a. Quod si ita non fuerit, non contingat ergo omni c inesse a, & ponatur omni c inesse b, & tametsi id quidem falsum, non tamen impossibile. si igitur non omni c contingit inesse a, & omni c inest b. igitur non omni b contingit inesse a, Fit enim ex vndecimo cap. tertiæ figuræ syllogismus. sed positum erat omni b cõtingere inesse a. Nam omni b inerat a. continget igitur omni b inesse a & non continget omni b inesse a. quod est impossibile, euenit igitur ex necessitate vt omni c contingat inesse a, alioquin posito falso & non impossibili, quod accidit est impossibile. quod pauloante monstratum est esse non posse. Possibile etiã est & per primam figuram ad id demonstrandum syllogismo ducere ad impossibile, ponentes vt prius. omni c inesse b. quia enim positum est omni b inesse a omni etiam b contingit inesse a. & omni c inest b, per primam igitur figuram omni c contingit inesse a, at positum erat non omni c contingere inesse a, id autem impossibile. quare ex necessitate eueniebat, omni c contingere inesse a.





Numero, lxxxix


❧ Hic autem aduertendum est, oportere accipere omni inesse non secundum tempus definientes vt nunc, aut in hoc tempore, sed simpliciter inesse. Nam per huiusmodi & hic propositiones sumimus, & syllogismos facimus, quia si sumeretur propositio de inesse vt nunc non erit maiore de inesse, & minore de contingenti qui dictus est syllogismus. Nam dabuntur termini & ex necessitate nulli inesse, & omni ex necessitate inesse. Nam forsitan nihil vetat aliquando omni quod mouetur inesse hominem, vt si nihil moueatur præter hominem. & omnem equum contingere moueri, attamen ex necessitate nulli equo homo inest. sic igitur dati sunt termini ex necessitate nulli. homo, motus, equus. & termini ex necessitate omni dabuntur, animal, mouens, homo. ita vt animal primus sit, & mouens medius, homo vero postremus. Propositiones itaque similiter sese habebunt & conclusio erit necessaria, & non contingens. Nam ex necessitate omnis homo animal est, perspicuum igitur est vniuersale de inesse sumendum esse simpliciter, & oportere non nos id tempore esse determinantes Et idem demonstrandum est in priuatiuis syllogismis, propositione de contingenti ad minus extremum collocata. Vt nulli b rursus insit a, & oĩ c contingat inesse b. his positis, dico ex necessitate prouenire vt cõtingat nulli c inesse a quod si ita non fuerit, non contingat nulli c inesse a. & ponatur vt prius oĩ c inesse b, necto syllogismũ, non cõtingit nulli c inesse a, & omni c inest b, igitur alicui b nõ contingit non inesse a per tertiam figuram quare alicui b necessariũ est inesse a. Id autem impossibile. nam positum nulli inesse a, ex necessitate igitur primis propositionibus positis, euenit vt contingat nulli c inesse a. alioqui posito falso & non impossibili. impossibile est quod accidit, quod esse non potest. ❧ Et præsens syllogismus non contingẽtis est, secundum assignatam superius contingentis diffinitionẽ, sed vt contingit nulli inesse idẽ valet. ac nulli ex necessitate inesse. hæc enim factę hypothesis contradictio est, siquidem hypothesis facta, non contingere nulli c inesse a. quæ eadem intelligebatur ac alicui e ex necessitate inesse a. Syllogismus autem ad impossibile, oppositæ contradictionis existit. ❧ Insuper & id ex terminis manifestari potest, conclusionem secũdum illam assignationem non esse contingentẽ. Nam dantur termini ex necessitate nulli. vt coruus, intelligẽs, homo. & esto coruus a, intelligens b. hõ autem c. manifestum igitur nullum b esse a (nam nullum intelligens coruus) & oĩ c contingere, intel-

ligens.omnem enim hominem contingit intelligere,& tamen ex neceſſitate nulli ineſt a. Nam ex
neceſſitate nullus homo coruus. Non igitur ſecundum aſſignatam contingentis diffinitionem,
efficietur concluſio contingens. Et non modo id, ſed nec ſemper priuatiua neceſſaria fuerit. Ve
ſto a quod mouetur,b ſcientia,& c homo.nullum b eſt a & omni contingit ineſſe b. nam nulla
ſcientia mouetur, & omni homini contingit ineſſe ſcientia.at non erit concluſio priuatiua neceſ-
ſaria,nam non neceſſarium eſt nullum hominem moueri, ſed & non neceſſarium eſt aliquem ho-
minem moueri .quare perſpicuum eſt concluſionem omni c contingit non ineſſe a, eius eſſe con-
tingentis,quæ huic æquiualeat nulli c ex neceſſitate ineſt a quemadmodum & propoſitum erat
110 verum(& ſi placeat)ſumendi ſunt melius termini. Secunda concluſio. Vniuerſali priuatiua
contingente ad minus extremum collocata,nullus ſit primæ figuræ perfectus ſyllogiſmus nã ex
ſumptis propoſitionibus nullus eſſe videbitur ſyllogiſmus, ſed conuerſa propoſitione priuatiua
contingente quæ ad minus extremum eſt in affirmatiuam contingentem fiet ſyllogiſmus,quem
admodum & in præcedenti concluſione paulo ante dictum eſt. Vt primo (propoſitione de ineſ
ſe affirmatiua)omni b inſit a & contingat nulli c ineſſe b.ſic ſe habentibus terminis nihil appare-
bit ex neceſſitate prouenire. conuerſa tamen contingente, contingit nulli c ineſſe b, & ſumpta
contingit omni c ineſſe b, fiet ſyllogiſmus qui paulo ante dictus eſt. nam in hac conuerſione ſimi
lem, termini ſeruant poſitionem. Et idem euenit cum vtræque propoſitiones priuatiuæ ſunt.
Vt ſi nulli b ineſt a, & contingat nulli c ineſſe b, per ea quæ ſumpta ſunt non videtur vllo pa-
cto fieri ſyllogiſmus. at conuerſa contingenti propoſitione erit. ſumatur igitur nulli b ineſſe a;
& contingere nulli c ineſſe b,per hæc nihil apparet neceſſarium,ſed conuerſa contingente, conti-n
111 git nulli c ineſſe b, & ſumpta affirmatione omni c cõtingit ineſſe b(quæ & vt priuata vera eſt)&
propoſitione nulli b ineſt a ſimiliter ſeſe habente,iterum ſuperioribus idẽ erit ſyllogiſmus. Ter
tia concluſio. Vniuerſali negatiua de ineſſe ad minus extremum poſita,non autem vniuerſali pri
uatiua de contingenti:nullus prorſus erit de contingenti ſyllogiſmus, ſiue affirmatiua ſiue priua
tiua fuerit propoſitio quæ ad maius extremum conſtituitur.vt ſi ponatur omni b contingere in-
eſſe a,& nullum c eſſe b,non autem hæc,contingit nullum c eſſe b: nullo pacto proueniet de con-
tingenti ſyllogiſmus. Nam dantur termini ex neceſſitate omni,& ex neceſſitate nulli ineſſe. Ter-
mini communes ex neceſſitate ineſſe album,animal nix. Nam contingit omne animal eſſe album
& nulla nix eſt animal, ex neceſſitate tamen omnis nix alba eſt. Ex neceſſitate nulli album animal
pix. omne enim animal contingit eſſe album, & nulla pix eſt animal: nihilo ſecius tamen omnis
pix ex neceſſitate non alba. Et iidem termini valent, cum vniuerſalem ad maius extremum faci
112 mus priuatiuam Nam omne animal contingit non eſſe album. Primum corollarium. Maniſe-
ſtum igitur eſſe poteſt cum propoſitionum ſubiecti termini vniuerſaliter tenentur,altera quidem
propoſitione de ineſſe ſumpta, & altera contingenti, ea quæ contingens eſt minorem extremita-
tem collocata,ſemper fieri ſyllogiſmum. Cæterum quando ex ipſis propoſitionibus fiet.& quã
do contingente propoſitione conuerſa, & quando vtrunque fit & quam ob cauſam iam dixi
mus. Quarta concluſio. Si altera propoſitionum vniuerſalis; & altera particularis ſumatur ea
113 quæ(ad maius extremam ponitur)contingente,ſiue affirmatiua ſiue priuatiua,particulari autem
affirmatiua de ineſſe, perfectus efficietur ſyllogiſmus perinde atque terminis vniuerſaliter ſum-
ptis. Nam eadem quæ & prius demonſtratio eſt. Quinta concluſio. Quando vniuerſalis propo-
ſitio ad maius extremum de ineſſe fuerit & non contingens, particularis autem contingens ſiue
114 vtræque affirmatiuæ ſiue priuatiuæ ponantur, ſiue vna affirmatiua & altera priuatiua: ſemper
erit ſyllogiſmus imperfectus. Veruntamen illorum aliqui per impoſſibile demõſtrabuntur & alii
per conuerſionem priuatiuæ contingentis quemadmodum & in prioribus eſt dictum,erit ſane ſyl
logiſmus per conuerſionem quandocunque vniuerſalis ad maius extremum collocata deſignaue
rit aut ineſſe aut non ineſſe,& particularis priuatiua contingens ſumpta fuerit,vt ſi omni b ineſt
a vel non ineſt,& alicui c contingit non ineſſe b,ſyllogiſmus fiet imperfectus. Nã priuatiua con-
tingẽte,alicui c contingit non ineſſe b,verſa ſecundum affirmatiuam contingentem fiet ſyllogiſ
115 mus. Sexta concluſio. Poſita ad minus extremum negatiua propoſitione de ineſſe particulari-
ter ſumpta,non erit primæ figuræ contingentis concluſionis ſyllogiſmus. Nam dantur termini ex
neceſſitate ineſſe album,animal,nix,& ex neceſſitate non ineſſe:album,animal,pix. & per indefi-
nitum etiam ſumenda demonſtratio. Septima. Et ſi vniuerſalis ad minus ponatur extremum &
116 particularis ad maius, ſiue priuatiua ſiue affirmatiua,ſiue de ineſſe ſiue contingens vtrumoĩs fue
rit, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Conſimilis huius vt præcedentis demonſtratio eſt. Octaua.
Neque quidem quando particulares vel indefinitæ poſitæ fuerint propoſitiones, ſiue contingen
117 tes ſumantur. ſiue de ineſſe ſiue viciſſim, neque hunc in modum vllus erit ſyllogiſmus. Demon-
ſtratio enim eadem,quæ & prius. Nam & termini dantur & de neceſſitate ineſſe, & de neceſitate
non ineſſe. de neceſsitate quidem ineſse termini communes,animal,album, homo. de neceſſitatẽ
118 non ineſſe,animal,album,tunica. Secundum corollarium. Vnde manifeſtum euadit vt propoſi









tio num altera vniuersali,& altera particulari vtrauis de inesse, & altera contingente , vniuersali quidem ad maius extremum existente ,semper erit primæ figuræ syllogismus.ea autem ad minus extremum existente,nunquam erit .

ℂ Mixtio necessarij & contingentis in prima figura. Cap.XV. 119

Quando autem hæc quidem propositionum ex necessitate inesse vel non inesse,illa vero contingere significat, syllogismus quidē erit hoc modo habentibus se terminis. 120

ℂ Et perfectus:quando ad minorem extremitatem ponentur necessaria .Conclusio autem,si prædicatiui sunt quidem termini,cōtingentis,& non inesse erit.siue vniuersaliter,siue non vniuersaliter ponantur.si autem sint hoc quidem affirmatiuum, illud vero priuatiuum,quādo affirmatiuum quidem fuerit necessarium & contingentis erit conclusio, & non eius quod est non inesse. 121

ℂ Quādo aūt priuatiuū necessariū:& cōtingētis nō inesse,& nō īesse siue vniuersales siue non vniuersales sint termini.Contingere autem in conclusione eodem modo accipiendum est,quo in prioribus.Eius autem quod est ex necessitate non inesse:nō erit syllogismus.aliud enim est non ex necessitate inesse & ex necessitate non inesse.

ℂ Quoniam igitur vniuersalibus affirmatiuis existentibus terminis non fit conclusio necessaria:manifestum.insit enim a,omni b,ex necessitate:b autem,contingat omni c erit igitur syllogismus imperfectus quoniam a,contingit omni c inesse,quoniam autē imperfectus:ex demonstratione palam,eodem enim modo ostendetur quo & in prioribus.Rursum a quidem,contingat omni b inesse:b autem,omni c insit ex necessitate erit itaque syllogismus quoniam a,contingat omni c inesse: sed non quoniam inest.& perfectus quidem sed non imperfectus.statim enim perficitur per ex principio propositiones.

ℂ Si autem non similis figuræ sint propositiones:sit primum priuatiua necessaria , & a quidem,nulli contingat b ex necessitate:b autem contingat omni c.necesse est igitur a,nulli c inesse,ponatur enim a,inesse aut omni aut alicui.positum autem est a,nulli cōtingere b.quoniam ergo conuertitur priuatiua:& b,nulli a contingit.a autem , positū est inesse c,aut omni aut alicui.quare nulli aut non omni c,continget b inesse:sed supponebatur omni ex principio.manifestum autem quoniam & eius,quod est contingere non inesse sit syllogismus:siquidem non inesse.Rursum sit affirmatiua quidem propositio necessaria,& a quidem,contingat nulli b inesse,b autem,insit omni c ex necessitate.ergo fit syllogismus quidem perfectus,sed non eius quod est non inesse,sed eius quod est contingere non inesse . Nam & propositio sic sumpta est quæ ad maiorē est 122 extremitatem.& ad impossibile non est ducere.nan si ponatur a,inesse vlli c.positum est autem & a.b contingere nulli inesse.nihil accidit per hæc impossibile.

ℂ Si autem ad minorem extremitatem ponatur priuatiuum quando contingere quidem significauerit,syllogismus erit per conuersionem quemadmodum in prioribus. 123

ℂ Quando autem non contingere:non erit ex necessitate,nec quando vtraque quidē propositio priuatiua,non est aūt contingens quod ad minorem est. Termini autem 124 inesse quidem:album,animal,nix non inesse quidem,album,animal pix.

ℂ Eodem autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. Quando enim fuerit priuatiua necessaria,& conclusio erit eius quod est non inesse.vt si a quidem,nulli b contingit inesse ex necessitate,b autem,alicui c contingat inesse:necesse est a alicui 125 eorum quæ sunt c non inesse.si enim a. omni c inest,nulli autem contingit b :& b,nulli a contingit inesse.quare si omni c,inest a ,nulli c contingit b.sed positum erat alicui cōtingere. ℂ Quando autem particularis affirmatiua necessaria fuerit quæ in priuatiuo 126 est syllogismo,vt b c,aut vniuersalis in affirmatiuo:vt a b :non erit inesse syllogismus. demonstratio autem eadem quę in prioribus. ℂ Si autem vniuersale quidem ponatur ad minorem extremitatem vel affirmatiuum,vel priuatiuum contingens, particulare autem necessarium:non erit syllogismus. Termini autem inesse quidem ex necessitate,animal,album,homo.non contingere autem,animal,album,tunica. ℂ Quando simi- 127 liter vniuersale quidem est necessarium,particulare autem contingens,cum priuatiuū

quidem est vniuersale,inesse quidem termini,animal, albũ,coruus.non inesse, animal
128 album,pix.cum autem affirmatiuum,inesse quidem,animal,album,cygnus, non con-
tingere autem,animal,album,nix. ¶Nec quando indefinitæ sumuntur propositiones aut vtræque particulares,non sic erit syllogismus. Termini autem communes, inesse quidem:animal,album,homo.non inesse autem:animal,album,inanimatum. nã & ani mal alicui albo,& album inanimato alicui est necesarium inesse,& non contingit ines
129 se,& in contingenti similiter,quare ad omnia vtiles sunt termini. ¶Manifestum ergo ex ijs quæ dicta sunt quoniam similiter habentibus se terminis,& in eo quod est inesse & in necesarijs:& fit &non fit syllogismus. veruntamen secundum inesse quidem posita priuatiua propositione, eius quod est contingere erat syllogismus secundum neces
130 sarium autem priuatiua,& contingere.& non inesse. ¶Palam autem & quoniam omnes imperfecti syllogismi,& quomodo perficiuntur per prædictas figuras.

Decimiquinti cap. notæ.

121 Quod propositione necessaria, & assumptione contingente non colligatur. conclusio necessaria.statim ex termis notum esse potest.vt sint termini motus,ambulatio,equus. manifestum est non fieri primæ figuræ syllogismum,quicquid ambulat ex necessitate mouetur:omnem equum contingit ambulare,omnis equus ex necessitate mouetur. Et quod propositione contingente priuatiua,& assumptione necessaria aiente,atque affirmatiua:non colligatur conclusio absoluta ne-
130 gatiua,id est negatiua de inesse,tametsi id subobscure monstretur,necessarium tamẽ idipsum est. nam si quicquã esse syllogismus admittatur:ex opposito conclusionis cum vtrauis propositionũ ducere oportet ad impossibile,id est ad alterius propositionis oppositum. Quonam modo per dictas figuras perficiantur. Nam aliquando per tertiam,& aliquando per primam perficit.

Mixti primæ figuræ ex necessaria & contingenti perfecti

a Contingens
I a Necessaria
a Contingens
II e Contingens
a Necessaria
III e Contingens
a Contingens
IIII i Necessaria
i Contingens
e Contingens
i Necessaria
o Contingens

Imperfecti.

V a Necessaria
a Contingens
VI e Contingens simpliciter
e Necessaria
VII a Contingens
e Cõtingẽs simpliciter
a Necessaria
i Contingens
i Cõtingẽs simpliciter

VIII e Necessaria
i Contingens
o Contingens simpliciter
a a Necessaria
e o Contingens
a i Contingens simpliciter
e e Necessaria
e o Contingens
e o Contingens simpliciter
e e Necessaria
a e Contingens
e e Inesse simpliciter
e e Necessaria
i o Contingens
o i Inesse simpliciter


Asyllogisti

a a Necessaria
a i Contingens
a i Contingens non necessa.
e e Necessaria
a i Contingens
e o Contingens non necessa.


Aliæ fallaces & nullo modo colligentes syllogismũ coniugationes facile intelliguntur.

¶PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVINTI


119 Decimũquintũ cap. de mixtis syllogismis ex vna de cõtingẽti & vna de necessario in prima figura conclusiones decẽ,corollaria duo. Prima conclusio. Cum vna propositio ex necessitate inesse aut non inesse & altera contingere significet, terminis sic se habentibus erit syllogismus. Secunda cõclusio. perfectus erit syllogismus quã ad minus extremum propositio ponetur necessaria,& terminis affirmatiue enun
120 ciatis conclusio erit contingentis inesse,& non de inesse,siue termini vniuersaliter



Contingens cōe tertio modo, Contingens spe ciale, secundo modo.



Numero 83




Numero 116

enuncientur siue etiam ad minus extremum particulariter. quando autem ea quæ necessaria, af-
firmatiua fuerit & contingens priuatiua: cōtingentis nō inesse erit, & nō eius quod est nō inesse.
Tertia conclusio. Quando priuatiua ad maius extremū necessaria fuerit, & altera contingēs 121
conclusio erit & contingentis non inesse, & pariter non inesse, siue termini ad minus extremum
vniuersaliter siue nō vniuersaliter sint. Sed id animaduertere licet, in ea conclusione cōtingens ac-
cipi oportere eo quo superius dictum est modo. vt scilicet cōtingens non inesse, huic æque potest
non necesse inesse. siquidem eius quo est ex necessitate inesse minime erit syllogismus: sed huius
quod est non ex necessitate inesse, siue contingere non inesse. aliud enim est non ex necessitate in-
esse: & ex necessitate non inesse. Nunc autem conclusiones monstrandæ sunt. Et primo. Esto vni-
uersalis affirmatiua de necessario ad maius extremum & vniuersalis affirmatiua de contingenti
ad minus ex necessitate proueniet vniuersalis contingens non autem necessaria, sumendo contin
gens non vt superius hoc in libro diffinitum est, sed vt communius est quam necessarium. vt om
ni b ex necessitate insit a, & omni c contingat inesse b: necessario sane proueniet, vt omni contin
gat inesse a, eritque syllogismus imperfectus, Quod autem sit imperfectus ex demonstratione per
spicuum est. Nam id eodem modo per impossibile ostendetur quemadmodum & in prioribus.
vt in secunda videlicet primæ conclusionis præcedentis capitis particula. & eodem modo de par
ticulari syllogismo diceretur. Rursum esto vniuersalis affirmatiua ad maius extremum contingēs
& ad minus vniuersalis affirmatiua necessaria: colligetur conclusio vniuersalis affirmatiua con-
tingens. fietque perfectus syllogismus. vt omni b, contingat inesse a, & omni c, ex necessitate in-
sit b: efficietur syllogismus ex necessitate concludens omni c contingere inesse a, & perfectus qui
dem, non autem imperfectus. Nam ilico per eas quæ ab exordio sumptæ sunt propositiones, per
id quod est contingere omni inesse: perficitur. Veruntamen non erit syllogismus concludens con
clusionē d inesse, scilicet oī c inesse a. Et idem erit demonstrandi modus si ratiocinabitur particu-
lariter. Et hæc partim primam & secundam conclusionem demonstrant. Interim nunc monstran
dum est quod tertia poponit conclusio. Quando propositiones non vniformes sunt similesq; qua
litatis, sed vna (vt verbi causa ea quæ ad maius extremum est vniuersalis priuatiua) est necessaria
& quę ad minus vniuersalis affirmatiua contingens, efficietur syllogismus imperfectus, & de cō-
tingenti non inesse, & d non inesse. vt omni b ex necessitate non competet inesse a, & omni c con
tingat inesse b: dico omni c contingere non inesse a. Et etiam si omni b, ex necessitate non inest a,
& omni contingit inesse b: nulli c inesse a. quod primum demonstratur. Nam si id ex necessitate
propter posita non euenit nulli c inesse a: esto igitur vt alicui c insit a, & id ponantur, quoniam
priuatiua omni b ex necessitare non inest a, conuertitur: etiam omni a ex necessitate non inest b.
& positum est alicui c inesse a. necto igitur syllogismum per primam figuram ex tertia conclusio
ne noni capitis, omni a ex necessita te non inest b, & alicui c inest a: igitur alicui ex necessitare non
inest b. & tamen subponebatur omni c contingere inesse b: id autem impossibile, vt omni c con-
tingat inesse b & alicui c necesse sit non inesse b. manifestum igitur est fieri syllogismum ad eam
conclusionem quæ est omni c non inesse a. quare & ad eam conclusionem quæ est contingere non
inesse. Nam contingere non inesse, eam comitatur quæ est non inesse. Et ex prima conclusione no
bi idem eueniat: si ponatur omni c inesse a, Nam fieret syllogismus primæ figurę omni a necesse
est non inesse b, & omni c inest a: igitur omn i c necesse est non inesse b. & tamen ponebatur contin
gere omni inesse, quod iterum esset impossibile. Et de modo particulari similis esse posset demon
stratio, quare tota tertia conclusio, & insuper syllogismum esse imperfectum: manifestum est. Nūc
ad id quod ad demonstrationem: secundæ conclusionis relictum erat sermo reuocandus est. sit
rursum vniuersalis affirmatiua necessaria ad minus extremum, & vniuersalis priuatiua contin-
gens ad maius: dico priuatiue cōtingentis syllogismum fieri perfectus. vt omni b contingat non
inesse a, & omni c ex necessitare insit b. fit syllogismus perfectum ex necessitate concludens omni
c contingere non inesse a, sed non conclusionem eius quod est non inesse. Quod enim concludat
id quod est contingere non inesse, hoc ideo est: quia sic sumpta est propositio ad maius extremum
& per id quod est contingere nulli inesse, id ex sumptis propositionibus ex necessitate euenire di
noscitur. Sed quod syllogismus non fit ad id quod est non inesse: cognoscitur. Nam si ponatur
fieri ad id quod est omni c non inesse: ergo ex opposito conclusionis cum ea de contingenti. con-
tingit ad impossibile ducere. at his suppositis non contingit ad impossibile ducere. Nam sumpto 122
alicui c inesse a (quia conuertitur) etiam sumetur alicui a inesse c. cui adiungo omni b contingere
non inesse a per septimam conclusionem præcedentis capitis, nullus fit syllogismus. non igitur
accidit aliquid impossibile. & ex iis tres præassertæ conclusiones dilucere possunt, Quarta conclu
sio. Si ad minus extremum priuatiua de contingenti ponatur, & ad maius extremum vniuersalis 123
affirmatiua de necessario: fiet syllogismus ad contingentem affirmatiuam Et si vniuersalis de ne-
cessario sit priuatiua: fiet syllogismus & ad eam quæ est de contingere non inesse, & partim de
non inesse. nam conuersa priuatiua de contingentj in suam affirmatiuam, eadem quæ in superiori
bus demonstratio est. Quinta conclusio. Quando priuatiua ad minus extremum ne

cessaria, aut vtraque priuatiua, quando ea quæ ad minus extremum contingens non est: nullus
erit syllogismus. Nam dantur termini ex necessitate omni inesse, album, animal, nix. & ex necessi-
124 tate nulli inesse, album animal pix. Sexta conclusio. Vt in vniuersalibus syllogismis est dictum,
ita quoque & in particularibus syllogismis res sese habebit, vt si omni b ex necessitate non inest
a, & alicui c contingit b, necessario euenit vt alicui non insit a. Nam si detur oppositum, omni c in
sit a quia omni b ex necessitate non inest a, quæ posita est, conuertitur: etiam omni a ex necessita
te non inest b. Formo igitur ex prima conclusione noni capitis, primæ figuræ syllogismum om
ni a ex necessitate non inest b, & omni c inest a. igitur omni c ex necessitate non inest b. attamen
125 alicui c contingere inesse positum erat, quod est impossibile. colligetur igitur conclusio eius quod
est non inesse. Septima conclusio. Quando particularis affirmatiua ad minus extremum neces-
saria fuerit & ad maius vniuersalis priuatiua contingens, similiter quando vniuersalis affirmati-
ua ad maius extremum necessaria fuerit & ad minus affirmatiua contingens, non erit eius quod
est inesse syllogismus. Demonstratio eadem quæ & in prioribus.
126 Octaua conclusio. Si vniuersale contingens ad minus extremum collocetur siue affirmatiuum si-
ue priuatiuum, & particulare necessarium ad maius: nullus erit syllogismus. Nam dantur termini
ex necessitate inesse: animal, album, homo. & ex necessitate non inesse: animal, album, tunica.
127 Nona conclusio. Quando vniuersale necessarium ad minus extremum collocabitur, & particula
re contingens ad maius: nullus identidem conficietur syllogismus. Nam dantur termini ex neces-
sitate omni inesse, & ex necessitate nulli. cum autem vniuersale necessarium priuatiuum fuerit,
termini ex necessitate omni inesse, animal, album, coruus, ex necessitate non inesse: animal album,
pix. sed cum vniuersale fuerit affirmatiuum, termini ex necessitate inesse: animal, album cygnus.
ex necessitate non inesse: animal, album, nix.
128 Decima conclusio. Vtrisque propositionibus indefinitis, aut vtrisque particularibus, & idem va
luerit vicissim indefinitis & particularibus: nullus erit syllogismus. Nam dantur termini ex neces
sitate omni, & nulli inesse. Termini communes, omni inesse: animal, album, homo. Nulli inesse: ani
mal, album, inanimatum. Nam animal alicui albo necessarium est inesse, & alicui necessarium est
non inesse, & similiter animal alicui albo contingit inesse, & alicui contingit non inesse. Simili
quoque pacto album alicui inanimato necessarium est inesse, & alicui necessarium est non inesse. &
de contingenti simile est. quare ad omnia hi termini vtiles erunt.
129 Primum corollarium. Exploratum igitur ex ijs quæ dicta sunt haberi potest, terminis similiter se
se habentibus & in eo quod est inesse, & in necessarijs, fit aut non fit syllogismus. Veruntamen
propositione de inesse existente priuatiua, eius quod est contingere non inesse erat syllogismus.
130 sed priuatiua necessaria, d-monstratus est esse, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod
est non inesse. Secundum. Perspicuum insuper huiusmodi syllogismos omnes, quorum scilicet pri
tiua aut de inesse aut necessaria est, imperfectos esse, & quonã modo per dictas figuras perficiãtur.

Nűero. lxxxi.



¶De syllogismis ex ambabus contingentibus in secunda figura. Cap. XVI.

131 IN secunda autem figura quando contingentes quidem sumũ
tur vtræque propositiones, nullus erit syllogismus, siue sint
affirmatiuæ siue priuatiuæ siue vniuersales siue particulares.
132 ¶Quando autem hæc quidem inesse, illa vero contingere si-
gnificat, affirmatiua quidem inesse significante, nunquam erit
syllogismus priuatiua vniuersali existente, semper:
¶Eodem modo & quando hæc quidem ex necessitate, illa ve-
133 ro contingere assumatur, oportet autem & in ijs accipere qđ
in conclusionibus est contingens: quemadmodum in priori-
134 bus. ¶Primum igitur ostendendum, quoniam non conuertitur in contingenti, pri-
uatiua. vt si a, contingit nulli b. non necesse est & b, contingere nulli a. Ponatur enim
hoc, & contingat b, nulli a inesse. ergo quoniam conuertuntur quæ sunt in eo quod est
contingere affirmationes negationibus & contrariæ & contraiacentes. b autem, con-
tingit nulli a inesse: manifestum est quoniam & omni a, contingit b inesse. hoc autem
falsum est. non enim si hoc huic omni contingit & hoc huic contingat necessarium.
quare non conuertitur priuatiua.
¶Amplius autem nihil prohibet a quidem, contingere nulli b: b autem alicui a ex ne-

ceſſitate non ineſſe. vt album quidem contingit omni homini non ineſſe. nam & ineſ-
ſe, hominem autem: non verum eſt dicere quoniam contingit nulli albo. pluribus enim
ex neceſſitate non ineſt, neceſſarium autem non erat contingens.


¶ Sed nec ex impoſſibili oſtendetur conuertens. vt ſi is putet, quoniam falſum eſt b,
contingere nulli a ineſſe: verum non contingere nulli a affirmatio enim & negatio. ſi
autem hoc verum: ex neceſſitate alicui a, ineſſe b. quare & a, alicui b ineſſe. hoc autem
impoſſibile. Non enim ſi a non contingit nulli b, neceſſe eſt a, alicui b ineſſe. nam non
contingere nulli: dicitur dupliciter. hoc idem ſi ex neceſſitate alicui ineſt. illud vero ſi
ex neceſſitate alicui non ineſt. Nam quod ex neceſſitate alicui eorum quæ ſunt a non
ineſt, non eſt verum dicere, quoniam omni contingit non ineſſe. quemadmodum, nec
quod alicui ineſt ex neceſſitate, quoniam omni contingit ineſſe. Si ergo aliquis putet,
quoniam non contingit c, omni d ineſſe, ex neceſſitate alicui non ineſſe ipſum, falſum
ſumet omni enim ineſt, ſi contingat. ſed quoniam quibuſdam ex neceſſitate ineſt, pro-
pter hoc dicimus non omni contingere. ¶ Quare ei quod eſt contingere omni ineſſe. 135
& ea quæ eſt ex neceſſitate alicui ineſſe opponitur, & ea quę eſt ex neceſsitate alicui nõ
ineſſe. ſimiliter autem & ei quæ eſt contingere nulli.

¶ Palam ergo quoniam ad ſic contigens & non contingens vt in principio diffiniui-
mus., non ſolum ex neceſſitate alicui ineſſe, ſed & ex neceſſitate alicui non ineſſe ſu-
mendum. hoc autem ſumpto, nihil accidit impoſſibile. quare non fit ſyllogiſmus. Ma-
nifeſtum ergo ex ijs quæ dicta ſunt, quoniam non conuertitur priuatiua.

¶ Hoc autem oſtenſo ponatur a, b quidem contingere nulli: c vero omni. per conuer- 136
ſionem ergo non erit ſyllogiſmus, dictum eſt enim quoniam non conuertitur huiuſ-
modi propoſitio. Sed nec per impoſſibile. nam poſito b omni c contingere ineſſe: nihil
accidit falſum, continget enim a, & omni & nulli c ineſſe. Omnino autem ſi eſt ſyllogiſ
mus: palam quoniam contingens erit, eo quod neutra propoſitionum ſumpta eſt in eo
quod eſt ineſſe, & hic vel affirmatiuus vel priuatius. neutro autem modo poſſibile eſt.
affirmatiuo enim poſito: oſtendetur per terminos quoniam non contingit ineſſe. priua
tiuo autem, quoniam concluſio non eſt contingens ſed neceſſaria. Sit enim a quidem
album. b autem homo. in quo autem c, equus ergo album a, contingit huic quidem om
ni, illi vero nulli ineſſe. ſed b neque ineſſe contingit c neque non ineſſe. Quoniam igi-
tur ineſſe non poſſibile, eſt manifeſtum. nullus enim equus homo ſed neque continge
re non ineſſe, neceſſe eſt enim nullum equum hominem eſse. neceſsarium autem, non
erat contingens. non igitur ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur & ſi e conuerſo
ponatur priuatiua, ſi vtræque affirmatiue ponantur vel priuatiue, nã per eoſdẽ termi-
nos erit demonſtratio. Et quãdo hæc quidem vniuerſalis, illa vero particularis, vel vtræ
que particulares vel indefinitæ, aut quolibet modo aliter contingit permutari propoſi-
tiones. ſemper enim erit per eoſdem terminos demonſtratio. manifeſtum ergo quoniã
vtriſque propoſitionibus ſecundum contingere poſitis, nullus fit ſyllogiſmus.

Decimiſexti cap, notæ.

Cap. ſecundo huius, propoſitionum abſolutarum conuerſiones in terminis, ad impoſſibile ducẽ-
do demonſtratæ ſunt, quomodo contingentes neceſſarium excludentes. recurrere nequaquã mõ 134
ſtrari poſſunt Quo quidem ſumpto nihil accidit impoſſibile. ut ſi oĩ a contingit nõ ineſſe b, & ſi
quis dicat non conuerti, & falſum eſſe omni b contingit non ineſſe a. ſi ipſe ad impoſſibile aliquid
concedendum, deducendus eſſet. ſumendum ſane eſſet quia falſum eſt omni b contingere. nam in
eſſe a: non omni b igitur contingere non ineſſe a, verum eſt. ſunt enim affirmatio & negatio, & in 136
ſuper verum eſt. non omni b contingere non ineſſe a: igitur alicui b ex neceſſitate ineſt a, aut ali-
cui b ex neceſſitate non ineſt a: ex quo nihil poteſt concludi quod aduerſetur ei: quæ ponebatur
pro conuerſa ſcilicet omni a contingit non ineſſe b. Nam ſi hęc alicui b neceſſe eſt ineſſe a conuer
tatur: non tamen hæc alicui b neceſſe eſt non ineſſe a, quæ eſt diſiunctionis ſecunda pars. Videre
licet igitur quomodo ad illud contingere & non contingere eius quæ aſſignaretur pro reciproca
& recurrente: ſumere oportebat alicui ex neceſſitate ineſſe: & alicui ex neceſſitate non ineſſe. quo
ſumpto nihil accidit impoſſibile, per quod valeamus primam conuerſionẽ ex neceſſitate firmam,
ſtabilem, validamque eſſe monſtrare, ſubiectum conſule inſcriptionem.


Reciprocæ & mutuo sequentes
Mutuo sequentes
Omnia contin. inesse b
oi a cõtin, non inesse b
Contrariæ
nulli a contin inesse b
nulli a con. nõ inesse b
oi a necesse est inesse b
oi a necesse e nõ inesse b
ontrariæ
nulli a necesse ẽ inesse b
nulli a ne. e nõ inesse b
subalternæ
Contradictoriæ
Contra
dictoriæ
vtraq
vtraque
alternę
sub
vtraque repugnãs corollariũ aristotelis
vtraque repugnãs
repu
gnant
repugnant
vicissim
alternæ
sub
Contra
dictoriæ
tradictoriæ
subalternæ
alicui a cõtin. inesse b
alicui a cõtin. inesse b
subcõtra.
non oi a contin inesse b
non oi a cõ. nõ inesse b
simul stãtes
alicui a necesse ẽ inesse b
alicui a ne. ẽ nõ inesse b
subcõtra.
nõ oi a ne. est inesse b
nõ oi a ne. est nõ inesse b
Mutuo sequentes
Mutuo sequentes

Nam non erit syllogismus concludens conclusionem de contingenti communi & simpliciter. Id ex .xiij. capite haud magno labore cognoscetur. Nam accepta propositione omni b contingit non inesse a & assumptione omni c contingit inesse b, vtraque scilicet contingentis specialis & non necessarij: colligimus per primam conclusionem .xiij. cap. omni c contingit non inesse a. atqui assumptionem omni c contingit inesse b quæ est contingentis specialis, sequitur hæc omni c contingit inesse b contingentis communis posita igitur ea omni c contingit inesse b contingẽs simpliciter ac communis, loco primæ assumptionis accidet ex necessitate eadem conclusio scilicet omni c contingere non inesse a, quæ nullo pacto aduersatur illi quæ poneretur assumpsio secundæ. verum reciproca est, & mutuo cum ea consequentiam seruat.

	e		e	Contingens	Contingens speciale	
	a		i	Contingens	Contingens speciale	
I	a	III	o	Contingens	Contingens commune	
						Reliqua coniu
II	a		a	Contingens	Contingens speciale	gia asyllogisto
	e		o	Contingens	Contingens speciale	rum vt in su-
	e	IIII	o	Contingens	Contingens commune	perioribus.

Ecimũ sextum cap. de asyllogismis & meris & mixtis de contingenti in secunda figura conclusiones tres. demonstratio contingentes priuatiuas non recurrere in terminis, corollaria duo. Prima conclusio Quando vtræque propositiones sumũtur contingentes in secunda figura nullus erit syllogismus, siue affirmatiuę sint, siue priuatiuæ, siue vniuersales, siue particulares: Secunda. Quando propositionũ altera de inesse & altera contingens fuerit, ea quę de inesse existẽte affirmatiua, & cõtinuo ea quę contingens priuatiua: nunquam erit syllogismus Tertia conclusio Eodem quoque modo euenit & quando altera propositionum assignatur necessaria affirmatiua & altera priuatiua contingens. verum in syllogismis huius figuræ cum efficietur conclusio contingens, opus erit id accipere contingens quod & in conclusionibus, quemadmodum in præcedentibus visum est. hoc est cõtingens, quod commune est, & necessario & non necessario. Demonstratio: Primum antequã ad conclusionum demonstrationes deueniatur, demonstrandum est vniuersalem priuatiuam de contingenti, non conuerti in terminis. vt omni b contingat non inesse a, dico non ex necessitate recurrere vt omni a contingat non inesse b. ponatur enim hoc si fieri potest, et conuertatur omni b contingit non inesse a in hanc omni a contingit non inesse b, quoniam igitur conuertuntur (quæ de contingere existunt) affirmationes priuationibus: sed contrarie, contrapositeque se habẽtes. & omni a contingit non inesse b: manifestum est omni a etiam contingere inesse b. quare si oĩ b contingit inesse a, oportebit etiam & omni a contingere inesse b, hoc autem falsum est, non enĩ si prædicatum alicui subiecto omni contingit inesse, & subiectum illi prædicato omni contingere inesse necessarium est. nõ igitur vniuersalis negatiua contingens conuertitur in terminis in vniuersalem priuatiuam. Secundo. Nihil insuper prohibet omni b contingere non inesse a, & alicui a ex necessitate non inesse b: vt omni homini contingit non inesse album (nam & omni homini contingit inesse album) at falsum est dicere omni albo contingere non inesse hominem. Nã plerisque albis ex necessitate non inest homo. atqui quibus necessario non inerat: minime contingẽter inerat. non igitur priuatiua contingens conuertitur in terminis, in priuatiuam contingentẽ.

131 132 133 134


Tertio. Quia nec ad impossibile & incõmodum deducendo vt & in aliis quæ conuertuntur, huiusmodi conuerti demonstrari potest. vt si quis pro dignitate id efficere putet ita argumentando esto. vt omni b contingat non inesse a & non conuertatur in hanc omni a contingit non inesse b: sitque idcirco omni a contingat inesse b falsa. quia falsum est omni a contingere non inesse b, verum est non omni a contingere non inesse b. Nam hæ adinuicem sunt affirmatio & negatio.

Et si verum non omni a contingere non inesse b: ex necessitate alicui a inerit b. quare & per cõuersionem alicui b ex necessitate inerit a, & etiam positum est omni b contingere non inesse a. id autem impossibile. Verum hac ratiocinatione non apte, & sine vitio ad impossibile deductũ est. Nam non oportet si non omni a contingit non inesse b, idcirco necesse esse alicui a inesse b. Nam non omni contingere non inesse, bifariam dicitur. vno quidem modo id verum est. & si alicui ex necessitate inest, altero autem modo, etiam si alicui ex necessitate nõ inest, quod sic ostenditur. Nam quod ex necessitate alicui a nõ inest, nõ est verum dicere omni a id contingere nõ inesse quemadmodum neque verũ est quod alicui a ex necessitate inest, oĩ a id ipsum cõtigere ĩesse. quod igitur alicui a ex necessitate nõ inest, falsum est id, oĩ a contingere non ĩesse, quare per contradictionem, verũ est nõ oĩ a cõtingere non inesse. vera igitur hac alicui a necesse est non inesse b, vera erit, et hæc non oĩ cõtingit non inesse b, et pariter hac vera (vt et fatentur) alicui a necesse est inesse b, vera etiã erit non omni a contingit non inesse b, quare hæc nõ omni a contingit nõ inesse b, bifariã, duabusque illis veris vera esse dinoscitur. et eisdẽ quoque veris alicui necesse est ĩesse

& alicui necesse est non inesse,nunc hac nunc illa quæcunque demonstraretur,hæc etiam vera,nõ
omni contingit inesse.Si namque aliquis putet,ob idipsum quod non omni d contingit inesse c
135 ex necessitate alicui d nõ inesse ipsum c,falsum certe sumet.nam omni forsitan ex necessitate inest
sed & quoniam quibusdam ex necessitate inest,propter hoc ipsum etiam dicimus non omni con-
tingere inesse. Primum corollarium. Quare ei quæ est contingere omni inesse,& ea quæ est
ex necessitate alicui inesse aduersatur,& ea quę est ex necessitate alicui non inesse.Similiter autem
136 & ei quę est contingere nulli inesse,vtraque prædictarum aduersatur. Secundum. Perpalam
etiam est ad sic contingens,& suum oppositum non contingens,quemadmodum ipsum prius in
hoc libro diffiniuimus,non solum ex necessitate alicui inesse , sed etiam ex necessitate alicui non
inesse,esse sumẽdum.quoquidem sumpto nihil accidit impossibile.qua minime syllogismo ad in
commodum deducemus & impossibile.Manifestum igitur ex iam dictis,priuatiuam contingen-
tem nõ conuerti in terminis. Hoc autem demonstrato nunc prima demonstranda est conclu-
sio.Et ponatur omni b cõtingere non inesse a & omni c contingere inesse a , dico nullum fieri syl
logismum.Primo.Nam per conuersionem non erit syllogismus,quandoquidem dictum iam est
non conuerti huiusmodi propositionem.Sed nec per impossibile erit syllogismus.
Nam non erit syllogismus concludens conclusionem de contingenti communi & simpliciter
vt omni c contingit non inesse b. Nam posita eius contraria quę est omni c contingit inesse b cũ
prima propositione quę est omni b contingit nõ inesse a,nihil accidit falsũ aut impossibile quod
pugnet,aduerseturque alteri propositioni,immo contingit & omni c inesse a.Et si sumitur conclu
sionis contradictorium quod equiualebit alicui c necesse est inesse b,cum prima propositione,idẽ
subit iudicium . Nam ex .xv. capite nihil accidet quod aduersetur alteri transsumptæ proposi-
tioni .Omnino igitur si est syllogismus,manifestum est quoniam esse oporteat conclusionis con-
tingentis eo quo prius diffinitum est modo contingens(non enim erit de inesse , quandoquidem
neutra propositio sumpta sit de inesse)& hic vel erit affirmatiuus,vel priuatiuus , atqui neutro
modo syllogismũ fieri possibile est.Nam si quispiam dederit affirmatiuum fieri ostenditur id es
se non posse per terminos simpliciter nulli inesse.Et si dederit negatiuum fieri ostendemus cõclu-
sionem non contingentem sed necessariam esse quæ illi , imo & vtrique aduersatur,ac repugnat
vt esto a album,b homo,c equus.omni igitur homini contingit non inesse album , & omni equo
contingit inesse album,sed falsum est omni equo contingere inesse hominem,& etiam omni con
tingere non inesse. Nam neque equo contingit inesse hominem,neque contingit non inesse
Non enim contingit inesse,quoniam simpliciter inesse non potest,vt manifestum est.quia nullus
equus,homo est.sed neque contingit non inesse . Nam necesse est non inesse omnẽ enim equũ
necesse est non esse hominem,quod autem necessarium,minime erat contingens.manifestum ita-
que est nullum fieri syllogismum, neque affirmatiuum quidem neque priuatiuum.Et similis erit
modus demonstrandi.si e diuerso hoc est & minus extremum ponatur priuatiua. si vtræque po-
nant affirmatiuę,vel vtræque priuatiuę.Nam per eosdem terminos erit demonstratio. Idenndẽ
& quando vna propositionum fuerit vniuersalis,& altera particularis,vel vtræque particula-
res.vel vtræque indefinitæ vel quomodolibet aliter ipsas permutari contingat propositiones
semper etenim,& per eosdem terminos erit demonstratio,perspicuum igitur est quoniam vtris-
que propositionibus contingentibus sumptis,nullus fit secũdæ figuræ syllogismus,& hæc est pri
ma cõclusio demõstrata.Secũda aũt & tertia in sequentibus capitibus suis in locis demõstrabũt.

¶Mixtio absoluti & contingentis in secunda figura Ca. XVII.

137 Si autem altera quidem inesse,altera vero contingere signifi-
cat.prædicatiua quidem inesse,posita, priuatiua vero contin-
gere nunquam erit syllogismus,siue vniuersaliter siue parti-
culariter sumantur termini. demõstratio autem eadem & per
138 eosdem terminos, ¶Quando autem affirmatiua quidem con
tingere priuatiua inesse,erit syllogismus. Sumatur enim a , b
quidem nulli inesse,c vero omni a contingere.conuersa ergo
priuatiua,b inest nulli a.a autem omni c contingebat.fit ergo
syllogismus quoniam b,contĩgit nulli c per primam figuram



139 Similiter autem & si a d c ponatur priuatiua. ¶Si autem vtræque sint priuatiuæ signi
ficet autem hæc quidem non inesse,illa vero contingere non inesse,per ea quidem quę
sumpta sint nihil accidit necessarium.conuersa aũt secũdũ contingere propositione fit
140 syllogismus,quoniam b,contingit nulli c inesse,quemadmodum in prioribus . erit enĩ
rursum b prima figura. ¶Si autem vtræque ponantur prædicatiuæ, non erit syllogis-
mus, Termini quidem inesse,sanitas,animal,homo.non inesse autem , sanitas,equus ,
141 homo. ¶Eodem autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. ¶Quãdo
142 autem erit affirmatiua inesse,siue vniuersaliter , siue particulariter sumpta nullus erit
syllogismus.hoc autẽ similiter & per eosdem terminos demõstratur quibus & prius


¶ Quando autem & priuatiua, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus: 134
¶ Rursum si ambo quidem interualla priuatiua sumantur, vniuersaliter autem quod
non inesse, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium. conuersa autem con
tingenti sicut in prioribus, erit syllogismus ¶ Si autem inesse quidē sit priuatiua, parti
culariter quidem sumpta, nō erit syllogismus. neq; prędicatiua, neq; priuatiua existen- 135
te altera propositione. ¶ Nec qn̄ vtræque ponuntur indefinitæ, vel affirmatiuævel ne
gatiuę aut particulares. demonstratio autem eadem & per eosdem terminos: 136

Decimiseptimi Cap. notæ.

Syllogismi secundæ figuræ ex	absoluta & contingente mixti.	Asyllogisti.
e Absoluta simpliciter	e Absoluta simpliciter	e Contingens
a Contingens	a Contingens	a Absoluta
e Contingens simpliciter	e Absoluta simpliciter	e Contingens
a Absoluta simpliciter	a Contingens	a Absoluta
e Contingens	e Absoluta simpliciter	e Contingens
e Contingens simpliciter	e Absoluta simpliciter	e Contingens
e Absoluta simpliciter	e Absoluta simpliciter	e Contingens
i Contingens	i Contingens	i Absoluta
o Contingens simpliciter	o Absoluta simpliciter	o Contingens
e e Absoluta simpliciter	e e Absoluta simpliciter	a Absoluta contingens
e o Contingens	e o Contingens	o Contingens absoluta
e o Contingens simpliciter	e o Absoluta simpliciter	o Contin. Contin. simpli.


PARAPHRASIS CAP. DECIMISEPTIMI.

DEcimumseptimum caput. syllogismi mixti de inesse & contingenti in se- 137
cunda figura conclusiones decem. Prima conclusio. Si altera proposi
tionum inesse & altera contingere significat, cum ea quæ inesse significat
affirmatiua est, & ea q̄ cōtingere priuatiua, nunquā erit syllogismus. neq;
vniuersaliter neque particulariter sumptis terminis. Hæc est secunda
conclusio præcedentis capitis. Demonstratio autem est, & per eosdem
terminos, vt & præcedentium. Secunda conclusio. Quando
propositionum vniuersalis affirmatiua contingens est, & de inesse vniuer 138
salis priuatiua, erit secundæ figuræ syllogismus, vt sumatur omni b non
inesse a, & omni c, contigere inesse a, dico fieri syllogismum, & necessario prouenire vt omni c cō
tingat non inesse b. Nam conuersa priuatiua de inesse, omni a non inest b. & posita est etiam omni
c contingere inesse a: fit ergo ex secunda parte primæ conclusionis capitis. xiii. syllogismus con
cludens omni c contingere non inesse b, per primam figuram. Et similiter ostendetur quando vni
uersalis negatiua de inesse ponetur ad minus extremum. Nam ea cōuersa, propositionum situ de
mutato, & conuersa conclusione quæ de contingenti communi est, idem primę figuræ proueniet 139
syllogismus. Tertia cōclusio. Si vtræque proprositionū vniuersales, sint & priuatiuę quarū quidē
vna nō inesse & altera cōtingere non inesse significet, per ea quę posita sunt nihil apparet accidere
necessarium, fiet tamen imperfectus syllogismus. Nam conuersa priuatiua contingente in suam
affirmatiuam contingentem, per præcedentem conclusionem fiet syllogismus. Erit enim conuer-
sa priuatiua, rursum & prima figura, vt si omni b non inest a & omni c contingit non inesse a, con
uersa priuatiua contingenti in hanc omni c contingit inesse a, fit syllogismus, quoniam omni c cō 140
tingit nō inesse b. Quarta conclusio. Si vtręque propositionū altera contingēte & altera de inesse
affirmatiue statuantur, nullus secundæ figuræ proueniet syllogismus. Nam dantur termini ex 141
necessitate omni inesse & ex necessitate nulli. Inesse quidem, sanitas, animal, homo.




Non inesse, sanitas, equus, homo Quinta conclusio. Vt de vniuersalibus syllogismis & eo-
dem quoque modo in particularibus syllogismis, res sese habebit. hæc per partes ex sequentibus
agnoscetur. Sexta conclusio. Atera propositionum vniuersali & altera particulari vicissim po 142
sita contingente & de inesse, quando ea quæ de inesse est affirmatiua fuerit, siue vniuersaliter siue
particulariter sumpta, nullus erit secundæ figuræ syllogismus. Hoc enim similiter & per eos- 143
dem terminos demonstratur, quibus & præcedentes. Septima conclusio. Quando autem vni-
uersalis de inesse fuerit & priuatiua, & particularis contingens affirmatiua. fiet secundę figurę syl
logismus. Nam priuatiua de inesse conuersa, fiet syllogismus primæ figuræ, quemadmodum fie
bat & in prioribus. Octaua conclusio. Cum ambæ insuper propositiones priuatiuę sumuntur, 144


vniuersali quidem non inesse significante, ex sumptis propositiõibus nihil apparet necessarium
145 fiet tamen imperfectus syllogismus. Nam conuersa priuatiua contingente in suam affirmatiuã
contingentem, vt in prioribus fiet syllogismus. Nona conclusio, Si sumpta sit propositio par-
ticularis priuatiua de inesse, altera vniuersali contingente, siue affirmatiua, siue priuatiua existen
te nullus secundæ figuræ fit syllogismus. Hæc monstrari potest, quia neque per conuersionem,
neque per impossibile perfici potest ex terminis. Decima conclusio. Quando vtræque propo-
sitiones sumptæ indefinitæ sunt, vel affirmatiuæ vel priuatiuæ aut ambæ particulares vel alter-
natim indefinitæ & particulares, nullus erit secundæ figuræ syllogismus. Nam demonstratio eas
dem est, & per eosdem terminos, quæ & superiorum.



¶ Mixtio necessarij & contingentis in
secunda figura. Cap. XVIII.

Si autem hæc quidem propositionum ex necessitate, illa vero con
146 tingere significat: priuatiua quidem necessaria: erit syllogismus nõ
solum quoniam contingit non inesse: sed & quoniam nõ inest, af-
firmatiua autem non erit. ponatur autem a b quidem nulli inesse
ex necessitate. c autem omni cõtingere: conuersa ergo priuatiua:
& b: nulli a inerit. a autem omni c contingebat. fit igitur rursum
147 per primam figuram syllogismus, quoniam b: contingit nulli c in
esse. Simul autem manifestum quoniam neque inest b: nulli c. po
natur enim inesse. ergo si a, nulli b contingit, b autem: inest alicui c: a, alicui c non contĩ
git. sed omni ponebatur contingere. Eodem autem modo ostẽdetur & si ad c ponatur
priuatiuum. Rursum. Sit prędicatiua quidem necessaria; altera autem priuatiua & con
tingens: & a: b quidem contingat nulli c autem omni insit ex necessitate, sic ergo haben
tibus se terminis nullus erit syllogismus. accidit enim b ex necessitate non inesse c. sit
enim a quidem album in quo autem b homo. in quo vero c: cygnus. ergo albũ cygno
quidem ex necessitate: inest: homini, autem contingit nulli, & homo nulli cygno ex ne
cessitate. Quoniam igitur eius quod est contingere non est syllogismus: manifestũ est.
nam ex necessitate non erat contingens. Sed tamen non necessarij. nam necessariũ: aut
ex vtrisque necessarijs: aut ex priuatiua necessaria contingebat. Amplius & possibile
est ijs positis b inesse c. Nihil enim prohibet c quidẽ sub b esse: a autem, b quidẽ omni
148 contingere: c vero ex necessitate inesse. vt sit quidem c vigilia b autem animali. in quo
autem a: motus. Nam vigilanti quidem ex necessitate inest motus a, animal autem nul
li contingit. & omne vigilans animal. Manifestũ ergo quoniam non eius quod est non
inesse, siquidem sic se habentibus terminis, necesse est inesse, neque autem oppositarũ
affirmationum, quare nullus erit syllogismus. Similiter autem ostendetur, & econuer
149 so posita affirmatiua. ¶ Si autem similis figuræ sint propositiones cum priuatiuæ sint.
semper fit syllogismus: conuersa secundum contingere propositione, quẽadmodum in
prioribus. Si sumatur enim a, b quidem ex necessitate non inesse c autem contingere
non inesse, conuersis autem propositionibus b quidem nulli inesse a: a autem omni c
contingit. fit igitur prima figura & si ad c ponatur priuatiuum similiter. ¶ Si autem p̃
dicatiuę ponantur, non erit syllogismus, nam eius quod est nõ inesse, aut eius quod est
ex necessitate non inesse, manifestum quoniam non erit, eo quod non sumpta sit priua
tiua propositio. neque in eo quod est inesse. neque in eo quod est ex necessitate inesse:
sed neque eius quod est contingere non inesse: ex necessitate enim sic se habentibus: b
non inerit c. vt si a quidem ponatur album, in quo autem b cygnus: in quo autem c: ho
mo. neque oppositarum affirmationum: quoniam ostensum est b, ex necessitate non
150 inesse c. non ergo fit syllogismus omnino. ¶ Similiter autem se habebit in particulari-
151 152 bus syllogismis. ¶ Quando autem fuerit priuatiua & vniuersalis & necessaria: semper
153 154 erit syllogismus & eius quod est contingere non inesse & eius quod est non inesse: de-
monstratio autem per conuersionem. ¶ Quando autem affirmatiua nũquam eodem
aũt modo ostendetur quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. ¶ Nec quando
vtræque sumuntur affirmatiuæ. nam & huius eadẽ demonstratio quæ & prius. ¶ Quã
do aũt vtræque quidẽ priuatiuæ, vniuersalis aũt & necessaria quæ non inesse significat
per ea quidem quæ sumpta sunt non erit necessarium. conuersa autem secundum con-





tingere propositione erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. ¶ Si autem vtræ 155
que indefinitę vel particulares sumantur: non erit syllogismus. demonstratio aūt eadē
& per eosdem terminos. Manifestum igitur ex prędictis quoniam priuatiua quidem
vniuersalis posita necessaria, semp. fit syllogismus non solū eius quod est cōtingere nō 156
inesse, sed & nō iesse. affirmatiua aūt, nunquā. Et quoniā eodem modo se habentis 157
bus & in necessarijs & in ijs quæ insunt, fit & non fit syllogismus. Palam & quoniā 158
imperfecti omnes sunt syllogismi, & quoniam omnes per prædictas figuras.

Nūro 79

Decimiodaui cap notæ,

Omni vigilanti ex necessitate inest motus, functionem sensuum motum appellat. Contra 147
dicentes affirmationes contingentes, appellat contrapositas phases, affirmationesque & locutiones. Et ex propositione necessaria, & assumptione contingente, neque fit syllogismus colligens negatiuam absolutam, neque aliquem contingentium contrapositarum phasium, affirmationūq;.


Et simili modo ostendetur ecōtrario posita affirmatiua necessaria. hic tamē aduertendū quod econtrario id est ad maius extremum collocata affirmatiua necessaria, non fit conclusio, neque de necessario, neque de contingenti prius diffinito. fiet tamen de contingenti simpliciter, & communi. quod demonstrandum est, vt omni b ex necessitate insit a & omni c contingat non inesse a, dico omni c contingere non inesse b. Nam capio, alicui c ex necessitate inest b, & iungo primæ propositioni omni b. ex necessitate inest a. & sic argumentor ex secunda conclusione octaui cap. huius per primam figuram, omni b, ex necessitate inest a, & alicui ex necessitate inest b, alicui igitur c ex necessitate inest a. quod repugnat & aduersatur secundæ assumptarum propositionum. petitue igitur per impossibile cognoscitur, ad huiusmodi conclusionem firmus, validusque esse syllogis-
mus, patet igitur quonam modo Aristotelica quo ad hoc intelligenda sit conclusio. Quod di- 148
citur in calce tertiæ conclusionis non fit igitur vllus huiusmodi syllogismus, applicandum id est
vt prius, nullam fieri conclusionem de contingenti prius difinito. Nam fiet syllogismus priuati-
uam de contingenti communi colligens, propositione affirmatiua & assumptione contingēte itidem
dem affirmatiua. Nam assumptione in suum contraiacentem versa fit syllogismus, quē nota hāc 146
præcedens demonstrat. In fine primi corollarij dicitur, nunquam fit illo modo. Nam nō fit syllogismus eius quod est non inesse. & in hoc & in superioribus huiusmodi, accuratā videt Aristoteles contempsisse determinationē q̄ hmōdi argumentandi modi & si necessarij sunt, perperā tamen vtiles, accommodabilesque sunt proinde reputat acsi essent prorsus incollectiles & sine vsu. absurdū sane videt & nihil apparētię rationis gerēs, quod duę affirmatiōes assumātur vt vna concludatur priuatiua.

Syllogismi secundę figuræ ex necessaria & contingente mixti.

	e	Necessaria a	
I	a	Contingens e	
	e	Cōtī. sim. vel Absim. e	V
	a	Contingens e	
II	e	Necessaria e	
	e	Cōtin. sim. Ab sim. e	VI
	e	Necessaria e	
III	i	Contingens e	
	o	Cōtī. simplicitee Abe	VII
	a	Necessaria e	
IIII	o	Contingens o	
	o	Cōtingens simpliciter o	VIII

Asyllogisti.


	e	e		contingene
	a	e		Necessaria
I	e	e	V	Contin.
	a	a		Necess.
II	e	e		Contin.
	e	e	VI	Contin. Ab.
	e	e		Contin.
III	i	o		Necess.
	o	o	VII	Contin.
	a	e		Cōtin. Necess.
IIII	o	o		Necess. conting.
	o	o	VIII	Con. Cō. Ab.




PARAPHRASIS CAP. DECIMIOCTAVI.


Decimumoctauum cap mixtio necessarij & contingentis in secunda figura cōclu 147
siones nouem corollaria tria. Prima conclusio. Si vna propositionum vniuersalis & necessaria fuerit, & altera vniuersalis contingēs, priuatiua quidē existente necessaria, erit secundæ figuræ syllogismus nō mō cōclusionē concludēs priuatiuam de cōtingēti sed & negatiuam de inesse. sed affirmatiua existēte necessaria, nullus erit secūdę figurę syllogismus. Prima pars demōstratur. Ponatur autē
i b ex necessitate non inesse a, & oi c cōtingere inesse a, dico syllogismū prouenire concludentem, & omni c contingere non inesse b, pariter omni c non inesse b. Nā omni b ex necessitate non inest a conuersa, omni a ex necessitate non inerit b, & positum est oi c contingere a. Fit igitur ex tertia


conclusione.xv. cap. per primam figuram syllogismus quoniam omni c contingi t non inesse b,
& simul etiam ex eadem manifestum est omni e non inesse b quod si ita nō fuerit: ponatur alicui
c inesse b. positum est omni b ex necessitate non inesse & etiam alicui e inesse b: igitur ex tertia cō
clusione noni capitis per primam figuram alicui e ex necessitate non inest a, attamen positum est
omni e contingere inesse a, quod est impossibile. Et eodem modo demonstrabitur priuatiua vni-
uersali necessaria ad minus extremum collocata. Manifesta est igitur conclusionis prima pars.
Nunc aūt secunda monstranda est, quæ & tertia conclusio decimi sexti capitis huius hucusque ad
demonstrandum dilata. Sit sursum vniuersalis affirmatiua necessaria, & altera priuatiua contin-
gens, vt oī b contingit non inesse a, & omni c ex necessitate insit a, sic sese hñtibus terminis, dico
nullum futurum esse syllogismum neq; quidem contingentis non inesse vt diffinitum est, neq; ne
cessarij non inesse, neq; eius quod est non inesse. quod autem non syllogismus eius quod est con-
tingentis non inesse vt omni c contingit non inesse b: id ideo est quia accidit omni c ex necessita-
te non inesse b. vt si dantur termini: a album, b homo, omni hoī contingit non inesse album, & oī
cygno ex necessitate inest album n: & tamen omni cygno ex necessitate non inest homo. manife-
stum est igitur quoniam eius quod est contingere non inesse, non est syllogismus Nam quod ne
cessarium est: minime esse poterat hoc modo contingens. Attamen neq; syllogismus priuatiuę cō
clusionis necessariæ esse potest. Tum q necessarium aut vtrisq; propositionibus necessarijs aut pri
uatiua necessaria: prouenire demonstratum est. Tum quod possibile est ijs positis omni c inesse b.
Nam nihil prohibet, oī quidē c ex necessitate inesse a: & omni b contingere non inesse a, & omni
c ex necessitate inest b. vt si dantur termini: c vigilia, b animal, a motus Omni vigilanti ex neces-
sitate inest motus, & omni animali contingit non inesse motum est, & tamen omne vigilans aīal.
non igitur efficitur conclusio priuatiua necessaria. Sed & per idem manifestum est: non colligi cō-
clusionem negatiuam de inesse. Nam sic se habentibus terminis, vt modo dictum est: monstratū
est omni inesse neq; erit contraiacentium affirmationum de contingenti. quare vniuersali priuati-
ua de contingenti ad maius extremum, & vniuersali affirmatiua necessaria ad minus: nullus pror
348 sus erit secundæ figuræ syllogismus. Et simili modo ostenditur econtrario; id est ad extremum
maius collocata vniuersali affirmatiua necessaria Secunda conclusio. Si vniuersales proposi-
tiones vniformes similisque qualitatis existant cum ambæ priuatiuæ sint: semper fit syllogismus
conuersa priuatiua de contingenti in suam affirmatiuam, quemadmodum & in superioribus.
Nam si sumatur omni b ex necessitate non inesse a, & omni c contingere nō inesse a, dico fieri syl
logismum, quoniam & omni c contingit non inesse b, & omni c non inest b. Nam conuersis pro-
positionibus, omni a ex necessitate non inest b, & omni contingit inesse a. quare per primam fi-
349 guram & omni c contingit non inesse b, & pariter omni c non inest b. Et similis demonstratio fue
rit si ad c ponatur priuatiua necessaria. Tertia conclusio. Si vtræque propositiones vniuersa-
les ponantur affirmatiuæ: nullus erit syllogismus. Nam manifestum est neq; syllogismū fore pri-
uatiuæ de inesse neq; priuatiuæ necessariæ: ob idipsum quia nulla propositio sumpta si priuatiua
neq; quidem affirmatiuæ aut de inesse aut necessariæ, sed neque priuatiuæ prius definiti contin-
gentis. Nam sic se habentibus terminis vt a sit album, b cygnus, c homo, ex necessitate omni c nō
350 inerit b. Neque quidem erit vllius contingentium contraiacentium affirmationum, quia monstra
351 tum est omni c ex necessitate non inesse b. Non fit igitur vllus huiusmodi syllogismus. Quar
ta conclusio. Vt syllogismi vniuersales de necessario & contingenti fiunt, aut non fiunt: similiter
& res in particularibus syllogismis sese habebit. Et hęc ex sequentibus erit agnita. Quinta con-
clusio. Quando vniuersalis priuatiua fuerit necessaria, & particularis affirmatiua contingens: sem
352 per erit syllogismus, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est nō inesse. Id per con-
uersionem vt præcedentium demonstrabitur. Sexta conclusio Quando vniuersalis affirmati
ua fuerit necessaria & particularis priuatiua contingens nunquam fiet syllogismus, neque necessa
rij neque contingentis prius diffiniti eodem modo quo in vniuersalibus & per eosdem terminos:
353 id ostendetur. Septima conclusio. Nec quando vtræque sunt affirmatiuæ, vniuersalis & parti
cularis, vna quidem necessaria, altera vero contingens, consimiliter fiet syllogismus. Nam & hu-
354 ius eadem est demonstratio, quæ & in superioribus adducta est. Octaua conclusio. Quando au
tem vtræque sunt priuatiuæ, & vniuersalis priuatiua necessaria est, particularis vero priuatiua
contingens, per ea quę sumpta sunt nihil apparet necessarium, fit tamen syllogismus imperfectus.
Nam conuersa propositione contingente priuatiua in suam affirmatiuam fiet syllogismus quem
admodum in prioribus conclusionibus, & eius quod est contingere non inesse, & eius quod est nō
inesse. Nona conclusio. Si vtræque indefinitæ, vel vtræque particulares vel vicissim indefinitæ
ac particulares sumantur nullus erit syllogismus. Demonstratio eadem & per eosdē terminos est
quæ & in superioribus. Primum corollarium. Quod fit exploratum, vt vniuersali priuatiua po
356 sita necessaria semper fiat syllogismus non modo eius quod est contingere non inesse, sed & eius
quod est non inesse. At posita affirmatiua necessaria, nunquā fit illo modo. Secundum. Fit eti
am vt consimiliter se habentibus terminis, & in necessarijs & ijs quæ insunt, non contingentibus
357 propositionibus mixtis, similiter fiat, & non fiat syllogismus. Tertium. Palam etiā euasit, quō
am omnes huius syllogismi sunt imperfecti, quia omnes per ante dictas figuras perficiantur;






Ex uumero.i.z.a






¶ De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura. Cap. XIX.

IN postrema autem figura & vtrisque contingentibus & altera erit syllogismus. ¶ Quando ergo contingere significāt propositiones. & conclusio erit contingēs. ¶ Et quando hæc quidem contingere, illa vero inesse. similiter erit syllogismus. 189 190 191
¶ Quando autem altera ponitur necessaria si affirmatiua quidem non erit conclusio. neque necessaria neque inesse. ¶ Si 192
aūt priuatiua: eius quod, est non inesse erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Sumendum autem & in his similiter qnod est in conclusionibus contingens. Sinr ergo primum cō 193
tingentes, & a & b contingant omni c inesse. quoniam ergo cōuertitur affirmatiua particulariter, b autem, omni c contingit, & c alicui b contingit: quare si a quidem, omni c, contingit, c autem, alicui b, & a, alicui b contingit. fit enim prima figura. Et si a quidem 194
contingit nulli c inesse, b autem, omni c contingat, necesse est a, alibi b contingere non inesse. erit enim rursum prima figura per conuersionem. ¶ Si autem vtræque priuatiuæ ponantur, ex his quidem quæ sumpta sunt non erit necessarium. conuersis autem propositionibus erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. si enim a & b contingunt c non inesse, si transmutantur cōtingere non inesse, rursum erit prima figura per conuersionem. ¶ Si autem hic quidem rerminorum est vniuersalis, ille vero particularis, eodem modo se habentibus terminis quo inesse. & erit & non erit syllogismus. cōtingat enim a quidē, omni c, b autem, alicui c inesse. erit ergo rursum prima figura par- 195
ticulari propositione conuersa. nam si a. omni c, c autem, alicubi b. & a, alicui b contingit. Et si ad b c ponatur vniuersale, similiter. Similiter autem & si a c quidem priuatiua sit, b c autem affirmatiua. erit enim rursum prima figura per conuersionem, si autē vtræque priuatiuæ ponantur, hæc quidē vniuersaliter, illa vero particulariter, per ea quidē quæ sumpta sunr non erit syllogismus conuersis autem propositionibus erit, quemadmodum in prioribus. ¶ Quando autem vtræque indefinitæ vel particulares sumun- 196
tur, non erit syllogismus. etenim necesse est a, omni b & nulli inesse. Termini inesse; animal, homo, album non inesse, equus, homo, album. medium, album.





Decimi noni cap. notæ.


Quod in cōclusionibus est consimiliter conringens. quia scilicer aliquando pro contingenti non 197
necessario & aliquando pro contingenri communi desumitur: quemadmodum & in syllogismis ad quos eiusmodi syllogismi reducuntur.


Syllogismi meri conringentes rertiæ figuræ.


a	a	i	a	Con.
a	e	e	o	Con
i I	o VIII	o XV	o XXII	Con
e	a	i	a	Con.
a	e	e	o	Con.
o II	i IX	e XVI	i XXIII	Con.
i	e	o	e	Con.
a	e	e	o	con
i III	o X	o XVII	o XXIIII	con
a	e	o	e	con
i	e	o	e	con
i IIII	i XI	i XVIII	i XXV	con
o	e	o	e	con
a	a	a	i	con
o V	i XII	i XIX	o XXVI	con
e	e	o	e	con
i	a	a	i	con
o VI	o XIII	o XX	o XXVII	con
a	i	a	a	
a	a	i	Asyllogisti vt superiores facile	
o VII	o XIIII	o XXI	eliciuntur	


PARAPHRASIS CAP. DECIMINONI.


159 160 161 162 163 DEcimδnonum cap. fyllogifmi ex ambabus propofitionibus contingentibus in ter-
tia figura conclufiones octo. Prima. Vtrifque propofitionibus cōtingentibus & al
tera folum contingente, erit tertiæ figuræ fyllogifmus. Secunda. Quando vtræque
propofitiones funt contingentes, & conclufio erit contingens. Tertia. Et quando
altera contingere, altera vero ineffe fignificat. & contingentis erit fyllogifmus.
Quarta conclufio. Quando alter propofitionum neceffaria eft, & affirmatiua, conclufio neque ne
164 ceffaria eft, neque eius quod eft d ineffe. Quinta. Si autem priuatiua fit neceffaria erit fyllogif-
mus & eius quod eft contingere non ineffe, & eius quod eft non ineffe, quemadmodum & in prio-
ribus. Et fumendum quemadmodum & in fuperioribus, quod in conclufionibus collocatur con
fimiliter contingens. Nunc autem fecunda conclufio monftranda eft. Et efto primum vt om
ni c contingat ineffe a & fimiliter omni c continget ineffe b, dico alicui b contingere ineffe a. Nā
quia vniuerfalis affirmatiua contingens conuertitur particulariter, & omni c contingit ineffe b,
etiā & alicui c continget ineffe c, quare fi omni c contingit ineffe a & alicui b contingit ineffe c, vt
& alicui b contingat ineffe a oporter, fit enim prima figura. Similiter fi omni c contingit non inef
fe a, & oī c contingit ineffe b, ex neceffitate euenit vt alicui b contingat nō ineffe a. Nam conuer-
fa contingente vniuerfali affirmatiua, fit rurfus prima figura. Sexta conclufio. Si vtræque pro
165 pofitiones contingentes & vniuerfales priuatiuæ ponantur, ex his quæ fumpta funt nihil appa-
rebit neceffarium, fiet tamen conuerfis propofitionibus quemadmodum & in prioribus fyllogif
mus. Vt fi omni c contingit non ineffe a, & omni c contingit non ineffe b, fi mutetur cōtingere
non ineffe in fuam fcilicet affirmationem, fiet denuo terminorū conuerfione prima figura. Se
ptima conclufio. Si vnus terminorum vniuerfaliter enuncietur, & alter particulariter, eodem mo
do fe habentibus propofitionibus quo & in vniuerfalibus fyllogifmis, fimiliter & erit & non erit
fyllogifmus. Vt fi omni c contingat ineffe a & alicui c contingit ineffe b, dico quia alicui b con-
tingit ineffe a. Nam conuerfa particulari affirmatiua in terminis erit rurfus prima figura. Nam
fi omni c contingit ineffe a, & alicui b contingit ineffe c, igitur & alicui b contingit ineffe a. Et fi
mile fubit iudicium pofito vniuerfali affirmatiuo ad minus extremum. Et fimili modo fi ad ma-
ius extremum ponatur vniuerfalis priuatiua, & ad minus affirmatiua particularis. Nam rurfum
per particularis conuerfionem, prima conflabitur figura. Et fi vtræque priuatiuæ ponantur hæc
vniuerfalis, illa vero particularis per fumpta nō apparet fyllogifmus, conuerfis nihilominus pro
166 pofitionibus, quemadmodum & in prioribus erit fyllogifmus. Octaua. Quando vtræque in-
definitę, aut vtræque particulares fumuntur contingentes aut mixtim atque mifcellaneę indefini
tę & particulares, nullus erit fyllogifmus. Nam dantur termini in quibus maius extremum mi-
nori & omni ex neceffitate in eft, & in quibus ex neceffitate nulli. Termini ex neceffitate oī ineffe,
animal, homo, album ex neceffitate nulli ineffe, equus, homo, album, medium autem album. Con
clufiones tertia, quarta, & quinta fuis in locis in fequentibus capitibus monftrabuntur

















Mixtio contingentis & ineffe in tertia figura. Cap. XX.

167 SI autem hæc quidem propofitionum ineffe, illa autem cōtingere
fignificet, conclufio quidem erit quoniam contingit, & non quo
niam ineft. fyllogifmus autem erit eodem modo fe habētibus ter
minis quo & in prioribus. Sint enim primum prædicatiuæ, & a
quidem, omni c infit, b autem omni c, contingat conuerfa ergo
b c, erit prima figura, & conclufio quoniam contingit a, alicui b
inefse. cum enim altera propofitionum in prima figura fignifica
bit contingere, & conclufio erit contingens. Similiter autē & fi
b c quidem inefse, a c autem cōtingit inefse, & fi a c quidem priuatiua, b c autem prędi
catiua, infit autem alterutra vtrinque, contingens erit conclufio. fit enim rurfum pri-
ma figura. oftenfum eft autem quoniam fi altera propofitio fignificet cōtingere in pri
ma figura, & conclufio erit contingens. Si autem contigens priuatiua ponatur ad mi
norem extremitatem, vel fi vtraque ponatur priuatiua, per ea quidem quæ pofita funt
non erit fyllogifmus, conuerfis autem erit, quemadmodum & in prioribus. ¶Si autē
hæc quidem propofitionum fit vniuerfalis, illa vero particularis, vtrifque quidē prędi
catiuis, aut vniuerfali quidem priuatiua, particulari autē affirmatiua, idem modus erit
168 fyllogifmorum. omnes enim clauduntur per primam figuram. quare manifeftum quo
niam eius quod eft contingere, & nō eius quod eft inefse erit fyllogifmus. ¶Si autem
affirmatiua quidem vniuerfalis, priuatiua autem particularis per impofsbile erit de-

monstratio.insit enim b quidem omni c,a autem contingat alicui c,non inesse,necesse est ergo a,alicui b contingere non inesse.nam si omni b inest a ex necessitate, b autem omni c positum est inesse,a omni c ex necessitate inerit,hoc autem ostensum est prius. sed positum est alicui contingere non inesse. ¶ Quando autem indefinitæ vel particulares sumuntur vtræque,non erit syllogismus. demonstratio autem eadem quæ & in vniuersis & per eosdem terminos.

Vicesimi cap.notæ.

Hoc caput ex decimo quinto cap lucem capit.

Mixti ex absoluta & contingente in tertia figura.


a		a		Con.	a		e		e		Abso.
a		a.		Abso.	a		e		o		Con.
i	I	o	VII	Con.	i	XIII	o	XIX	o	XXV	Con.simpliciter
e		e		Con.	e		a		e		Abso.
a		a		Abso.	a		e		o		Con.
o	II	i	VIII	Con.	o	XIIII	i	XX	o	XXVI	Con.simpliciter.
i		i		Abso.	e		e				Con.
a		a		Con.	a		e				Abso.
i	III	o	IX	Con.	o	XV	o	XXI.			Con, simpliciter.
a		a		Con.	i		e				Abso.
i		i		Abso.	a		e				Con.
i	IIII	o	X	Con.	i	XVI	o	XXII			Con. simpliciter,
o		o		Abso.	a		i				Con.
a		e		Con.	i		e				Abso.
o	V	o	XI	Con.	i	XVII	i	XXIII			Con.simpliciter
e		e		Con.	e		a				Abso,
i		i		Abso.	i		o				Con.
o	VI	i	XII	Con.	o	XVII	i	XXIIII			Con.simpliciter.

Assyllogisti ex præcedentibus facile sumuntur.

PARAPHRASIS CAP.VICESIMI.

Vicesimum cap,mixtio contingentis & inesse in tertia figura, conclusiones quatuor. 167
Prima conclusio. Vtrisque vniuersalibus si vna propositionum inesse,& altera contingere significet,conclusio erit contingens & non de inesse, fietque syllogismus eodem modo se habentibus terminis,quo & in prioribus. Et sint primum vtræque propositiones affirmatiuæ & omni c insit a,& omni c contingat inesse b , dico alicui b contingere inesse a.Nam conuersa particulariter in terminis omni c contingit inesse b . erit conclusio in prima figura,& conclusio contingens. Siquidem cum in prima figura altera propositionum contingere significauerit,& conclusio erit contingens. Et simile subit iudicium si vniuersalis de inesse ponatur ad minus extremum,& vniuersalis contingens ad maius . Et si ad maius ponatur vniuersalis priuatiua & ad minus vniuersalis affirmatiua vtrauis de inesse vtrolibet sit,cõclusio erit contingens. Nam per vniuersalis affirmatiuæ conuersionem, iterato fit prima figura, & ostensum est si altera propositionum in prima figura contingere significet, & conclusionẽ fore contingentem.Et si vniuersalis priuatiua contingens ponatur ad minorem extremitatem, aut etiam si vtraq; sumatur priuatiua per ea quæ posita sunt nõ videbitur esse syllogismus. Sed propositionibus conuersis quẽadmodum in prioribus erit syllogismus. Secunda cõclusio . Si propositionũ vna sit vniuersalis,& altera particularis,alternatim cõtingens & de inesse, & vtrisq; affirmatiuis aut etiam vniuersali priuatiua ad maius extrememũ & particulari affirmatiua ad minus idẽ qui & invniuersalibus erit syllogismorum demonstrandi modus.Nam oẽs concluduntur per primã figurã.Quare non iniuria fit,vt eius quod est contingere, non aũt eius quod est inesse, in huiusmodi proueniat syllogismus. 168 Tertia . Si autem vniuersalis affirmatiua ad minus extremum fuerit, & particularis priuatiua contingens ad maius extremum, ad particularem priuatiuam contingentẽ(sumendo contingens vt & supra in plerisque conclusionibus)per ipossibile fiet demõstratio.vt alicui c contingit nõ inesse a,& omni c insit b. Dico ex necessitate prouenire alicui b contingere non inesse a, Nã si id ita non fuerit ,nulli b contingat non inesse a,omni igitur b,necesse est inesse a,& positum est omni c inesse b . Quare per primam figuram omni c, ex necessi- 169






tate inesti a. id enim prius demonstratum est, sed & positum est alicui c contingere non inesse a, quod est impossibile, manifestum igitur primum fuisse syllogismum. Si autem particularis negatiua de inesse ponatur ad maius extremum, id non oportere videtur ex quarta conclusione. xv.
170 cap. Nam nihil accidere videtur impossibile. Ex his conclusionibus manifesta dilucere potest tertia præcedentis capitis conclusio. Quarta. Quando autem vel indefinitæ, vel particulare vtrę que sumuntur propositiones, aut alternatim indefinitæ, atque particulares, nullus erit tertiæ figuræ mixtionis, contingentis & inesse syllogismus. demonstratio autem eadem, quæ & in vniuersis aliis, & per consimiles terminos.

ℭ Mixtio necessarij & contingentis in tertia figura. Cap. XXI.

171 Si autem est hæc quidem propositionum necessaria. illa vero contingens. si prædicatiui quidem sunt termini, semper eius quod contingere erit syllogismus. ℭ Quando autem fuerit hic quidem prędicatiuus ille autem priuatiuus, si sit affirmatiuus quidem necessarius, eius erit quod est contingere non inesse si autem priuatiuus, & eius quod est contingere non inesse & eius quod est non inesse. eius autem quod est ex necessitate non inesse non erit syllogismus, quemadmodum & in alijs figuris. Sint ergo prædicatiui termini primum: & a, c quidem omni insit ex necessitate, b autem omni c contingat inesse, quoniam ergo a, omni c necessario inest, c autem alicui b, contingit & a, alicui b contingens erit, & non inerit. sic enim accidit in prima figura. ℭ Similiter autem ostendetur & si b c quidem ponatur necessaria; a c autem contingens. ℭ Rursum sit hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuū. necessarium autem prædicatiuum. & a quidem, contingat nulli c inesse, b autem omni insit ex necessitate c. erit ergo rursum prima figura & conclusio contingens sed non inesse. Nam priuatiua propositio contingere significat. manifestum est igitur quoniam conclusio erit contingens, cum enim sic se habebant propositiones in prima figura, & conclusio erat contingens. ℭ Si autem priuatiua sit propositio necessaria, & conclusio erit quoniam contingit alicui non inesse. ponatur enim a non inesse ex necessitate, b autem, omni c contingere. conuersa ergo b c affirmatiua. prima erit figura, & necessaria priuatiua propositio, cum autem sic se habebant propositiones, accidebat a, & contin-
172 gere alicui c non inesse, & non inesse. quare & a necesse est alicui b non inesse.



ℭ Quando autem priuatiuum ponitur ad minorem extremitatem, si contingens quidem, erit syllogismus transsumpta propositione, quemadmodum & in prioribus.
ℭ Si autem necessarium: non erit. etenim necesse est omni & nulli contingat inesse.
173 Termini omni inesse, somnus equus, dormiens homo. Nulli inesse, somnus, equus, vigilans homo. ℭ Similiter autem se habebit, & si hic quidem terminorum sit vniuersalis ille autem particularis ad medium. nam si vtrique sint prædicatiui, eius quod est cōtingere, & non eius quod est inesse erit syllogismus.
174 ℭ Et quando hoc quidem priuatiuum sumetur illud vero affirmatiuum, necessarium autem affirmatiuum, huius quod est contingere: ℭ Quando autem priuatiuum necessarium, & conclusio erit quod nō ē inesse. nam idem modus erit demonstrationis, & cum vniuersales & non vniuersales sunt termini. necesse est enim per primam figurā syllogismos. quare vt in illis, & in his necessarium accidere.
ℭ Quando autem priuatiuum vniuersaliter sumptum ponitur ad minorem extremitatem si contingens quidem, erit syllogismus per conuersionem. si autem necessarium sit, non erit ostendetur autem eodem modo quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. ℭ Manifestum ergo & in hac figura quando & quomodo erit syllogismus, & quando eius quod est contingere, & quando eius quod est inesse. ℭ Palam autē & quoniam omnes imperfecti, & quoniam perficiuntur per primam figuram.

Vicesimiprimi cap. notæ.


Hoc caput decimosexto vt præcedens decimoquinto aliquo pacto subalternum est.

Mixti ex necessario & contingente tertiæ figuræ


a	a	e	e	Con.	
a	i	a	i	Necef.	
i I	i VIII	i XV	i XXII	Con.	17
a	a	a	a	Necef.	
a	i	e	o	Con.	
i II	i IX	i XVI	i XXIII	Con ſimpliciter	
e	o	a	o	Con.	18
a	a	a	e	Necef.	
o III	o X	o XVII	o XXIIII	Con	
	o	e	o	Necef.	
	a	e	e	Con.	
o IIII	o XI	o XVIII	o XXV.	Con.ſimpliciter	
e	e	e	a	Necef.	
a	i	e	i	Con.	
o V	o XII	o XIX	o XXVI	Abſo.	
i	e	o	e	Con.	
a	i	a	o	Necef.	
i VI	o XIII	i XX	o XXVII	Con.ſimpliciter.	
i	e	i	e	Necef.	
a	i	e	o	Con.	
VII	o XIIII	i XXI	o XXVIII	Con	

Aſyllogiſti ex præcedentium modis incolle&ilibus facile eliciuntur.


PARAPHRASIS CAP.VICESIMIPRIMI.




Vicesimumprimum cap. neceſſarñ & contingentis in tertia figura concluſiones quatuor,corollaria duo. Prima concluſio.Si vniuerſalium propoſitionum vna neceſſaria fuerit,& altera contingens,cum termini enunciantur affirmatiue : ſemper eius quod eſt contingere ineſſe,erit ſyllogiſmus.ſed quando vnus quidem affirmatiue,& alter priuatiue,quando affirmatio neceſſaria eſt;ſyllogiſmus erit eius quod eſt contingere non ineſſe. & quando priuatio neceſſaria,eius erit quod eſt contingere non ineſſe , & eius quod eſt non ineſſe. Veruntamen eius quod eſt ex neceſſitate non ineſſe non erit ſyllogiſmus,quẽadmodum & in aliis figuris.Enuncientur ergo primum affirmatiue,termini Et omni c ex neceſſitate inſit a,& omni c contingat ineſſe b,dico alicui b contingere ineſſe a . Nam vniuerſalis affirmatiua cõtingens particulariter cõuertitur in terminis quia igitur omni c neceſſario ineſt a,& alicui b contingit ineſſe c, igitur alicui b cõtingit ineſſe a cõcludetur quidem cõclusio contingens, & nõ eius ꝙ eſt ieſſe. Nã ſi accidit in prima concludere Et ſimiliter oſtenditur ſi vniuerſalis affirmatiua neceſſaria ad minus extremum ponatur.& vniuerſalis affirmatiua contingens ad maius.




Nunc ſecunda pars monſtranda eſt , & ſit rurſum vna propoſitionum affirmatiua & altera priuatiua , quæ autem affirmatiua,neceſſaria ſit Et omni c contingat non ineſſe a, identidem & omni c ex neceſſitate inſit b:dico alicui b contingere non ineſſe a. Nam conuerſa vniuerſali affirmatiua rurſus euadet prima figura & erit concluſio contingens & non de ineſſe nec ab re quidẽ. Nam priuatiua propoſitio contingere ſignificat.quare exploratum eſt , concluſionem oportere eſſe contingentem. Nanque cum ſic propoſitiones ſeſe in prima figura haberent & concluſio erat contingens Si vero vniuerſalis priuatiua ad maius extremum neceſſaria eſt , concluſio erit particularis priuatiua eius quod eſt contingere non ineſſe,& eius quod eſt non ineſſe . Vt ponatur omni c ex neceſſitate non ineſſe a,& omni c contingere ineſſe b,fiet ſyllogiſmus concluſionis , alicui b contingẽte omni c contingit ineſſe b,erit prima figura, vbi priuatiua propoſitio etiam erit neceſſaria. Cum autem propoſitiones in prima figura ſic ſeſe habebant,ex neceſſitate eueniebat a alicui c(id eſt maius extremum minori)contingere non ineſſe,& pariter non ineſſe , quare & hic quoque ex neceſſitate etiam euenit,alicui b contingere non ineſſe a,& alicui b non ineſſe a,






Secunda concluſio. Quando vniuerſalis priuatiua ponitur ad minus extremum , ſi quidem 172
ea contingens fuerit,erit ſyllogiſmus . Nam ea in ſuam affirmatiuam mutata , fiet quemadmo- 173
dum & in præcedentibus. Tertia concluſio . Ea quæ ad minus extremum collocatur exiſtente priuatiua neceſſaria: nullus erit huius figuræ ſyllogiſmus . Nam euenit ex neceſſitate omni ineſſe,& ex neceſſitate nulli ineſſe. Termini ex neceſſitate omni ineſſe,ſomnus,dormiens homo

equus. Nam omni quo contingit inesse somnus, & omni equo ex necessitate non inest homo dor
174 miens: at omni homini dormienti ex necessitate inest somnus, termini ex necessitate nulli somnus,
vigilans homo equus. Quarta conclusio. Quando vnus terminorum vniuersaliter, & alter parti-
culariter de medio enunciatur: similiter vt in vniuersalibus sese habebit syllogismus. Nam quan
do vtrique enunciantur affirmatiue: syllogismus erit conclusionis eius quod est contingere inesse
& non eius quod est inesse. Et quando vna propositionum assumitur priuatiua, & altera affirma
tiua, quando ea quę affirmatiua est, fuerit necessaria: similiter erit syllogismus huius quod est con
tingere non inesse Quando autem vniuersalis priuatiua ad maius extremum necessaria fuerit: cō
cluso erit & huius quod est contingere non inesse, & eius quod est non inesse. Nam idem demon
strationis modus & cum vniuersales, & non vniuersales sunt termini, necesse est enim per primā
figuram perfici huiusmodi syllogismos quare & in illis, & in his (dico vniuersalibus, & particula
ribus) ex necessitate prouenit conclusio. Quando autem propositio priuatiua quæ vniuersaliter
sumitur, ad minus extremum collocatur & particularis ad maius, si illa vniuersalis cōtingens fue
rit: erit syllogismus per conuersionem illius propositionis si vero necessaria sit: nullus syllogis-
175 mus efficietur. Ostendetur autem id eodem modo: quod & in vniuersalibus, & per eosdem termi
176 nos. Primum corollarium. Vnde manifestum esse potest, quando & quomodo in hac figura e-
rit syllogismus, & quando eius quod est contingere, & quando eius quod est inesse. Secundum.
Perspicuum & insuper est: omnes huius tertiæ figuræ syllogismos imperfectos esse, & per primā
omnes illos perfici figuram.





De syllogismo ostensiuo. Cap. XXII.

177 QVoniam igitur qui in his figuris sunt syllogismi, perficiuntur per
eos qui in prima figura sunt vniuersales syllogismos, & in hos
reducuntur: palam ex dictis. Quoniam autem simpliciter om-
nis syllogismus sic se habebit, nunc erit manifestum: cum osten-
sus fuerit omnis qui fit, per aliquam harum figurarum fieri:
Necesse est ergo omnem demonstrationem & omnem syllo-
178 gismum aut inesse quid aut non inesse monstrare.
Et hoc aut vniuersaliter aut particulariter. Amplius aut o-
stensiue aut ex hypothesi. Eius autem quod est ex hypothesi,
pars est per impossibile. Primum ergo dicemus, de ostensiuis. his enim ostensis: manife
179 stum erit & de ijs qui ad impossibile: & omnino de ijs qui ex hypothesi.
Si ergo oporteat a de b syllogisare vel inesse vel non inesse, necesse est sumere ali-
quid de aliquo. Si ergo a sumatur de b: quod ex principio erit sumptum, si autem de c:
c autem de nullo alio, nec aliud de illo c. neque de a, alterū, neque de altero, a nullus erit
syllogismus. nam in eo quod vnum de vno sumitur, nihil accidit ex necessitate. quare
assumenda est altera propositio. Si igitur sumatur a de alio, aut aliud de a, aut de c alte-
rum, esse quidem syllogismum nihil prohibet. ad b autem non erit per ea sumpta sunt,
nec quando c inest alteri, & illud alij & hoc alteri: non copuletur autem ad b, nec sic erit
ad b syllogismus ipsius a. Omnino enim dicimus quoniam nullus nunquam erit syllo
gismus alius de alio, non sumpto aliquo medio quod ad vtrunque se habet quomodo
prædicationibus. Nam syllogismus quidem simpliciter ex propositionibus est. ad hoc
autem syllogismus, ex propositionibus quæ ad hoc. qui autem est huius ad hoc, per pro
positiones huius ad hoc. impossibile est autem ad b sumere propositionem, nihil ne-
que prædicantes de eo neque negantes. aut sursum eius quod est a ad b, nihil commu-
ne sumentes, sed vtriusque propria quædam prædicantes aut negantes. quare sumen-
dum, vtriusque quod copulet prædicationes, si erit huius ad hoc syllogismus. Ergo si
necesse est aliquod sumere ad vtrunque commune, hoc autem contingit tripliciter. aut
enim a de c & c de b prædicantes, aut c de vtrisque, aut vtraque de c. hæ autem sunt tres
dictæ figuræ. manifestum quoniam omnem syllogismum necesse est fieri per aliquam
harum figurarum. nam eadem ratio est & si per plura copuletur ad b, eadem enim erit
figura, & in pluribus. Quoniam igitur ostensiui terminantur per prædictas figuras, ma
nifestum est.

Vicesimisecundi cap. notæ.

A extremum maius, c mediū, b extremū minus. In hoc capite agit de syllogismis prædicatoriis &

absolutis:quod eorum in disciplinis vsus frequentior, quodque aliorum simile subit iudicium.
De particulari & indefinito iudicium idem. Aliud alterum intelligitur id referri ad b. aliud quā
b alterum quam b. Ad altero, vt omni c inest a, nulli d inest a; nulli d ineste. Aliud de a. Omni a
inest d, omni e inest a; omni c inest d. Aliud c. Omni c inest a, omni c inest d; alicui d inest a. C de a- 131
lio. Omni c inest a, omni d inest c; omni d, inest a. Et in omnibus his cum fiat syllogismus: nullus
tamen fit ad b id est ad conclusionem in qua enuncietur aliquid affirmatiue aut negatiue de b. c
de alio quod. & de alio, & illud de alio; ubi nullum coniungitur ad b. Omni c inest a, omni d inest
c, omni e inest d, omni autem f inest e; omni itaque f inest a. Vbi vero aliquid coniungitur ad b.
Omni c inest a, omni d inest c, & omni e inest d, & omni f inest e. omni autē b inest f; igitur & om-
ni b inest a.

A	Substantia	E	Animal
C	Corpus	F	Brutum
D	Viuens	B	Equus

Peculiaria affirmantes aut negantes, vt esto d quod affirmari possit de a, & e negari, & speculiaris-
ter, propriéque affirmari, g negari: ex his nunquam concludas b esse a vt nostrum est. & hoc ideo
quia nihil vtrique commune sumptum; quod aptum, & inferendum idoneum sit.

177

¶PARAPHRASIS CAP. TVICESIMISECVNDI.

Vicesimumsecūdum Cap. de syllogismo ostensiuo. conclusiones duę, diuisiones tres.
Prima conclusio. Omnes syllogismi per primę figurę syllogismos vniuersales per-
ficiuntur & in eos reducuntur, & omnis quoque qui fit: in aliqua trium figura-
rum fit. Quod enim ii qui in dictis figuris absoluuntur syllogismi, per primę figu-
ræ vniuersales syllogismos perficiantur, & in eos reuocentur: ex dictis manife- 178
stū iam est. verū quod simpliciter omnis syllogismus sic sese habeat, vt per illos modos perficia- 179
tur, & in illos reuocetur: impræsentiarum erit manifestum cum monstratum fuerit omnem syllo
gismum qui fit, per aliquam harum trium figurarum fieri, ad quod quidem monstrandū has prę
mittamus partitiones. Prima. Necesse est omnem demonstrationem. omnemque syllogismum:
monstrare aliquid inesse, aut non inesse. Secunda Necesse cum quid monstrat inesse aut non ines- 180
se, aut id esse vniuersaliter, aut particulariter. Tertia. necesse insuper id esse; aut ostensiue, aut ex hy
pothesi. Et syllogismi qui ex hypothesi est, particulā quędā est is syllogismus qui diciturper im-
possibile. Et primum dicendum videtur de syllogismis ostensiuis. Nam illis ostensis, manifestum
pariter erit & de syllogismis iijs omnino qui ex hypothesi nominantur. Secunda conclusio. Om-
nes syllogismi ostensiui, per prædictas figuras fiunt. Namque si oporteat maius extremum de mi
nore ostensiue, assertioreque & iusta ratiocinatione syllogisare, vt a de b tāquā quod insit aut nō
īsit necesse est vt aliquid de aliquo sumatur. sed non sumetur a de b. Nā id sumptum esset, quod ab
initio propositum est. neque solum sumetur a de c, ita videlicet vt c non sumatur rursum de alio
nec aliud de ipso. neque alterum sumatur de a neque a de altero, quandoquidem nullus efficere-
tur syllogismus. Nam eo ipso quod vnum de vno sumitur. vnaque sola propositio, nihil syllogis-
mo ex necessitate euenit. quare etiam & sumenda altera propositio. Sed ea propositio non sumi-
tur, sumendo insuper de alio, aut aliud de a, aut alterum de c. Nam ita sumendo nihil interdū ve-
tat fieri syllogismum, per ea tamen quæ sumpta sunt minime erit syllogismus ad b. Item neque
quando sumetur c de altero quod & sumetur de alio. & rursum illud de alio, & nullum coniunga
tur ad b; nullus sane sic erit ipsius a de b syllogismus. Omnino enī astruimus nunquam fieri syllo
gismum alterius de altero, non sumpto aliquo medio termino qui ad vtrunque, aliquo pacto se-
se habeat prædicando, nam vt simpliciter dicatur syllogismus ex propositionibus est, & ad a-
liquid syllogismus. vt ad b syllogismus, ex propositionibus etiā est, quæ sunt ad b. Et syllogismus
qui huius est ad hoc, vt ipsius a ad b, & per propositiones etiam quæ huius ad hoc, & a ad b. at-
qui impossibile est ad b sumere ꝓpositionē, nihil aut prædicantes, aut negantes de eo. rursum im
possibile est sumere propositiones ad colligendum a de b, nihil commune sumentes. sed solū quæ
dam vtriusque particularia affirmantes aut negantes, quare sumendum est quod vtriusque con-
iungat, vinciatque, & copulet prędicationes si huius ad hoc futurus sit syllogismus. Si igitur ne
cessarium est aliquid ad vtrumque sumere commune (est etenim) hoc sane contingit tripliciter.
Nam aut maius extremus de medio prædicamus, & medium de minore extremo (vt a de c & c
de b) aut medium de vtrisque extremis (vt c de a & b) aut vtraque extrema de medio vt a & b de
c, atqui hæ, tres sunt dictę figuræ. manifestū est igitur omnem assertorium, ostensiuumque syllo
gismum, per aliquam harum figurarum fieri. Enimuero eadē ratio est si ipsum a per plura me-
dia coniungatur ad b. Nam eadem erit figura, etiam & multis assumptis mediis, quod igitur o-
stensiui syllogismi per prædictas figuras absoluantur, perspicuum iam euasit,

❡De syllogismo ex hypothesi. Cap. XXIII

QVoniam autem & qui ad impossibile :palam erit per hęc. omnes enim
qui per impossibile concludunt:falsum quidem syllogisant, quod autē
ex principio erat,ex hypothesi demonstrant: quando aliquid accidit im
possibile posita contradictione. vt quoniam diameter est asymeter, eo
quod fiunt abundantia æqualia perfectis.posito symetro, ergo æqualia
quidem fieri abundantia perfectis syllogisant.asymetrum autē esse dia-
metrum,ex hypothesi monstrant:quoniam falsum accidit propter contradictionē hoc
ēm fuit per impossibile syllogisare:ostēdere aliquid īpossibile propter priorē hypothe
sin. Quare qm̄ falsus fit syllogismus ostensiuus in his quæ ad impossibile deducuntur,
quod autem est ex principio,ex hypothesi monstratur. ostensiuos autem diximus pri-
us quoniā per has terminantur figuras. manifestum quoniam & per impossibile syllo
gismi per has erunt figuras. ❡Similiter autem & alij omnes qui sunt ex hypothesi. in
183 omnibus his enim syllogismus quidem fit ad transsumptum. quod autem est ex princi
pio,terminatur per confessionem,aut per aliquam aliam hypothesin. Si autem hoc ve
rum,necesse est omnem demonstrationem,& omnem syllogismum,fieri per tres præ-
dictas figuras. Hoc autem ostenso, palam quoniam omnis syllogismus perficitur per
primam figuram,& reducitur in huius vniuersales syllogismos.

Vigesimitertii cap notæ.

182 De dimetiente,diametroque quadrati & de comparatione ad eiusdē quadrati latus, quod incom
mensurabilis sit diametrus,intelligitur,& in septimo theoremate decimi elementorum geometri
calium,id incommodum accidere,quod hic dicit Aristoteles,demonstrat Campanus, De syllogis
mis ex hypothesi(quos & conditionales appellemus)prædicatorijs, intelligit vbique Aristoteles
Nā sunt alii syllogismi conditionales non prædicatorii de quibus Theophrastus,Eudemus,Nice
phorus,& ex nostris Boetius & Martianus disserunt: quos nō oportet per p̄dictas figuras pfici,

❡PARAPHRASIS CAP. VICESIMITERTII.


182 VIgesimumtertium cap. de syllogismo ex hypothesi,conclusiones duę. Pri
ma conclusio.omnis syllogismus ad impossibile:fit per aliquam trium fi-
gurarum. Quod autem is syllogismus qui ad impossibile est: per aliquā
trium figurarum fiat;per hæc fiet exploratum. Nam omnes qui per im-
possibile absoluūtur,falsum quidem syllogisant,& quod ab exordio pro-
positum erat,ex suppositione conditioneque monstrant, cum quippiam
accidat impossibile,posita admissaque,atque concessa,positi contradicto
ria. vt quod incommensurabilis sit dimetiens, ob idipsum quod si pona-
tur dimetiens commensurabilis,euadunt imparia paribus æqualia. colli-
gunt enim illo posito mathematic i:imparia æqualia esse paribus. incommensurabilem autē dime
tientem esse,ex hypothesi,& conditione monstrant;ob idipsum quod posita contradictoria, fal-
sum accidit. Et hoc certe fuit per impossibile syllogisare, ostendere scilicet quippiam impossibile
propter priorem,& ab initio factam hypothesin,suppositionemque atque conditionem:quare cū
in iis quæ ad impossibile deducuntur falsus fiat syllogismus ostensiuus & quod a principio posi
tum erat ex hypothesi monstretur, &syllogismos ostensiuos prius diximus per has figuras absol
ui:manifestum igitur est & syllogismos ad impossibile per has fieri figuras. Secunda conclusio.
183 Identidem & alii omnes ex hypothesi syllogismi per has perficiuntur figuras. Nam in omnibus
quidem fit syllogismus ad transsumptum,id autem quod ex principio propositum fuerat,absol-
uitur atque terminatur per confessionem,aut aliquam aliam hypothesin,hoc autem si verum est:
omnem demonstrationem, & omnem syllogismum per aliquam trium iam dictarum figurarum
fieri necesse est:quo quidē ostenso,omnem syllogismum per primam figuram perfici,& in illius fi-
guræ vniuersales syllogismos reuocari atque reduci,quod ex præcedentis capitis initio proposi-
tum fuerat, perspicuum dilucidumque euasit.

❡De qualitate & quantitate terminorum syllogismi. Cap. XXIIII.

AMplius autem in omnibus oportet aliquem terminorum prædicatiuum es-
184 se & vniuersalem. sine vniuersali enim non erit syllogismus,aut non ad hoc
quod positum est,aut quod ex principio est petet. ponatur enim musicam
voluptatem esse studiosam. si ergo poposcerit voluptatem esse studiosam




non addens omnem: nō erit syllogismus, si autem aliquam voluptatem esse studiosam si aliam quidem, nihil ad hoc quod positum est si autem eādem quod ex principio erat sumit. ¶ Magis autem fit manifestum in figuris. vt quoniam æquerucis æquales sunt anguli qui sunt ad basim. sint enim in centrum ductæ a b, si ergo æqualem sumpserit a c angulum ei qui est b d: non omnino petens æquales eos qui sunt semicirculorum, & rursum c ei qui est d: non omnem assumens eum qui est incisionis. Amplius ab æqualibus existentibus totis angulis: æqualibus demptis æquales esse reliquos, scilicet e f: quod ex principio est petet, nisi sumat ab omnibus equalibus equis demptis: equalia relinqui. manifestum igitur quoniam in omni syllogismo oportet vniuersale esse.



¶ Et quoniam vniuersale quidem ex omnibus terminis vniuersalibus monstratur: particulare autem & sic: & aliter: quare si conclusio sit vniuersalis: & terminos necesse est vniuersales esse. si autem vniuersales sint termini: contingit conclusionem non vniuersalem esse. ¶ Palam etiam quoniam omni syllogismo aut vtranque aut alteram propositionem similem necesse est fieri conclusioni. dico autem non solum in eo quod affirmatiua sit vel negatiua: sed in eo quod necessaria aut inesse, aut contingens. considerare autem oportet & alia prædicamenta. ¶ Manifestum autem & simpliciter quando erit & quando non erit syllogismus, & quando perfectus. & quoniam si est syllogismus: necessarium est habere terminos secundum aliquem dictorum modorum. 115 136

Vicesimiquarti cap. notæ.

De syllogismo communi intelligenda sunt quæ in hoc capite adducuntur. Nam secundum expositionem nonnullus esse potest cuius nulla propositionum vniuersalis habeatur. Et non modo aliquem terminorum syllogismi vniuersaliter nunciari necesse est, sed & affirmatiue. Verum id ex quarto, quinto, & sexto cap. huius notum esse potest. Isocheles qui & latine æquicrurus, & æquipedus dicitur, triangulus est duorum æqualium laterum. Basis trianguli lineam quælibet alicui angulo, subtensa, verum de ea hic intelligitur, quæ angulo duobus illis æquis lateribus contento, subtenditur: & æqualitatem angulorum, qui supra huiusmodi basim consistunt: demonstrat quintum primi elementorum Euclidis theorema, sed alia ad id hic Aristoteles procedit via: pro qua præsens substituitur figura. 134 135



a recta linea
b recta
c curua
d curua
e angulus supra basim
f angulus supra basim
g circuli centrum
a b c d circulus
a c b semicirculus
b d c similiter
a c angulus curuilineus quem constituit a linea recta & pars circumferentiæ c d
b d angulus curuilineus rectæ b & curuæ d c
e d curua, particula seu incisio
e f recta basis

e f anguli, anguli ad basim
e f g Isocheles triangulusque duum æqualium laterum

Et ex his facile intelligi potest quod dicit Aristoteles. 116 117

Alias prædicationes scilicet non inesse, necessario non inesse, & huiusmodi secundum aliquem dictorum modorū q̄ per secundam conclusionem. xxij. & primam xxxiij. cap. huius monstratum sit ōnem syllogismum fieri in aliqua trium figurarum.

¶ PARAPHRASIS CAP. VICESIMI QVARTI.

Vicesimum quartum cap. de qualitate & quantitate terminorum syllogismi conclusiones quatuor. Prima conclusio In omnibus insuper syllogismis: aliquem terminorum affirmatiue, & aliquem vniuersaliter enunciari necesse est. Vniuersaliter quidem. Nam absque vniuersali, nullus erit syllogismus, quod vel hoc non erit quod proponitur, vel quod est ex principio petet. Proponatur enim musicam vo- 134

luptatem ſtudioſam eſſe, ſi quidem igitur poſtulabit quiſpiam, voluptatem eſſe ſtudioſam, non
opponens omnem: non erit ſyllogiſmus. ſi autem poſtulabit, efflagitabitque aliquem voluptatē
eſſe ſtudioſam. ſi aliam quidem: nihil ad id quod proponitur. ſi autem eandem poſtulat, & quod
ex principio, quodque ab initio proponebatur ſumit. In omni igitur ſyllogiſmo vniuerſale eſſe
oportet. Magis & id euadit manifeſtum in linearum deſignationibus. Vt proponatur quoniam
Iſochelis anguli ad baſim ſunt æquales. Sunt enim a b ſemicirculorum lineæ, per circuli centrū
ductæ, ſi igitur quiſpiam capit a c angulum æqualem eſſe angulo b d, non vniuerſaliter poſtu-
lans angulos ſemicirculorum æquales eſſe: non ſyllogiſat. Et rurſum angulum c æqualem d iden
tidem capiens, non præaſſumens omnem particulæ, inciſioniſque angulum ęqualem eſſe: non ſyl-
logiſat. Inſuper aſſumens ab æqualibus angulis qui toti ſunt demptis ęqualibus reliquos æqua-
185 les eſſe, reliquos autē eſſe e f, quare & e, f, ęquos eſſe: minime ſyllogiſabit. ſed aut (vt dictum eſt) ei
quod colligi intenditur non cōuenit: aut id quod ex principio eſt petet, niſi ſumat ab omnibus
æqualibus ęquis ſublatis: æqua relinqui. Manifeſtum eſt igitur: quoniam in omni ſyllogiſmo vni
186 uerſale eſſe oportet. Secunda concluſio. Si ſyllogiſmi concluſio vniuerſalis eſt: & omnes termini
vniuerſaliter enunciantur, ſi vero particularis: interdum id euenit interdum vero non. Nam ex
ſuperioribus manifeſtum eſt: vniuerſale non niſi omnibus ſyllogiſmi terminis vniuerſaliter enū
ciatis monſtrari. Particulare autem aliquando terminis ſic ſeſe habentibus aliquando vero ſecus
Quare ſi concluſio vniuerſalis eſt, & terminos vniuerſaliter enunciari neceſſe eſt. quod ſi vniuer
ſaliter ēnunciētur, contingit concluſionem particularem eſſe, & non eſſe vniuerſalem. Tertia.
187 Manifeſtum etiam ex ĩs quæ ſupra monſtrata ſunt: in omni ſyllogiſmo vtranque propoſitionem
aut alteram, ſimilem eſſe concluſioni. Et dico non modo ſimilem quia affirmatiua ſit, aut priua-
tiua ſicut & concluſio: ſed & eo ipſo quod ineſſe aut neceſſaria aut contingens ſicut & conclu-
ſio ineſſe neceſſaria, contingenſve. ſic & conſiderare par eſt alias prædicationes. Quarta. Perſpi
cuum denique ſimpliciter eſt quando erit & quando non erit ſyllogiſmus, & quando monſtrari
poſſibilis, & quando perfectus & quoniam ſi eſt ſyllogiſmus habere terminos ſecundum aliquē
dictorum modorum neceſſe eſt. Et hęc ex præcedentium capitū concluſionibus, notæ ſunt, et ſunt
quaſi eorum quędam corollaria.

De numero terminorum ſyllogiſmi. Cap. XXV.

188 Palam autem & quoniam omnis demonſtratio erit per tres ter
minos & non per plures: niſi per alia & alia eadem concluſio fi
at. vt e per a b, & per c d: aut per a b, & a c, & b c. plura eñ me-
dia eorundem nihil eſt prohibet. hæc autem cum ſint: non vnus
ſed plures ſunt ſyllogiſmi. Aut rurſum quando vtrunque a b
ſumitur per ſyllogiſmum. vt a per d e, & rurſum b per f g. aut
hoc quidem inductione: illud autem ſyllogiſmo. ſed & ſic plu-
res erunt ſyllogiſmi. plures enim concluſiones ſunt. vt a & b &
c. Si igitur non plures ſed vnus (ſi autem contingit fieri per plu
ra media eandem concluſionem. vt e quidem per a b c d) impoſſibile. Sit enim e conclu
ſio ex a b c d. ergo neceſſe eſt aliquid eorum: aliud ad aliud ſumptum eſſe, hoc quidem
vt totum: illud vero vt pars. hoc enim oſtenſum eſt prius quoniam ſi eſt ſyllogiſmus:
neceſſe eſt ſic aliquos ſe habere terminorum, habeat ſe ergo a ſic ad b. eſt itaque aliqua
ex eis concluſio. aut ergo e: aut alterum eorum quæ ſunt c d, aut alterum aliud quidē
præter hæc. Et ſi e quidem: ex a b tantum, erit ſyllogiſmus. c d autem ſi quidem ſe ha-
bent ſic vt ſit hoc quidem vt totum, illud vero vt pars: erit aliquid ex illis aut e, aut ali-
quid eorum quæ ſunt a b, aut alterum, aliud quidem præter hæc. Et ſi e quidem, aut
eorum quæ ſunt a b alterum, aut plures erunt ſyllogiſmi aut (vt contingebat) idem per
plures terminos concludi accidit. ſi autem aliud quidem præter hęc, plures erunt & in-
coniuncti ſyllogiſmi adinuicem. ſi autem non ſic ſe habeat c ad d vt faciat ſyllogiſmum
vane erunt ſumpta, niſi inductionis, aut celationis, aut alicuius alius talium gratia. Si
autem ex a b non e, ſed alia quædam fiat concluſio, ex c d autem aut horum alterū, aut
aliud præter hæc, & plures fiunt ſyllogiſmi, & nō eius quod poſitum eſt. Ponebatur
enim eius quod eſt eſſe ſyllogiſmum. Si aūt nō fiat ex c d nulla concluſio, & vane ſum
pta eſſe ea accidit, & nō eius quod eſt ex principio eſſe ſyllogiſmū. Quare manifeſtū,
quoniam omnis demonſtratio, & omnis ſyllogiſmus, erit per tres terminos.

Viceſimiquinti Cap. notę.

Omnem syllogismum, demonstrationẽq; omnem tribus terminis & non pluribus coalescere, id de vnis,& simplicibus est intelligendum. Aliquando conclusio per vnum medium monstratur,& tunc solum sunt tres termini,propositiones duæ,aliquando vero eadem conclusio per duo media,& sunt propositiones tres. Aliquando per tria,& quatuor sunt propositiones: possunt etiam esse plures.

❡SYLLOGISMVS PER VNVM MEDIVM:			
a	o	Corpus est substantia	Prima propositio
b	o	viuens corpus	Secunda propositio
e	o	viuens substantia	conclusio

SYLLOGISMVS per duo media vbi ex a c & c b concluditur e			
a	o	corpus est substantia	Prima propositio
c	o	viuens corpus	Secunda propositio
b	o	animal viuens	Tertia propositio
e	o	animal substantia	Conclusio

SYLLOGISMVS per tria media vbi ex a c,c d,d b,colligitur e.			
a	o	corpus est substantia	
e	o	viuens corpus	Prima
d	o	animal viuens	Secunda
b	o	homo animal	Tertia
e	o	homo substantia	Conclusio

Substantia Corpus Viuens Animal Homo
a c d b e



Quando vtraque propositio per syllogismum sumpta fuerit,quando prima per syllogismum sumitur:is syllogismus in quo concluditur,prosyllogismus propositionis appellatur. & quando per syllogismum sumitur assumptio:ille identidem prosyllogismus assumptionis nũcupatur. vt facto syllogismo omne viuens est substantia,& omnis homo viuens,omnis igitur homo substãtia vtraque propositionum syllogismo sumitur. Prima hunc in modum.omne corpus substantia est omne autem viuens corpus:omne igitur uiuens substantia. Secunda hoc pacto omne animal viuens,omnis homo animal:omnis igitur homo viuens. Et cum alicui propositioni syllogismi sua subiungitur approbatio:huiusmodi approbationis propositio interĩ solet prosyllogismi esse propositio,interim conclusio,quæ aliquando sumitur tametsi prosyllogismus non præcesserit (supponimus enim) vt quando res statim sese claram,peruiámque præstat intelligentiæ aliquandó etiam est inductionis,aut alicuius huiusmodi dialectici artificii conclusio:præsertim cum immediata propositionum approbatio est. Et coniuncti syllogismi dici possunt: quando plurium duabus propositionum eadem est conclusio,aut eadem fuerit præcedentium conclusio,& alicuius sequentis propositio. disiuncti vero:quando non sunt huiusmodi. Quo fit vt propositiones disiunctorum syllogismorum simul eandem conclusionem ex necessitate pariant, sed non seorsum. vt hæ quatuor,omne corpus est substantia,omne viuens corpus,omne animal viuens,omnis autem homo animal.pariunt conclusionem omnis homo substantia, quæ neque ex duabus primis ex necessitate efficitur,neque ex duabus secundis vt agnoscere facillimum est. sed horũ singula ex subiecta descriptione fortasse promptius dinoscentur.

SYLLOGISMVS.			
O	viuens	substantia est	Sumitur syllogismo
O	homo	viuens	Sumitur syllogismo
O	homo	substantia	

PROSYLLOGIMVS primus qui & propositionis.

O	corpus	est substantia
O	Viuens	corpus
O	viuens	substantia

PROSYLLOGISMVS secundus qui & assumptionis.

O	animal	viuens
O	homo	animal
O	homo	viuens

SYLLOGISMVS iunctis approbationibus.

O	viuens	substantia est.	
	Nam omne corpus substantia		Approbatio propositionis
O	homo	viuens	
	Siquidem homo omnis, animal		Approbatio assumptionis
O	homo	substantia	

Et approbationes hic prosyllogismorum solum sunt propositiones, quia sunt immediatę, cum autem sunt mediatæ, illæ sunt conclusiones.

PROSYLLOGISMVS approbationis propositionis

O	corpus	substantia	Propositio immediata
O	viuens	corpus	Assumptio immediata
O	viuens	substantia	

Et simili modo de prosyllogismo assumptionis concipiatur.

Coniuncti syllogismi ad conclusionem

O	corpus	substantia est	Propositio
O	homo	corpus	assumptio
O	animal	substantia	Propositio
O	homo	animal	Assumptio
O	homo	substantia	Conclusio

Coniuncti ad propositionem.

O	corpus	substantia est	Propositio
O	viuens	corpus	Assumptio
O	viuens	substantia	Conclusio. Propositio
O	animal	viuens	Assumptio.
O	animal	substantia	Conclusio

Disiuncti syllogismi Exprimuntur per hos tres, primus.

O	corpus	substantia	propositio	O	corpus	substantia
O	viuens	corpus	Assumptio	O	viuens	corpus
O	animal	viuens	Assumpcio	O	viuens	substantia
O	homo	animal	Assumptio		Secundus.	
O	homo	substantia	Conclusio	O	viuens	substantia
				O	animal	viuens
				O	animal	substantia
						Tertius
					animal	substantia
				O	homo	animal
				O	homo	substantia

PARAPHRASIS CAP. VICESIMIQVINTI,

Vicesimumquintum caput, de numero terminorum syllogismi. conclusio vna. Cō-
clusio. Aperiendum nobis est omnē demonstrationem, omnēque syllogismū per
tres terminos & nō per plures coalescere ac fieri. Nisi forte q̄spiā id excludat q̄
per alias & alias ꝑpositiones eadē cōclusio mōstret. vt cōclusio e per propositiones
a b & itē per propositiones c d, aut per propositiones a b. & insuper per ꝑpositiōes
a c itē & per b c, Plura enim media earundē conclusionū esse nihil prohibet, Verum cum haec ita

admiſſa fuerit,non vnus,ſed plures erunt ſyllogiſmi.vel rurſus quando vtraque propoſitio per ſyllogiſmum ſumpta fuerit,vt ſi c concluſio ſyllogiſetur per a b & a propoſitio ſumpta ſit per propoſitiones d e.& b per propoſitiones f g,vel quũdo vna ſumitur inductione,& altera ſyllogiſ mo,ſed & ſic plures erũt ſyllogiſmi.Nã & plures cõcluſiones,vt concluſiones a,b & c , & c quarũ altera duarũ a aut b ſyllogiſmo ſumptæ ſunt.Si igitur non plures ſed vnus ſyllogiſmus(ſic autẽ contingit fieri per plura media eandem concluſionem,vt e quidem per a b c d)id ſane impoſſibi le.Nam eſto concluſio e ex propoſitionibus a b c d.Ergo neceſſarium eſt aliquid commune illa-rum propoſitionum ſumptum eſſe ad aliud & aliud,& ſit vnum vt totum,aliud vero vt pars(id enim monſtratum eſt prius.ſi eſt ſyllogiſmus neceſſe eſſe aliquos terminorum ſic ſeſe habere)ha-beat igitur ſe hunc in modum a ad b.colligitur ergo ex ipſis aliqua concluſio , aut ergo illa erit aut aliqua propoſitionum c d aut aliqua alia pręter has omnes.Et ſi e quidem,ergo ex ſolis pro. poſitionibus a b erit concluſio.Et ſimiliter ſi c d ſeſe ſic habeant vt ſuorum terminorum hic pars ille totum(vt prius determinatũ eſt)exiſtat,erit etiam aliqua ex ipſis concluſio.aut ergo illa erit e,aut aliqua propoſitionum a b aut aliud quippiam pręter hæc.ſi e quidem,aut alterum a ba & b plures erunt ſyllogiſmi.aut(vt contingebat)idẽ per plures terminos cõcludere accidit. & ſi quip piam aliud præter hæc concludat,erunt plures adinuicem inconiuncti ſyllogiſmi.

Si autem non ſic ſe habeat c ad d vt ſyllogiſmum efficiat.fuſtra ſumptæ erunt niſi forte vt in ducatur,aut vt lateamus reſpondentem , aut alicuius huiuſce rei gratia ſumantur.Et ſi ex a b nõ concludatur e,ſed alia fiat concluſio,& ex c d fiat illorum alterum ſcilicet aut a aut b aut aliqua alia præter hæc,concluſio,plures ſane gignuntur ſyllogiſmi & non eius quod propoſitum eſt. Nam proponebatur eius quod eſt e eſſe ſyllogiſmum.Si autem ex c d nulla colligatur concluſio euenit vt hæ propoſitiones temere,atque fruſtra ſumptæ ſint & non eſſe eius(quod ab exordio propoſitum erat)ſyllogiſmum.quare manifeſtum eſt quoniam omnis demõſtratio,omniſque ſyl-logiſmus per tres ſolum terminos euadit conſtitutus.

❡ De numero propoſitionum & pro ſyllogiſmis. Cap.XXVI.

HOc autem manifeſto,palam quoniam & ex duabus propoſi-
tionibus & non pluribus,nam tres termini:duæ ſunt propoſi 189
tiones,niſi aſſumatur aliquid,quemadmodum in prioribus di
ctum eſt,ad perfectionem ſyllogiſmorum. ❡ Manifeſtum igi
tur quando vt in oratione ſyllogiſtica non pares ſunt propo- 190
ſitiones per quas fit concluſio principalis,quaſdam enim ſupe
riorum concluſionum neceſſarium eſt eſſe propoſitiones,hæc
oratio aut non ſyllogiſtica eſt,aut plura neceſſarijs interroga- 191
uit ad poſitionem. ❡ Secundum igitur principales propoſitio
nes ſumptis ſyllogiſmis,omnis ſyllogiſmus erit ex propoſitionibus quidem perfectis
ex terminis autẽ abundantibus.vno enim plures termini propoſitionibus . erunt autẽ
& concluſiones dimidietas propoſitionum . 192
❡ Quando autem per ſyllogiſmos concluditur aut per plura media non continua . vt
a b per c d,multitudo quidem terminorum ſimiliter vno ſuperabit propoſitiones . aut 193
enim extrinſecus,aut medium ponetur intercidens terminus. vtrinque autem accidit
vno minus eſſe interualla quam terminos,propoſitiones autẽ æquales ſunt interuallis.
❡ Non tamen hę quidem ſemper perfectę erunt,illi vero abundantes,ſed permutatim
quia cum propoſitiones quidem ſunt perfectæ,abundantes erunt termini , cum vero
termini perfecti,abundantes erunt propoſitiones,ſimul enim termino addito,vna ad-
ditur propoſitio,vndecunque addatur terminus.quare quoniam hæ propoſitiones qui
dem perfectæ,illi vero abundantes erant,neceſſe eſt tranſmutare eadem.additione fa- 194
cta. ❡ Concluſiones autem,non etiam eundem habebũt ordinem neque ad terminos
neque ad propoſitiones.vno enim termino addito concluſiones adiungẽtur vno pau-
ciores præexiſtentibus terminis.ad ſolum enim vltimum non facit concluſionem , ad
alios autem omnes.vt ſi eis quæ ſunt a b c,adiacet d,ſtatim & con cluſiones duæ adia-
cent,quæ ad a & ad b.ſimiliter autem & in alijs . Si autem ad medium intercidat,eo
dem modo.ad vnum enim ſolum non faciet ſyllogiſmum.quare multo plures conclu
ſiones erunt & terminis & propoſitionibus .

Vicesimisexti cap. notæ.

Cū syllogismi cuiuspiā propositio aut assumptio syllogismo colligitur: is syllogismus & pro
132 syllogismus & præratiocinatio nuncupatur. Sunt enim syllogismi nonnulli præcipui qui præci puam, intentatamque colligunt conclusionem, quorum plerunque euenit vt propositiones, aut assumptiones: aut vtræque syllogismis præsumantur, ne quid ponatur sumaturque incognitum & illi syllogismi principalium adminiculariī, prosyllogismi nuncupantur. Et conclusiones & pro syllogismorum sumuntur interim, ad perfectionem approbationemque propositionum principalis syllogismi, vt verbi causa sit ostendendum omnem hominem esse substantiam, ad id efficiendum demonstrabo omne viuens esse substantiam hoc pacto.

¶PRIMVS PROSYLLOGISMVS

Omne corpus substātia est
Omne viuens corpus
Omne viuens igitur substantia

Secundo monstrabo omne animal esse substantiam hoc pacto.


SECVNDVS PROSYLLOGISMVS

Omne viuens substantia est
Omne animal viuens
Omne igitur animal substantia

Tertio conclusionem præcipuam, hoc pacto intelligo.


Omne animal substantia est
Nam omne viuens substantia — Approbatio, propositio mediata.
Et omnis homo animal est
133 Igitur omnis homo substantia

Duo primi syllogismi prosyllogismi appellantur, & tertius syllogismus præcipuus est, & approbatio propositionis eius, conclusio est primi prosyllogismi. Quo pacto per duo aut plura media fit syllogismus & quomodo cum pares sint propositiones, termini sint impares; & contra cū termini pares propositiones, sint impares, subiecta figura facile deprehendetur.



Vndecunque ex parte maioris interualli aut minoris.

Foris & extrinsecus adiungitur terminus, cum sumitur supra medium ipsi videlicet maiori extremo adiacens, & sumitur ad medium, cum medio & minori extremo intercidit. vt dato medio viuens ad concludendum oēm hoiem esse substantiā hoc pacto. oē viuens est substantia, omnis homo viuens, omnis homo substantia. Possumus sumere medium corpus ad prosyllogismum propositionis, & id medium foris sumitur. Possumus etiam sumere medium animal ad prosyllogismū assumptionis: & id ad medium sumi dicitur. Ad solum enim postremum terminum homo nō sumitur medium, cadere enim extra extrema & eorum minime recte dici posset medium.



PARAPHRASIS CAP. VICESIMISEXTI.

VIcesimumsextum cap. de numero propositionum & prosyllogismis conclusiones 189
quatuor. corollaria duo. Prima conclusio. Omnis syllogismus ex duabus propo-
sitionibus, & non pluribus consistit. Nam ex superiori conclusione omnis syllo-
gismus ex tribus terminis coalescit tres autem termini duas constant propositio
nes, omnis igitur syllogismus est ex duabus propositionibus & non pluribus. ni- 190
si quippiam accipiatur vt in præcedenti capite dictum est, ad syllogismorum per
fectionem, approbationemque. Primum corollarium Manifestum igitur est quando, vt in ora-
tione syllogistica sunt non pares propositiones per quas conclusio aggignitur præcipua (quasdā 191
enim interdum superiorum conclusionum propositiones esse necesse est) huiusmodi orationem
non esse syllogisticam vniusque syllogismi, aut plura quam par sit ad positionem interrogasse.

Secundum. Fit etiam vt secundum principales propositionee sumptis syllogismis: omnis
huiusmodi syllogismus euadat ex partibus propositionibus compositus, ex terminis autem im- 192
paribus. Nam termini vno plures sunt propositionibus: propositiones autem duæ. Erunt etiam
& conclusiones propositionum medietas. Secunda conclusio. Quando per prosyllogismos con-
cluditur siue per plura media non continua, itidem terminorum multitudo vno superabit propo 193
sitiones. Vt si conclusio a b monstretur per duo media c & d. Nam aut in medio ponitur in-
tercidens, interceptusque terminus, verum vero libet accidit vno pauciora esse interualla, spacia-
que ipsis terminis. Igitur & vno pauciores erunt propositiones ipsis terminis. Nam proposi 194
tiones interuallis sunt æquales. Tertia conclusio. Non tamen semper per diuersa media concludi
mus prosyllogismusve propositiones pares sunt, & termini impares. sed vicissim. Nam cum pro-
positiones quidem pares sunt, termini sunt impares. & cum termini pares, propositiones quoque
erunt impares. Namque simul addito termino, vna additur & propositio vndecunque appona-
tur terminus. quare, quoniam cum propositiones pares erāt, termini impares erant, necesse est ter
mini additione facta id permutare vt scilicet termini pares sint & propositiones impares. Quar-
ta. Conclusiones cum hunc in modum prosyllogisamus, non insuper eundem retinebunt ordinē
tum ad terminos tum ad propositiones quem & prius. Nam prius conclusiones erant proposit
onum medietas & terminorum pars tertia: hic autem vno termino addito, conclusiones adiunge
tur vno pauciores præexistentibus terminis. ad solum enim extremum non facit conclusionem
ad alios autem omnes facit. vt si tribus terminis a b c foris adiungatur d, ilico duæ conclusiones
apponuntur ad a scilicet & ad b & similiter in aliis. Si autem in medio intercidat terminus, eodē
modo eueniet quare terminis & foris & in medio adiectis, multo tandem plures erunt conclu-
siones termini & propositionibus.

¶ De problematis hoc est propositis in vnaquaque figura facile & difficile construendis & destruendis. Cap. XXVII.

QVoniam autem habemus ex quibus syllogismi, & quale in vna 195
quaque figura & quot modis mōstratur: manifestum nobis est:
& quæ propositio facile & quæ difficile argumentabilis est. nam
quæ in pluribus figuris & per plures casus concluditur facilis,
quæ autem in paucis & per pauciores: difficilius argumentabilis
Ergo affirmatiua quidem vniuersalis per primam tantum figu-
ram monstratur, & per hanc simpliciter. Priuatiua vero & per
primā & per mediam per primam qudem simpliciter, per mediā
autem dupliciter. particularis autem affirmatiua per primam &
per postremam, simpliciter quidem per primam: tripliciter autem per postremam pri
uatiua vero particularis in omnibus figuris monstratur: verum in prima quidem semel
in media autem postrema, in illa quidem dupliciter, in hac vero tripliciter.
¶ Manifestum ergo quoniam vniuersalem affirmatiuam construere quidem difficilli- 196
mum, destruere autem facillimum. omnino aūt est interimenti quidē vniuersalia quam
particularis facilius. etenim si nulli: b: & si alicui non insit interemptū est. horum autem
alicui quidem non, in omnibus figuris monstratur, nulli autem in duabus. Eodem au-
tē mō & in priuatiuis. etenim si omni, & alicui: interemptum est, quod ex principio. hoc
aūt fuit in duabus figuris. In particularibus aūt simpliciter: aut omni aut, nulli osten-
dentem inesse. Construenti autem, facilius est particularia. nam in pluribus figuris, &
per plures modos. ¶ Omnino autem non oportet latere qm̄ destruere quidem per se
inuicem est, & vniuersalia per particularia & hæc per vniuersalia. construere autem nō 197
est per particularia. vniuersalia, illa vero, hæc est. nam si omni, & alicui. ¶ Simul au-
tem manifestum, quoniā destruere quā construere facilius. Quomodo igitur fit omnis

syllogismus,& per quot terminos , & propositiones,& quomodo habentes se adinui cem,amplius autem quæ propositio in vnaquaque figura, & quæ in pluribus , & quæ in paucioribus monstratur:palam ex his quæ dicta sunt.

Vicesimiseptimi cap. notæ.

Ex hac descriptione facile ītelliges.q̄ & quātæ ꝓpositiones in quaque figura facile rōcinentur atque difficulter,tum cū construūtur,asseruntur que,tum cū destruuntur negātur atque refutātur.

	pria figura	Secunda	Tertia	Cōstruunt	Destruunt	Destruūtq	
A	1	0	0	1	9	E	0
B	1	2	0	3	5	A	1
I	1	0	3	4	3	B	
O	1	2	3	6	1	A	

PARAPHRASIS CAP.VICESIMISEPTIMI.

195 VIcesimum septimum cap.de problematis,propositisq; facile & difficile argumentā-
dis,construendis conclusio vna,corollaria tria. Prima conclusio . Vniuersale affir-
matiuum difficile syllogisatur,post quod vniuersale negatiuum:particulare autem
affirmatiuum facile syllogisabile collectileque est, & particulare negatiuum omniū
facillime . Quoniam autem habemus ex quibus syllogismi constant, & quale id.sit
q in vnaquaq; figurarum monstratur . & quot modis monstratur , promptum est vt cognosca-
mus quodnam propositum facile & quod difficile argumentabile sit, syllogismoque collectile.
Nam quod in pluribus figuris & per plures casus , modosque concluditur , facile argumentabile
atque syllogisabile dicitur , quod autem in paucioribus figuris & per pauciores modos : dif-
ficilius argumentabile. Quoniam ergo vniuersale affirmatiuum duntaxat per primam figuram
monstratur,& per hanc quidem vnico modo,& vniuersale negatiuum & per primam & per secū
dam. Per primam quidem vno modo & per secundam duobus, & particulare affirmatiuum per
primā monstratur & tertiam. per primam quidem vno modo,& per tertiam tribus . particulare
vero negatiuū in oībus figuris monstratur,in prima semel,in secunda bis.& in tertia ter. manife-
196 stū est igitur vniuersale affirmatiuū oīm difficillime colligi, deinde vniuersale negatiuum. parti-
culare autem affirmatiuū facile;oīm vero facillime particulare negatiuum. Primū corollarium.
Perspicuum igitur est difficillimū esse vniuersale affirmatiuum construere,destruere aūt perfaci-
le.& oīno ei qui interimere vult,sese vniuersalia quam particularia præstare faciliora. volenti au
tem construere,particularia esse faciliora. Nam vniuersale affirmatiuum solum semel construitur
sed destruitur:& si nulli insit,& si alicui non insit,hoc est per vniuersale negatiuum contrarium,
& particulare negatiuum contradictoriū. Et alicui non inesse, particulareq; negatiuum. per oēs fi
guras monstratur,, & nulli inesse,vniuersaleq; negatiuū,per duas. Et simili modo de vniuersali ne
gatiuo. Nā tribus modis construitur,sed interimitur vniuersali affirmatiuo , & particulari affir-
matiuo. et eī si oī aut alicui insit,quod ex principio vniuersale negatiuū ꝓpositum est,destructum
est,omni autem inesse & alicui inesse,monstratū fuit in duabus euenire figuris. Nā oī in prima,&
alicui etiam in tertia. Sed particularia non destruuntur nisi vno modo.per vniuersalia scilicet vt
ticulare negatiuum destruere:omni inesse monstrantē,& particulare affirmatiuum,monstrantem
nulli inesse. Verum volenti construere,faciliora sese ingerunt particularia. Nam pluribus in figu
ris,pluribusque modis construuntur. Secundum. Prorsus etiam id minime latere oportet , licere
vniuersalia & per inuicem & per particularia destruere,& particularia per vniuersalia,at minime
licere vniuersalia per particularia construere,per vniuersalia vero licere particularia. Nā si oī in
197 esse constructū est,etiā & alicui . Tertiū. Perspicuum etiam pariter est problemata destruere q̄ con
198 struere,facilius esse. Quonā igitur modo fit omnis syllogismus,ꝑ quot terminos , & ꝓpositiones,
& quonā pacto adinuicē sese habentes,insuꝑ qd' problema ac propositum in vnaquaque figura,
quod in pluribus,quodve in paucioribus mōstratur,ex his quæ dicta sunt,exploratū satis est.

De abundantia propositionum. Cap.XXVIII.

199 QVomodo autem idonei erimus semper syllogisare ad propositū & per quā
viam sumemus circa vnumquodque principia,nūc dicendum. Non enim so
lum fortasse oportet generationem considerare syllogismorum , sed & po
200 testatem habere faciendi. Omnium igitur quæ sunt , hæc quidem sunt ta

lia vt de nullo alio prædicetur vere vniuersaliter. vt Cleon & Callias & quod singulare &
sensibile. de his autem alia. nam & homo & animal vterque horum est. illa vero & ipsa
quidem de alijs prædicantur, de illis autem alia prius non prædicantur. alia autem & ip
sa de alijs & de his, alia. vt homo de Callia & de homine animal. ¶ Quoniam ergo quę
dam eorum quæ sunt, de nullo nata sunt dici palam. nam sensibilium pene vnumquod
que est huiusmodi vt de nullo prædicetur, nisi vt secundum accidens. dicimus enim quan
doque album illud Socratem esse, et hoc veniens Calliam, quoniam autem in sursum
pergentibus statur quandoque, rursum dicemus, nunc autem sit hoc positum. de ijs er
go prædicatum aliquod non est demonstrare nisi secundum opinionē, sed hæc de alijs.
neque singularia de alijs, sed alia de ipsis. Quæ autem in medio sunt, manifestum quo-
niam vtrunque contingit. nam & hæc de alijs, & alia de his dicuntur; & pene rationes & 201
considerationes sunt, maxīe de his. ¶ Oportet ergo propositiones circa vnum quod-
que horum sic sumere supponentem, ipsum primum & diffinitiones, & quæcunque pro
pria sunt rei. deinde post hoc quæcunque sequuntur rem. Et rursum quæ res sequitur, 178
& quæcunque non contingunt ipsi inesse, quibus autem ipsa non contingit. non sumē
dum. eo quod conuertitur priuatiua. ¶ Diuidendum autem est & eorum quæ sequūn-
tur, quæcunque in eo quod quid est, & quęcunque vt propria, & quæcunque vt acci-
dentia prædicantur. & horum quæ secundum opinionem, & quæ secundum veritatem,
quanto enim plurium talium abundauerit quis, citius īueniet conclusionem. quanto 205
autem veriorum, magis demonstrabit. ¶ Oportet autem eligere non quæ sequuntur
aliquam. sed quęcunque totam rem sequuntur, vt non quod aliquem hominem, sed quod
omnem hominē sequitur. per vniuersales enim propositiones fit syllogismus.
¶ Cum autem est indefinitum, incertum si vniuersalis est propositio. cum vero defini 204
tum, manifestum. similiter autem eligendum & quæ ipsum sequitur tota, propter di-
ctā causam. ipsum autem quod sequitur, non est sumendum totum sequi. dico vt ho-
minem omne animal, aut musicam, omnem disciplinam, sed simpliciter solum sequi,
quemadmodum & prætendimus. etenim inutile alterum, & impossibile. vt omnem ho
minem esse omne animal, vel iustitiam, omne bonum, sed cui consequens est, in illo omnī
esse dicitur. ¶ Quando autem ab aliquo continetur subiectū cuius consequentia opor 215
tet sumere, quæ vniuersale quidem sequuntur vel non sequuntur: non eligendū in his.
sumpta enim sunt in illis. quęcunque enim animal, & hominem sequuntur: & quæcun
que non animali insunt similiter. ¶ Quę autem in vnoquoque sunt propria, sumendū.
sunt enim quædam speciei propria præter genus. necesse est enim diuersis speciebus pro 206
pria quædam inesse. ¶ Neque autem vniuersale eligendum ijs quæ sequitur quod cō- 207
tinetur. vt animal ijs quæ sequitur homo. necesse est enim si hominem sequitur animal
& hęc omnia sequi. conuenientiora autem hæc hominis electionī.
¶ Sumendum autem & quæ plerunque sequuntur, ea quæ sequuntur. nam & proble- 208
matibus quæ plerunque, & syllogismus ex propositionibus quæ plerunque aut omni
bus aut aliquibus. similis enim est vniuscuiusque conclusio principijs.
¶ Amplius quæ omnibus sequentia sunt, non eligendum. non enim erit syllogismus 219
ex ipsis, ob quam autem causam, in sequentibus erit manifestum.

Vicesimioctaui capitis notę.

Secundum opinionem: sicut hoc tempore de ente opinantur, quod prædicetur synonimæ de sub 200
stantia, quantitate & reliquis. verum hæc ad authorum disciplinas: non modo nihil iuuant sed
& obsunt. Res, subiectum aut prædicatum. Antecedens, de quo alterum vniuersaliter dicitur. Cō 203
sequens, quod de altero dicitur vniuersaliter. Extraneum alienumve: quod de altero vniuersaliter 255
negatur. Cuius, cuius continentis. In illis in consequentibus & alienis, eius quod continet.

¶ PARAPHRASIS CAP. VICESIMIOCTAVI.


VIcesimumoctauum Cap. de abundantia propositionum vna conclusio. diuisio v- 298
na, documenta nouem. Conclusio. Quo pacto facultatem ipsi nanciscimur, semper
ad id quod proponitur faciendorum syllogismorum, & per quam artem atque vi
am circa vnumquod que principia sumemus: nunc vt dicatur expedit. Nā nō so- 200
lum operęprecium est syllogismorū generationē cōtemplari sed de eorū efficiēdo

rum facultatem habere,par consentaneumque est. Diuisio. Omnium quæ sunt,quædam de nul
lo vniuersaliter vere prædicatur,vt Cleon,Callias,& quicquid singulare sensibileque fuerit.alia
autem de sensibilibus,singularibusque prædicantur.vt homo,& animal. Nam vterque horum
(Cleon dico & Callias)& homo & animal est,horumvero alia & ipsa quidem de aliis prędicantur
de illis autem nulla alia prędicantur.siquidem nihil illis prius est. Alia autem & ipsa de aliis, &
de illis alia.vt homo prædicatur de Callia:& de homine animal.Fit itaque exploratum vt eorũ
quæ sunt;quædam de nullo dici nata sint,nisi forte secundum accidens. Nam singularium pene
vnumquodque eiusmodi est vt de nullo prędicetur:nisi secundum accidens. Nanque interdum
dicimus:hoc album Socratem esse,& hoc veniens esse Calliam.Et ex opposito esse alia quæ præ
dicantur de aliis:quibus nihil prius est,quod de ipsis prędicetur, ob idipsum ad superiora pro-
ficiscentibus;aliquando occurrit status,& quidem non vltra progrediendi terminus,sed id post
modum a nobis differetur:nunc autem hoc in loco id suppositum sit.de illis ergo afferre non pos
sumus quicquam:quod proprie prædicetur nisi secundum opinionem.sed illa prædicantur de a-
liis opposito quidem affecta modo quam singularia,nanque singularia de aliis non prædicantur
sed alia de illis.Sed perspicuum est quę in horum medio collocantur:vtroque modo contingere.
201 nam & illa de aliis:& de illis alia prædicantur.Et pene de huiusmodi in meditullio constitutis:&
rationes & considerationes maxime fiunt. Documenta,pręceptave. Primum.Summopere con-
ducit circa vnunquodque propositum syllogisandum,hunc in modum propositiones sumere:vt
qui id facturus sit primum idipsum supponat,statuatque scilicet diffinitiones,& quecunque pro
pria sunt rei.deinde consequentia & antecedentia rei,& quæcunque non contingunt ipsi inesse:
id est extranea,alienaque,ea autem quibus res ipsa non contingit inesse:vt aliena sumatur non
202 erit negotiandum.Nam quæ rei non insunt,neque illis quoque res ipsa inerit,eo quod vniuersa
lis priuatiua conuertitur.Secundum Ei qui facultatem syllogisandi sit habiturus, consequentia
diducenda sunt.Nam eorum quædam prędicantur in quid,quędam vt propria, quædam vero
vt accidentia,quædam secundum opinionem,,quædam autem secundum veritatem.Quanto e-
203 nim pluribus huiusmodi quispiam abundauerit, celerius adipiscetur conclusionem.& quanto ve
rioribus,tanto quoque magis demonstrabit propositum.Tertium. Deligere oportet huiusmodi
consequentia non quæ sunt alicuius & particulariter consequentia, sed que totius rei & vniuer-
saliter.vt hominis consequens;non quod aliquem hominem sequatur,sed quod omnem hominẽ
204 Nam per vniuersales propositiones fit syllogismus.Quartum.Cum antecedens indęfinite sumi-
tur , incertum est an propositio vniuersaliter intelligatur.cum autem definite,manifestum id est,
minimeque latet,quare similiter deligenda sunt antecedentia , quę tota & vniuersaliter(propter
causam quę dicta iam est)sequitur ipsum consequens ipsum tamen consequens, non sumendum
est sequi totum & vniuersaliter. dico(vt exempli causa)non sumendum esse hominem,esse omne
animal,aut musicam esse omnem disciplinam.sed solum simpliciter,& sine vniuersalis notæ adie
ctione sequi(quemadmodum & prius)intendimus. etenim si secus & aliter factum fuerit,ineptũ
205 & impossibile,vt omnem hominem esse omne animal,vel iustitiam esse omne bonum.sed antece-
denti omni & vniuersaliter ,consequens inesse dicitur. Quintum.Quando subiectum ab aliquo
continetur.cuius consequentia sumere oportet.siue etiam non consequentia alienave.non eius ꝙ
vniuersaliter id est subiecti consequentia vel non consequentia,alienave in his sunt deligenda.
Nam subiecti consequentia & non consequentia alienaque,sumpta sunt in illis. Nam quecunq;
animalis sunt consequentia,& hominis sunt consequentia.& quæcunque non insunt animali:si-
militer quoque neque insunt homini.Sextum.Sumenda sunt vniuscuiusque propria,vt propria
206 speciei. & propria generis.Sunt enim quædam speciei pręter genus propria.nam & diuersis spe-
207 ciebus,propria quędam inesse necesse est,Septimum.Neque vniuersale sequens,iis deligendũ est
quę sequitur id quod cõtinetur, vt aĩal,iis,quę sequitur hõ. Nam necesse est aĩal hęc omnia sequi
si sequitur hominem.satis igitur & si sumitur sequi hominem,et familiaria quidem eiusmodi ad
hominem sequi deliguntur.Octauum.Sumenda sunt huiusmodi consequentia,quę plerunq; con
208 sequentia sunt iis,quę sequuntur.Nam et iis quæ proponuntur vt plerunque existentibus,et syl
logismus quoque ex propositionibus eritquæ plerunque, aut omnibus quidem,aut aliquibus.
209 Ne ab re. Nam similis est vniuscuiusque conclusio principiis . Nonum . Pręterea neque ea con
sequentia deligenda sunt,quæ omnia sunt sequentia.Nam ex illis nullus erit syllogismus.ob quã
autem causam,in sequentibus euadet perspicuum.

¶Medij syllogismorum inueniendi regulæ. Cap. XXIX.

210 COnstruere ergo volentibus aliquid de aliquo toto:eius quidem quod con-
struitur inspiciendum ad subiecta de quibus ipsum dicitur. de quo autem
oportet prædicari: quæcunque hoc sequuntur. si enim aliquod horum sit
211 idem,necesse est alterum alteri inesse. ¶Si autem non quoniam omni

sed quoniam alicui: quæ sequitur vtrunque.si enim aliquod horum idem fuerit:neces-
se est alicui inesse. ℂQuando autem nulli oporteat inesse.cui quidem oportet nō ines- 212
se,ad sequentia subiecti. quod autem oportet non inesse: inspiciendū ad ea quæ nō con
tingunt illi adesse.Aut conuersim cui quidem oportet non inesse:ad ea quæ nō contin
gunt eidem adesse.q vero non inesse:inspiciendum ad sequentia.nam si hęc sint eadem
vtrorunque,nulli contingit alteri alterum inesse:fit enim quandoque quidem in prima
figura syllogismus,quandoque autem in media. ℂSi autem alicui non inesse: cui qui- 213
dem oportet non inesse,quæ consequitur.quod vero non inesse, quę non possibile est
illi inesse.si enim aliquid horum sit idem:necesse est alicui non inesse.
ℂMagis autē fortasse erit sic,vnumquodque eorum quæ dicta sunt manifestum. sint
enim sequentia quidem a,in quibus b,quæ autem ipsum sequitur,in quibus c. quæ au- 214
tem non contingunt e inesse,in quibus g.rursum autem ipsi e quæ quidem insunt: in
quibus f,quæ autem ipsum sequitur,in quibus g.quæ autem non contingunt eidem in
esse:in quibus h. ℂSi ergo idem aliquid eorum sunt c,alicui eorum quæ sunt f:necesse 215
est a omni e inesse.nam f quidem omni e,e autem omni a.quare omne e inest a.
ℂSi autem c & idem:necesse est alicui e inesse a. nam id quod est c,a.id vero quod est
g.e omne ei sequitur. ℂSi autem f & d sint idem:nulli e,ierit a ex prosyllogismo. quo
niam enim conuertitur,priuatiua,& f ei quod est d idem:nulli f inerit a. f autem omni e.
ℂRursus si b & h idem:nulli e inerit a.nam b,a quidem omni:ei autem in quo e, nulli
inerit, idem enim erat ei quod est h b:h autem,nulli e inerat. ℂSi autem g & d idem a, 216
alicui e non inerit.nam ei quod est g,non inerit a:quoniam neque d,g aūt sub e est.qua
re alicui e non inerit. ℂSi autem g & b idem,conuersus erit syllogismus. nam g inerit
omne a:nam b ei quod est a.e autem,ei quod est b.idem enim erat ei quod est g. a autē
ei quod est e:omni quidem non necessarium est inesse, alicui autem necessarium eo
quod conuertatur vniuersale prædicatiuum in particulare.
ℂManifestum ergo quoniam ad prædicta perspiciendum vtrinque in vnaquaq; quæ- 217
stione.per hæc enim omnes syllogismi.oportet autem & sequentium & quibus sequi-
tur singulum,ad prima & vniuersalia maxime inspicere.vt e quidem magis ad K f, quā
ad f solum.a autem ad K e magis,quam ad c solum.Si enim ei quod est K f inest a: &
ei quod est f inest,& ipsi e.si vero hoc non sequitur a,possibile est id quod est f sequi.
Similiter autem & in quibus idem sequitur:considerandum. nam si primis: & ijs quæ
sub ipsis sunt,sequitur.si autem non his,& ijs quæ sub ipsis sunt possibile.
ℂPalam autem quoniam per tres terminos & duas propositiones consideratio:& per 218
prædictas figuras syllogismi omnes.monstratur enim omni quidem e inesse a: quando
eorum quæ sunt c f,idem quiddam sumitur.hoc autem erit medium. extremitates au-
tem a & e.sit enim prima figura.Alicui autem,quando c & g sumitur idem.hoc autem
postrema figura,medium enim fit g.Nulli vero, quando d & f idem.sic autem & pri-
ma figura & media.prima quidem quoniam nulli f inest a. siquidem conuertitur priua
tiua.f autem omni e.Media autem quoniam d,a quidem nulli.e autem omni inest.
Alicui autem non inesse,quando d & g idem fuerit,hæc autem postrema figura. nam a
quidem nulli g inerit, e vero omni g.manifestum igitur est quoniam per prædictas fi-
guras omnes syllogismi. Et quoniam non eligendum quæcunque omnibus sequun- 219
tur,eo quod nullus fiat syllogismus ex ipsis.nam construere quidem non omnino erat
ex sequentibus.priuare autem non contingit per ea quæ omnibus sequuntur. opor-
ter enim huic quidem inesse,illi vero non inesse. ℂManifestum autem quoniam & 220
aliæ considerationes quæ secundum electiones,inutiles ad faciendum syllogismum.
Vt si sequentia vtrunque eadem sint,aut quę sequitur a & quæ non contingit e ines-
se,aut rursum quæcunque non possibile est vtrique inesse. non enim fit syllogismus
per hæc.nam si sequentia sint eadem vt b & f, media fit figura prædicatiuas habens
vtrasque propositiones. Si autem ea quæ sequitur a & quæ non contingit e, vt c,
& h prima erit figura priuatiuam habens propositionem ad minorem extremitatem.
Si autem quæcunque non contingunt vtrique,vt d & h, priuatiuæ vtræque proposi-
tiones erunt,vel in prima figura vel in media. sic autem nullo modo erit syllogismus.



¶Palam aũt & quæ eadẽ, sumẽdũ secũdũ considerationem:& nõ quæ diuersa, vel cõtraria. primum quidem, quoniã medij gratia, inspectio. medium autem non diuersum: sed idẽ oportet sumere. Deinde & in quibus accidit fieri syllogismũ. qđ sumantur cõtraria aut nõ contingentia, eidem inesse, in prædictos, omnia reducuntur modos. Vt si b & f sint contraria, aut nõ contingant eidem inesse, erit enim his sumptis syllogismus, quoniam nulli e, inest a, sed non ex ipsis, sed ex prædicto modo. nã b, a quidem omni, e autẽ nulli inerit. quare necesse est b, idem esse alicui eorum quę sunt h. Rursum si h & g nõ possint eidem adesse, erit quoniam alicui e, nõ inerit a, nã & sic media erit figura. nã b a quidem omni g vero nulli inerit. quare necesse est g idem est alicui eorum que sunt d. nam non contingere g & b idem inesse nihil differt, aut g alicui d idem esse. omnia enim sumpta sunt in d, quæ contingunt a inesse. Manifestum ergo quoniam ex istis quidem inspectionibus nullus fit syllogismus. & si b & f sint contraria, idem esse b, alicui h, & syllogismum semper fieri per hæc. Accidit ergo sic inspicientibus considerare viã aliam necessariã, eo quod quãdoq; latet identitas horũ quæ sunt b & h.

Litera latina hic: vitiata erat.

9

Fit enim. Nam quando sumitur medium per primam partem regulae. fit syllogismus per primam & secundam figuram, & quando sumitur per secundam particulam. fit per secundam figuram. Vnde quamuis medium duabus literis designetur, re ipsa tamen vnum est, ratione autem duo. quod duplicate designatur literarum, vt medium ad vniuersalem & particularem affirmatiuam in prima figura syllogismo colligendam, est antecedens prędicati conclusionis. & consequēs subiecti, quod designatur per f c Et ad vniuersalē & particularem negatiuam: est alienum prędicati & cōsequens subiecti, quod significat d f Nemo igitur quatuor terminos ī syllogismo cogitet, quia duae pro medio hic assignētur literae. Ad praedicta scilicet sequentia subiectū & praedicatū, et ad ea, quae subiectū sequitur et quae sequitur p̄dicatū. et ad aliena quę nō cōtingunt subiecto inesse, et quę etiā non cōtingunt inesse praedicato. Vtrinq; tā ex parte a p̄dicati, quā ex parte subiecti.

			Media
L	F	Corpus	
R	F	Viuens quod claudit animal	F c
	F	Animal	c g
	B	Homo	d f
			h b
	A	Substantia	g d
R	c	Corpus quod claudit animal	g b
L	c	Viuens	
	c	Animal	

Quae ad omnia sequuntur: transcendentia, ens, res et aliquid.

Delectationes medij omnes quae sunt nouem. 216

i	b f	Febas	inutilis	
ij	b g	Gebali	vtilis	indirecte
iij	b h	Hebare	vtilis	directe
iiij	c f	Fecana	vtilis	directe
v	c g	Cageti	vtilis	directe
vi	c h	Hecas	inutilis	
vii	d f	Dafenes	vtilis	recte
viii	d g	Gedaco	vtilis	recte
ix	d g	Hedas	inutilis	

Eiusdem rei alia descriptio

i	f c	Fecana	Systatos
ij	c g	Cageti	Systatos
iij	d f	Dafenes	Systatos
iiij	h b	Hebare	Systatos
v	g d	Gedaco	Systatos
vi	g b	Gebali	Systatos
		Asystati	Inconstantes
vi	f b	Febas	Asystatos
vij	h c	Hecas	Asystatos
ix	h d	Hedas	Asystatos

Erunt in prima aut in secunda figura Maxīe in secunda figura quia prædicantur illa extranea in prima etiam, quia vniuersali conuersa fieret prima. In tertia aūt non oportet, quia vtraq; premis sa nō conuersa nō fit, q̄d fieri nō posset, si altera sumatur particularis ideo de tertia figura tacuit.

A	virtus	A	
E	intemperantia	E	Laur us
B	bonum.	B	
F	malum	G	arbor
	Contraria		Aliena

221 Quare necesse est g idem esse alicui eorum quæ sunt d. Lectio latina habebat, quare necesse b idem esse alicui eorum quæ sunt h. Nam non contingere g & b eidem inesse nihil differt aut b alicui h idem esse. omnia enim sumpta sunt, quæ non contingunt, e inesse. Quę quod ita stare non possint ex his terminis cognoscitur. vt esto a homo, e corpus, b consequens ad a sit animal. & g antecedēs e sit laurus. manifestum est sumpta esse g b extranea. Nam nihil idem contingit laurū esse & animal. & insuper omni b inesse e: omne enim animal corpus. si igitur ex hac hypothesi quia videlicet omni a īest b, & nulli g inest b: colligi possit vt codex latinus habet b idem esse alicui eorū quę sunt h. Sit igitur illud K tunc per secundam figuram hoc pacto epicheremate syllogismoque vtemur nullum e est K & omne b est K, nullum b igitur est e. at cognitum est omne b esse e. id aūt impossibile. igitur ex lectione græca, tota hoc pacto litera ab errore vindicata, defensaque est. quare necesse est g idem esse alicui eorum quæ sunt d. nam non contingere g & b eidem inesse nihil differt aut g alicui d idem esse. omnia enim sumpta sunt in d, quæ non contingunt a inesse, & quod ita esse oporteat nihil sane mirū est, quia b consequēs est ipsius a, & g & b posita extranea. quare g etiam alienum, extraneumque erit ipsi a. siquidem quicquid sequentis extraneū est, & eius quoque cuius consequens erat, extraneū sit oportet. g igitur ex necessitate aliquid eorū erit quæ sunt d quod d omnia extranea significet ipsius a. Sed vt latine habebatur, ita minime esse oportebat: vt demonstratū iam est, tum etiā quod non oporteat quod extraneum est antecedenti, idem quoque & extraneum esse consequenti, cui nihilominus inniteretur cū diceretur b extraneū g, ergo b aliquid est eorum quæ sunt h. sed de excluso circa literā errore, hæc satis sint. Sic em̄ secunda erit figura. id intelligitur de prosyllogismo, qui necessarius est ad demonstrādum propositum, qui est huiusmodi. omi a inest b, & nulli g inest b, igitur nulli g inest a, ex quo efficitur g aliquid esse eorum ex necessitate, quæ sunt d. Syllogismus principalis est. ex præcedenti nulli g inest a (id enim præcedentis conclusio) & omni g inest e, nam e eius consequens, igitur per tertiam figurā alicui e non inest a. Verū quia vtraque propositio conuertitur negatiua vniuersaliter, & affirmatiua particulatiter, potest & idem particulariter monstrari in secunda figura hoc pacto, nulli a inest g. nam nulli g inerat a, & alicui e inest g est enim omne g, e. alicui igitur e non inest a. ex quo tota hoc in

210 loco Aristotelis litera peruia, dilucidaque esse potest.

a homo
c corpus
b animal
g laurus

ὥστ' ἀνάγκη τὸ κ ταυτὸν εἶναι τῶν Δ. τὸ δὲ μὴ ἐνδέχεσθαι τὸ β καὶ τὸ κ τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν οὐδὲν διαφέρει τὸ κ, τῷ Δ τινὶ ταυτὸν εἶναι. πάντα ἀ εἴληπται ἐν τῷ Δ, τὰ μὴ ἐνδεχόμενα τῷ α ὑπάρχειν.

g apud nostros respondet elemento κ in hoc loco

PARAPHRASIS CAP. VICESIMINONI.


Vicesimumnonum cap. mediū reperiendi regulæ quinque, descriptio, & earū demonstratio, corollaria quinque. Prima regula. Si qui voluerint prædicatum aliquod de

211 aliquo subiecto toto, vniuersaliterque astruere, perspiciendum sane est ad subiecta eius quod astruitur, de quibus & ipsum dicitur. ad illius autem subiecti (de quo ostēdere oportet ipsum prædicari) omnia inspiciendū est consequentia. Nā si aliquod bonum subiecti consequētiū, idem fuerit alicui subiectorum eius quod astruitur necesse est alterū

212 alteri inesse, & prędicatum illud subiecto toti & vniuersaliter inesse, recte asseritur. Secūda. Si autem aliquid cuippiam inesse astruere voluerint non quidem omni & vniuersaliter sed alicui & solum particulariter: perspiciendum ad ea est, quæ vtrunque sequitur, & si illorum aliquod idem esse comperiatur, necesse est alterum alteri alicui, particulariterque īesse. Tertia. Quādo aliquid alicui nulli inesse ostendere oporteat, inspiciendum est ad eius subiecti (cui quidem oportet nulli inesse) consequentia, & ad eius prędicati (quod quidem oportet nō inesse) ad ea inspiciendū est, q̄ nō contingunt illi inesse, quæve illi sunt extranea aut cōuersim ad ea subiecti (cui oportet nō inesse) inspiciendū est quę non contingunt illi adesse, ad eius vero prędicati (quod oportet non inesse) in

213 spiciendum est sequentia Nā si hæc vtrorumuis eadem sint, nulli contingit alteri alterum inesse. Fit em̄ sic sumpto medio qn̄que quidem per primā figurā syllogismus. quādoque vero per secūdā. Quarta. Si aūt oporteat aliquid alicui particulariterque solū non inesse ostendere inspiciendū est ad eius subiecti, cui quidē oportet nō inesse, antecedētia quæ sequitur, eius vero p̄dicati q̄d oportet non īesse, inspiciēdū est ad ea q̄ non contingunt illi inesse. Nā si aliquod horū sit idem & alterum alteri alicui non inesse necesse est. Sed forsitā vnūquodque eorum q̄ dicta sunt hoc pacto magis euadet exploratum. Sint ei sequētia prædicatū a b & ea q̄ ipsum, a sequitur, id est antecedē


214 tia a sint c. Et quę non contingunt ipsi a inesse, verū aliena, extraneaque sunt, sint d. Rursum quæ subiecto e insunt, ipsumque sequuntur, sint f, ea quæ sequitur e, sint g. & quę non contingunt inesse e, quęve illi sunt extranea sint h. fiatque digamma, linearisque descriptio hunc in modum.



Literę literę Aristo iterp telis pretū

FECANA
Prima figura.
A A A
A A I
GAGETI
Tertia figura.
A A I
I A I
A I I
DAPENES
Prima figura.
Secunda.
E A B
B I O
HEBARE
Secunda figura.
A B E
A O O
GEDACO
Tertia figura
E A O
O A O
E I O
GEBALI
Prima indirecta
A A I
A I I

ARP EDICATVM.




SVBIECTVM.


Nunc autem prima regula monstranda est, Si igitur omni e monstrandum fuerit a inesse & aliquid eorum quæ sunt c(id est antecedentia a,eorum quæ ipsum a sequitur)idem erit alicui eorum quæ sunt f,id est sequentium e: dico ex necessitate euenire vt omni e insit a. Nam omni e inest f, est enim f sequens e,& omni c(quod quidem per hypothesin etiam idem est atque f)inest a, igitur per primam figuram & per secundam conclusionem quarti capitis huius,omni e inest a,quod intendebat prima regula. Secunda monstratur, Si monstrandum,syllogisandumve est alicui e inesse a. & c & g idem sint(id est aliquid idem sit,quod & a & quod e sequitur(dico ex necessitate euenire,vt alicui e insit a, Nam id quod est c vniuersaliter, & omne sequitur a . Id vero quod est g per hypothesin vnum atque idem ipsi c omne etiam sequitur e igitur per tertiam figuram & secundā conclusionam sexti cap.alicui e inerit a . Tertia vero regula ostenditur vt si demonstrandum est nulli e inesse a.si f sequens subiectum e,idem sit d alieno,& quod non cōtingit inesse a,dico quod nulli e inerit a quod ex prosyllogismo facile cognoscitur,quia vniuersalis negatiua conuertitur. Nam quia f & d idem,nullum f est a,& omne e est f(consequens enim est f ipsius e) per primā igi-
216 tur figuram nullum e est a. Et idem in primo secudæ figuræ modo ostendetur facillime. & hæc est tertiæ prima particula demonstrata. Secunda autem particula ostenditur , vt si b sequens a idem sit h alieno e,dico nulli e inesse a.Nam omni a inest b(est enim b sequens)& nullum e est b.


Nam ei quod est h positum est b esse idem, & nullum e erat h . igitur per secundam figuram & secundum eius modum nullum e est a . Quarta regula simili pacto demonstratur , vt si g cuius e consequens, idem sit d extraneo a ; dico alicui e non inesse a : nulli enim g inest a, quoniam nullum d est a & d & g idem . & omne g est e, est enim g sub e . igitur per tertiam figuram,alicui e non inest a,quod erat demonstrandum. Sed & hic poni potest quinta regula . Si id cuius subiectum e consequens est idem sit ei quod prædicato a est consequens,vt si g & b sint idem per huiusmodi medium conuersus , & indirectæ conclusionis conuersionisve, fiet syllogismus.


Nam omni a eurnit g, ob idipsum quod omni a inest b, & omni g inest e. nam e idem erat ei quod est g atque eius consequens , omni a igitur per primam figuram inerit a.sed a, omni inesse e non necessarum est,alicui tamen inesse necessarium, quia scilicet vniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam commeat atque reuertitur . Efficax igitur medium ad syllogismum omni g inest e & omni a inest g,alicui igitur e inest a , qui conuersus & qui quoquo pacto conuersione flexus obliquoque meatu atque indirecto clausus est syllogismus quod est propositum. Primum
217 corollarium. Manifestum igitur est,in vnoquoque problemate atque proposito ad prædicta vtrique respiciendum. Nam per ea syllogismi fiūt omnes. Verum operæpretium est ad prima,& maxime sequentium & ea quæ singulum quodque tum subiectum tum prædicatum sequitur, aspicere,vt e subiectum magis ad consequens k f referendum est , quam ad f solum , & prædicatum a magis ad K c cuius est consequens,quam ad c solum. nam si ei quod est K c inest;inerit & c & similiter si a inest K f inerit & f & e.sed si a nō sequitur K f nihil tamen prohibet sequi consequr nsque esse ipsius f.quare cōsequentia potius capienda sunt magis vniuersalia. Et similiter ad ea quæ prędicatum a sequitur,considerandum est . Nam si prima sunt et maxime sub illo vniuersalia, et ea
218 quoque sequitur quæ sub illis sunt,si autem non sunt prima,et vt ea quæ sub ipsis, ipsum sequatur nihil prohibet . Secundum corollarium. Perspicuū insuper est; per tres terminos,et duas propositiones præsentem considerationem esse,et omnes syllogismos qui hac ipsa cōsideratione reperiuntur:per prædictas figuras stabiliri. Nam monstratur omni e inesse a quando eorum quæ sunt e f idem quippiam accipitur,quod quidem erit medium,a autem et e extrema. Nanque prima efficitur figura. Et demonstratur alicui e inesse a quando c et g sumitur esse idem . hoc autem tertia erit figura. Nam medium fit g,quod per hypothesin etiam est e . Et demōstratur nulli e inesse a,quando d et f idē sunt. sic enim et prima et secunda fit figura,prima quidē quoniam nulli f inest a quod vniuersalis priuatiua conuertitur,et omni e inest f.secunda autem quoniam nulli a inest d,et omni e inest. Et demonstratur alicui e non inesse a , quando d et g idē fuerit. manifestū est igitur omnes syllogismos per prædictas figuras stabiliri. Tertium corollarium. Vnde etiam eue-
219 nit vt si communiora sequētia diligenda sint,non tamen vsqueadeo,vt quę sequantur omnia Nam ex hmōi, nullus fiet syllogismus , cōstituere ei ex ad vtrunque extremū consequētemedio in secunda figura non erat syllogismum sed alteram propositionum negatiuam esse oportebat. Negare autem non vere contingit,per ea quæ omnia sequuntur . Non igitur aliquod secundæ figuræ aptum fuerit medium. Nanque medium illa in figura, huic quidem inesse, illi vero non inesse oportet. Sunt igitur huiusmodi consequentia ad syllogismos inepta'. Quartum corollarium. Manifestum etiam alias considerationes quę secundum delectiones alias fiunt , ad syllogismum efficiendum inutiles et sine vsu esse. Vt si sequentia vtrunque eadem sint, vel quæ sequitur prædicatum,aliena sint subiecto e et quę non contingunt illi inesse. aut denique quęvtrique cum subiecto tum prædicato aliena sunt , et non potentia inesse . Nam per huiusmodi nullus fit syllogismus : quandoquidem si vtriusque sequentia sint eadem vt b & f, secunda fit figura affirmatiua. vtrasque propositiones habens , quo modo nullus enascitur syllogismus , vt iam mōstr












ftratum eft. Si autem ea quę fequitur prædicatum a, aliena funt fubiecto e & quæ ei ineffe nõ pof
fint: idem inepta ad fyllogifandũ media. Nam prima efficitur figura, priuatiuã propofitionẽ ad
minus extremum habens. Si autem deligantur quæ vtrique non contingunt ineffe vt d & h, vtrę
que propofitiones negatiuæ erunt in prima aut in fecunda figura: fic autem nullo pacto fieri fyl 221
logifmum manifeftum eft. Quintum corollarium. Non minus dilucidum effe debet & quę ea
dem funt fumenda effe fecundum iam agnitam confiderationem, non autem quæ diuerfa, cõtra-
Febas riave. Primo quidem. Nam medii gratia, infpectio eft. In vtraque autem propofitione, medium
Hecas non diuerfum fed idem fumere oportet. Secundo quia in quibus euenit fieri fyllogifmum fumẽ
Hedaa do contraria, aut aliena q̃ non contingunt eidem ineffe. In prędictos omnia talia reducuntur mo
dos. vt fi b & f fint contraria, aut aliena & quę non contingãt eidem ineffe. enĩ vero erit his fump
tis fyllogifmus quod nulli e ineft a: fed non ex ipfis, eoque quod fumpta fint contraria, fed ex mo
do prædicto & ex tertia regula Nam oĩ a ineft b, & nulli e ineft b, nulli e igitur ineft a. quare b ne
ceffe eft idem effe alicui eorum quæ funt h, extraneaque fubiecti e. Rurfum fi b & g aliena fint &
non contingat illa eidem ineffe illis fumptis fiet fyllogifmus quod alicui e non inerit a. fed nõ ex
ipfis fed ex prędictis regulis. etenim fic fecunda erit figura. Nam omni a inerit b. eft enim e b fe-
quens & nulli g inerit b funt enim aliena quare neceffe eft g idem effe alicui eorum quæ funt d.
Nam non contingere g & b idem. ineffe nihil refert, aut g alicui d idem effe nam omnia fumpta
funt in d quæcunque aliena funt, & non contingũt ineffe a. Manifeftum igitur ex his cõtrariorũ
aut alienorũ infpectionibus. nullũ fieri fyllogifmũ, & fi b & f funt cõtraria, idẽ effe b alicui h, &
fyllogifmũ femper fieri per hęc. Accidit igitur fic contraria aut aliena infpicientibus. aliamviam
confiderare neceffariam, eo quod quandoque latet eorum quę funt b & h identitas. neque fufficit
huiufmodi ad contraria, aut aliena infpectio, non attenta, confiderataque alia via.



De fyllogifmis affertorijs ad impoffibile, & reliquis qui ex hypothefi. Cap. XXX.

EOdem autem modo fe habent & qui ad impoffibile deducũt fyl
logifmi: oftenfiuis. nam & ipfi fiunt per ea quæ fequuntur & qui 222
bus fequitur vtrunque. Et eadem confideratio in vtrifque. nam
quod monftratur oftenfiue: & per impoffibile eft fyllogifare &
per eofdem terminos & quod per impoffibile: & oftenfiue. Vt
quoniam a, nulli e ineft. ponatur enim alicui ineffe ergo quoniã
b, omni a. a autem, alicui e. & b, alicui e inerit. fed nulli inerat.
Rurfum quoniam alicui e ineft a, fi enim nulli e ineft a, e autem omni g inerit a. fed oĩ
inerat. fimiliter autem eft in alijs propofitis. femper enim erit in omnibus per impoffi
bile oftenfio: ex fequentibus & quibus fequitur vtrunque. Et in vnoquoque propofi
to: eadem confideratio & oftenfiue volenti fyllogifare & ad impoffibile ducere. nam
ex eifdem terminis vtræque demonftrationes. Vt fi oftenfum eft nulli e ineffe a. quo-
niam accidit & b, alicui e ineffe, quod eft impoffile. fi fumptum fit e quidem nulli b, a
autem omni b ineffe: manifeftum eft enim quoniam nulli e inerit a. Rurfum fi often-
fiue fyllogifatum fit a ineffe, nulli e. fuppofitis ineffe: per impoffibile mõftrabitur nulli
ineffe. fimiliter autem & in alijs. In omnibus enim neceffe eft ijs qui per impoffibile cõ
munem aliquem fumere terminum alium a fubiectis: ad quem erit mendacij fyllogif-
mus. quare conuerfa ea propofitione: altera autem fimiliter fe habente, oftenfiuus erit
fyllogifmus per eofdem terminos. Differt autem oftenfiuus ab eo qui ad impoffibile,
quoniam in oftẽfiuo fecundum veritatem ambæ propofitiones ponuntur: in eo autem
qui ad impoffibile, falfa vtar. Hæc vero erunt magis manifefta per fequentia: quando
de impoffibili dicemus. nunc tantum nobis fit manifeftum: quoniam ad ad hæc perfpi-
ciendum, & oftenfiue volentibus fyllogifare & ad impoffibile deducere. 223
In alijs autem fyllogifmis quicunque funt ex hipothefi, vt quicunque fecundum
tranffumptionem aut fecundum qualitatem in fubiectis: non in prioribus, fed in tran-
fumptis erit confideratio. modus aũt infpectionis idẽ. confiderare aũt oportet & diui
dere quot modis funt ex hypothefi. monftratur ergo vnumquodque propofitorum
fic. Eft autem & alio modo quædam fyllogifare horum: vt vniuerfalia per particula-
rem infpectionem ex hypothefi. Si enim c & g eadem fint. folum g autem fumatur
e ineffe: omni e, inerit a. & rurfum fi g & d eadem: folum autem de g prædicetur e: quo 224
niam nulli e, inerit a. manifeftum ergo quoniam fic infpiciendum. Eodem autẽ mo-
do & in neceffarijs & in cõtingẽtibus. nã eadem confideratio & per eofdẽ terminos erit

eodmq; ordine, & contingentis & inesse syllogismus. Sumendum aũt & in cõtingentibus & quæ non insunt: possibilia autem inesse. ostensum est enim qm̃ & per hæc fit contingentis syllogismus, similiter autem se habebit & in alijs prædicationibus.

Tricesimi cap. notæ.


122 Propositum, conclusio præcipua. Syllogismus mendacij, syllogismus ad impossibile, quod falsum mendaxq; concludit. Et quod terminum cõmunem alium a terminis propositi, præcipue q͂ cõclusionis desumat: communem dico & sibi & syllogismo ostensiuo, facile dinoscitur. propositum sit nulli e inesse a, & per impossibile monstrandum. Suppositi termini sunt e & a. ponatur igitur alicui e inesse a incipiam monstrare per impossibile hoc pacto. omne a est b & aliquod e est a. igitur aliquod e est b, quodquidem est falsum, mendax & ĩpossibile. vbi b terminus sumptus est: qui alius est ab e & a subiectis, suppositisque propositi terminis. Sed quod ostensiuo etiam communis manifestum. nã eius erit medium, sicq; positũ iusta ostensiuaq; ratiocinatione monstratur, omne a est b, & nullum e est b, nullum igitur e est a. participat ergo illo termino vterq; syllogismus.


a	E	Suppositi termini.		Syllogismus ostensiuus.
Syllogismus mendacij			O	a est b
Prima ratiocinatio syllo. ad ĩpossibile.			N	e est b
O	a est b		N	e est a
Q	e est a			b terminus cõmunis alius a suppositis terminis ad quẽ
Q	e est b			fit syllogismus mendacij.

123 Ex secunda conclusione cognoscitur, secundam medij inueniendi regulam valere etiam ad syllogisandam vniuersalem affirmatiuã vbi medium & minus extremum æqui sunt adinuicem, & cõuersim reuertuntur Et ille syllogismus per particularem inspectionẽ dicitur quod regula & medium particularium syllogismorum inspiciatur, & tamen vniuersaliter concludatur. Et ita de quar-
124 ta regula dicendum. Et in talibus licet medium sit subiecti antecedens: quia tamen remeat cõuersimque prædicatur, vicissim & subiecti consequens est. quare siue particularem siue vniuersalem syllogisamus: eadem consideramus quæ & in superioribus. In alijs prædicatiõibus de possibili scilicet & communi contingenti, qui syllogismi per æquiualentiam cognoscuntur.

¶PARAPHRASIS CAP. TRICESIMI.

125 TRicesimum cap. conclu. tres. Prima cõclusio. Perinde syllogismi, qui ad ĩpossibile ducunt: vt & ostensiui sese hñt. Primo. Nã syllogismi ad ĩpossibile per consequentia fiunt, & ea q̃ nunc subiectũ nunc p̃dicatũ sequitur: simili quoq; mõ & per aliena, quæ ve non contingunt subiecto aut prædicato inesse. Secundo. Eadẽ consideratio est in vtrisq; syllogismis, tũ ad incõmodum ac per ĩpossibile ducentibus, tum ostensiuis. Nam q͂ monstratur ostensiue nihil minus & per ĩpossibile contingit ac per eosdẽ terminos, & cõtra. q͂ per ĩpossibile obliquaq; demonstratione, & ostensiue demonstrationeq; recta. Verbi causa, vt si monstrandũ sit per impossibile nulli e inesse a, prius agnito nulli e inesse b, ponatur eñ alicui e inesse a, ratiocinabor hoc pacto, quia ergo omni a inest b. nam b sequens, & alicui e positũ est inesse a igitur per primã figurã alicui e inest b. sed & nulli e inerat b, id autem impossibile. quare nulli e inest a, q͂ erat monstrandũ. Rursus si monstrandum sit per ĩpossibile alicui e inesse a. Esto prius notum oĩ g inesse a. & ponatur nulli e inesse a. tunc ratiocinamur, si enim (vt positum est) nulli e inest a. & omni g inest e. nam e sequens, Igitur per primam figuram nulli g erit a, sed & omni g inerat a, id autem impossibile. quare alicui e inest a, quod fuerat ostendendũ. & simili quoque pacto in alijs quæ proponi possunt. Nam semper erit in omnibus per impossibile ostẽsio: ex ijs quæ sequentia sunt & quæ subiectũ, prædicatumq; sequitur, & similiter ex horũ oppositis id est quæ non contingunt subiecto, prædicatove inesse. Et in singulo quoq; p̃posito eadẽ consideratio valuerit. cum ei qui ostensiuo syllogismo vti voluerit, tum illi cui voluntas affuerit deducere ad incõmodum & impossibile. nec ab re profecto. Nã ex eisdẽ terminis: vtræque demonstrationes & ostensoriæ & q̃ ad impossibile fiunt vt si vt prius ad impossibile monstratũ est, nulli e inesse a, ob idipsum quia & euenit alicui e inesse b: etiã ostensiue, rectaq; demonstratione & assertoria ostenditur, si sumptũ fuerit nulli e inesse b, hoc pacto per secundam figuram ratiocinãdo. oĩ a inest b, & nulli e inest b. igitur nulli e inest a. Rursus si ostensiuo syllogismo monstratum sit, nulli e inesse a, si supponantur a & e sibi inesse, identidem per impossibile monstrabitur nulli e, a inesse. Et simili modo in reliquis. Tertio, quia in omnibus ijs syllogismis, qui sunt ad impossibile necessariũ est aliũ terminũ cõmunẽ, quove vterq; syllogismus & ostensiuus & ad ĩpossibile participat, sumere præter propositi suppositos terminos, ad quem quidã terminũ syllogismus euadet mẽdacij. quare ea propositione versa, sumptaque opposita & altera propositione quæ scilicet vera est similiter se habente. ostensiuus coalescet, efficieturq; syllogismus, & per eosdem terminos, Nam ostensiuus syllogismus ab eo qui ad impossibile est, hoc differt. q͂ in syllogismo ostensiuo ambæ propositiones secundum veritatem ponuntur, non autem in syllogismo ad ĩpossibile, sed in eo vna col-






Assertoria iusta et ostensiua demonstratio.



Libro secundo numero.lix



locatur falsa. Verum hæc ex sequentibus exploratiora erunt:eo in loco vbi de syllogismo ad impossibile disseremus. Nunc autem tantum nobis fuerit manifestum: & ostensiue & ad impossibile deducendo syllogisare volentibus,ad ea quæ dicta iam sunt respiciendum esse. Secunda conclusio In aliis autem syllogismis ex hypothesi vt quicunque secundum transsumptionem & secundum eandem in subiectis qualitatem:non in illis qui a principio sed in transsumptis considera- 223
tio suscipienda est. Modus autem inspectionis superioribus idem est.quod si facile quispiam dinoscere cupit,cõsiderare eum oportet & transcurrere quotquot sunt modi syllogismi ex hypothesi. monstratur siquidem vnumquod queex hypothesi propositorum eo qui dictus est modo, vero & alio quodam modo nonnulla eorum syllogisare contingit eum non eadem in subiectis seruatur qualitas. vt cum vniuersalia per particularem ex hypothesi demonstrantur inspectionem. vt sic & g eadem sint:id est medium,subiectum & prædicatum sequãtur,& insuper ponatur solum g inesse e cum per secundam regulam particularis solam colligatur hoc pacto omni g inest a,nam c & g idem,& omni g inest e alicui igitur e inest a.ex hypothesi nõ solum id sequitur, sed & omni e inesse a. Nã cum g insit e,& soli g insit:in veritate recurrit hæc oratio,vt omni e insit g. & tũc per primam figuram sic nectimus ratiocinationem:omni g inest a,& omni e inest g:omni igitur e inest a Insuper si g & d sint eadem:id est mediĵ consequens sit subiectum & prædicatum ab eodẽ medio alienum,& ponatur soli g inesse e. per quartam superioris capitis regulam colligendæ particularis est inspectio:aut nihilominus ex hypothesi colligemus etiam vniuersalem negatiuam, nulli e inesse a. Nanque nulli g inest a sunt enim posita g & d eadem. & quia omni g & soli g inest e:etiam omni e inerit g. quare per primam figuram nulli e inerit a,quod erat monstrandum. Sed cum ita fit syllogismus,manifestum est quoniam & sic inspiciendum est quemadmodum & in su- 224
perioribus. In aliis igitur syllogismis ex hypothesi,superiores inspectiones locum habent. Tertia conclusio Eodẽ modo de syllogismis & necessariis & contingentibus est sentiendum. Nam eadẽ consideratio & per eosdem terminos erit,& eodem ordine eius quod est necessarium, contingens & inesse syllogismus. Et in contingentibus sumenda sunt sequentia,& quę sequuntur extrema:nõ quæ modo insunt,sed quæ possibilia sunt inesse. Nam ostensum est quoniam & per huiusmodi fit contingentis syllogismus. Similiter autem & res sese habebit in aliis prædicationibus

¶ Quod omnium scientiarum syllogismi superioribus præceptis efficiantur. Cap. XXXI.

MAnifestum ergo ex prædictis quoniam non solũ possibile est per 225
hanc viam fieri omnes syllogismos. sed etiam quoniam per aliam impossibile. omnis enim syllogismus ostẽsus est quoniam per aliquam prædictarum figurarum fit. has autẽ non contingit per alia constitui:quam per sequentia & quæ sequitur vnumquodque. ex his enim propositiones & mediĵ sumptio. quare nec syllogismum possibile est fieri per alia. ¶ Ergo methodus quidem de omnibus eadem est: & circa philosophiam & circa artem quamlibet disciplinam. Oportet enim quæ insunt & quibus insunt circa vnumquodque colligere:& his quamplurimis abundare & hoc per tres terminos considerare. destruentem quidem sic:construentem vero sic.& secundum veritatem quidẽ. ex ĳs quæ secundum veritatem scripta sunt inesse, & dialecticos autem syllogismos: ex propositionibus quæ sunt secundum opinionem. ¶ Principia autem syllogismorum vniuersa- 226
liter quidem dicta sunt & quomodo se habeant, & quomodo oportet inquirere ea,quatinus non aspiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque eadem construentes & destruentes neque construẽtes de omni aut de aliquo, destruẽtes ab omnibus aut ab aliquibus sed ad pauciora et determinata. Secundum singulum autem eorum quę sunt eligere.vt de bono ac disciplina.propria autem in vnaquaque sunt plurima. quare principia quidem quæ sunt circa vnumquodque experimento est crescere,dico autem vt astrologicam quidẽ experientiã, astrologicæ disciplinæ. sumptis enĩ sufficienter apparentibus. sic inuentæ sunt astrologicæ demonstrationes. similiter autem et circa quamlibet aliam se habet et artem et disciplinam. quare si sumãtur quæ insunt circa vnumquodque nostrum erit iã demõstrationes prõpte declarare. si enĩ nihil secũdũ historiã omittatur eorum quæ subtiliter et vere insunt rebus:habebimus de omni cuius quidem non est demõstratio hanc inuenire et demonstrare. cuius aũt non nata est demonstratio,hoc facere manifestum. Vniuersaliter ergo oportet modo propositiones eligere, pene dictum est,per diligentiam autem pertransiuimus in eo negotio,quod circa dialecticam est.

Tricesimimiprimi cap. notæ.

25 Per sequentia & ea quæ sequitur vnumquodque, id est antecedentia: vbique intelligit aliena, qua
27 si opposita. Principia syllogismorum: termini, propositiones, figuræ. Cum cõstruimus: respscimus fecana, cageti, gebali. cum destruimus, respicimus dafenes, hebare, gedaco. cum construimus de oĩ id est vniuersaliter affirmatiue, aspicimus fecana. cum de aliquo & particulariter: cageti & gebali. Et cum destruimus ab omnibus & vniuersaliter, respicimus dafenes & hebare: cum autem particulariter: gedaco. Principia, terminos, propositiones, antecedentia consequentia, aliena & huiusmodi ad syllogisandum. Astrologica disciplina de orbibus, & motibus cælestibus. non autem de genethliaca quæ vanitatem quandam potius quam disciplinam continet, quæ sanctos, & omniũ optimos viros: sui habet censores. Apparentia: vt in deliquiis, accessibus, recessibus, progressibus, regressibus, occultationibus, exortibus, & cæteris huiusmodi quæ astronomi differunt. Manifestum facere, & dialectice, & per aliquem communem locum. Circa dialecticen, in primo topicorũ.

PARAPHRASIS CAP. TRIGESIMIPRIMI.

25 TRicesimumprimum cap. duo corollaria, epilogus. Primum corollarium. Perspicuum igitur ex superioribus euadit non solum possibile esse per hanc viam syllogismos omnes aggigni, sed & per aliam eos fieri impossibile est. Nam omnis syllogismus ostensus est per aliquam prædictarum figurarum fieri. Illas autem figuras non contingit per alis stabiliri, quam per sequentia & ea quæ sequitur vnũquodque. Nam ex huiusmodi & propositiones & medij sumptio est. quare neq;
25 possibile est syllogismum per alia: aliamque viam, quam per antecedentia & consequentia fieri. Secundum corollarium. Fit ergo vt disciplinæ semita in omnibus eadem sit, & circa philosophiam: & circa artem omnem disciplinam. Nam in his circa vnumquodque oportet colligere ea quæ insunt, & quibus, id est sequentia & quæ sequitur vnumquodque, & hisce quam plurimis abundare, & id quidem per tres terminos considerare, destruentem autem hoc modo, construentem vero illo, & hoc secundum veritatem facere, & ad syllogismos demonstratiuos ex ĳs quæ secundũ veritatem præscrita sunt. ad dialecticos autem & disceptatorios syllogismos ex ĳs quæ secũdum
30 opinionem: Epilogus. Principia itaque syllogismorum summatim & vniuersaliter dicta sunt quo se habeant modo, & quo pacto operæpretium est illa explorare, vt nos aspicia mus ad omnia quæ huiusmodi dici solent. neque item ad eadem aspiciamus cum syllogismo quippiam construimus & destruimus, neque ad eadem cum construimus de omni, & cum de aliquo. itidem & cum destruimus ab omni & ab aliquo, sed ad pauca & determinata, quæ superius monstrata sunt aspiciendum est. Et secundum vnam quanque rerum principia deligere oportet: vt de bono, aut disciplina. Sunt enim in re qualibet, peculiaria plurima. Ideo principia circa vnumquodque experientia extenduntur & crescunt. dico enim vt astrologica experientia: ea quæ astrologicæ sunt disciplinæ. Nam sufficienter apparentibus desumptis hunc in modũ, astrologicæ demonstrationes adiuentæ sunt. Et simili modo res se habet, circa artem aliam quamlibet & disciplinã. qua re si sumantur quæ insunt circa vnumquodque nostrum fuerit iam propte demonstrationes manifestare. Si enim nihil secundum inquisitionem omittatur eorum quæ exacte & vere insunt rebus: de omni (cuius nondum habetur demonstratio) illam reperire atque demonstrare, cuius autẽ non nata est esse demonstratio, hoc ipsum aliter manifestum facere. Summatim igitur quo pacto propositiones deligere oportet, pene dictum est, accurate autem idipsum exegimus, in eo negotio quod circa dialecticen est.

De diuisione & eius syllogismo. Cap. XXXII.

QVoniam autem diuisio per genera: parua quædam particula est dictæ methodi, facile videre. est enim diuisio velut infirmus syllogismus. nã quod oporteat quidem ostendere petitur: syllogisatur vero semper aliquid superiorum. Primum autem idem hoc latuit omnes vtentes ea. & suadere conati sunt quoniam esset possibile de substantia demonstrationem fieri. & de eo quod est quid. quare neque quoniam contingebat syllogisare eos qui diuidũt. intellexerunt. neq; q̃m contingebat: sic quẽadmodum diximus. Ergo in demonstrationibus quidem cum oporteat quid syllogisare: oportet medium per quod syllogismus minus semper esse & non vniuersaliter de prima extremitate. Diuisio autem contrarium vult. nam vniuersalius sumit medium. Sit ẽm animal quidem in quo a. mortale autem in quo b, & immortale in quo c. homo vero cuius terminum oportet sumere in quo d, omne ergo animal accipit aut mortale aut imortale;

hoc autem est quicquid erat a, omne esse aut b aut c. Rursus hominem semper, qui diuidit, ponit animal esse. quare de d sumit a esse, ergo syllogismus quidem est quoniam d, aut b aut c omne erit, quare hominem aut mortalem aut immortalem oportet sumere. nam mortale quidem aut immortale esse necessarium est animal. mortale autem nō necessarium est: sed petitur, hoc autem erat quod oportebat syllogisare. Et rursus qui ponit a quidem animal mortale: in quo autem b pedes habens. in quo autem c, non habens pedes, hominem vero d. similiter sumit a quidem, aut in b aut in c esse. omne eñ animal mortale, aut pedes habens aut pedes non habens est, de d autem, a. nam hominē animal mortale sumpsit esse. quare habens pedes vel non habens pedes esse animal, necesse est hominem, pedes autem habens non necesse est, sed sumit. hoc autem erat quod oportebat rursum ostendere. Et ad hunc modum semper diuidentibus, vniuersale quidem accidit eis medium sumere: de quo oporteat ostendere & differentias & extremitates. in fine autem quoniam hoc est homo, aut quicquid erat quod quæritur, nihil dicunt manifestum. quare necessarium est esse, etenim aliam viam faciunt omnem, non 115
quidem contingentes idoneitates, opinantes esse. ¶ Manifestum est autem quoniā neque destruere hac via est, neque de accidente aliquid, aut de proprio syllogisare, neque de genere neque de quibus ignoretur vtrum hoc modo aut illo se habet. vt putasne diameter est symeter vel asymeter? si enim sumat quoniam omnis longitudo est symetros, vel asymetros, diameter autem longitudo. syllogisatum est quoniam symeter vel asymeter est diameter. si autem sumetur incommensurabile, quod oportebat syllogisare sumetur, non ergo est ostendere. nam via quidem hæc per hanc autem non est ostendere symetrum vel asymetrum. in quo a, longitudo. b autem symeter aut asymeter diameter c. Manifestum est igitur quoniam neque ad omnem considerationem congruit inquisitionis modus: neque in quibus maxime videtur conuenire, in his est vtilis. Ex quibus ergo demonstrationes fiunt & quomodo & ad quæ perspiciendum secundum vnumquodque propositum, manifestum ex dictis.

Trigesimisecundi cap. notæ.


Quod credebant syllogismo promiscue posse substantialem diffinitionem demonstrare, agnoscendum ex secundo posteriorum. Hominē esse animal sumpsit nō syllogismo, sed petendo, quod 228 229
tamen syllogismo fuisset efficiendum.. Ex quibus. ex quibus principiis, quo ad syllogismorum constitutionem.

¶ PARAPHRASIS CAP. TRICESIMI SECVNDI.

TRigesimumsecundum cap conclusio vna, corollarium vnum. Prima 220
conclusio. Diuisionem quæ per dirempta genera fit. particulam quandam: paruam esse paruique momenti dictæ methodi, promptum est vt intueatur. Nam diuisio velut debilis quidam, imbecillusque syllogismus est, Nam in eo id quod oporteat ostendere: petitur. syllogisatur vero semper, aliquid supra. Hoc autem ipsum in primis latuit omnes, qui diuisione vsi sunt, & qui suadere conati sunt de substantiali diffinitione & quod quid est, fieri posse demonstrationem, quare neque intellexerunt eos qui diuidunt syllogisare, neque quia sic contingebat syllogisare, quemadmodum diximus. Secundo, Ceterum cum in demonstrationibus oporteat aliquid syllogismo colligere, oportet medium per quod fit syllogismus semper minus esse & non vniuersalius esse maiore extremo, diuisio autem contrarium exigit. nam vniuersalius desumit medium, quod non magno impendio cognoscitur. Esto enim animal a, mortale b, & immortale c. & homo de quo terminum oportet accipere d. qui igitur diuisione vtitur, sumit omne animal mortale aut immortale esse. hoc autem est quicquid est a, omne tale esse aut b aut c. & insuper qui diuidit semper ponit hominem esse animal. quare sumit d esse a, ergo syllogismus est. quoniam omne d, aut b aut c erit. quare hominem aut mortalem aut immortalem accipere, non autem mortalē. Nam hominem animal esse mortale aut immortale necessariū est. & nō necessario euenit mortale esse, sed petitur. hoc aūt erat ꝙ oportebat syllogisare Rursus qui ponit a animal mortale. b pedibus præditum. c vero pedibus destitutū & d hoiem simili modo sumit a esse vel b vel c. nam omne animal mortale: pedibus præditum est, vel eisdem destitutum. & d est a. nam hominem esse animal mortale sumpsit. quare hominem præditum pedibus, vel pedibus destitutum esse animal mortale ex necessitate euenit, at non necessario euenit pedibus esse præditum, sed in demonstra-

a animal
b mortale
c immortale
d homo
a aial mortale
b pedatū
c ipedibus captum
d homo

tũm fumit,hoc tamen erat quod rursum oportebat ostendere.Et hoc pacto semper diuidentibus,
vniuersalius quidem accidit ipsis medium sumere. eo ex quo oporteat ostendere , & differentias.
& maiora extrema finaliter autem quoniam homo est hoc,aut quodcunque erat quod quæritur.
nihil dicunt apertum,quare id ita necessarium est esse. Etenim diuisionem omnem aliam viam fa
cilẽ,non quidem idoneas faciendorum syllogismorum facultates (vt possibile est) arbitrantes es-
229 se. Corollarium. Manifestum autem est quoniam destruere hac diuisionis via de accidente non
possumus,neque quicquam de proprio syllogisare, neque de genere,neque de quibus ignoretur,
quod illorum hoc vel illo sese habet modo. vt est ne diameter commensurabilis, vel incommensu
rabilis?& ignoretur verum illorum est, Si enim sumat, omnis longitudo commensurabilis est vel
incommensurabilis.diametrus autem longitudo est.syllogismo effectum est diametrum, commẽ
surabilem vel incommensurabilem esse.si autem sumetur,diameter incommẽsurabilis esse, quod
oportebat syllogisare sumetur. Non ergo est diuisione ostendere. Nam via quidem hæc,per eam
autem non est ostendere vel commensurabile vel incommensurabile. Vnde fit manifestum hunc
per diuisionem inquisitionis modum,neque ad omnem considerationem congruere,neque quidẽ
in quibus vel maxime conuenire videtur in illis vtilis habetur. Verum ex quibus demonstratio
nes fiunt,& quo modo, & ad quæ perspiciendum secundum vnumquodque propositum,manife
stum est ex iam dictis.



De resolutione syllogismorum in propositiones. Cap. XXXIII.

230 Q Vomodo autem reducemus syllogismos ĩ prędictas figuras,di-
cendum erit post hæc.restat enim cõsideratio hæc,si enim & ge-
nerationem syllogismorum inspiciamus , & inueniendi habea-
mus potestatem,amplius autem factos reducamus in prædictas
figuras,finem habebit quod ex principio propositum est : acci-
det etiam simul quæ prędicta sunt confirmari & manifestiora es-
se,quoniam sic se habent,per ea quæ nunc dicenda sunt. Opor-
tet enim omne quod verum est, ipsum sibiipsi manifestum esse
231 omnino. Primum ergo oportet tẽtare duas propositiones ac
232 cipere syllogismi,facilius enim in maiora diuidere quam in minora. maiora autem com
positiora sunt quam ea ex quibus componuntur. Deinde considerare, vtra in toto,
& vtra in parte. Et si non ambæ sumptæ sint,eum qui ponit alteram. Aliquotiens eñ
233 vniuersalem protendentes,eam quæ in hac est non sumunt,neque scribentes,neque in
terrogantes.aut has quidem protendunt.per quas autem hæ concluduntur, omittunt,
alia vero vane interrogant. Considerãdum autem si quid superfluum sumptum sit,
& si quid necessariorum omissum. & hoc quidem ponendum , illud vero auferendum,
234 donec veniat quis ad duas propositiones,sine his enim , non est reducere sic interroga-
tas orationes. In aliquibus ergo facile est videre quod minus est.aliqui vero latent &
videntur quidem syllogisare,eo quod necessarium quid accidit ex ijs quæ posita sunt.
Vt si sumatur,nõn substantia interempta, substantiam non interimi ex quibus autem
est,interemptis,& quod ex eis est corrumpi,his enim positis. necessarium est substãtiæ
partem esse substantiam. non tamen syllogisatum est per ea quæ sumpta sunt , sed de-
sunt propositiões. Rursum si cum est homo,necesse est esse animal, & cum est animal,
substantiam,& cum est homo,necesse est esse substantiam, sed nõdum syllogisatum est.
non enim se habent propositiones vt diximus. Fallimur autem in talibus , eo quod
necessarium quiddam accidat ex his quæ posita sunt,quoniam & syllogismus,necessari
235 um est.in plus autem est necessarium,quam syllogismus.nam omnis syllogismus, ne-
cessarium,necessarium autem non omne,syllogismus.quare non(si quid accidat posi-
tis quibusdã)statim tentãdum est reducere,sed primũ sumendũ est duas propositiones:

manifestũ græce ha betομολογουμενον quod cõfessum siue consentiẽs significat.

Tricesimi tertii cap. notæ.

236 Si quis admittat non interempta substantia , substantiam non interimi, necessario euenit par
tem substantiæ esse substantiam,hoc pacto.non interempta substantia , minime interimitur sub
stantia . at partibus substantiæ interemptis , interimitur substantia . Ex quibus enim vnum-
quodque est interemptis,& ipsum quoque quod ex eis est,interemptum iri necesse est. pars igi-
tur substantiæ est substantia. Et propositio deesse videtur ad syllogismum , posseque hoc pacto

colligi quo perempto perimitur substantia;substanti a est,peremptis autem partibus substantiæ
perimitur substantia.pars igitur substantiæ substantia est.& propositio vniuersaliter intelligi-
tur. Syllogismus,syllogismus prædicatiuus. Nam ratiocinationes illę,syllogismi hypothetici,&
conditionales dici possunt.

ℭPARAPHRASIS CAP.TRICESIMITERTII.

TRicesimumtertium Cap.conclusiones sex.Prima conclusio. Post ea quæ
dicta sunt,dicendum esse videbitur:quonam pacto syllogismos in prædi 230
ctas figuras reuocabimus.Primo,quia id nostræ considerationis superest
discutiendum. Secundo quia si generationem syllogismorum inspicia-
mus,& medii inueniendi habeamus facultatem, & etiam syllogismos fa-
ctos in prædictas figuras reducere calleamus ; finem habiturum est quod
a pricipio proposuimus. Tertio,eueniet etiã pariter quæ prius dicta sunt
stabiliora:amanifestioraque esse,quia sic se res habēt:per ea quæ nūc dicē
tur.oportet enim omneverum:ipsum sibiipsi cōsentiens esse penitus,nul-
laque ex parte dissidens,atque discrepans. Secunda conclusio.Reducendo syllogismos:primum
attendendū est duas syllogismi acipere propositiones. Nã facilius est in maiora distrahere quam 231
in minora.maiora autem compositiora sunt:quam eaipsa ex quibus componuntur. Tertia. Dein
de attendere oportet :vera earum propositionum vniuersalis sit,& vera particularis.&,si nō am
bæ sumptæ sint:attendere eum oportet qui alteram ponit. Nam aliquotiens vniuersalem offer ē
tes,eam quæ in illa est non sumunt,neque quidem qui in scriptis reponunt,neque qui interrogãt 232
aut quasdem quidem afferunt per quas autem ipse cōcluduntur missas faciunt:alia vero nequic-
quam & temere interrogant.Quarta.Cæterum considerandum est si quid superfluum sumptum
sit:& si quid eorum quæ necessaria sunt omissum.& hoc quidem adiiciendum.illud vero reiici
endum donec veniat quis ad duas propositiones.Nam sine illis non valemus in prædictas figu- 233
ras;interrogatas hocpacto orationes reducere.Quinta.Ergo in aliquibus facile est quid desitvi-
dere.at aliqui latent,& videntur syllogisare ob idipsum quidem:quod necessarium quippiã ac- 234
cidit ex his quælposita sunt. Vt si sumatur:non interempta substantia substantiam non interimi
ex quibus autēvnumquodque est,interemptis :& ipsum quoque quod ex eis est,corrumpi.Nam
his positis necessario euenit partem substantiæ esse substanriã,non tñ per ea quæ posita sunt cō
flatus est syllogismus:sed desunt propositiones. Rursum existente homine:vt animal sit necesse
est.& exifiente animali:necesse est & substantiam esse.homine igitur existente:& substantiam esse
est necesse. Tametsi ex positis aliquid ex necessitare efficitur:nondum tamen effectus estsllogis
mus. Nam non se habent propositiones,quemadmodum prius diximus.Sexta. Fallimur autem 235
in talibus ob idipsum quod ex iis quæ posita sunt necessarium quiddam accidat.quod syllogis-
mus necessarium quippiam sit. Fallimur quidem:quod in plus necessarium est quã syllogismus.
Nam omnis syllogismus,necessarium,non autem omne necessarium syllogismus,quare si quibus
dam positis quippiam ex necessitate accidat,non illico tentandum est in prædictas figuras redu-
cere:sed primum duas propositiones sumere oportet.

De resolutione in terminos. Cap.XXXIIII

DEinde sic diuidendum in terminos:medium autem ponen-
dum terminorum,qui in vtrisque propositionibus dicitur. 236
necesse est enim medium in vtrisque esse in omnibus figuris.
Si ergo subiiciatur & prædicetur medium,aut ipsum quidem
prædicetur, aliud vero illo abnegetur,prima erit figura. Si
autem & prædicetur & negetur ab aliquo,media erit figura:
si vero alia de illo prædicentur,aut hoc quidem prædicetur,il
lud vero ab illo negetur,postrema.sic enim se habuit in po-
strema figura medium . similiter autem etsi non vniuersales
sint propositiones.nam est eadem determinatio medij... ℭManifestum igitur quoniã 237
in qua oratione non dicitur idem frequenter,non fit syllogismus.non enim sumptum
est medium. ℭQuoniam autem habemus quod propositorum in vnaquaque figura
clauditur & in qua vniuersale & in qua partitulare,manifestum est quoniã non ad om 238
nes figuras perspiciendum,sed in vnoquoque proposito ad propriam.quæcunque ve
ro in pluribus concluduntur ,medij positione cognoscimus figuram.

Tricesimi quarti Cap.notæ

Prædicari,affirmatiue prædicari. 239

¶PARAPHRASIS CAP. TRICESIMI QVARTI.

216 TRiceſimumquartum cap. concluſiones duæ, corollarium vnum. Prima cõcluſio. Deinde modo conſimili in terminos diſtrahendum; & medium terminorum ſtatuendum, qui in vtriſque propoſitionibus reſumitur. Nam neceſſe eſt medium, in vtriſque eſſe propoſitionibus in omnibus figuris. Si ergo medium in vna ſubiiciatur & in altera prædicetur, aut prædicetur quidem in vna, aliud autem de illo abnegetur in alia, prima erit figura. at ſi prædicetur de aliquo & ab aliquo negetur, ſecunda erit figura, ſi vero alia de illo prædicentur, aut vnum prædicetur, aliud autem ab eodem negetur, tertia erit figura, ſic enim in poſtrema figura ſeſe habuit me-
217 218 dium. Et ſimile etiam eſt, ſi propoſitiones non vniuerſales ſint. nam eadẽ medij determinatio eſt. Corollarium. Quo ſit manifeſtum vt qua in oratione non reperitur idem frequenter, ex ea non fieri ſyllogiſmum. neutiquam enim medium ſumptum eſt. Secunda concluſio. Non ad vnumquodque propoſitum concludendum ad omnes figuras perſpiciendum eſt, ſed ad vniuſcuiuſque familiarem, atque accommodatam. Nam habemus quod propoſitum in vnaquaque figura clauditur, & in qua vniuerſale, & in qua particulare. quare non ad omnes perſpiciendum, ſed ad vnicuique peculiarẽ, propriamque atque accommodatam. & ſi quæ in pluribus concluduntur ex medii poſitione atque ſitu, qua in figura concludantur agnoſcentes.

¶De neceſſario & theſi terminorum. Cap. XXXV.

219 FRequenter ergo falli accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſarium, quemadmodum dictum eſt prius. aliquotiẽs autem propter ſimilitudinem poſitionis terminorum, quod non oportet latere nos: vt ſi a de b dicitur: & b de c. videbitur eni ſic ſe habentibus terminis eſſe ſyllogiſmus, non fit autem neque neceſſarium quicquam neque ſyllogiſmus. Sit enim in quo a, ſemper eſse. In quo autem b, intelligibilis Ariſtomenes. in quo autem c Ariſtomenes. verum eſt autem a ineſse b, ſemper enim eſt intelligibilis Ariſtomenes. ſed & b de c, nã Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes. a utem non ineſt c, corruptibilis eſt enim Ariſtomenes. non igitur fiebat ſyllogiſmus ſic ſe habentibus terminis. ſed oportebat vniuerſaliter a b ſumi propoſitionem, hoc vero falſum quod putabat, omnem intelligibilem Ariſtomenem ſemper eſse: cum Ariſtomenes ſit corruptibilis. Rurſum ſit in quo quidem c Micalus. in quo autem b, muſicus Micalus. in quo autem a, corrumpi cras, verũ eſt ergo b de c prędicari. nam Micalus, eſt Muſicus Micalus, ſed & a de b. corrumpetur enim muſicus Micalus, a autem de c falſum. hoc autem id idem eſt priori. non enim verum eſt vniuerſaliter: Micalus muſicus quoniam corrumpetur cras, hoc autem non ſumpto nõ erat ſyllogiſmus. Hæc ergo fallacia fit in eo quod pene. vt eñ nihil differens dicere hoc huic ineſse, aut hoc huic omni ineſse: concedimus.

Triceſimiquinti cap. notæ.

Ariſtomenes & Micalus: auditores Platonis. Intelligibile: quod intelligere natum eſt. Intelligibilis: partem intellectiuam nominat. ſecundum enim illam Ariſtomenes ſemper eſt. Nanque Ariſtomenis particula illa, immortalis, incorruptibiliſque eſt. Itaque intelligibilis Ariſtomenes quatenus intelligibilis, ſemper eſt. vbi quoque Ariſtoteles de immortalitate animorum ammonet. ſed cum ſimpliciter ſumitur: totum nominat. ideo negamus Ariſtomenem, ſemper eſſe. Muſicus, Micalus, muſicus muſicam nominat. ſi cras, muſicam perdat, muſicus Micalus quatenus muſicus corrũpetur cras. ſed cum Micalus dicitur ſimpliciter, nominat ſubſtantiam illam compoſitam. de qua falſum eſt cras corruptum iri, etſi muſices habitus intereat.

¶PARAPHRASIS CAP. TRICESIMI QVINTI.

18 TRiceſimumquintum cap. cõcluſio vna. Concluſio. Sæpenumero circa ſyllogiſmorum iudicium falli cõtingit propter neceſſarium, quemadmodum & prius dictũ eſt. & aliquotiẽs etiam propter poſitionis terminorum ſimilitudinem: quod nos latere minime decet. vt ſi a de b dicitur, & b de c. Nam ſic ſe habentibus terminis videbitur eſſe primæ figuræ ſyllogiſmus. verum aliquotiens non fit neque neceſſarium quicquam, neque ſyllogiſmus. Nam eſto a ſemper eſſe. b autem intelligibilis Ariſtomenes & c Ariſtomenes. Verum eſt a ineſſe b. nã intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt, & b ineſt c. nã Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes, ſed a non ineſt c. nam corruptibilis eſt Ariſtomenes. Non igitur ſic ſe habẽtibus terminis fiebat ſyllogiſmus ſed oportebat a b ꝓpoſitionẽ id eſt quæ ad maius extremum, vniuerſaliter ſumi. hoc aũt falſum eſt quod exiſtimatione di-

gnum ducebat oninem intelligibilem Aristomenē semper esse:corruptibili existēte Aristomene. Rursum sicc Micalus.b musicus.Micalus.a corrumpi cras. Verum est b de c prædicari.nam Micalus est micalus musicus.& a de b.corrumpetur enim eas musicus Micalus.sed a de c dici:falsum est.hoc autem priori simile est.Nam non verum quoniam omnino & vniuersaliter musicus Micalus corrumpetur cras.hoc autem non sumpto non erat syllogismus.Hæc autem deceptio fit in eo quod paululum,& ferme nihil differat:Nam vt nihil differens:admittere solemus; dicere hoc huic inesse,aut huic omnino inesse.

corrūpi cras
Micalus
b
Musicus
Micalus
c

falsū

ℭDe ecthesi terminorum Cap.XXXVI.

240 FRequenter autem mentiri euenit:eo quod non bene exponūtur secundum propositionem termini.vt si a quidem sit sanitas,b autem ægritudo . c vero homo .verum est enim dicere quoniam a,nulli b contingit inesse,nulli enim ęgritudini sanitas inest.& rursum quoniam b,inest omni c , omnis enim homo susceptibilis est ægritudinis.videbitur ergo accidere nulli homini cōtingere sanitatem inesse.Huius autē causa est quod non bene exponuntur termini secundum locutionem quoniam transsumptis quæ ijs secundum habitudines:non erit syllogismus.vt si pro sanitate quidem ponatur sanum,pro ægritudini autem ęgrum.non enim verum est dicere quoniam nō contingit ægrotanti inesse sanum esse.hoc autem non sumpto.non fit syllogismus:nisi contingentis.hoc autem non impossibile.contingit enim nulli homini inesse sanitatem.Rursum in media figura similiter erit falsum.nā sanitate ægritudini quidē nulli: homini vero omni contingit inesse.quare nulli homini ægritudo.In tertia autem figura secundum contingere accidit falsum.etenim sanitatem & ægritudinem,& disciplinā & ignorantiam & omnino contraria,omni eidem contingit inesse: sibi vero inuicem impossibile.hoc autem,confessum in prædictis. Cū enim eidem plura contingerēt inesse:contingebant & sibijnuicem. Manifestum igitur quoniam in omnibus his,fallacia fit propter terminorum expositionem.transsumptis enim his quæ sunt secundum habitudines,nihil fit falsum. ℭPalam ergo quoniam secūdum huiusmodi propositiones semper quod est secundum habitum,pro habitu sumendum,& ponendum terminū. 241

Tricesimisexti Cap.notæ.

Exponuntur,ponuntur.Expositio,positio,promiscue em̄ vtitur Aristoteles ecthesi & thesi pro 240 eodem,vt caput .xxxix. ϑάωμ γδ τῶμ ὅϱωμ ἔκθεσιν Mutatis terminis qui sunt secundum habitus id est terminis qui nomina sunt habitum & qui sunt principalia mutatis in paronyma denominatiuaque,nō erit syllogismus.Nisi huius quod est contingere.Nam non fiebat syllogismus:nulli ægrotanti contingit inesse sanum esse,& omni homini contingit ægrotare,igitur nulli homini contingit inesse sanum esse .Nam prima propositio pariter & conclusio falsæ sunt. Falsum enim est homini ægrotanti necesse esse non sanari & item falsum omni necesse esse non sanari.De contingentti autem fit syllogismus.Omni ægrotanti contingit inesse sanum esse,& omnem hominē contingit ægrotare;omni igitur homini contingit inesse sanum esse.Etenim propositio,assumptio & conclusio verę sunt & per demonstrata in decimotertio cap.huius ratiocinatio ducitur. Omni homini contingit inesse sanitatem,omnem hominem contingit esse sanum exponitur em̄ per denominatiuum:non per habitum,& principale.Sed hęc nulli ægritudini contingit inesse sanitatem,per principale exponitur & non per denominatiuum.Nam nullam ęgritudinem contingit esse sanitatem. Et mala sane expositio est in syllogismo:cum in vna propositionum terminus per principale exponitur ;& in altera per principalis deductiuum atque denominatiuum. Et si quęras dummodo non varietur expositio:nunquid fiet syllogismus? Aliquando sic , & aliquando non.fiet enim syllogismus:quando nulla propositionum assumetur falsa. Hoc autem consonum prædictis:sanitatem & ægritudinem & huiusmodi contraria sibiinuicem non contingere inesse.Nam concessum est prius , nulli ęgritudini cōtingere inesse sanitatem:& de aliis huiusmodi contrariis,simile fuerit iudicium.Et ex corollario intelligitur etiā denominatiuum semper exponendum esse pro denominatiuo.& omnino si semel pro principali & semper pro principali exponēdū,& si semel ꝓ denominatiuo:& semp ꝓ denoīatiuo exponēdū,ne ex enarratione: malavitiosaq; fiat expositio.Nā mutatis his q̄ sunt secūdū habitus colligimus syllogismū tertię figurę hoc pacto oī hoī cōtingit inesse sanitatē,& oī hoī cōtingit inesse ęgritudinē:igitur alicui ægrotāti cōtingit inesse sanitatē,quod idem est ac aliquē ægrotātē cōtingit esse sanū ꝙ verum est

¶PARAPHRASIS CAP. TRICESIMI SEXTI.

140 TRiceſimumſextum cap. de fallaci expoſitione terminorum, cõcluſio vna, corollarium vnum. Concluſio. Frequenter contingit falſo, mendoſeque cõcludere, ob id ipſum quod non bene ſecundum locutionẽ exponuntur termini. Vt ſi a ſit ſanitas, b ægritudo, c vero homo. Nam vere dicimus nulli b cõtingere ineſſe a. nulli eñ ægritudini ineſſe poteſt ſanitas & rurſum quia omni c ineſt b. nã oĩs homo ſuſceptiuus ægritudinis videbitur, igitur euenire vt nulli hoĩ cõtingat ĩeſſe ſanitas. qđ quidẽ falſum eſt. Et huius hallucinationis cauſa eſt quod non bene ſecundum locutionẽ exponuntur termini. qm̃ mutatis terminis qui ſunt ſecũdum habitus, non erit ſyllogiſmus. vt ſi pro ſanitate ponatur ſanũ eſſe, & pro ægitudine ægrotans. Nã nõ verum eſt dicere nulli ægrotãti contingere ineſſe ſanũ. quo quidẽ non ſumpto nullus fit ſyllogiſmus niſi huius quod eſt contingere. id aũt fieri non eſt ĩpoſſibile. nam contingit nulli hoĩ ineſſe ſanum eſſe. Et rurſum in ſecũda figura ſimiliter mendoſe concluditur. nã nulli ægritudini contingit ineſſe ſanitatem, & omni homini contingit ineſſe ſanitatem, falſum tñ nulli homini contingere ineſſe ægritudinẽ. Et in tertia figura ſimiliter ſecundum contingere ex huiuſmodi falſa terminorum expoſitione, accidit cõcludere falſum. Nam ſanitatem & ægritudinẽ, ſcientiam & ignorationem, & omnino contrario: eidem ſubiecto omni & vniuerſaliter contingit ineſſe, ſibi autem ĩnuicem ineſſe impoſſibile eſt. hoc autem conſonum prædictis, attamen euenire videatur. Vt ſi omni homini contingit ineſſe ſanitatem, & oĩ homini contingit ineſſe ægritudinem, alicui ægritudini videatur contingere ineſſe ſanitatẽ. Nam cum contingeret eidem plura ineſſe, contingebat & ſibĩnuicem ineſſe. manifeſtum
141 igitur eſt in his omnibus deceptionem fieri propter terminorum expoſitionem. Nam mutatis ĩs quæ ſunt ſecundum habitus, nihil falſum fieri videbitur. Corollarium. Perſpicuum igitur eſt quoniam ſecundum huiuſmodi propoſitiones, ſemper quod ſecundum habitum eſt, tranſſumendum exponendumque eſſe pro habitu, & huiuſmodi terminum ponendum.

¶De ecthesi terminorum compoſitorum & obliquorum ſyllogiſmi. Cap. XXXVII

142 NOn oportet autem terminos ſemper querere nomini exponi. ſæpe enim erunt orationes: quibus non ponũtur nomina. quare & difficile erit reducere huiuſmodi ſyllogiſmos. Aliquotiẽs autem & falli accidet propter huiuſmodi ĩquiſitonem. vt quoniam immediatorum erit ſyllogiſmus. ſit enim a duo recti. b autem triangulus, c vero æquicrurus. ergo ei quod eſt c. ineſt a propter b: ei vero quod eſt b, non iterum propter aliud. per ſe enim triangulus habet duos rectos. quare non erit medium eius quod eſt a b, cũ ſit demonſtratiuum. Manifeſtum eñ qm̃ medium non ſic ſemper eſt ſumendum, vt hoc aliquid, ſed aliquando orationem quod
143 accidit & in prędicto. ¶Ineſſe autem primum medio, & hoc poſtremo non oportet ſumere. vt prædicentur ſemper ad ſeinuicem ſimiliter, & primum de medio & hoc de poſtremo & in non ineſſe ſimiliter. ſed quotiens dicitur eſſe & verum dicere, hoc totiens arbitrari oporter ſignificare & ineſſe. vt quoniam contrariorum vna eſt diſciplina. ſit enim a, vnam eſſe diſciplinam, b autem contraria ſibĩnuicem. a ergo ineſt b, non quoni
144 am contraria vnam eſſe eorum diſciplinam: ſed quoniam verum eſt dicere de ipſis vnã eſſe eorum diſciplinam. ¶Accidit autem quandoque primum de medio dici: medium aũt de tertio non dici. vt ſi ſophia eſt diſciplina, boni autem eſt ſophia, concluſio, quoni
145 am boni eſt diſciplina, & nõ bonum quidem eſt diſciplina, ſophia autem eſt diſciplina. ¶Quandoque autem medium quidem de tertio dicitur: primum autem de medio nõ dicitur. vt ſi qualis omnis eſt diſciplina, aut contrarĳ. bonum autem eſt & contrarium & quale. concluſio quidem: quoniam boni eſt diſciplina, non eſt autem bonum diſciplina, neque quale neque contrarium, ſed omnium diſciplina. non eſt autem bonũ diſciplina: neque concluſio ſecundum rectum, neque quale neque contrarium ſed bonum
146 hæc. ¶Eſt autem quandoque neque primum de medio: neque hoc de tertio, primo de tertio quandoque quidem dicto, quandoque autem non dicto. Vt ſi cuius eſt diſciplina: huius eſt genus. boni atem eſt diſciplina, concluſio. quoniam boni eſt genus. Prædicatur autem nullum de nullo. ſi autem cuius eſt diſciplina, genus eſt hoc, boni autẽ eſt diſciplina, concluſio, quoniam bonum eſt genus, ergo de extremo quidem prædicatur primum. de ſe autem inuicem non dicuntur.
147 ¶Eodem aũt modo & non ineſſe ſumendum. non enim ſemper ſignificat non ineſſe

hoc huic non esse hoc.sed aliquãdo non esse hoc huius,aut hoc huic.vt quoniã non est motionis motus,aut generationis generatio.voluptatis autem est:non ergo voluptas generatio.Aut rursus quoniam risus est signum:signi autem non est signum.quare nõ est signum risus.similiter autem & in alijs in quibus interimitur propositum:eo quod dicitur aliquo modo ad id genus.Rursum quoniam occasio non est tempus opportunum.deo enim occasio quidem est.tempus autem opportunum non est.eo quod nihil sit deo conferens.Terminos enim ponendum est occasionem,& tempus opportunũ & deum.propositio autem sumenda secundum nominis casum.simpliciter enim hoc dicimus de omnibus,quoniam terminos quidem semper ponendum secundum declinationes nominum.vt homo aut bonum aut contraria,aut hominis aut boni,aut contrariorum.propositiones autem sumendum secundum cuiusque casus.aut enim quoniam huic vt æquale aut quoniam huius vt duplum,aut quoniam hoc vt feriens vel videns,aut quoniam hic vt homo,animal:aut si quolibet modo aliter cadit nomen secũdum propositionem.inesse autem hoc huic,& verum esse hoc de hoc,tociens sumendũ quotiens prædicamenta diuisa sunt.& hæc aut aliquo modo,aut simpliciter, amplius aut simplicia aut complexa, similiter autem & non inesse.considerandum, hęc autem & determinandum optimum .

Tricesimiseptimi Cap.notæ.

Immediatorum syllogismos appellat quando extremorum quę subiectum & prædicatum con-
clusionis existunt:nullum nomen,nullumque inuenitur interiacens,interceptumque simplex. 242
Ab,id est triangulum duobus rectis ęquos angulos habere:demonstratur primo Euclidis propo
sitione.3 2. non sumpto nomine aliquo medio,sed longe sumptis mediis complexis scilicet,lineę
rectę super rectam lineam stantis duos vtrinque angulos aut rectos esse,aut duobus rectis æqua-
les. angulos coalternos ęquos esse.angulum extrinsecum duobus oppositis intrinsecis æquum es
se,sed hęc huic loco, aliena est indignatio.Ipsum esse:verum in eo sint:vt prædicato. Significare
inesse, id enim ponit quia frequentur vsus est hoc loquendi genere hoc huic inesse:vt omni b in-
esse a, & omni c inesse inesse b,& similia,& similiter non inesse.ideo quid huiusmodi locutione in- 243
telligere oporteat:aperit.Nam & totiens dicetur inesse quotiens affirmando verum dicimus . &
non inesse quotiens verum dicimus negando,quocunque casu id exprimamus verum & postea
vbi vere enunciabitur cum obliquo:appellat etiam posterius prędicari.vt in cap sequenti. Bonũ
sumitur:vt denominatiuum substantiæ est.Signum sumitur,vt physiologi sumere solent. Rur- 244 245
sum quod occasio. Solent in hoc exemplo plurimum errare , quod pro secunda figura ponatur:
& velint ad tertiam trahere & græce non καυτωμ . hoc est æstas sed καιρος id est occasio legitur
hoc pacto πάλιμ ὅτι ὁ καιρὸσ οὐκ ὄσὶ χρόνοσ Δέωμ.Et procedit hoc exemplum si quis diffiniret oc
casionem esse tempus ad aliquid peragendum necessarium . Necessarium ; quo quis indigeat.Hu
ic,huic, hoc,hic.datiuo,genitiuo,accusatiuo,nominatiuo .

PARAPHRASIS CAP. TRICESIMISEPTIMI.



TRicesimumseptimum Cap. conclusiones sex.Prima conclusio.Non opor
tet semper syllogismi terminos tentare nomine exponere.Primo.nã per- 243
sæpe erunt orationes quibus indita nõn sunt nomina .quapropter dif-
ficile esset hoc pacto huiusmodi reducere syllogismos. Secundo quia ali-
quotiens falsi continget propter huiusmodi inquisitionem:vtpote quo-
niam erit immediatorum syllogismus.Esto enim a duo recti.b autem tri
angulus.c vero isoscheles.ergo ei quod est c inest a propter b.ei vero ꝙ
est b non amplius propter aliud nomen,aliud ve simplex inest.Nam tri-
angulus secundũ sed angulos habet duobus rectis æquos.quare non erit
mediũ eius quod a b nomẽ scilicet aliquod,tametsi id demonstrabilę existat.Tertio.Nã & id ma-
nifestũ esse debet:nõ sic semper mediũ sumendũ esse vt hoc aliquid,& aliquod simplex:sed aliquã
do esse rationẽ quod accidit & in exemplo dicto,scilicet demonstrandum sit triangulum duobus 241
rectis æquos angulos habere.Secunda conclusio.non oportet tentare sumere primum medio in-
esse & medium postremo,similiter & primum de medio & medium de postremo tanquam sem-
per de se inuicem prædicentur(& in non inesse ac negationibus similiter est sentiendum)sed su-
mere oportet,quotiens ipsum esse dicitur. & quotiens verum ipsum dicere est,totiens arbitrari
oportet significare inesse, Vt quod contrariorum est vna disciplina,Esto enim a vnam esse disci-

plinam,b contraria inuicem.a siquidem b inest:non quia prædicetur,& quoniam contraria in eo
sint quod est vnam ipsorum esse disciplinam,sed quia de ipsis verum est dicere vnam ipsorū esse
244 disciplinam. Tertia conclusio. Accidit autem interdum primum de medio dici:medium vero de
postremo nō dici. vt si omnis sophia disciplina est, boni autem est sophia conclusio erit quoniam
boni disciplina est.primum igitur de medio prædicatur, sed medium non prædicatur de postre-
mo.bonum siquidem non est disciplina,at sophia disciplina est. Quarta.Quādoq; contra medi
245 um de tertio prædicatur,at primum non dicitur de medio. Vt si omnis qualis est disciplina , bo-
num autem quale est,conclusio erit quoniam boni est disciplina. Similiter si omnis contrarii est di
sciplina,bonū est contrarium,eadem quoque erit conclusio,boni est disciplina . vbi primum nō
dicitur de medio sed medium dicitur de postremo, non est bonum quidem neque quale,neq; con
trarium disciplina,sed omnium huiusmodi est disciplina,non autem bonum disciplina, neq; idcir
co conclusio secundum rectū, neq; quale neq; contrarium disciplina:sed bonum hæc . Nam bonū
246 & quale est,& contrariū est, Manifestum est igitur & primum non dici de medio & medium de
postremo. Quinta.Qnq; neq; primum de medio,neq; medium de postremo dicitur, primo qui
dem de postremo, qnq; dicto quandoq; etiam non dicto. Vt si cuiuscunq; est disciplina huius est
genus,boni aūt est disciplina.conclusio erit qm̄ boni est genus, vbi nullum de alio quopiam præ
dicatur,hoc est neque primum de medio,neq; mediū de postremo,neq; primum de postremo Si
aūt cuiuscunq; est disciplina,hoc ipsum genus est,& boni est disciplina,conclusio erit quoniā bo-
nū genus est,ergo de postremo quidē p̄dicatur primū:de se aūt inuicem (primum dico & mediū
247 medium & postremū)non dicuntur. Sexta.Eodem quoq; modo & non inesse sumendum.Nam
hoc huic non inesse non semper significat hoc non esse hoc,sed aliquando hoc non esse huius, aut
hoc non esse huic,vt quoniam nullius motionis est motio,& voluptatis est motio , conclusio erit
ergo voluptas non est motio. Similiter nullius generatiōis est gñatio,& voluptatis est generatio,
conclusio erit, non ergo voluptas generatio.vel rursus,ipsius risus est signum & nullius signi est
signum:conclusio est,nō igitur ipse risus , signum. Et similiter in aliis in quibus interimitur pro
positum,eo quod dicitur aliquo modo ad id loquendi genus. Rursum quod occasio non est tem-
pus necessarium ob idipsum qđ occasio est deo,hoc pacto monstratur. Occasio est deo, nullum
autem tēpus necessarium est deo,quia nihil deo vtile sit ac conferens;conclusio erit occasio igitur
non est tempus necessarium. Ponendi enim sunt termini,occasio tempus necessarium, & deus, &
propositio sumenda est secundum nominis casum. Et omnino autem id dicimus de omnibus no-
minis casibus,quoniam termini ponendi sunt secundum nominum inflexiones. vt homo,bonum
contraria aut hominis boni,contrariorum propositiones autem secundum vniuscuiusque casum
vel enim quoniā huic vt æquale,vel huius vt duplum,vel hoc feriens aut videns ; vel hic vt hō,
animal,vel si quem alium casum habet nomen in propositione, hoc autem huic inesse , & verum
esse hoc de hoc, toties sumendum est,quoties prædicationes diuisæ sunt . & has quidem sumere
aut aliquo mō,aut simpliciter,insuper aut simplices aut complexas. Similiter autem & non ines-
se .Consideranda quidem sunt hæc,& discutiendum quod fuerit optimum.

¶De anadiplosi & thesi syllogismorum , hoc est de gemi-
natione & positione. Cap. XXXVIII.

248 REduplicatum autem in propositionibus ad primā extremitatē po
nendum:non ad mediū.dico aūt vt si fiat syllogismus, qm̄ iustitiæ
est disciplina quoniam bonum,qm̄ bonum ad primam extremita
tem ponendū.sit eñ a disciplina qm̄ bonum,in quo autem b,bo-
num,in quo autem c,iustitia.ergo verum est a de b prædicari.nam
boni est disciplina qm̄ bonum.sed & b de c.nam iustitia,quiddam
bonum est.sic ergo fit resolutio. Si aūt ad b ponatur quoniā bo-
num.non erit.nam a quidem de b verū erit, b autem de c nō erit
verum.nam bonum qm̄ bonum prædicari de iustitia falsum est,& non intelligibile. Si
militer aūt & si salubre ostendatur,quoniam disciplinatum est in eo q̄ bonū aut hirco
ceruus:opinabilis in eo quod non existens,aut homo , corruptibilis in eo quod sensibi
249 le.in omnibus enim prædicatis ad extremum reduplicationem ponendum. ¶Non est
autem eadem positio terminorum quando simpliciter quidem syllogisatum fuerit. &
quando hoc aliquid aut quo aut quomodo. dico autem vt quando bonum , disciplina
tum ostensum erit:& quando disciplinatum quoniam bonum.sed si simpliciter quidē
disciplinatū ostensum est,mediū ponendū ens.si aūt qm̄ bonum,quid ens. sit eī discipli
na qm̄ quid ens.in quo aūt b.ens quid,in quo aūt c,bonum . verum est ergo a de b præ
dicari.erat eñ disciplina alicuius entis,quoniam quid ens. sed & b de c . nā in quo c, ens
quid quare & a de c, erit ergo disciplina boni quoniā bonum.erat eñ quid ens,proprie

ſubſtantiæ ſignum. Si aūt ens mediū poſitū ſit,& ad extremū ens ſimpliciter & nō quid ens dictum ſit, non erit ſyllogiſmus. quoniam eſt diſciplina boni. quoniam bonum: ſed quoniam ens, vt ſi ſit in quo a, diſciplina quoniam ens . in quo b, ens. in quo c bonum. manifeſtū igitur quoniā in particularibus ſyllogiſmis ſic ſumendum terminos.

Tricesimioctaui cap. notæ.

Prædicatis. Nam reduplicatio nunquam ſubiectis eſt adiicienda . Quo fit vt nullum reduplatum problema aut quo, aut quomodo, id eſt cū aliqua duplationis particula. Ens quidlibet. quid ens, non quidlibet, ſed quod ſubſtantiale, eſſentialeque ſit. Erit ergo boni: ergo, non illatiue ſed ex poſitiue intelligitur. Erat enim quid ens, quid ens: ſubſtantiale quid, & eſſentiale duplationi denotat. Diſciplina quoniam ens, id eſt ens quodlibet, & ſimpliciter, neque quoniam ens, eſt geminationis nota. In particularibus ſyllogiſmis id dicitur, quia quæ prius poſita ſunt, pro vniuerſalibus ſyllogiſmis poſita ſunt: et ſi propoſitiones expreſſe, non fuerunt vniuerſales. Claudi poſſet in ſecunda figura, in tertia autem nihil prohibet, cum ex prima enaſcantur aſſumptione conuerſa. Non mirum igitur ſi de ſola primæ figuræ duplatione explicuit Ariſtoteles, ex qua aliæ facile intelligūtur. Itē negatiui per affirmatiuos. Et geminatio aliqñ medii eſt, aliquando minoris, & aliquando neutrius. additur autem ſemper ad maius extremū, vt ſubiecta deſcriptione agnoſcetur.

DVPLATIO MEDII.

Prima figura	Secunda figura.	Tertia figura.
O bonum eſt diſciplina quatenus bonū	o	O boni eſt diſciplina quatenus bonum
O iuſtitia eſt bonum	o	O bonum eſt iuſtitia
O iuſtitia eſt diſciplina quatenus bonū	o	O iuſtitiæ eſt diſciplina quatenus bonum
O bonum eſt diſciplina quatenus bonū	o	O bonum diſciplina quatenus bonum
O iuſtitia bonum	o	Q bonum iuſtitia
N boni eſt fuga quatenus bonum	N fuga quatenus bonum eſt boni	N boni eſt fuga quatenus bonum
O iuſtitia bonum	O iuſtitia bonum	O bonum iuſtitia
N iuſtitiæ fuga quatenus num	N iuſtitiæ fuga quatenus bonum	Q iuſtitiæ non eſt fuga quatenus bonum
N boni fuga quatenus bonum	N fuga quatenus bonū eſt boni	N boni fuga quatenus bonum
Q iuſtitia bonum	Q iuſtitia bonum	Q bonum iuſtitia
Q iuſtitiæ nō eſt fuga quatenus bonum	Q iuſtitiæ non eſt fuga quatenus bonum	Q iuſtitiæ non eſt ſuga quatenus bonum

DVPLATIO MINORIS EXTREMI.

O proſequēdi eſt diſcipliā quatenus bonū	o	O proſequendi eſt diſciplina quatenus bonū
O bonum eſt proſequendum	o	Q Proſequendum bonum
O boni diſciplina quatenus bonum	o	Q boni diſciplina quatenus bonum

Cætera perficiantur vt ſuperiora

¶DVPLATIONE VTRIVS.

O diſciplina quatenus bonum	o	O diſciplina deligenda quatenus bonum
O muſica diſciplina	o	Q diſciplina muſica
O muſica deligenda quatenus bonum.	o	Q muſica deligenda quatenus bonum


Cætera vt ſupra

Et paſſus hic patitur obſcuritatem cum dicitur, ſi ſimpliciter diſciplinatum eſſe monſtratum eſt: medium ponendum ens, hoc eſt quodcunque ſimpliciter, ſiue accidentarium ſiue ſubſtantiale, vt proſequendum, vt ſecundum naturam, vt æquabile hoc pacto. Omne æquabile eſt diſciplinatum, & omne bonum æquabile, omne ergo bonum diſciplinatum. Aequabile ens dicitur, ſimiliter & proſequendum, & ſecundum naturam. Cum autem dicitur, ſi autem oſtenſum, diſciplinatum eſſe quatenus bonum, medium ponendū quid ens, hoc eſſe ens ſubſtantiale duplato qđ prædicato adiicitur, vt ſi capitur quale, hoc pacto. Omne quale diſciplinatum in eo quod bonū, & oē bonum quale. omne igitur bonum diſciplinatum in eo quod bonū ſimiliter ſi oīs qualis diſciplina eo ꝙ bonū, & omne bonum quale. omnis igitur boni diſciplina eo ipſo ꝙ bonum. vbi quale quid ens appellatur. ſubſtantiale eīn duplato bonū Verū ſi quis ita dixerit, omne animal quale quatenus coloratum, & omnis homo animal, omnis igitur homo quale quatenus coloratum, non


perite facta est positio terminorum. Nam poni debuit medium substantiale omne animal colorarum, quale quatenus coloratum, aut quid simile. Et vt medium in vniuersalibus quid ens est, ita in particularibus est sentiendum. Et id pro affirmatiuis dictum est. Et cum superius cōsensit Aristoteles Aristomenen intelligibilem semper esse: vim geminationis claudere videbatur ea propositio, quasi diceretur Aristomenes intellectualis semper ens est, & immortalis quatenus intellectuale similiter & haec geminata, Aristomenes sensualis, corruptibilis est quatenus sensuale. Similiter & musicus Micalus corrumpetur cras vim quandā huiusmodi importabat, quasi diceretur musicus Micalus qui cras non erit musicus, corrumpetur cras quatenus musicum. Et qua, quatenus, secundum quod, eo quod eo ipso, quoniam & similia: cum duplato id designant quo praedicatum subiecto inesse cognoscitur. Et quia per causam & per effectum cognoscimus praedicatum inesse: ad vtrunque valet geminationis officium terrestres enim animantes respirant qua pulmones habent, & pulmones habent qua respirant, verum quia de geminatis rarus apud philosophos vsus (qui si quandoque accidit: vim intelligentiae non inferunt) merito ea de re sermo videtur cōtrahendus, neque consilium est vt logicus in anfractibus recentiorum quorundam & fictitiarum significantiarum ne quicquam tempus atterat, sed nunc euellantur: lappaeque, tribulique, interque nitentia culta infelix lolium.

PARAPHRASIS CAP: TRICESIMI OCTAVI.

248 TRicesimūoctauū cap. de anadiplosi & thesi syllogismorū id est geminatione, & positione, conclusiones duae. Prima conclusio. Duplatum in propositionibus ad maius extremum non aūt ad mediū ponendū est, verbi causa vt si fiat syllogismus syllogismoque colligatur, quoniam iustitiae est disciplina quatenus bonū: reduplandi particula quatenus bonum, maiori extremo est adiungenda. Esto enim a disciplina quatenus bonum, b bonum: c vero iustitia. Verū igitur a inesse b, nā boni disciplina quatenus bonū & etiam b de c, nam iustitia, quiddā bonū est. conclusio aūt erit: boni disciplinam esse quatenus bonū, hoc igitur pacto fit resolutio. Si aūt ad b & medіū ponatur particula quatenus bonum, non erit syllogismus. Nam a quidē de b verū erit, b aūt de c minime erit verū. nā bonum quatenus bonū de iustitia praedicari falsum, & intelligibile est. Et simili quoque modo si ostendatur quoniam salubre disciplinatū est qua bonum. aut qm̄ hirco



249 ceruus, opinabilis est qua non ens. aut quod homo, corruptibilis est qua sensibile. in omnibus em̄ praedicatis reduplatio ad maius extremum ponenda est. Secunda. Nam est eadē terminorum positio quando simplicites, & sine adiuncto syllogisatum fuerit: & quando huiusmodi quippiam, aut quo aut quō fuerit adiunctum. dico autem quando ostensum fuerit bonum esse disciplinatum: & quando bonum esse disciplinatum quatenus bonum. Nam si simpliciter quidē disciplinatum esse monstratum est medium ponendum ens si autem ostensum, disciplinatum esse quatenus bonū: medium ponendum quid ens. Sit enim a disciplina quatenus quid ens, b autem quid ens, c vero bonum. Verum igitur est a de b praedicari. nam alicuius entis erat disciplina quatenus quid ens, sed & etiam b de c. nam c hoc est bonum. ens quid, quare & a de c. Erit ergo boni disciplina quatenus bonum erat enim quid ens propriae substantiae signum, peculiaremque substātiam denotās. Si ergo ens ad medium positum sit, & ad maius extremum ens simpliciter dictum sit & nō quid quoniam boni est disciplina, vt si sit a disciplina, quoniam ēs, b ens. Manifestum igitur quoniam ens, non erit syllogismus, quoniam boni est disciplina, quatenus bonum, sed quoniam ens, hoc est & in particularibus syllogismis similiter etiā sumendi erunt termini.



¶ Pro debita resolutione praecepta, Cap. XXXIX

250 OPortet autē accipere quę idem possunt nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus. & nomen & orationē, & semper pro oratione nomen suscipere. facilior est enim terminorum expositio. vt si nihil differt dicere suspicabile opinabilis non esse genus. aut non esse idem quiddam suspicabile, quid opinabile. nam si idem est quod significatur pro oratione dicta, suspicabile & opinabile terminos ponendum.

251 Quoniam vero non est idem voluptatem esse bonum, & esse voluptatem quod bonum, non similiter ponendum terminos. sed si est syllogismus quoniam voluptas quod bonum: terminum ponendum quod bonum, si aūt quoniam bonū: bonum similiter autem in alijs. ¶ Non est aūt idē neque esse neque dicere quoniā cui, b inest, huic quoque omni a inest, & dicere cui omni b inest. & a inest omni: nihil enim prohibet b inesse c, non autem omni. ut sit b pulchrum quid, c autem album. si igitur alicui albo inest pulchrum quid: verum est dicere quoniam albo inest pulchrum, sed non omni fortasse. Si ergo a inest b, non omni autem de quo b, neque si omni c. in-

est b:neque si solum alicui,non necesse est ei quod est c,inesse a.non quia nõ omni : sed nec inesse ei quod est c.si autem de quocũque b dicatur vere,huic omni inest a,accidet a de quo omni.b dicitur:de eo omni dici . si autem a dicitur de omni de quo b dicatur: nihil prohibet ei quod est c.inesse b.non omni autem a,aut non inesse omnino . In tribus igitur terminis manifestum est quoniam de quo b quidem omni: & a dicitur . hoc est de quibuscunque b dicitur.de omnibus dicitur & a,& si b quidem de omni : & a similiter.si autem non de omni:non necesse est a inesse omni.

¶Non oportet autem arbitrari propter expositionem accidere aliquod inconueniẽs. 253
non enim laboramus in eo quod aliquid sit hoc : sed quemadmodum geometer pedalẽ & rectam hanc esse & sine latitudine dicit,quæ non est. sed non sic vtitur:vt ex his syllogisans.Omnino enim quod non est vt totum ad partem:& aliud ad hoc vt pars ad totum:ex nullo talium ostendit demonstrator. neque enim fit syllogismus . expositione autem sic vtimur:vt & sentiat qui discit dicentes.non enim sic:vt sine his non possibile sit demonstrare,quẽadmodum ex quibus est syllogismus.

¶Non lateat autem nos ,quoniam in eodem syllogismo,non omnes conclusiones per 254
vnam eandem figuram sunt,sed hæc quidem per hanc,illa vero per aliam . Palam ergo quoniam & resolutiones sic faciendum.

¶Quoniam autem non omne propositum in omni figura , sed in vnaquaque dispo sita sunt.manifestum est ex conclusione in qua figura sit,quærendum.

¶Et ad diffinitiones orationum quæcunque advnum quiddam sunt argumentatæ in 255
eorum quæ insunt termino,ad quod argumentatum est ponendum terminum,& non totam orationem.minus enim contingit perturbari propter longitudinem. vt siquis aquam ostendit,quoniam est humidus potus,potum & aquam terminos ponendum.

Tricesiminoni cap notæ.

Expositio,positio.Quod bonum,ipsum bonum:felicitas,& summum bonum quod autem Ari- 250
stoteles dicit τὸ ἀγαθὸν,aliquivertunt ipsum bonum:alii quod bonum,& quod dicit sine articulo ἀγαθὸν , vertunt bonum. Neque esse neque dicere id est neque re ipsa & secundum veritatem,neque oratione. Cum dicitur cui b inest,huic omni inest a , significatur cui b aut particulariter aut vniuersaliter inest,huic omni inesse a.quod non oportet,vt cum particulariter inest,in tertio modo primæ figuræ.Cum vero cui omni inest b huic omni inest a.intelligitur cui b vniuersaliter inest,illi omni inesse a.quod verum est,per primum primæ figuræ modum, dummodo a insit omni b alioquin si particulariter a insit b,nõ oportet neque a huic a omnino inesse,neque omnino nõ inesse,vt prosequitur Aristoteles & diligentiuscule ad modum loquendi attendendum,res autẽ ipsa difficultatem non habet.sed orationis,locutionisque modus. A maius extremum,b medium 251
cui inest b:minus extremum vt c.Esto a coloratum,b pulchrum,c album. Non tamen omni . aut non omnino c inesse a.vt si b inest particulariter c,tunc conflaretur syllogismus per tertium modum primæ figuræ,vbi a neque omni,neque omnino & totaliter inest c, inest tamen particulariter. Aliquid sit,vera sit , id dicit quia ponit terminos a , b,c,& huiusmodi,& omni b inesse a, & omni c inesse b, & id genus quæ secundum veritatem non sunt . sed de iis non intelligit syllogismum fieri.non enim hic syllogismus est,omne b a , omne c b, omne c a(nam omnis syllogismus est oratio in qua quibusdam positis concessisque , aliud quopiam accidit) sed de iis intelligit syllogismum fieri,quæ per hæc in disciplinis intelliguntur. quemadmodum & geometer nõ 252
de breuiuscula illa linea sensui subiecta demonstrat,sed de ea quam per illã intelligit. Appellamus hic eundem syllogismum cum suis approbationibus,claudens idcirco prosyllogismorum conclusiones. Esse quęrendum. Nam in conclusione si vniuersalis affirmatiua,solum in prima figura quęrenda est,si vniuersalis negatiua: in prima,aut in secũda , si particularis affirmatiua:in prima,aut in tertia. Si autem particularis negatiua:in prima,in secunda .aut in tertia.

Conclu.	figuræ		
A	1	o	o
E	1	2	o
I	1	o	3
O	1	2	3

¶Qui disputat aquam esse potum humidũ, ad id disputat, vt ostendat aquam esse potum,nam humidam esse , ex se est manifestum.Itaque cum id ostensum fuerit, vt quia aqua restinguit , sedatque aĩalium sitim pariter colligetur aquam esse humidum potum . Sed si vltra progrediendum est ex illa diffinitione ad aliquid monstrandum,satis erit ad prolixitatem deuitandam,assumere aquam esse potum. Et philosophi id disserunt,sitim esse appetitum humidi & frigidi , aqua autẽ maxime 255

omnium illa duo habet, quarp maxime natura potus. Fevinum & aliç liquores quibus pro potu
in delitiis vtimur, et si frigiditatem & humiditatem habeant actualem. plerisq; tamē eorum & sic
cant & incalefaciunt sed hæc præsenti negotio sunt aliena.

PARAPHRASIS CAP: TRICESIMINONI.

TRicesimumnonum Cap, præcepta ac regulæ sex. Prima regula. In informan-
329 dis syllogismis nomina quæ idem possunt: pro nominibus sumenda sunt, & ora
tiones pro orationibus, & nomen pro oratione, & semper pro oratione nomen
admittendum. Nam hoc pacto facilior terminorum expositio. vt si nihil differt
dicere suspicabile genus non esse opinabilis: aut non esse idem quod suspicabile
quid opinabile, quia si idē est quod significatur: pro dicta oratione termini sus
picabile & opinabile ponendi sunt. Et quia non est idem essevoluptatem, bonum, & esse volupta
331 tem ipsum bonum: non similiter termini ponendi sunt sed si sit syllogismus quoniam voluptas
ipsum bonum: terminus ipsum bonum ponendus est. si autem sit syllogismus quoniamvoluptas
bonum: & terminus bonum ponendus. simili autem pacto & in aliis. Secunda. Non est idem
neque esse, neque dicere cui b inest, huic omni inesse a, & dicere cui omni, b inest, & a inesse omni.
vt sit b quiddam pulchrum: c vero album si igitur alicui albo inest quiddam pulchrum verū est
dicere quoniam albo inest pulchrum, sed non oportet omni albo pulchrum inesse. Si ergo a qui-
dem inest b non autem omni insit b: non necesse est a, inesse c non solum quia non omni c insit a,
sed neque quidem necesse est omnino inesse, siue omni c insit b, siue alicui solum insit. si autem de
quocunque b, vere dicatur, huic omni inest a: eueniet sane de quo omni dicitur b & de eo quoq;
omni a dici. Si autem a de omni b dicitur: nihil prohibet ei quod est c inesse b, non tamen omni,
aut non omnino c, inesse a. In tribus igitur terminis conspicuum esse potest quoniam si de omni
332 b dicitur a, id est de quibuscunque dicitur b de omnibus dicitur a: & si de aliquo omni dicitur b,
similiter quoque & a. sed si b non dicitur de omni: non necesse est a, inesse omni. Tertia. Non
autem oportet arbitrari propter positionem terminorum in syllogismis accidere aliquid absoni
aut incommodi. Nam non ea positione vtimur tanquam ipsa aliquid sit: sed quemadmodū geo
333 meter pedaneam & rectam lineā quampiam & latitudinis expertem esse dicit quæ nihilominus
non est. Verum non sic huiusmodi vtitur: tanquam ex illis syllogisans, nam omnino ex iis quo-
rum vnum non est vt totum ad partem, & aliud ad hoc vt pars ad totum, ex nullo sane taliū
quicquam ostendit demonstrator, neque enim fit syllogismus. Sic quoque positione terminorum
334 vtimur: & vt is qui discit sensu, intelligentia assequatur dicentes, non em̄ sic illis vtimur: vt sine
his non possibile sit demonstrare, tanquam ex quibus fit syllogismus. Quarta. Latere nos mi
nime debet, quoniam in eodem syllogismo non omnes conclusiones per vnam, eandemque figu-
ram fiunt: sed hæc quidem per vnam, illa vero per aliam, perspicuum igitur est quoniam sic, per
335 pluresque figuras resolutiones faciendæ erunt. Quinta. Quia non omne propositum in omni fi
gura, sed in vnaquaque quædam ordinata sunt: dilucet ex conclusione, in qua figura sint, esse quę
rendum. Sexta. Ad diffinitiones orationum quæcunque ad aliquidvnum disputatæ sunt in
aliquo termino eorum quæ in ipsis sunt: ad quod ostendendum disputatum est, ponendus est ter
minus, non autem tota diffinitio. Nam minus ob prolixitatē perturbari continget, vt si quispi-
am monstrauit aquam esse humidum potum, termini aqua & potus ponendi sunt.

De resolutione syllogismorum ad impossibile & ex hypothesi. Cap. XL.

AMplius autem ex hypothesi syllogismos non est tentandum
reducere. nam non est ex ijs quæ posita sunt reducere, nō em̄
336 per syllogismum ostensi sunt: sed ad placitum concessi sunt
omnes: Vt si quis ponat si vnaquædam potestas non sit con
trarium, neque disciplinam esse vnam. deinde disputet quo-
niam non est vna potestas contrariorum: vt sanatiui & ægro
tatiui. simul enim idem erit sanatiuum & ægrotatiuum, quo
niam autem non est omnium contrariorū vna potestas, ostē
sum est. sed quoniā disciplina nonvna, non est ostēsum, quā-
uis confiteri sit necesse, at non ex syllogismo: verum ex hypothesi, hoc igitur non est
reducere: quoniam non vna potestas est, hic enim fortasse erat syllogismus: illud autē
hypothesis. Similiter autem in his qui per impossibile concluduntur. nam neque hos
est resoluere: sed ad impossibile quidem reductionem, est. syllogismo enim mōstratur
alterum autem non est, nam ex hypothesi concluditur. Differunt autem a præ-
dictis. quoniam in illis quidem oportet prius confiteri, si debet concedere. Vt si osten-
datur vna potestas contrariorum & disciplinam esse eandem. hic autem & non priūs

;confessi,concedunt,eo quod manifestum sit falsum,vt posita diametro symetro:eo qd imparia esse ęqualia paribus. Plures autem & diuersi terminantur ex conditione,quos prospicere oportet & notare apte:quæ ergo horum differentiæ, & quotiens fiunt qui sunt ex hypothesi: postea dicemus. nunc autem tantum sit nobis manifestum quoniã non est resoluere in figuras huiusmodi syllogismos,& ob quam causam diximus.

Quadragesimi cap. notæ. 156

Potestas naturalis,insitaque potentia. Vicesimotertio cap.cognoscitur omnem syllogismum ex hypothesi in aliqua trium figurarum fieri,non quidem ad principale propositum, sed ad id quod transsumitur,in ijs quæ sunt ad transsumptum. hic autem ostenditur ad principalem conclusionem syllogismos ad transsumptum non esse resoluendos modo prædicto in duas propositiones,& tres terminos. Nam plures sunt termini tribus.neque ad huiusmodi principale propositum:vtimur syllogismo.Similiter in syllogismo ad impossibile, ad principale propositum sumimus alienos terminos,& propositiones,neque syllogismo concluditur. tametsi propositum illud idem postmodum ostensiue monstrari possit quod quanuis intelligere sit promptum,exempla tamen pro vtraque ratiocinatione subducamus

	Syllogismus ex hypothesi,ex transsumptione.
Propositio	Sani & ægri non est vna potestas
Approbatio	Nam idem simul bonæ esset valetudinis & malæ
Assumptio	O autem sana & ægra contraria
Conclusio	Non omnium igitur contrariorum eadem est potestas
Propõ aliena	Præterea si non omnium contrariorum eadem potestas per hypothesim, neque eadem disciplina
Propõ aliena	Atqui non omnium est eadem potestas vt monstratum est
Conclusio	Non igitur omnium contrariorum eadem disciplina
	Et hæc conclusio concedenda est ex hypothesi, non autem prædicatiuo syllogismo
	Syllogismus ad impossibile
Propositum	Aliquod animal non est equus:propositum,positum falsum,quo posito ducitur ad incommodum hoc pacto
Propositio	Omne animal est equus
Assumptio	Omnis homo animal Manifeste vera
Conclusio	Omnis homo equus
aliena propõ	Id autem impossibile
aliena	Et vera est assumptio O homo est animal nam manifesta
aliena	Falsa igitur propositio Omne animal est equus
aliena	Et pariter falsa ex hypothesi aliquod animal non est equus
aliena	Et sunt contradictoriæ omne animal est equus,& aliquod animal non est equus
aliena	Contradictoriæ igitur simul veræ,quod est impossibile
Propositum	Vera igitur erat,aliquod animal non est equus
	Et id non syllogismo monstratum est ex hypothesi deducendo ad impossibile.reducitur autem syllogismo ostensiuo hoc pacto
	Tertiæ figuræ modus secundus assertorius
ppõ manifesta	Nullus homo est equus
assum.manife.	Omnis autem homo animal
Conclusio	Quoddam igitur animal non est equus
Propositũ superius.	Reducuntur inuicem ad similia problemata,propositaque,iusta argumentatione claudenda figuræ in his modis


Figura hæc sequentis capitis est declaratiua.

ij	E	A	E	i	E	A	E	o	o	o	o
ij	E	A	E	ij		E	E	o	o	o	o
iiij	E	I	O	iij	E	I	o	6	E	I	O
iij	A	I	I	o	o	o	o	4	A	I	I
iij	A	I	I	o	o	o	o	3	I	A	I


¶PARAPHRASIS CAP.QVADRAGESIMI.

QVadragesimum.cap.conclusio vna.differentia vna. Conclusio.¶Insuper attendendum non est syllogismos ex hypothesi reducere. Nam non ex iis quæ posita
258 sunt licet illos reducere, quando quidem ad principale propositum non syllogismo ostensi sunt, sed ex pacto confessi sunt omnes, vt in his qui sunt a transsumptione, si quis supponat si contrariorum non sit vna quædam potestas, neque contrariorum vnam esse disciplinam. Deinde differat contrariorum non esse vnam potestatem vt sani & morbidi. quia idem simul bonę esset valetudinis, & malæ valetudinis, ostensum sane est non omnium contrariorum eandem esse potestatem. at ostensum nō est non esse omnium contrariorum eandem disciplinam, tametsi id confiteri necesse sit: sed non ex syllogismo verum ex conditione & pacto. Hoc igitur quod scilicet ad præcipuam conclusionem est, non est modo prædicto in terminos, propositiones, & figuras reducere. quod autem ad minus præcipuam scilicet non vnam contrariorum esse potestatem, est reducere. Nam hoc forsitan erat syllogismus, illud vero non, sed hypothesis & sola conditio. Similiter autem & in syllogismis ex hypothesi, qui per impossibile concluduntur. nam neque illos ad pricipale propositum, in terminos propositiones, & figuras est resoluere, sed eam quæ deducta est per impossibile, est resoluere (nam syllogismo monstratur) alteram autem non est. nam ex hypothesi & conditione concluditur. manifestum est igitur, non esse tentandum syllogismos ex hypothesi reducere. Differentia.


257 Differunt syllogismi ad impossibile a prædictis quidem ad transumptum sunt. quod in illis oportet quidem præconfiteri si debet quis propositum concedere. vt quod & si ostendatur contrariorum vna esse potestas, & eandem contrariorum esse disciplinam. hic autem in iis qui sunt ad impossibile, nihil præconsitentes consentiunt, propter manifestum esse falsum. vt posita diametro quadrati, commensurabili lateri. accidit manifeste falsum, scilicet imparia esse æqualia paribus ob quod tandem concedimus propositum diametrum scilicet lateri esse incommensurabilem. Plures autem & varij clauduntur ex hypothesi, quos oportet considerare & annotare syncere. verum quæ eorum differentiæ & quotiens fiunt qui ex hypothesi sunt postmodum dicturi sumus, nunc autem tantum manifestum satis sit, non esse huiusmodi syllogismos in figuras resoluendos. Et ob quam causam id fit, iam diximus.



¶De reciproca reductione syllogismorum vnius figuræ in aliam. Cap.XLI.




293 QVæcunque autem in pluribus figuris monstrantur proposita, si in altera syllogisetur, est reducere syllogismum in alteram. vt eum qui in prima est priuatiuum, in secundam figuram, & eū qui in media est: in primam. non omnes autem: sed quosdam. erit autem in sequentibus manifestum. Si enim a, nulli b, b autem omni c. a nulli c. sic ergo prima figura. si autem conuertatur priuatiua, media erit. nam b, a quidem nulli c autem omni inerit. Similiter autem & si non vniuersalis sed particularis sit syllogismus: vt si a quidem, nulli b. b autem, alicui c. conuersa enim priuatiua, media erit figura. ¶Eorum autem syllogismorum qui sunt in secunda figura, vni
259 uersales quidem rem reducentur in primam figuram, particularium autem alter solum. Insit enim a. b quidem nulli. c vero omni, conuersa priuatiua, prima erit figura. nam b quidem nulli a, a autem omni c inerit. Si autem prædicatiuum quidem sit ad b, priuatiuum autem ad c, primus terminus ponendus est c. hoc enim nulli a, a autem omni b. quare nulli b inerit c, ergo & b nulli c, conuertitur enim priuatiua. Si autem prticularis sit syllogismus, quando priuatiuum quidem erit ad maiorē extremitatem, resoluitur in primam figuram. vt si a nulli b, b autem alicui c. cōuersa enim priuatiua, prima erit figura. nam b quidem nulli a. a autem alicui c. Quando vero prædicatiuum non resoluetur. vt si a quidem omni b. c vero non omni. non enim suscipit conuersionem a b. neque cum fit, erit syllogismus. ¶Rursus qui in tertia quidem sunt figura. non resoluuntur omnes in primam, qui autem sunt in prima, omnes in tertiam. Insit enim a quidem omni b. b autem alicui c. ergo quia conuertitur particularis prædicatiua, inerit & c alicui b. a vero omni b inerat. quare fit tertia figura. Etsi priuatiuus sit syllogismus similiter. cōuertitur enim particularis affirmatiua. quare a quidem nulli b, c autem alicui inerit. Eorum autem syllogismorum qui sunt in postrema figura, vnus tantum non resoluitur in primam, quando non vniuersalis ponitur priuatiua, alij autem




omnes resoluuntur. Prædicentur enim de omni c:& a & b, ergo conuertetur c ad vtrũque particulariter: inerit ergo a, alicui b. quare erit prima figura. siquidem a, omni c: c vero, alicui b: & si a quidem: omni c: b autem, alicui c: eadem ratio, conuertitur enim ad b c. Si autem b quidem, omni c: a autem, alicui c, primus terminus ponẽdus b. nam b, omni c, c autem, alicui a. quare b, alicui a. quoniam autem conuertitur particularis. & a, alicui b inerit. ¶ Et si priuatiuus sit syllogismus vniuersalibus terminis: similiter sumendum: insit enim b, omni c: a autem nulli c. ergo alicui b, inerit c: a autem, nulli c. quare erit medium c. Similiter autem & si priuatiua quidem sit vniuersalis: prædicatiua autem particularis. nam a quidem, nulli c: c autem, alicui b inerit. Si autem particularis sumatur priuatiua: non erit resolutio. vt si b quidem, omni c. autem, alicui c non inest, con- 251
uersa enim b c: vtręque propositiones erunt particulares.

¶ Manifestum autem quoniam ad resoluendum ad se inuicem figuras, quæ ad minorem extremitatem est propositio: conuertenda in vtrisque figuris. hac enim conuersa, 252
transitio fit. ¶ Eorum autem qui in media sunt figura: alter quidem resoluitur, alter vero non resoluitur in tertium, nam a sit vniuersalis priuatiua: resoluitur. Si enim a, nulli quidem b: alicui autem c, vtraque similiter conuertitur ad a. quare b quidem, nulli a, c vero alicui: medium ergo a. Quando autem a, omni b: c autem alicui non insit: non fit resolutio. neutra enim propositionum ex conuersione vniuersalis. ¶ Qui autem ex tertia sunt figura, resoluentur in mediam: quando fuerit vniuersalis priuatiua. vt si a, nulli c: b autem. alicui aut omni c. nam c, a quidem nulli, b autem alicui inerit 253
Si autem particularis sit priuatiua, non resoluetur. non enim suscipit conuersionẽ particularis negatiua. ¶ Manifestum ergo quoniam ijdem syllogismi non resoluuntur in his figuris: qui nec in primam resoluebantur. ¶ Et quoniam in primam figuram redu- 254
ctis syllogismis, isti soli syllogismi per impossibile claudũtur. Quomodo ergo oportet 255
syllogismos reducere, & quoniã resoluũtur figuræ in se inuicem. manifestũ ex dictis.




Quadragesimiprimi Cap. notæ.


Conuertitur igitur vniuersalis affirmatiua ad vtrumque extremum. & siue conuertatur propo- 256
sitio, id est ea vniuersalis quæ est ad maius extremum, siue assumptio id est ea quæ est ad minus: semper fiet primæ figurę syllogismus, colligens alicui b inesse a. vt fiat syllogismus tertiæ figuræ omni c inest a & omni c inest b. igitur alicui b inest a: quia vniuersalis affirmatiua ad maius extremum conuertitur alicui a inest c, & omni c inest b. tunc ratiocinor per primam figuram omni c inest b, & alicui a inest c: igitur alicui a inest b. quare & alicui b inest a. Nam particularis affirmatiua particulariter conuertitur. Et si conuertatur vniuersalis affirmatiua ad minus extremum: alicui b inerit, sed & omni c inest a: aperta est igitur primę figuræ ratiocinatio, omni c inest a, & alicui b inest c: igitur alicui b inest a cognoscitur. igitur cur Aristoteles adiecerit: c ad vtrunque particulariter conuerti.



¶ PARAPHRASIS CAP. QVADRAGESIMIPRIMI. 257


QVadragesimumprimum Cap. Conclusiones quinque. corollaria tria. Prima conclusio. Quęcunque in pluribus figuris proposita monstrantur, si in figurarum altera fiat syllogismus & eum syllogismum in alteram reducere valemus. Vt priuatiuum propositum monstratur tum in prima tum in secunda figura: & syllogismus priuatiuus qui in prima fit figura ad idem quoque propositum, in secundam reducitur figuram. is autem qui fit in secunda: ad idem quoque propositum in primam reducitur figuram. Verum non omnes secundæ figuræ in primam hoc pacto reuocabimus: sed quosdam quod quidem ex sequentibus erit manifestum. Nunc autem monstranda conclusio Nam si nulli b inest a, & omni c inest b: nulli c inerit a. sic enim erit prima figura. at si conuertatur priuatiua: secunda erit figura. Nam nulli a inerit b. c autem omni, etiam inerit b. quare & per primum modum secundæ figuræ nulli c inerit a. Et simile est si non vniuersalis, sed particularis fiat syllogismus. vt si nulli b insit a & alicui c insit b: alicui c non inerit a per primam figuram. Et conuersa negatiua, media erit figura. Sed quomodo & quando cum proposita in aliis figuris clauduntur & in prima, eorum syllogismi reuocentur in primam eadem quidem proposita colligentes: ex sequentibus conclusionibus cognoscetur.






Secunda conclusio. Eorum syllogismorum, qui in secunda fiunt figura vniuersales in primam reuocabuntur figuram particularium autem alter solum. vt nulli b insit a & omni c insit a, erit

secundæ figuræ syllogismus colligens nulli c inesse b.& conuersa negatiua,prima erit figura.Nã
nulli a inerit b & omni c inerit a,quare per primam figuram nulli c inerit b Si aũt vniuersale af-
firmatiuum sit ad maius extremũ,& vniuersalis negatiua ad minus:hoc pacto.Omni b inest a,&
nulli c inest a,igitur nulli c inest b.reducendo in primam figuram primus terminus ponendus est
c.Nã per conuersionem nulli a inerit c,& omni b inest a.quare per primam figuram nulli b inerit
c,ergo & nulli c inerit b:Nam vniuersalis negatiua cõuertitur, Verum si particularis sit syllogis
mus,quando propositio negatiua ad maius extremum fuerit,resoluitur in primam figuram.Vt
si nulli b inest a,& alicui c inest a,in secunda figura alicui c non inerit b.& resoluitur in primam.
Nam conuersa negatiua:prima erit figura.nanq; nulli a inerit b,& alicui c ĩest a: quare per primã
figuram alicui c non inerit b.Sed quando propositio affirmatiua ad maius extremum fuerit , nõ
260 resoluitur in primam figuram,vt si omni b insit a & alicui c non insit a,fit syllogismo secundæ fi
guræ alicui c inesse b,sed nõ reducetur.Nam omni b inest a,non vniuersaliter suscipit conuersio-
nem,neq; quidem cũ conuersionem suscipit,erit syllogismus. Tertia conclusio. Insuper nõ omnes
syllogismi tertiæ figuræ reducuntur in primam:sed omnes primæ particulares reuocantur in ter
tiam.De prima autem figura declaratur.Nam omni b insit a, & alicui c insit b, colligitur syllogis
mo primæ alicui c inesse a.quia ergo particularis affirmatiua conuertitur:alicui b inerit c , & etiã
omni b inerat a.quare per tertiam figuram alicui c inerit a.Et si particularis sit negatiuus,identi
dem.Nã particularis affirmatiua cõuertitur,quare si in prima figura nulli b inest a,& alicui c in-
est b etiam & in tertia nulli b inerit a & alicui b inerit c.Sed eorum syllogismorũ qui in tertia coa
lescunt figura,omnes in primã resoluuntur figuram vno dempto, quando scilicet particularis in
eo ponitur negatiua.omnes autem alii reducuntur.Nam prædicentur a & b de omni c. conuerte
tur ergo vniuersalis affirmatiua ad vtrunque extremum & a & b particulariter , colligetur ergo
vtrumuis factum fuerit,alicui b inesse a. quare prima erit figura,siquidem omni c inest a,& alicui
b inerit c.Et si omni c quidem insit a,& alicui c insit b:eadem ratio est. Nam conuertetur particu-
laris ad minus extremum.Et si ad minus extremũ ponatur vniuersalis & ad maius particularis,
vt si omni c inest b, & alicui c inest a:primus terminus extremumque maius ponendum b. Nam
omni c inest b,& per conuersionem alicui a inerit c:quare per primã figuram alicui a inerit b . &
quoniam particularis conuertitur.Etiam alicui b inerit a.Et si syllogismus negatiuus euadat ter
minis vniuersaliter enunciatis,hoc est vtrisque vniuersalibus propositionibus. similiter vt in su
perioribus sumendum.Nam omni c insit b & nulli c insit a per conuersionẽ, igitur & alicui b in
erit c & nulli c inest a,quare c medium erit primæ figuræ ad colligendũ alicui b non inesse a. Et si
mile fuerit si negatiua sit vniuersalis & affirmatiua particularis.Nam conuersa particulari,prima
efficietur figura.vt si nulli c inest a,& alicui c inest b:etiam nulli c inest a,& alicui b inerit c. Sed si
261 particularis sumatur negatiua:minime hunc in modum resoluetur. Vt si omni c inest b, & alicui
c non inest a:minime reducetur.Nam conuersa vniuersali affirmatiua,vtræque ꝓpositiones erũt
particulares:ex quibus nullus conflari valet syllogismus. Non omnes igitur syllogismi tertiæ fi-
262 guræ reducuntur in primam:sed omnes particulares primæ reducuntur in tertiam.Primum co-
rollarium.Vnde manifestum est ad resoluendum in se inuicem has figuras:in vtrisque his figuris
eam propositionem quæ ad minus extremum collocatur conuertendam esse.hac enim conuersa:
figura in figuram transit.Quarta conclusio.Particularium syllogismorum secundæ figuræ vnius
263 in tertiam figuram resoluitur:alter autem non resoluitur . Nam cum vniuersalis fuerit nagatiua,
resoluitur.Si enim nulli b inest a,& alicui c ĩest a:vtraque similiter ad a conuertuntur ita vt fiat
subiectum.quare nulli a inerit b & alicui a inerit c.medium igitur in tertia figura erit a.Quando
autem omni b inest a,& alicui c non inest a:nulla fit resolutio.Nam conuersione facta:neutra pro
264 positionum manet vniuersalis.Quinta conclusio. Syllogismi negatiui tertiæ figuræ resoluuntur
265 in secundam figuram:quotiens vniuersalis negatiua fuerit. cum autem particularis fuerit mini-
me,vt si nulli c inest a,& omne c inest b:similiter & nulli c inest a, & alicui c inest b . Nam vtraq;
conuersa nulli a inerit c,alicui autem b inerit c.quare in secunda efficietur figura.Sed si particula
laris sit negatiua:non resoluetur.Nam particularis negatiua conuersionem non recipit: quod : ni
hilominus oporteret,vt resolueretur.Secundum corollarium.Manifestum igitur est eosdem syllo-
gismos in his figuris adinuicem non resolui:qui nec in primam resoluebantur.Tertium perspicu-
um insuper est eorum syllogismorum qui in primam figuram reducuntur , hos syllogismos per
impossibile relinqui claudendos,perficiendosque . Quomodo igitur oportet syllogismos reduce
re,quod que figuræ resoluuntur in inuicem:ex dictis satis est exploratum.






Baroco p ĩpossibile.



Bocardo per ĩpossibile



De syllogismis infinitis & regulis consequentiarũ. Cap. XLII.

266 Differt autem in construendo vel destruendo opinari , aut eidem aut diuer-
sum significare:non esse hoc,& esse non hoc.vt non esse album , ei quod est
esse non album non enim idem significant , nec est negatio eius quæ est esse

album,ea quæ eſt eſſe non album:ſed non eſſe album. Ratio autem huius hæc eſt. ſimi
liter enim ſe habet poſſibile eſt ambulare,ad poſſibile eſt non ambulare, ei quæ eſt eſ-
ſe album,ad eſſe non album:& ſcit bonum,ad ſcit non bonum, nam ſcit bonum vel ſci
ens bonum,nihil differt:neque poteſt ambulare,vel eſt potens ambulare. quare & op-
poſita:non poteſt ambulare,& non eſt potens ambulare. Si igitur non eſt potens am-
bulare idem ſignificat,& eſt potens non ambulare:ipſa ſimul inerunt eidem.nam idem
poteſt ambulare,& idem ſciens bonum & non bonum eſt. affirmatio autem & nega-
tio non ſunt oppoſitæ ſimul in eodem. ¶Quemadmodum ergo non idem eſt non ſci
re bonum,& ſcire non bonum.nec eſſe non bonum,& nõ eſſe bonum idem:nam pro-
portionalium,ſi alterum ſit:& alterum . nec eſſe non æquale & non eſſe æquale idem.
huic enim quoc eſt non æquale,ſubiacet aliquid & hoc eſt inæquale:illi vero nihil eo ꝙ
æquale quidem vel inæquale non omne eſt,æquale autem vel non æquale omne. 267
¶Amplius eſt non album lignum,& non eſt album lignum,non ſimul ſunt. ſi enim
eſt lignum non album:erit lignum.quod autem non eſt album lignum : nõ neceſſe eſt
eſſe lignum. ¶Quare manifeſtum eſt quoniam non eſt eius quod eſt bonum, 268
eſt non bonum negatio.ſi ergo de omni vno,vel affirmatio vel negatio vera:ſi non eſt
negatio.palam quoniam affirmatio aliquo modo erit. affirmationis autem omnis ne-
gatio eſt,& huius:ergo ea quæ eſt non eſt non bonum.
¶Habent autem ordinem hunc adinuicem:ſit eſſe quidem bonum in quo a . non eſſe
autem bonum in quo b,eſſe autem non bonum in quo c ſub b. non eſſe autem nõ bo-
num in quo d ſub a,omni ergo inerit aut a aut b:& nulli eidem.& omni aut c aut d, &
nulli eidem,& cui c ineſt: neceſſe eſt b omni ineſſe. ſi enim verum eſt dicere quoniam
eſt non album,& quoniam non eſt album, verum impoſſibile eſt enim ſimul eſſe albũ
& eſſe non album,aut eſſe lignum album & eſſe lignum non album. quare ſi non af-
firmatio:& negatio inerit. Ei autem quod eſt b,non ſemper c.quod enim omnino non
eſt lignum,neque lignum erit album nec non album. Econuerſo autem,cui ineſt a, &
d omni ineſt.aut enim c aut d. quoniam autem non poſſunt ſimul eſſe non album &
eſſe album:d inerit.nam de eo quod eſt album,verum eſt dicere, quoniam non eſt non
album.De d autem non omnino c erit.nam de eo quod omnino non eſt lignum, non
verum eſt dicere a,quoniam eſt lignum album.quare d verum eſt & a non verum,quo
niam eſt lignum album.
¶Palam autem quoniam & a c nulli eidem inſunt, ſed b & d contingit eidem alicui in 269
eſſe. ¶Similiter autem ſe habent & priuationes ad prædicationes eadem propoſitione 270
ſit enim æquale,in quo a.non æquale,in quo b inæquale,in quo c non inæquale,in quo
d. ¶In pluribus autem quorum his quidem ineſt,illis vero non ineſt idem,negatio qui
dem ſimiliter vera ſit. vt quoniam non ſunt alba omnia:aut quoniã non eſt album vnũ
quodque.at quoniam eſt non album vnumquodque,aut quoniam omnia ſunt non al- 271
ba,falſum eſt. Similiter autem & eius quæ eſt omne animal album,non hęc(eſt non al-
bum omne animal)negatio.ambæ enim falſæ,ſed eſt non omne animal album.
¶Quoniam autem palam,quod aliud ſignificat eſt non album,& non eſt album, & il
la quidem affirmatio,hæc vero negatio,manifeſtum quoniam non eſt idem modus mõ
ſtrandi vtrunque.vt quoniam quicquid eſt animal,non eſt album, aut contingit non
eſſe album & quoniam verum dicere non album,hoc enim eſt eſſe non album. 272
¶Sed verum quidem dicere,eſt album ſiue non album,idem modus. Cõſtructiue enĩ
ambæ per primam oſtenduntur figuram.nam verum ei quod eſt, ſimiliter ordinatur
eius enim quæ eſt,verum dicere album,non hæc,verum dicere non album,negatio.ſed
hæc,non eſt verum dicere album. Si enim verum eſt dicere quicquid eſt homo muſi-
cum eſſe,aut non muſicum eſſe quicquid eſt animal ſumendum, muſicum eſſe, aut nõ
muſicum eſſe, & oſtenſum eſt. Non eſſe autem muſicum quicquid eſt homo, de-
ſtructiue monſtratur ſecundum dictos tres modos. ¶Simpliciter autem quan-
do ſic ſe habent a & b, vt ſimul quidem eidem non contingant : omni autem de
neceſſitate alterum. & rurſum c & d ſimiliter ſequitur autem id quod eſt c a & non
conuertitur:& id quod eſt b ſequetur d,& non conuertitur. & a quidem & d conti-

gunt eidem:b aũt & c non cõtingũt. ¶Primum ergo qm̃ id quod est b, sequitur d: hic manifestũ qm̃ eorũ q̃ sunt c d alterum ex necessitate omni inest.cui aũt b: nõ contingit c,eo quod,simul infert a.a autem & b non contingunt eidem. manifestum quoniam d sequetur b. ¶Rursum quoniã ei quod est a non cõuertitur c:oĩ aũt vel c vel d,contingit a & d eidem inesse. ¶b autem & c non contingit,eo quod cõsequitur a id quod est c.accidit enim quiddam impossibile. ¶Manifestũ est ergo quoniam nec b ei quod est d conuertitur:eo quod contingit simul a;d inesse. ¶Accidit autem aliquotiens in huiusmodi terminorum ordine falli,eo quod opposita non sumantur recte quorum necesse est omni alterum inesse. Vt si a,& b non contingunt simul eidem:necesse est aũt inesse cui non alterum,alterum,& rursus c & d similiter.cui autem omni c sequitur a. accidet enim cui d,b inesse ex necessitate ,quod falsum est. Si sumatur enim negatio eorum quæ sunt a b ea quæ est in quibus f. & rursus eorum quæ sunt c d. ea quæ est in quibus g.necesse est igitur omni inesse vel f,aut enim affirmationem aut negationẽ & rursum,aut c aut g. affirmatio enim & negatio.& cui c.omni a subiacet,quare cui f. omni hoc quod est g. Rursum quoniam eorum quæ sunt f b omni alterum.& eorum quæ sunt g d:similiter.sequitur autem g id quod est f.& id quod est d sequitur b,hoc enim scimus.si ergo a id quod est c,& id quod est d sequetur b.hoc autem falsum.econtrario enim erat in his(q̃ sic se habent ? cõsequẽtia. Nõ eñ fortasse necessarium omni iesse.aut a aut f.nec f aut b.nõ eñ est negatio eius quod est a hoc quid est f.nã boni nõ bonum negatio.non autem est idem hoc quod est non bonum,ei quid est neq; bonum neq; non bonũ.similiter autem & in c d.nã negatiões quæ sumptę sunt, duæ sunt.

Quadragesimisecundi Cap.notæ.

Negatio,negatio contradictoria.Cũ dicitur est non æquale:termino nõ æquale subiacet,subiicituque, inæquali,quod omne inæquale sit non ęquale.sed cum dicitur non est æquale:nullus terminus est cui subiiciatur, subiacetque ęquale. quare cum vni aliquid subiacet; alteri vero nihil vero nihil tale subiaceãt: propositiones illæ non idem significent neque intelligere subiacet. vt si verum est esse non ęquale: vt oporteat quicquam esse quod sit inæquale. quemadmodum si Socrates ægrotat:oportet Socratem esse.& si est inæqualis:& ipse quoq; est. Sed id intendebatur:prædicato non ęquale, subiacere inęquale vt minus commune:sed non cũ dicebatur nõ est æquale,nam prædicatum est æquale,cui certum est,non subiacere inæquale. Rationem eñ reddidit Aristoteles cur dixerit inęquale subiaceret ei quod est non æquale,quod ęquale & non æquale de omni dicuntur non autem ęquale & inæquale. quare oportet inęquale in paucioribus esse q̃ nõ ęquale,& nõ ęquali,subiacere. Non simul sunt,nõ simul sunt verę: ꝑpositiones eñ illę simul sunt:quarũ nũquã vna vera esse potest sine altera. Est nõ albũ lignũ:solũ nõ albũ infinitum est.

A æquale	c inęquale
A esse bonum	c
b non æquale	d non ęquale
b non esse bonum	d non esse non bonum

Non semꝑ de quocũq; verũ est b. Nã cũ prędicatũ est cõpositum, & quando prædicata sunt habitus & priuationes,cuiusmodi sunt æquale & inęquale, iustus iniustus, cæcus & videns,ad c semper sequitur b sed non conuertitur & ad a sequitur d,sed non conuertitur. In prędicatis simplicibus conuertitur eadem seruata quantitate vt sequitur est non album,igitur non est albũ, & contra:non est album,igitur est non album. Idcirco enim Aristoteles dixit, non semper:quia aliquando recurrat. Eadem dico seruata quantitate,nam quando in figura a c facimus vniuersales,& b d sunt particulares:non recurrunt etiam in simplicibus.


Antecedentes recurrentes	Antecedentes non recurrentes	Consequentes non recurrẽtes
i A est album	i A est lignum album	i d non est lignum non album
ii c est non album	ii A est æquale	ii d non est inæquale
Consequentes recurrentes	iii c est lignum non album	iii b non est lignum album
i d non est non album	iiii c est inæquale	iiii b non est æquale
ii b non est album		

Verum & falsum propositionẽ de mõ faciunt. vt possibile cõtingens & reliqua. Itaq; vt negatio huius omnem hominem possibile est esse animal, est hæc, non oẽm hominem possibile esse aĩal & nõ hæc nõ omnẽ hominem verũ est nõ esse aĩal. ita, huius oẽm hoiem verũ est dicere aĩal negatio est hæc, nõ omnẽ hominẽ verũ est dicere animala,& non hęc omnẽ hominẽ verũ est dicere nõ aĩal Hæc aũt omnẽ hominem verũ est dicere aĩal, vim absolutæ habet oĩs hõ est aĩal. Et de falso fortasse vt falsum omnẽ hominẽ esse albũ; vim oppositæ habet, aliquis hõ nõ est albus. Et vẽ


est dicere hoīem non esse musicum,destructiue id est priuatiue monstratur,perinde atq̧ hæc oēm hoīem possibile est non esse albū,non aūt negatiue.Nā negatiua non est, & si alicui negatiue ęque possit. Itaq; destructiue,& negatiue in absolutis:& priuatiue plerunque in illis de modo nobis designat. Et ponuntur hic termini musicū animal,hō:nō quod absolute in illis syllogismos cōstituamus sed exempli solum,causa,vt sentiant,qui discunt,& vt per eos,alios intelligamus, in quibus fiat syllogismus. Dicti tres modi sunt secundus modus primæ figuræ, primus & secundus secundæ,qui destructiue vniuersalē & negatiuam & priuatiuā concludunt. Priuatiuas intelligo vt pri vs
us in illis de modo:q̄ simpliciter affirmatiuis(cū eiusdē sint subiecti & p̄dicati) cōtrapositæ sunt, affirmatiuā hñtes figuram. Quando de enunciationibus loquimur:inest,est,verum est,idem. Duę sunt atque diuersę. Si g esset negatio c:oporter g idem esse d,qd' vnius tm̄ sit vna negatio. Et licet id in terminis monstratum sit,idem tñ in propositionibus monstrari posset. Primo si sit propositio q̄ antecedit,& propositio q̄ sequitur sed non conuertatur,ad oppositū cōsequentis: sequi oppositum antecedentis. Secundo oppositū antecedentis stare cū consequente. vt d cū a. Tertio oppositū cōsequentis repugnare antecedenti. Quarto cōsequentiā oppositi cōsequentis ad oppositū antecedentis nō recurrere at cōuerti. Quinto ex falsa oppositione hallucinari neque admittēdum esse duabus oppositis superiore mō idē opponi & hęc in elemētis ad lōgum mōstrata sunt.

PARAPHRASIS CAP. QVADRAGESIMISECVNDI. 166


Quadragesimūsecundum cap. conclusiones octo. Prima conclusio. Differt autem cum ad construendum tum ad destruendum opinari aut idem aut diuersum significare: non esse hoc,& esse non hoc vt opinari non esse album idem significare aut diuersum,ei quod est esse non album. Nam non idem significant. Neque negatio huius, esse album est esse non album,sed non esse album Huius autem hęc ratio. Nam hunc in modum se habet potest ambulare,ad potest non ambulare:quemadmodum esse album,ad esse nō album,& quēadmodū scit bonū ad scit non bonum. atqui potest non ambulare,negatio non est eius quod est potest ambulare,neque scit non bonum,negatio huius scit bonum,quare neque huius est albū,negatio erit, est non album. Quod autem scit non bonum & potest non ambulare negationes non sint horū, scit bonum,& potest ambulare:agnoscitur. Nam scit bonum,& est sciens bonum, nihil differunt idēque eidem potest ambulare,& est potens ambulare,quare & hæc opposita nihil differirent,nō potest ambulare & non est potens ambulare,si igitur non est potens ambulare, idē significat atque est potens non ambulare,sitque est potens non ambulare negatio huius est potens ambulare,illa simul eidem inerunt Nam idem simul potest ambulare & potest non ambulare & idem simul est sciens bonum & sciens non bonum,atqui affirmationem & negationem oppositas,impossibile est simul esse in eodem,Non igitur non est potens ambulare idem significat,at est potens non ambulare neque est potens non ambulare negatio est huius,est potens ambulare, quare neque negatio huius est album,erit est non album. Secundo quemadmodū non idem est non scire bonum & scire non bonum,neque esse non bonū & non esse bonū idem(nam proportionaliū si alterū sit,& alterum)neque esse nō æquale & non esse æquale idem. Nā huic,est nō æquale quippiā subiacet, & hoc est inæquale. illi autem non est ęquale nihil subiacet, quod aūt nō æquali subiectū 'sit inęquale:hoc ideo est quia non oē ;ęquale aut inæquale est,at oē æquale aut non æquale. quare non ęquale communius & inęquale specialius & subiacens. quare etiam nō idē est esse non albū at non esse albū. Tertio. Insuper est non album lignū & nō est album lignū: nō simul sunt. Nā idem sunt, est non lignum albū & est lignū nō album,& si est lignū nō album ex necessitate erit lignum. at q nō est albū lignū:nquaq̄ necesse est esse lignum. potest igitur vna esse vera,altera existēte falsa,quare non simul sunt, negatio igitur huius est album,nō est hæc est nō albū. Corollarium. Quo fit manifestum negationē huius est bonum nō esse,est nō bonū. Si ergo de oī vno vel affirmatio vel negatio vera est,si nō est negatio,perspicuum qm̄ aliquo pacto affirmatio erit, affirmationis autem omnis negatio est,& illius ergo negatio erit, non est non bonum. Secunda. Prędictę propositiones, hūt q subiūgetur inter se hñt ordinē. Esto aūt a q̄libet affirmatio, vt esse bonū. b eius negatio, vt non esse bonum. c sub b. īfinita affirmatio, vt esse nō bonum, d vero sub a, ipsius c negatio. vt nō esse non bonū



Hunc profecto ordinem hñt vt de oĩ verũ ſit aut a aut b: & de nullo eodẽ,ambo ſimul. ſimiliter & de omni verum ſit aut c aut d, & de nullo eodẽ ſimul. Et de quocunq; verum eſt, neceſſe eſt de oĩ hmõi verum eſſe & b. Nanq; ſi verum eſt dicere eſt non album, etiam & verum eſt dicere non eſt albũ. Nam ĩpoſſibile eſt ſimul eſſe album & eſſe non albũ: aut eſſe ſimul lignum albũ & eſſe lignũ non album. quare ſi cum hae poſita vera, eſt non album, non eſt affirmatio vera eſt albũ, negatio ſimul vera erit, non eſt album. de quocunque igitur verũ eſt c: & de oĩ eiuſmodi verũ eſt & b. Sed ecõtra non ſemper de quocunq; verum eſt b, de eodem & c verum eſſe oportet. Nã q̃ oĩno non eſt lignũ: neq; lignũ erit album neq; non albũ. quare b nõ eſt lignũ albũ, verũ eſſe poteſt: & nihilo minus c eſt lignum non albũ. falſum. Ec a & d cõuerſum hñt ordinẽ ad b & c. nã de quocunq; verum eſt a, & de omni hmõi verũ eſt d. Nã de quocunque verũ eſt a, verum eſt c aut d. at quoniã impoſſibile eſt ſimul eſſe c & a, ſcilicet eſſe non album & eſſe album, d inerit. nam de eo quod eſt album, verum eſt dicere q̃m non eſt non album. Sed econtra non ſp de quocunque verum eſt d. de eodem & a verum eſſe oportet. Nã de eo qđ oĩno non eſt lignum: non verum eſt dicere eſſe lignũ album. quare de eo non dicitur a, & tñ de eo dicitur d. nam non eſt lignum nõ albũ. quare
269 tunc d verum, & a, eſt lignum album, non verum eſt. Corollarium. Perſpicuum aũt eſt de nullo eodem a & c ſimul vera eſſe, ſed b & d contingere
270 de aliquo eodem ſimul vera eſſe. Tertia. Similẽ inter ſe ordinem ſeruant priuationes, prędicatis ſimili poſitione adiectę. Sit enim a æquale, b nõ
271 æquale, c inæquale, d non inæquale Conclusio hac deſcriptione cognoſcitur.




Quarta concluſio. Quando pro pluribus vniuerſaliter enunciamus quorum his quidem prædicatum idem ineſt, illis vero non ineſt, ſiue id ſit pluratiue. ſiue ſingulariter, negatio ſimiliter vera ſit, & affirmatio falſa. Ve factis huiuſmodi affirmationibus & negationibus: omnia ſunt alba, non omnia ſunt alba. omnia ſunt non alba, non omnia ſunt non alba. Item vnumquodque eſt album, non eſt vnumquodq; albũ, vnumquodque eſt non album, non vnumquodque eſt nõ album, negatio, non oĩa ſunt alba. & non vnumquodque eſt albũ ſimiliter vera eſt: & omnia eſſe alba, aut vnumquodque eſſe albũ, falſum quare ſimiliter vera, non oĩa eſſe non alba, & nõ vnumquodque eſſe nõ album. Et ſimiliter ſi ſpecialius enunciemus, eius quæ eſt omne animal eſſe album negatio non eſt hæc, oẽ animal eſt non album (nam ambæ falſæ ſunt) ſed hæc non omne animal eſt album.



ſ


Quinta conclusio. Non idem est modus syllogismo ostendendi vtranque harum, omne animal non est album. siue contingit non esse album, & verum est dicere omne animal, non album. hoc 27 enim (inquam verum dicere omne animal non album) idem intelligo ac cum dicitur omne animal est non album. Et hoc ideo est quoniam manifestum quidem esse diuersum significare, est non album: & non est album. nam illa quidem affirmatio, hæc vero negatio est.

Sexta. Harum verum dicere omne animal est album, & omne animal est non album, idem est mōstrandi modus. Nam ambæ per primam figuram affirmatiue monstrantur. nam verum ipsi est, similiter ordinatur, huius enim verum dicere album, negatio non est hæc. verum dicere non albū: sed hæc, non verum dicere album. Si enim monstrare volumus, esse verum dicere omnem hominem non esse musicum, sumendum est omne animal esse musicum, vel omne animal non esse musicum, & si id sumi possit, monstratum est propositum hoc pacto. Verum dicere omne animal esse musicum, omnis autem homo animal: verum igitur dicere, omnem hominem esse musicum. vel hoc pacto verum dicere omne animal non esse musicum, & omnis homo animal, verum itaque dicere omnem hominem non esse musicum. Et omnem hominem non esse musicum, destructiue secundum dictos tres modos. 273 Septima conclusio. Omnino autem quando sic se habent consequens aliquod & oppositum eius (verbi causa a b) vt simul eidem non contingant, omni autem de necessitate insit alterum, & rursus quando similiter se habent quod antecedit ad eius oppositum (verbi causa c & d) & id quod est c, sequitur a, & non conuertitur, etiam id quod est b sequetur d, at id non recurrit. & a quidem & d contingunt eidem inesse, b autem & c nequaquam contingere possunt eidem inesse, hoc est quando termini sic se habent vt dictum est, ad oppositum consequentis, sequitur oppositum antecedentis, sed non recurrit vt ad oppositum antecedentis sequatur oppositum consequentis, & simul stant consequens & oppositum antecedentis. nunquā autem possunt simul stare oppositum consequentis et antecedentis. 274



Primum ergo quod ad b sequatur d, hinc manifestum. Nam quia eorum quæ sunt c d, alterum ex necessitate omni inest, at cui contingit b, non contingit c, quia c confert, secumque trahit a, & a et b ex hypothesi non contingunt eidem, cui igitur continget b, simul continget et d.

quare manifestum est d consequens esse ei's quod est b. Rursum quia cum a non conuertitur c, fieri potest vt insit a, non autem c & positum est omni inesse d vel c quare tunc cum a, inerit d. Contingit igitur a & d eidem inesse, quod erat secundum monstrandum. B autem & c non cotingit eidem inesse, eo quod consequitur ad id quod est c accidit n̄que impossibile. nam si b c simul insunt, quia ad id quod est c sequitur a, etiam & a inest. & positum est b inesse. inerunt igi-
57 tur simul a & b, quod est impossibile. non igitur b & c contingit eidem inesse, quod tertio loco erat monstrandum. Manifestum igitur etiam est non conuerti cum d. idipsum quod a & d monstrata sunt simul inesse. nam b simul sint a & d & ponatur b conuerti cum d, ad d sequetur b. quare cum d insit, & b inerit. sed & a positum est inesse. insunt igitur simul a & b, quod est impossibile. & id quarto erat demonstrandum. Octaua conclusio. Accidit aliquotiēs in huiusmodi terminorum ordinatione hallucinari: ob idipsum quod non recte ea opposita sumantur, quorum necesse est omni inesse alterum. V a & b non contingunt simul eidem & necesse est cui non inest vnum, eidem inesse alterum & rursus c & d similiter, & cuicunque c inest, consequens sit vt prius & a inesse, accidet sane ex terminorum ordinatione non recta. cui d inest ex necessitate inesse b et b d, ex necessitate conuerti, quod falsum est Quod autem ex huiusmodi perperam facta terminorum ordinatione, [illegible] accidat ostenditur.



In prima ratiocinatione.

Antecedens	C antecedens
Consequens	A Consequens
Antecedens	F oppositum consequentis
Consequens	G oppositum antecedentis

In secunda ratiocinatione

Antecedens	F antecedens
Consequens	G consequens
Antecedens	D oppositum consequentis
Consequens	B oppositum antecedentis
	A bonum
	B non bonum
	C iustum
	D non iustum
	E neq; bonū neq; nō bonum
	G neque iustum neq; nō iustū

Nam si sumi admittatur negatio eorum q̄ sunt a b quæ sit f, & eorum quæ sunt c d quæ sit g, necesse erit igitur omni inesse: vel a vel f nā aut affirmationem aut negationem iesse necesse est, & rursum necesse omni inesse, aut c aut g. affirmatio enim & negatio posita sunt c & g, & cuicunque c supponitur & a omni inesse atque sequi. quare vt prius de b & d monstratum est cuicunque inerit f, & omni fcrit g, eritque g sequēs ad f. Rursus quoniam eorum quæ sunt f b necesse est omni alterum inesse. Nam posita sunt affirmatio et negatio, et similiter eorum quæ sunt g d, vt omni alterum insit necesse est. atque g ad f sequi monstratum est. ad id igitur quod est d sequetur b. hæc enim prius monstrata cognoscimus. Ex hac ergo terminorum ordinatione si a sequitur id quod est c, et b sequetur, id quod est d. hoc autem falsum. Nam econtrario in iis quę sic se habet, erat consequentia. manifestum est igitur contingere aliquotiens in huiusmodi terminorum ordinatione falli, et oberrare, ob idipsum quod opposita non recte sumantur, quorum necesse est omni inesse alterum. Nam non necessarium est fortasse inesse a aut f neque f aut b. neq; concedendum fuit f negationem esse a. Nam boni, non bonum negatio est. et non est idem hoc quod est non bonum, ei quod est neque bonum neque non bonum, similiter autem et in c d, g non esse negationem c. Nam negationes sumptæ scilicet g d. duæ sunt atque diuersę.

¶PRIMI PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS FINIS.

❡SECVNDI PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS QVI SYLLOGISMI PLVRA CONCLVDVNT. CAP.I.


IN quot ergo figuris & per quales, & quot propositiones & 1
quãdo, & quomodo fit syllogismus, amplius autẽ ad quæ per
spiciendum construenti & destruenti, & quomodo oporteat
quęrere de proposito. secundum vnamquanque artem, ampli
us autem per quam viam sumemus quæ in singulis sunt prin
cipia: iam pertransiuimus. ❡Quoniam autem alij quidem syl
logismorum sunt vniuersales, alij vero particulares, vniuersa
les quidem omnes semper plura syllogisant particularium au
tem prędicatiui quidem plura, negatiui [illegible] conclusionem so
lam. Nam aliæ quidem propositiones conuertuntur: priuatiua vero non conuertitur
Conclusio vero, aliquid de aliquo est, quare alij quidem syllogismo plura syllogisant.
Vt si a ostensum sit, omni aut alicui b inesse, & b, alicui a necessariũ est inesse. & si nul
li b inesse a: & b, nulli a. hoc autem aliud est a priore. si autem a, alicui b non insit: non
necesse est b, alicui a nõ inesse. contingit enim omni a inesse. hæc ergo communis om
nium causa vniuersalium & particularium. ❡Est autem de vniuersalibus & aliter dice
re quæcunque enim aut sub medio aut sub conclusione sunt: omnium erit idem syllo 2
gismus, si [illegible] quidem in medio, hæc vero in conclusione ponantur. vt si a b conclusio
per c, quęcunque sub b aut sub c sunt, necesse est de omnibus dici a. nam d si in toto b,
& b in a, & d erit in a. [illegible] in toto, & c in toto a: & e in toto a erit. Similiter au
tem & si priuatiuus sit syllogismus: ❡In secunda autem figura quod sub conclusione
erit: solum erit syllogisare. vt si a [illegible] b & omni c: conclusio quoniam nulli c, inest
b. si autem d sub c est: manifestum quoniam non inest ei, b. ijs autẽ quę sunt sub a, quo 3
niam b non inest: non palam est per syllogismum, & si non inest b, ei quod est e: si est e
sub a. sed d inesse quidem b, nulli c: per syllogismum ostensum est. non inesse vero a,
hoc quod est b: indemonstratum sumptum est. quare nec per syllogismũ accidit b nõ
inesse e. ❡In particularibus autem eorum quidem quæ sub conclusione sunt: non erit
necessarium. Non enim fit syllogismus, quando ea sumpta fuerit particularis. eorũ au
tem quæ sunt sub medio, erit omnium: veruntamen non per syllogismum. vt si a, om 4
ni b, & b, alicui c. Nam eius quod sub c est positum, nõ erit syllogismus: eius vero quod
sub b erit, sed non propter eum qui prius factus est syllogismum. Similiter autem &
in alijs figuris. nam eius quidem quod sub conclusione est, non erit. alterius vero erit,
verum non per syllogismum, ea quod & in vniuersalibus ex inde monstrata propositione quæ sunt sub medio ostẽdebantur. quare vel neque hic erit, vel & in illis.

Modus plura concludendi duplex.


Primi Cap. secundi priorum notę.


Syllogismus vniuersalis, qui conclusionem colligit vniuersalem. Particularis, qui colligit particu
larem Prædicatiuus, qui affirmatiuam. Et negatiuus qui negatiuam, ad quem reducimus priua 1
tiuum, qui conclusionem concludit priuatiuam. Contingit enim a inesse b, tametsi alicui b
non insit a. A homo. b animal. Et quæ dicuntur, ad syllogismos absolutos applicanda.
Quid in toto esse & quo a dici de omni differt, dictum est in annotationibus primi capitis
præcedentis libri, numero. x. Sub conclusione, Sub conclusionis subiecto, sub minore extre
mitate. Solum sub conclusione sumendo, plura syllogismo colligimus. syllogismo virtute 2
prosyllogismi. Vnde bifariam plura concludere contingit. syllogismo, quando id facimus
ex aliqua propositione monstrata virtute prioris syllogismi, & præter syllogismum, quan
do id facimus non virtute prius facti syllogismi. Neque vult inficias ire Aristotele, sumen
do sub medio non posse nos plura syllogisare in secunda figura, sed id solum, hoc ipsum non es 3
se ex prosyllogismo. Si autem d sub c est, manifestum est quoniam & nulli d inerit b. Nam

pro syllogismo primæ figuræ omni c inest a,& omni d inest c,colligimus omni d inesse a propositio per datum syllogismum nota est. & assumptio ex hypothesi data,cõclusio igitur omni d inest a nota. tunc eodem,consimilique priori syllogismo,colligimus nulli d inesse b hoc pacto, nulli b inest a,& omni d inest a,nulli d inest b. ❧ Tametsi ipsi e non insit b,sic sit sub a. Sic sit sub a,



4 ipsi ex necessitate non inerit b,sic syllogisando. nulli b inest a, & omni e in est a. Igitur per primũ secundæ figuræ nulli e inest b, propositio eadem est quæ prioris syllogismi, & assumptio est hypothesis.quare plura concludit,.sed non ex syllogismo , quia dicitur ex syllogismo plura concludere,quando virtute prioris syllogismi concludit. & quanquam cognosceretur manifeste ex hac nulli a inest b,per primam figuram,illa syllogismo non cognoscitur,sed conuersione huius, nulli b inest a.quare ex demonstrata syllogismo,semper plura concludit,& non syllogismo. ❧ Nẽ nullus fit syllogismus,quando ea sumpta fuerit particularis. Esto syllogismus particularis,omni b inest a,alicui c inest b,alicui c inest a,& sit d sub c,& sumpta oĩ d inest c,& particulari eadem alicui c inest a. assumptio est hypothesis,propositio,cõclusio syllogismi dati,sed nullus fit syllogismus. Nam primæ figuræ propositio est particularis,quo modo non fit syllogismus. si tamen concludenda esset,ex illis esset colligenda. vnde sumendo sub conclusione in prima figura ex syllogismo plura cõcludimus. & prioris syllogimi cõclusio sumitur propositio secundi sylogismi , aliquid scilicet eorum quæ sub conclusione sunt concludentis.Sed vt qui ex syllogismo & qui præter syllogismum & vbi id fit & vbi non fit cognoscamus,hanc subijcimus descriptionem.







	❧ Prima figura	Sub medio	Sub conclusione	Ex conuersione
I	Barbara	Fit præter syllogismum	Fit ex syllogismo	i
II	Celarent	Fit præter syllogismum	Fit ex syllogismo	e o
III	Darij	Fit præter syllogismum	Non fit	i
IIII	Ferio	Fit præter syllogismum	Non fit	
	❧ Secunda figura			
I	Cesare	Fit præter syllogismum	Fit ex syllogismo	e o
II	Camestres	Non fit	Fit ex syllogismo	e o
III	Festino	Fit preter syllogismum	Non fit	
IIII	Baroco	Non fit	Non fit	
	❧ Tertia figura			
I	Darapti	Fit præter syllogismum	Non fit	i
II	Felaptum	Fit præter syllogismum	Non fit	i
III	Disamis	Non fit	Non fit	i
IIII	Datisi	Fit preter syllogismum	Non fit	
V	Bocardo	Non fit	Non fit	
VI	Ferison	Fit præter syllogismum	Non fit	


PARAPHRASIS CAP. PRIMI.

1 PRrimum cap.secundi priorum,cõclusiones quatuor. Prima conclusio. Cum syllogismorum hi quidẽ vniuersales,illi vero paticulares existant,& particularium hi prędicatiui , illi porro negatiui,vniuersales oẽs,& particulares prædicatiui semper plures colligunt conclusiones, particulares vero negatiui,vnam solã. In quot igitur figuris,& per quas & quot ꝓpositiones,& qñ & quonã pacto fit syllogismus, præterea autem ad quę aspiciendum tũ construenti tum destruenti,& quo modo secundum vnãquanq; disciplinam syllogismo inquirendũ est propositum,insuper aũt & per quã viam,atque artificiũ sumemus circa vnumquodque principia,iam exegimus. Nunc autem demõstrandũ est propositũ,vniuersales syllogismos & particulares affirmatiuos, plures colligere conclusiones,particulares vero negatiuos vnam solam id eñ ideo est quia conclusiones vniuersales & particulares affirmatiuæ conuertuntur,particulares autẽ negatiuę,nequaquã.Conclusio aũt aliquod prędicatũ de aliquo subiecto enunciat,quare illi syllogismi plura concludunt , hi vero vnum solum. Verbi cã,vt si a mõstratũ sit oĩ b inesse ex necessitate ꝓuenit ex secundo cap.pręcedentis libri,vt alicui a insit b,& similiter si monstratum sit alicui b inesse,& alicui a inerit b,& si mõstratum a,nulli b inesse,& nulli a inesse b ex necessitate proueniet. Verũ alicui a inesse b,& nulli a inesse b alia a priore conclusio est,concludunt igitur hmõi syllogismi plura. attamen si alicui b non






2 insit a,nõ ex necessitate ꝓuenit alicui a nõ inesse b,Nã contingit oĩ a inesse b,non igitur syllogismi particulares negatiui plura colligunt,sed vnã solã conclusionẽ,& hęc cois tam vniuersaliũ q̃ particulariũ syllogismorum,cur plura colligant aut non colligant,causa est. Secunda conclusio. De syllogismis vniuersalibus,& alio modo ab illo plura concludere dicere possumus,Nã in pri



ma figura omnium quęcunque aut sub medio aut sub conclusione sunt idem, erit similisque syllogisandi modus, si illa sub medio, hęc vero sub conclusione conclusionisque subiectio ponantur, vt si cōclusio omni b inest a per mediū c colligatur, quęcunque sub b aut sub c sunt necesse est & a de oibus hmōi dici. Nā si d in toto b, & b in toto a, & d erit in toto a per dici de omni & ī toto esse. insuper si e in toto c & c in toto a, per idem & e erit in toto a. Et de syllogismo negatiuo simi 3
mile fuerit iudicium. ❧ Tertia conclusio In syllogismis secundæ figuræ vniuersalibus, solum sub conclusione sumendo, plura syllogismo colligimus. Vt si nulli b inest a, & omni c inest a, cōclusio erit nulli c inesse b, si autem d sub c est manifestum, quoniam & nulli d inerit b. Sed b non inesse ĳs quę sub a sunt, minime syllogismo est exploratum, tametsi ipsi e nō insit b, si e sit sub a, sed nulli c inesse b, syllogismo ostensum est, nulli vero a, inesse b, sine syllogismi demonstratione sumptum est, quare nec ex pro syllogismo cognoscitur accidere, nulli e inesse b. Quarta conclu 4
sio. In particularibus autem syllogismis eorū quę sunt sub conclusione, minime erit syllogismus, eorum vero quę sunt sub medio, omnium erit syllogismus, pluraque concludemus, sed non ex syllogismo. Eorum quæ sunt sub cōclusione nō erit syllogismus. Nā nullus fit syllogismus quando ipsa sūpta fuerit particularis. vt si omni b insit a, & alicui c insit b. non enim eius quod sub c collocatum est, erit syllogismus. at vero eius quod est sub b erit, sed non propter priorem syllogismum. Et in alijs quoque figuris simile est.



a animal
b lapis
c homo
d grammaticum
e rationale

Syllogismus

O b est a

Q c est b

Q c est a

Sumēdo sub medio

O b est a
O c est b
O c est a

Asyllogistos sumendo sub conclusione

Q c est a
O d est c

Nihil colligitur


Nam in particularibus syllogismis eius quod est sub conclusione non erit syllogismus, alterius autem, hoc est eius quod sub medio est erit quidem, veruntamen non per syllogismum, ob idipsum quod in vniuersalibus ex indemonstrata propositione, ea quę sub medio erant monstrabantur, quare uel neque in particularibus quę sub medio sunt ex syllogismo monstrātur, vel si demōstrabuntur, & in vniuersalibus quoque consimile erit.

ℂ Quod ex falsis in prima figura verum colligatur. Cap. II.

St ergo sic se habere vt veræ sint propositiones per quas fit syllo 5
gismus (est autem vt falsæ) est vero vt hæc quidem vera, illa autē falsa, conclusio autem aut vera aut falsa ex necessitate. Ex veris ergo non est falsum syllogisare, ex falsis autem verum. tamen non propter quid, sed quia. nam eius qui est propter quid, nō est ex falsis syllogismus. ob quam autem causam, in sequentibus dicetur. Primum ergo quoniam ex veris non possibile falsum syllogisare hinc manifestum. si enim cum est a, necesse est esse b. si non est b, necesse est a non esse. si ergo verum est a, necesse est & b verum esse, aut accidet idem simul & esse & non esse, hoc autem impossibile. Non autem quoniam ponitur a vnus terminus, accipiatur contingere vno aliquo existente, ex necessitate aliquid accidere, non enim potest, nam quod accidit ex necessitate, conclusio est. per quæ autem fit, ad minimum tres sunt termini, duo autem interualla & propositiones. Si ergo verum est cui omni inest b & a, cui autem c & b, cui c, necesse est a inesse. & non potest hoc falsum esse. simul enim erit idem & non erit. ergo a vt vnum, positum est duas propositiones colligere. similiter autem se habet & in priuatiuis. non enim est ex veris, ostendere falsum. ℂ Ex falsis autem est verum syllogisare, & vtrisque propositionibus falsis & vna. hac autem non vtralibet contingit, sed secunda, si quidem totam sumamus falsam. non tota autem sumpta, est vtralibet. ℂ Insit enim a, omni c, ei aūt quod est b, nulli. nec b insit c. contingit autem hoc, vt nulli lapidi animal, & lapis nulli homini, si igitur sumatur 6
a, omni b. & b omni c, a omni c inerit. quare ex vtrisque falsis vera est conclusio. omnis enim homo animal. Similiter autem & priuatiuum. insit enim c nulli, nec a nec b. a autem, b omni. vt si eisdem terminis sumptis, mediū ponatur homo. lapidi em̄ nec animal nec homo nulli inest, homini autem omni, animal. quare si cui quidem omni inest sumamus nulli inesse, cui vero non inest, omni inesse, ex falsis vtrisque vera erit cōclusio. Similiter aūt ostēdetur, & si ī aliquo vtraque falsa sumatur. Si autē altera ponatur falsa, prima quidem tota falsa existente vt a b, non erit conclusio vera, b c autem erit,

O a animal
O b lapis
O c homo

Auxesis negationum



Dico autem totam falsam contrariam veræ, vt si quod nulli inest, omni sumptum est, aut si quod omni, nulli inesse, insit enim a, b nulli. b autem omni c. si ergo b c quidem propositionem sumamus veram, a b autem falsam totam & omni b, inesse a, impossibile est a c conclusionem veram esse, nulli enim inerat a eorum quæ sunt c siquidē cui b nulli, a, b autem, omni c. Similiter autem nec si a, omni b inest, & b, omni c sumpta sit autem b c quidem vera propositio. a b autem falsa tota, & nulli cui b, inest a, conclusio falsa erit, omni enim c inest a. siquidem cui b omni, & a. b autem omni c, manifestū ergo quoniam prima tota sumpta falsa siue affirmatiua siue priuatiua, altera autem vera, non fit vera conclusio.

O a aīal
O b albū
O c cygnus

Non tota autem sumpta falsa erit. nam si a, c quidem omni inest, b autem alicui b autem, omni c, vt animal, cygno quidem, omni, albo autem alicui. album autem omni cygno. si sumatur a, omni b: & b omni c, a, omni c inerit vere, omnis enim cygnus, animal.

N a aīal
O b albū
N c nix

Similiter autem & si priuatiua sit a b. possibile est enim a. b quidem alicui inesse, c vero nulli, b autem, omni c, vt animal alicui albo, niui vero nulli, album vero omni niui. si ergo sumatur a quidem, nulli b. b autem omni c a, nulli c inerit.

O a aīal
O b equus
O c homo

Si autem a b quidem propositio tota sumatur vera. b c autem tota falsa, erit syllogismus verus, nihil enim prohibet a, & b & c omni, inesse, b autem. nulli c. vt quæcunque eiusmodi generis sunt species non subalternæ, nam animal & homini & equo inest, equus autem nulli homini inest. si ergo sumatur a. omni b. & b omni c conclusio vera erit, tota falsa b c propositione, similiter autem cum vniuersalis priuatiua est a b propositio, contingit enim a neque b neque c nulli inesse, & b, nulli c. vt ex alio genere species diuersum genus. nam animal nec musicæ nec medicinæ inest, neque musica medicinæ. sumpta ergo a quidem. nulli b, b autem, omni c, vera erit conclusio.

N a aīal
O b musica
N c medicina

Et si non tota falsa sit b c, sed in aliquo etiam sic erit conclusio vera.

Nihil enim prohibet a. & b & c toti inesse. b autem. alicui c. vt genus speciei & differentiæ. nam animal homini omni, & omni gressibili. homo autem alicui gressibili, & nō omni. si ergo a. omni b, & b, omni c sumatur, a, omni c inerit. quod quidem erat verum. Similiter autem cum priuatiua est a b propositio, contingit enim a, nec b nec c nulli inesse. b vero alicui c, vt genus ex alio genere speciei & differentiæ. nam animal, nec sapientiæ nulli inest, nec contemplationi, sapientia vero alicui contemplationi. si ergo sumatur a, nulli b, b autem omni c, nulli c inerit a. hoc autem erat verum.

O a aīal
O b hō
O c gressibile

In particularibus autem syllogismis contingit & prima propositione tota falsa existente, altera autem vera, veram esse conclusionem, & a b in aliquo falsa existente, b c
7 autem vera. & a b quidem vera particulari autem falsa. & vtrisque existentibus falsis.

N a aīal
O b sapia
N c contemplatio

Nihil enim prohibet a, b quidē nulli inesse, c autem alicui. & b alicui c inesse., vt animal nulli niui. albo autem alicui inest. & nix albo alicui. si ergo ponatur medium nix. primum autem animal. & sumatur a quidem toti b inesse. b autem. alicui c. a b tota falsa, b c autem vera, & conclusio vera.

O a aīal
Q b nix
Q c albū

Similiter autem & cum priuatiua est a b propositio. possibile est enim a. b quidem toti inesse. c autem alicui, non inesse. b vero, alicui c inesse. vt animal homini quidē omni inest. album autem aliquod non sequitur, homo vero alicui albo inest, quare si medio posito homine, sumatur a, nulli b inesse. & b, alicui c. vera fit conclusio, cum sit tota falsa a b, propositio.

N a aīal
Q a aīal
Q b hō
Q c albū

Et si in aliquo sit falsa a b propositio, b c vera existente, erit conclusio vera, nihil enim prohibet a, & b & c alicui inesse. b autē. alicui c. vt animal alicui pulchro & alicui magno, & pulchrum alicui magno inest. si ergo sumatur a, omni b, & b alicui c, & a b quidem propositio in aliquo falsa erit, b c autem vera, & conclusio vera. Similiter autem & cum priuatiua est a b propositio. nam iidem erunt termini, & similiter positi ad demōstrationem.

O a aīal
Q b pulchrum
Q c magnum

Rursum si a b quidem vera, b c autem falsa. vera erit conclusio. Nihil enim prohibet a quidem toti inesse b, c autem alicui, & b, nulli c inesse Vt animal, cygno quidem omni nigro autem alicui. cygnus vero nulli nigro. quare si sumatur a, omni b, & b alicui c vera erit conclusio cum sit falsa b c. Similiter autem & priuatiua sumpta a b propositione. possibile est enim a, b quidem nulli. c autem alicui nō inesse. & b. nulli c: vt genus ex alio genere speciei & accidenti eius speciebus. nam ani-

O a aīal
Q b cygnus
Q c nigrum

N a aīal Q b numerus Q d c album NO a animal Q Q b album Q Q c nigrum O a aīal Q b numerus Q c albū N a aīal Q b cygnus Q c nigrū

mal quidem numero nulli inest, albo vero non alicui, numerus autem nulli albo. si ergo medium ponatur numerus, & sumatur a quidem nulli b, b autem alicui c, a alicui c non inerit, quod fuit verum, cum a b quidem sit propositio vera, b c autem falsa.
❡ Et si in aliquo sit falsa a b, falsa autem & b c, erit conclusio vera. Nihil enim prohibet a. alicui b & alicui c inesse vtrique. b autem, nulli c. vt si b sit contrariū ipsi c, & ambo accidentia eidem generi. nam animal alicui albo & alicui nigro inest. album autem nulli nigro inest, si ergo sumatur a, omni b, & b alicui c, vera erit conclusio, & priuatiua quidem sumpta a b, similiter. nam ijdem termini, & similiter ponantur ad demonstrationem. ❡ Et ex vtrisque falsis erit conclusio vera, Possibile est enim a, b quidem nulli, c autem alicui inesse. b vero nulli c. vt genus ex alio genere speciei & accidenti speciebus eius, animal enim numero quidem nulli, albo vero alicui inest, & numerus nulli albo. Si ergo sumatur a, omni b, & b. alicui c. conclusio quidem vera, propositiones vero ambæ falsæ. Similiter autem & cum priuatiua est a b. Nihil enim prohibet a, b quidem toti inesse, c autem alicui non inesse. & neque b, nulli c, vt animal cygno quidem omni nigro autem alicui non inest. cygnus vero nulli nigro. quare si sumatur a, nulli b b autem, alicui c. a, alicui c non inerit. ergo conclusio quidem vera propositiones autem falsæ.

Secundi Cap. notæ.

Duplicē esse syllogismū propter quid

Ex veris verum, ex falsis falsum, ex falsis verum syllogisamus, sed ex veris falsum syllogisare impossibile est. duo vltima monstrat Aristoteles. Hic tamen aduertendum vbi propositiones aut ambæ falsę, aut altera falsa est, non simpliciter esse syllogismum, sed ex hypothesi, aut cum addito, vt syllogismis ex falsis. Ex falsis verum propter quid syllogisare, esset ex falsis necessitate verum accidere, & quia illa non sunt, falsave sunt. Propter quid enim causam nominat. Si enim de aliquo vero quæras propter quid ipsum est, nequaquam apte, consentaneęque responde as falsum aliquod adducens, vt si quęratur propter quid veneris astrum aliquando interdiu vt in meridie videtur, rideberis si respondeas quia venereum sidus sit saxum. Quia & quoniam dicit verum esse, & ita esse, causam non respiciens. Si enim ita colligas omne saxum aliquando interdiu videtur, veneris autem astrum, saxum, veneris igitur astrum aliquando interdiu visibus conspicuum est, verum est quod collegisti, sed nō propter quid, at quoniā est solum syllogismus, propter quid demonstratio propter quid si ex proprijs, si autē ex communibus, ratiocinatio dialectica propter quid, Cæterū huius rei quare non contingit verū ex falsis ex necessitate & ꝓpter quid syllogisare, causam adducet Aristoteles conclusione tertia quarti capitis huius numero scilicet decimotertio. Cum est, verum, cum non est falsum. 5

Ad propositionem syllogismi, assumptionem colligit, complectiturque & est antecedentis nomen, b vero conclusionis nomen, In explicatione autem a maius extremum, & b medium.

Non tamen quia ponitur a vnus terminus. qui enim id crederet, deciperetur. non enim a ponitur vnus terminus, sed trium terminorum loco & duarum propositionum, quod in annotatione Aristoteles perutium, manifestumque facit: Propositio tota falsa, quæ & in toto falsa, est falsa, cuius contraria vera. Propositio in aliquo falsa quæ & in parte falsa dici solet, eadem falsa est, sed cuius & contraria falsa. Quo fit vt omnis propositio aut tota falsa, aut in aliquo falsa, vniuersalis existat. Ad cōcludendum affirmatiue verum ex vtrisque in aliquo falsis genus species & accidens vtriusque quod ponatur medium, vt a b c animal, album homo.

Negatiue vero diuersæ species, medium vtriusque accidens a b, c, homo, album, equus, Syllogismus verus, cuius conclusio vera. & ex opposito falsus & mendax cuius conclusio falsa. Propositio vera, communior & ad totam verā & ad alias veras sese extendens. At propositio falsa communior ad totam falsam, in aliquo falsam & alias falsas sese extendens. Appellantur hoc in loco species non subalternę, quarum vna sub alia non continentur. Positum est alicui albo non inesse ani- 6
mal, ex qua intelligimus ad aliquod album non sequi animal. Nam si alicui albo nō inest animal esto illud nix. si nix est. aliquod album sane est, & si nix est, non consequens est animal esse. quare & si aliquod album est, minime consequens est esse animal. Nam quod ad id quod antecedit consequens non est: neque quoque eius quod sequitur, consequens erit. Dico etiam si ad aliquod album non sequitur animal, consequentia trahi vt aliquod album non sit animal. Nam si id ipsum non fuerit, esto igitur falsum aliquod album non est animal. Verum igitur omne album est animal. nam affirmatio & negatio. atqui sequitur omne album est animal. Igitur

si album est, animal est, positum autem erat non sequi id autem impossibile. Non ab re igitur loco huius quod Aristoteles habet λευκῷ δέ τινι οὐχ ἕπεται & interpres, album autem aliquod nõ sequitur, pro clariore intelligentia ad hypothesin prius factam, in paraphrasi posuimus & alicui albo non inest. Nam id & præcedens & comes est.

Primum genus	Cygnus	Aliud genus
Animal	Speciebus accidens	Quantitas
Eius formæ & species	Album	Eius species
Homo		Numerus

Verum pro superioribus (vt qui volet speciatim, & distinctius cõclusiones, pro vna multas eliciat) non inconsentaneum est adiungere dictorum ocularem descriptionem.

	Modi primæ figuræ vniuersales			Exempla
	Prima propositio	a	Tota falsa	a animal
	Secunda propositio	a	Tota falsa	b lapis
i	Conclusio	a	Vera	c homo
	Prima propositio	a	In aliquo falsa	a animal
ij	Secunda propositio	a	In aliquo falsa	b album
	Conclusio	a	Vera	c homo
	Prima propositio	a	Tota falsa	a animal
iij	Secunda propositio	a	In aliquo falsa	b lapis
	Conclusio	a	Semper falsa	c album
iiij	Prima propositio	a	In aliquo falsa	a animal
	Secunda propositio	a	Tota falsa	a album
	Conclusio	a	Vera	c coruus
v	Prima propositio	a	Tota falsa	a lapis
	Secunda propositio	a	Vera	b animal
vi	Conclusio	a	Semper falsa	c homo
	Prima propositio	a	In aliquo falsa	a animal
	Secunda propositio	a	Vera	b album
vij	Conclusio	a	Vera	c cygnus
	Prima propositio	a	Vera	a animal
viij	Secunda propositio	a	Tota falsa	b equus
	Conclusio	a	Vera	c homo
	Prima propositio	a	vera	a animal
	Secunda propositio	a	In aliquo falsa	b homo
	Conclusio	a	Vera	c sedes

	Modi		Exempla		Modi		Exempla
	e	Tota falsa	a animal		e	Tota falsa	a animal
ix	a	Tota falsa	b homo	xiii	a	Vera	b homo
	e	Vera	c lapis		e	semper falsa	c risibile
x	e	In aliquo falsa	a animal	xiiii	e	In aliquo falsa	a animal
	a	In aliquo falsa	b album		a	Vera	b album
	e	vera	c lapis		e	Vera	c nix
xi	e	Tota falsa	a animal	xv	e	vera	a lapis
	a	In aliquo falsa	b homo		a	Tota falsa	b animal
	e	semper falsa	c album		e	vera	carbor
xij	e	In aliquo falsa	a animal	xvi	e	Vera	a homo
	a	Tota falsa	b album		a	In aliquo falsa	b equus
	e	Vera	c pix		e	Vera	c irrationale

Modi primæ figuræ particulares

	a	Tota falsa	a animal		e Tota falsa	a animal
xvij	i	Falsa	b lapis	xxij	i Falsa	b homo
	i	Vera	c homo		o Vera	c lapis
	a	In aliquo falsa	b album		e In aliquo falsa	a animal
xviij	i	Falsa	b animal	xxiij	i Falsa	b album
	i	Vera	c nix		o vera	c pix
	a	Tota falsa	a equus		e Tota falsa	a animal
xix	i	Vera	b homo	xxiiij	i Vera	b homo
	i	Vera	c animal		o Vera	c album
	a	In aliquo falsa	a animal		e In aliquo falsa	a animal
xx	i	Vera	b album	xxv	i Vera	b album
	i	Vera	c cygnus		o vera	c nix
	a	Vera	a animal		e vera	a lapis
xxi	i	Falsa	b equus	xxvi	i Falsa	b animal
	i	Vera	c homo		o vera	c arbor

PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.


SEcundum Cap. conclusiones tres, Prima conclusio. Ex veris falsum syllogisare 5
minime possibile est. ex falsis autem verum possibile, non tamen propter quid, sed quoniã est. Aliquis syllogismorum sic se habet vt veræ sint propositiones per quas efficitur, & aliquis vt falsæ sint. porro aliquis vt propositionum vna quidem vera sit, altera vero falsa. conclusionem autem ipsam, aut veram aut falsam esse necesse est. Et ex falsis verum propter quid non syllogisamus. Nã eius qui est propter quid minime est ex falsis syllogismus, ob quam causam in sequentibus in calce scilicet quarti capitis huius aperietur. primum igitur ex veris non posse falsum syllogisari, hinc dilucidum est. Nam si cum est a necesse est esse b, cum non est b, & a non esse necesse est. Igitur si verum est a, & b simul verum esse necesse est. non igitur ex veris colligitur falsum, aut accidet idem simul esse, & non esse quod est impossibile. Non tamẽ quia ponitur a vnus terminus, credatur contingere vt vno aliquo existente ex necessitate aliquid contingat. non enim id possibile. Nam quod ex necessitate accidit cõclusio est, per quas autem ea ipsa fit, ad minimum tres termini sunt, duo autem interualla ac propositione. Si igitur verum est omni b inesse a, & omni c inesse b, ex necessitate euenit omni c inesse a, & id impossibile est falsum esse. Nã si falsum ponatur idem simul erit & non erit, quod est impossibile. ergo a tanquam vnum ponitur duas propositiones continere. Et similiter in negatiuis syl- 6
logismis, vt & in affirmatiuis res sese habet. non enim est in huiusmodi, ex veris syllogisare falsum, Secunda. Ex falsis verum syllogisari in prima figura contingit, & ambabus propositionibus falsis existentibus, & vna, & hæc non vtralibet, id contingit, sed secunda siquidem totam sumamus falsam. non tota autem falsa sumpta, contingit vtralibet. Esto enim vt omni c insit a, sed nulli b insit a, similiter & nulli c insit b, possibile eñ idipsum est, vt nulli lapidi inest aĩal, & nulli hoĩ inest lapis, attñ omnis hõ aĩal, si igitur sumatur omni b inesse a, & oĩ c inesse b, omni c inerit a. quare ex vtrisque falsis, vera conclusio est. nam omnis homo animal est. Similiter aũt & in negatiuis, id demonstratur. Esto enim vt nulli c insit nec a nec b, & omni b insit a, vt si eisdẽ terminis sumptis, medius ponatur homo. Nã nulli lapide inest neque animal, neque homo, & omni homini inest animal, quare si b cui omni inest a, sumatur nulli inesse, c vero cui nulli, inest b, sumatur omni inesse, ex vtrisque falsis vera erit conclusio. Et hic demonstratum est, vtrisque propositionibus in toto falsis contingere cõclusionem veram. Et simili quoque modo monstrabitur, si vtraque propositio in aliquo atque in parte, falsa sumatur, quod est primum, Nunc autem secundũ monstrandũ est, scilicet si altera solum ponatur falsa. cum ea quidem prima sit & tota falsa vt a, b, non erit cõclusio vera, cum autem ea fuerit secunda, vt c b, fieri potest, vt sit conclusio vera, dico autem propositionem totam falsam, quæ veræ contraria est. vt si quod nulli inest, sumptũ est omni inesse, vel si quod omni inest sumptum est inesse nulli. Esto enim vt nulli b insit a, omni autem c insit b. si igitur omni c inest b secundam quidem propositionem veram sumamus, primam autem a b totam falsam, & quæ sit omni b inesse a, dico impossibile conclusionẽ omni c inest a, esse veram. Nam nulli c inerat a per secundum primæ figuræ modum. quandoquidem nulli b inest a, & oĩ c inest b, essent igitur contraria simul vera quod est impossibile. Similiter & in syllogismo negatiuo non erit conclusio vera, si enim omni b inest a, & omni c inest b, & sumpta sit omni c inest b secunda quidẽ propositio vera, prima autem a b tota falsa & quæ sit nulli b inest

num. xiij.

Annotatio.

O a aĩal
O b lapis
O c homo

N a animal
O b homo
N c lapis



conclusio falsa erit. Nam omni c inest a per primum modum, siquidem omni b inest a, & omni c inest b. Manifestum igitur est quoniam prima propositione tota falsa sumpta, siue sit affirmatiua siue negatiua, secunda autem vera, non fieri conclusionem veram. quod est secundi prima particula. Nunc monstrandum est prima propositione non tota falsa sumpta hoc est in aliquo falsa, euenire conclusionem fore veram. Nam si omni c inest a & etiã alicui b & omni c inest b (quẽadmodum omni cygno, animal & etiam alicui albo, & omni cygno album) si sumatur omni b inesse a quæ est in aliquo falsa, & omni c inesse b quæ vera est, omni c, vere inerit a. nam omnis cygnus, animal. Simile autem fuerit si prima non in toto sed in aliquo falsa a b, negatiua sit. Nã possibile est alicui b inesse a. & nulli c inesse a, omni autẽ c inesse b, vt alicui albo inest animal, & nulli niui, omni autem niui inest album. si ergo sumatur prima propositio nulli b inesse a, quæ erit in parte falsa, & omni c inesse b quæ vera est, nulli c inerit a. & hoc tertio loco in conclusione propositi prima particula. Nunc secundę partis conclusionis secunda monstranda est particula, scilicet si a b prima propositio tota vera sumatur, & b c secunda tota falsa, contingere syllogismum verum fieri. Nam nihil prohibet omni b pariter & omni c inesse a & nulli c inesse b, vt quæcunque eiusdem generis species sunt non subinuicem ac subalternæ vt animal, equus, homo. Nam omni homini & omni equo inest animal, at nulli homini inest equus, si igitur sumatur omni b inesse a quę vera est & omni c inesse b, quæ est tota falsa, conclusio oĩ c inesse a, vera erit, secunda quidem propositione omni c inest b tota falsa. Similiter autem & cum a b prima propositio vniuersalis, negatiua est. Nam contingit nulli b & nulli c inesse a, & nulli c inesse b, vt speciebus ex alio genere, alterum, diuersumque genus. vt animal, musica, medicina. nam neque vlli musicæ, neque vlli medicinæ inest animal, neque vlli medicinæ musica, sumpta igitur nulli b inesse a prima propositione vera, & omni b inesse c secunda propositione tota falsa, vera erit conclusio, nulli c inesse a & in hoc, conclusionis tota secunda pars monstrata est. Demonstrandum restat secunda propositione non tota sed in aliquo falsa, conclusionem veram esse contingere. Nam nihil impedimenti est, quo minus omni b & omni c insit a, & solum alicui c insit b. vt genus speciei & differentię, vt animal homo, gressibile. Nã omni homini & omni gressibili inest animal, alicui autẽ gressibili inest homo & non omni. si ergo sumatur omni b inesse a, prima propositio vera, & omni c inesse b secunda, in aliquo falsa est omni c inerit a quod quidem verũ erat. Similiter autem & cum prima propositio a b vniuersalis, est negatiua. Nam contingit nulli b, & pariter nulli c inesse a, alicui autem c inesse b, vt genus. ex alio genere species & differentiæ. vt animal, sapientia, contemplatio. Nam neque vlli sapientiæ, neque vlli contemplationi inest animal, alicui autem contemplationi inest sapientia. si ergo sumatur nulli b inesse a, vera erit prima propositio, & omni c inesse b in aliquo falsa secunda propositio, nulli c inerit a, hoc autem erat verũ. quare prima propositione vera siue affirmatiua siue negatiua & secunda in aliquo falsa, contingit conclusio vera & in hoc secunda particula tertiæ partis, atque tota conclusio manifesta facta est. Tertia conclusio. In particularibus autem primæ figuræ syllogismis contingit & cum prima propositio sit falsa, & secunda vera, veram esse conclusionem, itidem & prima a b in aliquo falsa, & secũda c b vera, rursus prima a b vniuersali vera & secũda particulari falsa, & vtrisque falsis, continget conclusionem veram esse. Et primo mõstrandum est prima propositione tota falsa & secunda vera, euenire posse conclusionem esse veram. Nam nihil prohibet nulli b inesse a, & inesse c, & alicui c inesse b vt nulli niui inest animal & alicui albo inest & pariter alicui albo inest nix. Si ergo nix ponatur medium & animal primum, & sumatur omni b inesse a, & alicui c inesse b: prima propositio omni b inest a tota falsa est, & secunda alicui c inest b vera, & conclusio alicui c inesse a vera. Similiter autem & cum negatiua est prima propositio a b. Nam possibile est oĩ b inesse a & alicui c non inesse, & alicui c inesse b. Vt omni homini inest animal, & alicui albo nõ inest, & alicui albo inest homo. quare si medio posito homine sumatur nulli b inesse a, & alicui c, inesse b, vera erit conclusio alicui c non inesse a, prima quidem propositione a b tota falsa, & secũda vera quod est conclusionis prima pars. Nunc autem secunda monstranda est videlicet si a b prima propositio sit in aliquo falsa & b c secunda vera possibile esse, cõclusionem veram esse. Nam nihil prohibet alicui b & alicui c inesse a, & alicui c inesse b, vt alicui pulchro & alicui magno inest animal, & alicui magno inest pulchrum. Si igitur sumatur omni b inesse a. & alicui c inesse b, prima sane propositio a b in aliquo falsa erit, & b c secunda vera, & conclusio alicui c inesse a vera. Et simile subeat iudicium cum prima a b propositio negatiua fuerit. Nam iidem valebũt & similiter dispositi termini ad id demonstrandum quod conclusionis secunda pars est.

Tertio. Rursus mõstrandum est si prima propositio a b vera sit, b c autẽ secunda falsa, fieri posse vt conclusio vera sit. Nam nihil obstat quin omni insit a & alicui c, & nulli c insit b, vt animal omni cygno. inest & alicui nigro, nullo vero nigro inest cygnus. quare si sumatur omni b inesse a & alicui c inesse b, vera erit conclusio alicui c inesse a. prima quidem propositione vera, & secunda b c propositione falsa. Similiter autem & prima propositione a b negatiua sumpta.

O a aĩal
O b albũ
O c cygnus
N a aĩal
O b albũ
N c nix
O a Aĩal
O b equus
O c homo
N a Aĩal
O b musica
O a aĩal
O b Hõ
O c gressibile
N a aĩal
O b sapiã
N c contemplatio
O a aĩal
Q b nix
Q c albũ
N a aĩal
Q a aĩal
Q b hõ
O a anial
Q b pulchrum
Q c magnum
N a anial
Q b pulchrum
Q c magnum
O a aĩal
Q b cygnus
Q c nigrum

N a aĩal
Q b numerus
Q c albũ
N O a animal
Q Q b album
Q Q c nigrum
O a aĩal
Q b numerus
Q c albũ
N a aĩal
Q b cygnus
Q c nigrum

Nam possibile est nulli b inesse a & alicui c non inesse,& nulli c inesse b.vt genus speciei alterius generis & accidẽti speciebꝰ eius .nã nulli numero inest animal & alicui albo non etiã inest,& nulli albo inest numerus . Si igitur medium ponatur numerus & sumatur nulli b inesse a & alicui c inesse b alicui c nõ inerit a,quod quidẽ erat verum.Cũ igitur prima propositio a b vera est,& secũda b c falsa,conclusio vera est quod est tertia conclusionis pars demonstrata . ❧Quarto venit demonstrandum,si prima propositio a b sit in aliquo falsa,& b c secunda etiam falsa,conclusionẽ veram esse posse.Nam nihil prohibet alicui b & alicui c,vtrique inesse a, nulli autem c inesse b . Vt si b & c sint cõtraria & ambo eidẽ generi accidẽtia.Nã alicui albo & alicui nigro inest aĩal:at nulli nigro inest album.si igitur sumatur oĩ b inesse a,& alicui c inesse b prima quidem propositione in parte falsa,& secunda falsa,cõclusio alicui c inesse a,erit vera.Et priuatiua quidẽ prĩa propositione a b sumpta,simile euenit,nam ex eisdem terminis & similiter dispositis,procedet demõstratio,& ex vtrisque falsis erit conclusio vera,& hæc est prima particula quartæ partis .

❧Reliquum est vt monstretur ex vtrisque falsis prima quidem propositione tota falsa,& secũda falsa,conclusionem posse esse veram.Nam possibile est nulli b inesse a & alicui c inesse, & nulli c inesse b.vt genꝰ speciebus alterius generis,& accidenti speciebus eius.Nam nulli numero inest animal,albo autem alicui inest,& nulli albo numerus.si igitur sumatur omni b inesse a,& alicui c inesse b conclusio quidem alicui c inesse a,vera erit.propositiones autem(vt dictum est)ambæ falsę.Et simili modo cum prima propositio a b est negatiua.Nam nihil prohibet omni b inesse a & alicui c non inesse & nulli c inesse b.vt omni cygno inest animal,alicui autem nigro non inest,nulli autem nigro inest cygnus.quare si sumatur nulli b inesse a , & alicui c inesse b.alicui c nõ inerit a,cõclusio igitvera,& propositiones falsę,prima quidẽ tota falsa ꝙ totũ est propositũ.

ℭ Quod colligatur verum ex falsis in secunda figura — Cap. III.

O a aĩal
N b lapis
N c hõ
N O a animal
O N b Equus
N N c hõ
N a Aĩal
O b albũ
N c Coruus
O a Aĩal
N b albũ
N c Pici
N O a animal
O N b album
N N c nigrum
N a Aĩal
Q b Hõ
Q c albũ

IN media autem figura omnino contingit per falsa verum syllogisare,& vtrisꝗ propositionibus totis falsis sumptis & hac quidem vera,illa tota falsa,vtralibet falsa posita,& si vtræque in aliquo falsę,& si hæc quidem simpliciter vera illa autem in aliquo falso,& in vniuersalibus & in particularibus syllogismis. q

ℭ Si enim a,b quidem nulli inest.c autem omni , vt lapidi animal quidem nulli,homini autẽ omni,si contrarię ponantur propositiones,& si sumatur a,b quidem omni, c vero nulli, ex falsis totis propositionibus erit vera conclusio,similiter autem & si a inest,b quidem omni,c vero nulli.nam idem erit syllogismus.

ℭ Rursum si altera quidem tota,falsa.altera autem tota vera . Nihil enim prohibet a & b & c omni inesse.b autem nulli c,vt genus non subalternis speciebus.nam animal, & equo omni & homini inest.& nullus homo equus.si ergo sumatur animal huic quidem omni,illi vero nulli inesse,hæc quidem erit falsa,illa vero tota vera , & conclusio vera est, ad quodlibet posito priuatiuo .

ℭ Et si altera in aliquo falsa,altera autem tota vera.possibile est enim a,b quidem alicui inesse.c autem omni,& b,nulli c,vt animal albo quidem alicui . coruo autem omni album vero nulli coruo. Si ergo sumatur a,b quidem nulli,c autem toti inesse,a b quidem propositio in aliquo falsa est.a c autem tota vera & conclusio vera, & transposita quidem priuatiua,similiter.nam per eosdem terminos demonstratio.

Et si affirmatiua quidem propositio in aliquo falsa,priuatiua autem tota vera,nihil enĩ prohibet a b quidem alicui inesse,c autem toti nõ inesse, & b nulli c.vt animal albo quidem alicui,pici autem nulli.album vero nulli pici.quare si sumatur a toti b inesse, c autem nulli.a b quidem in aliqua falsa.a c autem tota vera & conclusio vera.

ℭ Et si vtræque propositiones in aliquo falsæ , erit conclusio vera . possibile est enim a,& b & c alicui inesse,b autem nulli c.vt animal & albo alicui, & nigro alicui, album vero nulli nigro.si ergo sumatur a,b quidem omni,c autem nulli, ambæ quidem propositiones in aliquo falsæ,conclusio autem vera.similiter autem transposita priuatiua per terminos. ℭ Manifestum autem & in particularibus syllogismis nihil enim prohibet a,b quidem omni.c autem alicui inesse,& b,alicui c non inesse . vt animal omni homini,albo autem alicui,homo vero alicui albo non inerit. q

ſi ergo ponatur a,b quidem nulli ineſse ,c autem alicui ineſse: vniuerſalis quidem pro poſitio tota falſa,particularis autem vera,& concluſio vera,ſimiliter autem & affirma tiua ſumpta a b. poſsibile eſt enim a quidem nulli,e autem alicui non ineſse.& b alicui c non ineſse.vt animal nulli inanimato albo autem alicui,& inanimatum non ineſt ali cui albo. Si ergo ponatur a,b quidem omni:c vero alicui non ineſse.a b quidem propo ſitio vniuerſalis tota falſa:a c autem vera & concluſio vera. ¶ Et vniuerſali quidem ve ra poſita,minori autem particulari falſa,nihil enim prohibet a,nec b nec c nullum ſequi & b alicui c non ineſſe vt animal nulli numero nec inanimato:& numerus aliquod in animatum non ſequitur. Si ergo ponatur a,b quidem nulli:c autem alicui,& concluſio vera & vniuerſalis propoſitio vera,particularis autem falſa. Affirmatiua autem vniuer ſali ſimiliter poſita.poſſibile eſt enim a & b & c toti ineſſe,b autem aliquod c nõ ſequi. vt genus ſpeciem & differentiam . nam animal omnem hominem & totum greſſibile ſequitur.homo vero non omne greſſibile , quare ſi ſumatur a , b quidem toti ineſſe , c autem alicui non ineſſe: vniuerſalis quidem propoſitio vera , particularis falſa concluſio autem vera. ¶ Manifeſtum autem quoniam & vtriſque falſis erit concluſio vera.ſi quidem contingit a & b & c huic quidem omni, illi vero nulli ineſſe : b vero aliquod c non ſequi.nam ſumpto a,b quidem nulli.c autem alicui ineſſe : propoſitiones quidem ambæ falſæ,concluſio autem vera. ſimiliter autem & cum prædicatiua fuerit vniuerſa lis propoſitio,particularis autem priuatiua.poſſibile eſt enim a,b quidem nullum. e autem omne ſequi,& b,alicui e non ineſſe. vt animal diſciplinam quidem nullam . hominem autem omnem ſequitur,diſciplina vero non omnem hominem:ſi ergo ſumatur a b quidem toti ineſſe,c autem aliquod non ſequi.propoſitiones quidem falſæ,concluſio autem vera.

O a aial. Q b inanimatum. Q c albũ.

N a aial Q b numerus Q c inanimatum

O a aial Q b diſciplina Q c homo

Tertĳ cap notæ.

Litera primæ concluſionis,cum græce cum latine ſuperflua erat ſed quod mendum, ſuperfluũq; eſſet ex ſequentium ab Ariſtotele demonſtrationibus non difficile fuit intelligere.non iniuria igi tur illud reſectum fuiſſe putetur . Eorum quæ ſpeciatĩ in hoc capite mõſtrari poſſunt deſcriptio.

	Vniuerſales ſecũdæ figurę modi.			Exempla	
	e Tota falſa	a animal		a Tota falſa	a animal
I	a Tota falſa	b homo	IX	e Tota falſa	b lapis
	e Vera	c lapis		e Vera	c homo
	e In aliquo falſa	a animal		a In aliquo falſa	a animal
II	a In aliquo falſa	b album	X	e In aliquo falſa	b album
	e Vera	c nigrum		e Vera	c nigrum
	e Tota falſa	a animal		a Tota falſa	a equus
III	a In aliquo falſa	b cygnus	XI	e In aliquo falſa	b homo
	e vera	e nigrum		e vera	c brutum
	e In aliquo falſa	a animal		a In aliquo falſa	a animal
IIII	a Tota falſa	b nigrum	XII	e Tota falſa	b album
	e Vera	e nix		e Vera	e coruus
	e Tota falſa	a animal		a Tota falſa	a animal
V	a Vera	b homo	XIII	e Vera	b lapis
	e Vera	e equus		e Vera	e arbor
	e In aliquo falſa	a animal		a In aliquo falſa	a animal
VI	a Vera	b album	XIIII	e Vera	b nigrum
	e Vera	e coruus		e Vera	c nix
	e Vera	a animal		a Vera	a animal
VII	a Tota falſa	b lapis	XV	e Tota falſa	b homo
	e Vera	c arbor		e Vera	c equus
	e Vera	a animal		a Vera	a animal
VIII	a In aliquo falſa	b nix	XVI	e In aliquo falſa	b cygnus
	e vera	c nigrum		e vera	c nigrum

	Modi ſecundę figurę particulares			Exempla	
	e Tota falſa	a animal		a Tota falſa	a animal
xvii	i Falſa	b homo	XXII	o Falſa	b lapis
	o vera	c lapis		o vera	c homo
	e In aliquo falſa	a animal		a In aliquo falſa	a animal
xviij	i Falſa	b album	XXIII	o Falſa	b nigrum
	o vera	c pix		o vera	c cygnus
	e tota falſa	a animal		a tota falſa	a animal
xix	i vera	b homo	XXIIII	o vera	b lapis
	o vera	c equus		o vera	c arboe
	e In aliquo falſa	a animal		a In alquo falſa	a animal
xx	vera	b album	XXV	o vera	b nigrum
	o vera	c cygnus		o vera	c nix
	e vera	a animal		a vera	a animal
xxi	i Falſa	b lapis	XXVI	o falſa	b homo
	o vera	c arbor		o vera	c equus.

N a aĩal
O b lapis
N c hõ

O a aĩal
N b hõ
N c lapis

PARAPRASIS CAP. TERTII.

N O a animal
O N b cequus
N n c hõ

N a aĩal
O b albũ
n c coru⁹

TErtium cap. concluſiones duæ. Prima concluſio. In ſecunda autem figura, penitus contingit per falſa verum ſyllogiſare; & veriſque propoſitionibus totis falſis ſumptis, & vna quidem vera; altera autem falſa tota, vtralibet falſa poſita ſit. & ſi vtræque in aliquo falſæ, & ſi hæc quidem ſimpliciter & tota vera, illa vero in aliquo falſa & id tam in vniuerſalibus quam particularibus reperitur ſyllogiſmis. Sed concluſio in vniuerſalibus mõſtranda eſt & primum veriſque propoſitionibus totis falſis cõtingere concluſionem veram eſſe. Nam ſi nulli b ineſt a & omni c ineſt (vt nulli lapidi animal & omni homini) ſi econtrario ponantur propoſitiones, & ſumantur c omni b ineſſe a & nulli c ineſſe a, ex totis propoſitionibus falſis, vera erit concluſio. Et ſimili modo ſi omni b ineſt a & nulli c ineſt, contrariæ ſumptis propoſitionibus idem valebit ſyllogiſmus, quod eſt prima concluſionis pars. Rurſum demonſtrandum, ſi altera tota falſa ſit & altera vera, poſſe fieri concluſionem veram. Nam nihil prohibet & omni b & omni c ineſſe a, & nulli c ineſſe b vt genus non ſubalternis ſpeciebus. Nam & omni equo & omni homini ineſt animal & nulli homini equus. ſi igitur ſumatur animal vni quidem omni, alteri vero nulli ineſſe ꝯ hæc quidem tota falſa erit, illa vero tota vera, & cõcluſio vera, ad quodcunque poſita ſit negatiua, & hęc eſt concluſionis ſecunda pars. Et ſimili pacto monſtrandum eſt, ſi altera in aliquo ſit falſa, & altera tota vera. Nam poſſibile eſt alicui b ineſſe a & omni c ineſſe, & nulli c ineſſe b. vt alicui albo ineſt aĩal & omni coruo at nuli coruo ineſt albũ. ſi igitur ſumatur nulli b ineſſe a & omni c ineſſe a, prima propoſitio a b eſt in aliquo falſa, & ſecunda b c tota vera: & concluſio nulli c ineſſe b vera. Et tranſpoſita negatiua ſimile eueniet. Nam per eoſdem terminos tranſpoſitis extremis fiet demonſtratio. patet igitur, negatiua in aliquo falſa & affirmatiua tota vera, quencunque locum ſiue primum ſiue ſecundum teneat negatiua, concluſionem veram eſſe poſſe. Idem autem demonſtrandũ affirmatiua propoſitione in aliquo falſa, & negatiua tota vera. Nam nihil prohibet alicui b ineſſe a, nulli autem c ineſſe. & nulli c ineſſe b. vt alicui albo ineſt animal & nulli pici ineſt, identidẽ & nulli pici album, quare ſi ineſt ſumatur c omni b ineſſe a & nulli c ineſſe, erit prima propoſitio a b affirmatiua, in aliquo falſa, & ſecunda propoſitio a c tota vera, & concluſio nulli c ineſſe b vera, & hæc concluſionis quarta pars. Quod vero ſuperat monſtrandum videlicet ſi vergque propoſitiones in aliquo falſæ ſint poſſibile eſſe concluſionem verã eſſe oſtenditur. Nam poſſibile eſt alicui b & alicui c ineſſe a, & nulli c ineſſe b vt alicui albo & alicui nigro ineſt animal, & nulli nigro ineſt albũ. ſi ergo ſumatur omni b ineſſe a, & nulli c ĩeſſe a, ambæ propoſitiones in aliquo ſunt falſæ, & concluſio nulli c ineſſe b erit vera, ſimiliter aũt & tranſpoſita negatiua: per eoſdem terminos fiet demonſtratio quod eſt tota concluſio demonſtrata. Secunda. Hæc in particularibus ſecundæ figuræ ſyllogiſmis, ſuo modo ſimiliter ſeſe habere facile exploratũ eſſe poteſt. Et primo vniuerſali toto falſa, & particulari vera, colligetur concluſio vera. Nam nihil prohibet oĩ b ineſſe a & alicui c ineſſe, alicui autẽ c non ineſſe b, vt omni b homini ineſt animal & alicui albo, & alicui albo non inerit homo, Si igitur ponatur nulli b ineſſe a, & alicui c ineſſe a, vniuerſalis propoſitio erit tota falſa & particularis vera & concluſio alicui c non ineſſe b etiã vera. Et ſimiliter ſi vniuerſalis a b ſumpta ſit affirmatiua. Nam poſſibile eſt nulli b ineſſe a & alicui c non ineſſe, & alicui c identidem non ineſſe b, vt nulli inanimato ineſt animal, albo autem alicui non ineſt, & alicui albo non

O a aĩal
N b coe uus
N c albũ
o a aĩal
N b albũ
N c pix

n o a aĩal
o n b album.
N n c nigrum
n a aĩ a
Q b hõ
Q c albũ.
o a aĩal
Q b inanimatum
Q c albũ

inerit inanimatũ. Si igitur ponatur omni b inesse a,& alicui c non inesse:prima propositio a b vniuersalis affirmatiua erit tota falsa,& secunda a c vera,pariter & conclusio vera. Secundo ecõtra monstrandum est vniuersali quidem posita vera,& particulari falsa,contingere conclusionem esse veram. Nam nihil prohibet nulli b & etiam nulli c inesse a,& alicui c non inesse b. vt nulli nũero & nulli ĩanimato inest aĩal et alicui ĩanimato non inest nũerus. si igitur ponatur nulli b inesse a, & alicui c inesse a,conclusio alicui c non inesse b,erit vera,& vniuersalis propositio vera, particularis autem falsa. Et idem euenit posita vniuersali affirmatiua vera. Nam possibile omni b & omni c inesse a,& alicui c non iesse b,vt genus speciei & differentiæ.nam omni homini & omni gressibili inest animal,non omni autem gressibili homo. quare si sumatur omni b inesse a , & alicui c non inesse a, vniuersalis affirmatiua propositio vera erit,particularis autem falsa,& conclusio vera. Tertio monstrandum est,statim exploratum esse posse vtrisque falsis conclusionem veram esse. Nam contingit omni b inesse a & omni c non inesse,& alicui c non inesse b. sumpto igitur nulli b inesse a, & alicui c inesse a:propositiones erunt ambæ falsæ, & conclusio vera. Similiter autem & cum affirmatiua fuerit vniuersalis propositio & particularis negatiua. Nam possibile est nulli b inesse a,& omni c inesse,& alicui c non inesse b. vt nulli disciplinæ inest animal, & omni homini inest,alicui autem homini non inest disciplina. si igitur sumatur omni b inesse a,& alicui c non inesse,propositiones quidem falsæ erunt,& conclusio vera. Et cætera id genus in secundæ figuræ non particularibus syllogismis facile sũt demonstranda.

N a Aĩal / Q b numerus / Q c ĩanimatum / O a Aĩal / Q b Hõ / Q c gressibile / N a Aĩal / Q b Hõ / Q c lapis / O a Aĩal / Q b Disciplina / Q c Hõ

¶ Quod ex falsis verum identidem colligatur in tertia figura. Cap. IIII.

10 ERit autem & in postrema figura per falsas totas, & in aliquo vtraque,& altera quidem vera:altera autem falsa. & hac quidem in aliquo falsa illa autem tota vera,& econuerso. & quot quot modis aliter possibile & transsumere propositiones. Nihil enim prohibet nec a nec b, nulli c inesse. a autem alicui b inesse. vt nec homo nec gressibile, nullum inanimatum sequitur homo autem alicui gressibili inest. si ergo sumatur a & b omni c inesse: propositiones quidem totæ falsæ, conclusio autem vera. Similiter autem & cum hæc quidem est priuatiua illa vero affirmatiua. Possibile est enim b quidem, nulli c inesse, a autem omni & a alicui b non inesse:vt nigrum nulli cygno:animal autem, & animal non omni nigro. quare si sumatur b quidem,omni c,a vero nulli,a alicui b non inerit.& conclusio quidẽ vera:propositiones autem falsæ. ¶ Et si in aliquo fuerit vtraque falsa,erit conclusio vera. nihil enim prohibet & a & b,alicui c inesse:& a alicui b. vt album & pulchrum alicui animali inest:& album alicui pulchro. si ergo ponatur a & b omni c inesse: propositiones quidem in aliquo falsæ,conclusio autem vera. Et priuatiua a c posita: similiter. nihil enim prohibet a quidem alicui c non inesse:b vero alicui inesse, & a non omni b inesse,vt album alicui animali non inesse. pulchrum autem alicui inest, & album non omni pulchro. quare si sumatur a quidem nulli c,b autem omni: vtræque propositiones quidem in aliquo falsæ,conclusio autem vera.

¶ Similiter autem & hac quidem tota falsa:illa vero tota vera sumpta. possibile est enim a & b,omne c sequi,& a alicui non inesse. vt animal & album,omnem cygnum sequitur. & animal non omni inest albo. positis igitur his terminis si sumatur b quidem, toti c inesse,a vero toti non inesse: b c quidem tota erit vera,a c autem tota falsa,& cõclusio vera. Similiter autem & si b c quidem falsa,a c autem vera. nam hi quidem termini ad demonstrationem:nigrum inanimatum cygnus. Sed & si vtræque assumantur affirmatiuæ. nihil enim prohibet b quidem omne c sequi, a autem toti c non inesse. & a alicui b inesse. vt omni cygno animal:nigrum vero nulli cygno, & nigrum inest alicui animali. quare si sumatur a & b omni c inesse: b c quidem tota vera,a c autem tota falsa, & conclusio vera. similiter autem & a c sumpta vera. nam per eosdem terminos demonstratio. ¶ Rursum hac quidem tota vera existente, illa vero in aliquo falsa: possibile est enim b quidem omni c inesse,a autem alicui c & alicui b,vt bipes quidem omni homini,pulchrum non omni:& pulchrum alicui bipedi inest. si ergo sumatur a & b,toti c inesse,b c quidem tota vera,a c aũt in aliquo falsa,conclusio autem vera. Si-

Negationum pluralitasve hementius negat

N a Aĩal / O b Nigrum / Q c cygnus / O a albũ / O b pulchrum / Q c aĩal / N a aĩal / o b albũ / Q c cygnus / N a Nigrum / O b ianimatum / Q c cygnus / O a Nigrum / O b aĩal / Q b cygnus / O a pulchrum / o b bipes / Q c Hõ.

militer autem & a c quidem vera , b c autem falsa in aliquo sumpta . transpositis enim
ijsdem terminis erit demonstratio. Et cum hęc quidem est priuatiua, illa vero affirmati
ua. quoniam possibile est b quidem, toti c inesse. a autem alicui c. & quando sic se habe
ant, non omni b inesse a. si ergo assumatur b quidem, toti e inesse. a autem nulli priuati
ua quidem in aliquo falsa, altera autem tota vera, & conclusio erit vera. Rursum quo-
niam ostensum est, quod cum a quidem nulli c inest, & b alicui, euenit a alicui b non in
esse, manifestum igitur quoniam & cum a c tota est vera, b c autem in aliquo falsa, con
tingit conclusionem esse veram. si enim sumatur a quidem nulli c , b autem omni , a e
quidem tota vera, b e in aliquo falsa.
¶ Manifestũ autem & in particularibus syllogismis, quoniam omnino per falsa erit ve 11
rum. nam ijdem termini sumendi & quando vniuersales fuerint propositiones. in prae-
dicatiuis quidem prędicatiui. in priuatiuis autem priuatiui. nihil enim differt cum nulli
inerat , vniuersaliter sumere inesse . & si alicui inerat, vniuersaliter sumere ad termino
rum positionem, similiter autem & in priuatiuis.
Manifestum igitur quando sit conclusio falsa, necesse est ea ex quibus est oratio , falsa 12
esse aut omnia aut aliqua, quando autem vera. non necesse est uerum esse nec aliquod
quidem nec omne. ¶ Sed est cum nullum sit verum eorum quae sunt in syllogismis & 13
conclusionem similiter esse veram, non tamẽ ex necessitate. Causa autem quoniam
quando duo sic se habẽt adinuicem, vt cum alterum sit, ex necessitate esse alterum, hoc
cum non sit quidem: nec alterum erit, cum autem sit, non necesse est esse alterum. idem
autem cum sit & non sit , impossibile ex necessitate esse idem. Dico autem vt cum
sit a album. b esse magnum ex necessitate, & cum non sit album, b esse magnum ex ne
cessitate, quãdo enim cum hoc sit (vt a) album: illud necesse est (vt b) esse magnum cum
autem sit b magnum, c non esse album: necesse est si a sit album, c non esse album . Et
quando duobus existentibus cum alterum sit, necesse est alterum esse, hoc autem cum
non sit necesse est a non esse, cum ergo b non sit magnum. a non potest album esse, cũ
vero a nõ sit album, necesse est b magnum esse . accidit ex necessitate cum b magnum
non sit, idem b esse magnum. hoc autem impossibile, nam si b non est magnum, a non
erit album ex necessitate. si ergo cum non sit a album, b erit magnum , accidit si b non
est magnum b esse magnum, vt per tria .

Quarti cap. notae.

Vniuersalis syllogismus tertiae figurae: cuius vtraque propositionum est vniuersalis, particularis autem. cuius aliqua propositionum sumitur particularis . Nam quando accidit si hoc (vt a) albũ sit, & illud vt b, magnum esse. hic argumentationis modus innitur regulae dialecticae: quod ex necessitate sequitur ad consequens, ex necessitate sequitur & ad antecedens, siue id in tribus sit terminis, vt a, b, c, vt ex necessitate sequatur si a est album, b est magnum, & si b est magnum, c nõ esse album, ex necessitate quoque sequetur si a est album c non esse album siue in duobus terminis vt a b, vt si ad idem esse & non esse, admittatur ex necessitate siquidem , vt si non est b magnũ nõ est album, & si non est a album. est b magnum, accidit ex necessitate si nõ est b magnum b esse magnum . Et huiusmodi colligendi modum , sequelamque , de primo ad vltimum appellare solent, quod ex primo antecedente vltimum colligatur consequens.

Modi vniuersales tertiae figurae.


		affirmatiui		Exempla			negatiui		Exempla
I	a	Tota falsa	a	brutum		e	Tota falsa	a	animal
	a	Tota falsa	b	equus	IX	a	Tota falsa	b	lapis
	i	vera	e	homo		o	vera	e	homo
II	a	In aliquo falsa	a	album		e	In aliquo falsa	a	sedens
	a	In aliquo falsa	b	sedens	X	a	In aliquo falsa	b	ambulans
		vera	e	homo		o	vera	e	homo

III	a	Tota falſa	a	equus		c	Tota falſa	a	animal
	a	In aliquo falſa	b	album	XI	a	In aliquo falſa	b	album
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	In aliquo falſa	a	album		e	In aliquo falſa	a	album
IIII	a	Tota falſa	b	cygnus	XII	a	tota falſa	b	lapis
	i	Vera	c	homo		o	Vera	c	homo
	a	Tota falſa	a	equus		e	Tota falſa	a	animal
V	a	Vera	b	animal	XIII	a	vera	b	ſubſtantia
	i	Vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	In aliquo falſa	a	album		e	In aliquo falſa	a	album
VI	a	Vera	b	animal	XIIII	a	vera	b	animal
	i	Vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	Vera	a	animal		e	vera	a	lapis
VII	a	Tota falſa	b	equus	XV	a	Tota falſa	b	inaīatū
	i	Vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	Vera	a	animal			Vera	a	brutum
VIII	a	In aliqua falſa	b	album	XVI	a	In aliquo falſa	b	album
		Vera	c	homo		o	Vera	c	homo

Modi tertiæ figuræ particulares affirmatiui particulares negatiui Exempla

	i	Falſa	a	irrationale		o	Falſa	a	animal
XVII	a	Tota falſa	b	aſinus	XXVII	a	a tota falſa	b	lapis
	i	Vera	c	homo		o	vera	c	homo
	i	Falſa	a	cygnus		o	Falſa	a	animal
XVIII	a	In aliquo falſa	b	album	XXVIII	a	In aliquo falſa	b	album
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	i	vera	a	animal		o	vera	a	equus
XIX	a	Tota falſa	b	equus	XXIX	a	Tota falſa	b	brutum
	i	vera	c	homo		o	Vera	c	homo
	i	Vera	a	aīal		o	vera	a	cygnus
XX	a	In aliquo falſa	b	album	XXX	a	In aliquo falſa	b	album
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	i	Falſa	a	aſinus		o	Falſa	a	animal
XXI	a	√	b	animal	XXXI	a	Vera	b	ſubſtātia
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	Tota falſa	a	brutum		e	Tota falſa	a	animal
XXII				equus	XXXII	i	Falſa	b	lapis
	i	Vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	In aliquo falſa	a	album		e	In aliquo falſa	a	ſedens
XXIII	i	Falſa	b	equus	XXXIII	i	Falſa	b	equus
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	Tota falſa	a	equus		e	Tota falſa	a	animal
XXIIII	i	Vera	b	animal	XXXIIII	i	Vera	b	ſubſtātia
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	In aliquo falſa	b	album		e	in aliquo falſa	a	album
XXV	i	vera	b	animal	XXXV	i	vera	b	animal
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo
	a	vera	a	animal		e	vera	a	equus
XXVI	i	Falſa	b	equus	XXXVI	i	Falſa	b	brutum
	i	vera	c	homo		o	vera	c	homo

PARAPHRASIS CAP. QVARTI.



O a homo
O b gressibile
Q c ianimatũ

N a animal
O b nigrum
Q c cygnus

N O a album
Q O b pul-
chrum
Q Q c animal

N a animal
O b album
Q c cygnus

a nigrum
O b ianimatũ
Q c cygnus

O a nigrum
O b animal
Q c cygnus


O a animal
O b nigrũ
Q c cygnus

O a pulchrum
O b bipes
Q c homo

O a bipes
O b pulchrũ
Q c homo

Quartum cap. conclusiones tres, corollarium vnum. Prima conclu-
sio. Possibile erit in tertiæ figuræ vniuersalibus syllogismis vtrisq; pro
positionibus totis falsis, & vtraque in aliquo falsa, & altera vera, altera 19
autem falsa, hac quidem tota falsa illa vero tota vera, & contra, & quot
quot modis propositiones transsumere possibile est, verum syllogisare.
Et primo monstretur vtrisque totis falsis, conclusionem veram col-
ligi posse. Nã nihil obstat nulli c neque inesse a neque inesse b, & alicui b
inesse a. vt nulli inanimato neque homo inest, neque gressibile, & alicui
gressibili inest homo. si igitur sumatur omni c inesse a pariter & b, pro-
positiones totæ falsæ erunt, & conclusio alicui b inesse a, vera. Simili
ter & cum prima est negatiua, & secunda affirmatiua. Nam possibile est nulli c inesse b, & omni
c inesse a, & alicui b non inesse a. vt nulli cygno inest nigrum, & omni cygnõ iest animal, & alicui
nigro non inest animal. quare si sumatur omni c inesse b, & nulli c inesse a, alicui b non inesse a. &
conclusio quidem vera, & propositiones totæ falsæ. Secundo monstrandum, si vtraque in ali
quo falsa fuerit, etiam posse, vt conclusio vera sit. Nam nihil vetat alicui c solum inesse a & b, &
alicui b inesse a. vt alicui animali inest album & pulchrũ. & alicui pulchro albũ. si igitur ponatur
omni c inesse a, & omni c inesse b, vtræque propositiões in aliquo falsę sunt, & conclusio alicui b
inesse a, vera. Et consimili modo prima propositione a c posita negatiua. Vt nihil prohibet solũ
particulariter alicui c non inesse a, & simili modo alicui c inesse b, & alicui b non inesse a, quemad
modum alicui animali non inest album, & alicui animali inest pulchrum, & alicui pulchro nõ in-
est album, quare si sumatur nulli c inesse a, & omni c inesse b, vtra que quidem propositionęs in
aliquo falsę erunt, & conclusio alicui b non inesse a. vera. Tertio monstrandum est, simili modo
quando vna tota falsa est, & altera tota vera, conclusionem posse esse veram. Nam possibile est
omni c inesse a & inesse b, & alicui b non inesse a, vt omni cygno & animal inest & album, & ali-
cui albo non inest animal. positis itaque his terminis, si sumatur omni c inesse b, & nulli c inesse
a, secunda propositio b c tota vera erit, & prima a c tota falsa. & conclusio alicui b non inesse
a, vera. Et similiter eueniet si secunda b c tota falsa, & prima a c ponatur tota vera. Nam hi erunt
termini, nigrum, inanimatum, cygnus. Verumetiam & si vtræque affirmatiuę sumantur, eueniet
& conclusionem posse esse veram. Nam nihil obstat omni c inesse b, & nulli c inesse a, & alicui b
inesse a. vt omni cygno inest animal, & nulli cygno inest nigrum, et alicui animali inest nigrum.
quare si sumatur omni c inesse a, & omni c inesse b, secunda propositio b c, tota vera est, & prima
a c tota falsa, & conclusio alicui b inesse a, vera. Similiter autem & cum a c prima propositio sume
tur tota vera. Nam ex eisdem terminis transpositis exit enim erit demonstratio. Quarto demon-
strandum est rursus cum vna tota vera fuerit, & altera in aliquo falsa, posse fieri conclusionẽ ve
rã. Nam possibile est omni c iesse b, & alicui c particulariter solo inesse a, & alicui b inesse a. vt oĩ
homini inest bipes, & alicui homini & non omni inest pulchrum, & alicui bipedi etiam pulchrũ
inest. si igitur sumatur omni c inesse b, & omni c inesse a, erit secunda propositio b c tota vera, &
prima a c in aliquo falsa, & conclusio qua colligitur alicui b inesse a vera, similiter autem & pri
ma propositione a c tota vera sumpta, & b c secunda in aliquo falsa. Nam trãspositis eisdem ter
minis erit demonstratio. & simili quoque pacto, cum prima est negatiua, & secunda affirmatiua.
Nam possibile est omni c inesse b, et alicui c solum particulariter inesse a, et quando etiam sic se
habeant, alicui b non inesse a. si igitur sumatur omni c inesse b, et nulli c inesse a, prima proposi-
tio negatiua est, et in aliquo falsa, et secunda tota vera, et conclusio quoque erit vera. Rursum
quia demonstratum est quod cum nulli c inest a, et c particulariter inest b, euenire alicui b non in
esse a. Perspicuum igitur esse potest, quoniam et cum prima propositio a c tota vera, et secunda
b c in aliquo falsa, possibile esse et conclusionem veram esse. Nam si sumatur nulli c inesse a, et oĩ
c inesse b, prima quidẽ propositio a c tota vera, et secunda b c propositio in aliquo falsa est, et cõ
clusio vera. Secunda conclusio. Exploratum autem et id sit, quoniam et in particularibus ter
tię figurę syllogismis, omnifariam ex falsis colligere verum contingit. Nam ijdem termini in par 18
ticularibus sumendi erunt, qui et sumentur quando propositiones vniuersales fuerint, nihil enĩ
refert ad ipsorum terminorum positionem cum nulli inerat vniuersaliter sumere inesse, et si ali-
cui inerat sumere vniuersaliter. Similiter autẽ & in priuatiuis nihil differt ad ponendos termi-
nos, si alicui non inerat, sumere vniuersaliter non inesse et contra. Corollarium. Manifestum
igitur est quando conclusio falsa fuerit, necesse esse, et ea ex quibus ipsa oratio, ratiocinatioque
constat falsa esse, aut omnia aut aliqua. At quando conclusio vera est, non necesse est nec aliquã 12
quidem propositionem, nec omnem veram esse.
Tertia conclusio. Cęterum nulla propositione vera earũ quę sunt in syllogismo contingit con
clusionẽ verã esse, at non ex necessitate. Causa aũt est, quia cum duo ita se habeant adinuicẽ vt cũ
alterũ verũ sit, ex necessitate et alterũ sit verũ, et cum hoc falsum sit et alterũ fore falsum, at cũ hoc 15

fit verum, non necesse est et alterum verum esse, impossibile est eodem tum vero tum falso ex necessitate colligi idem esse. dico autem vt si a sit album, & b magnitudine præditum impossibile esse cum a album sit, ex necessitate euenire & b magnitudine præditum esse. & etiam cum non sit a album, identidem ex necessitate euenire & b magnitudine præditū esse. Nam quando accidit si hoc (vt a) album est ex necessitate & illud (vt b) magnitudine præditum esse, & si b magnitudine præditum est, & ex necessitate c non esse album, ex necessitate accidet si a album est, & c non esse album. & id in tribus terminis a, b, c est expressum. Et simile est quando duobus existentibus si alterum est, ex necessitate euenit & alterum esse. si hoc non est, ex necessitate euenit & primum non esse, si igitur ad idem esse & non esse sequatur idem, esto ita, & ad a esse album & non esse album accidat ex necessitate b esse magnum. igitur si non est magnum, & ex necessitate a non est album & si a non est album, ex necessitate a est magnum. accidit igitur ex necessitate si b non est magnū idem b esse magnum, hoc autem impossibile. quod autem accidat clarum est. Nā si b nō est magnum, ex necessitate a non erit album. si igitur cum non est a album. ex necessitate erit b magnū ex necessitate profecto accidit si b non est magnum b esse magnum, quemadmodum et prius per tres terminos accidebat, manifestum est igitur ob propositiones falsas, non ex necessitate colligi posse conclusionem veram esse.



¶ De circulari ostensione in prima figura. Cap. V.

14 CIrculo autem & ex seinuicem ostendere est, per conclusionē & econuerso prædicationem alteram sumentem propositionem: concludere reliquam. quam sumpserat in altero syllogismo. vt si oportuit ostendere quoniam a, inest omni c. ostendat autem per b. rursus si monstret quoniam a, inest b sumens a quidem inesse c, c autem b: & a inerit b. prius autem econuerso sumpsit b inesse c, aut si quoniam b inest c, oporteat ostendere: si sumat a de c quæ fuit conclusio: b autem de a esse: prius autem sumptum est econuerso a de b.

¶ Aliter vero non est ex seinuicem ostendere. siue enim ali-
15 ud medium sumetur: non circulo: nil enim sumitur eorundem, siue horum quiddam: necesse est alterum solum. nam si ambo: eadem erit conclusio. at oportet diuersam esse: ¶ In ijs igitur quæ non conuertuntur: ex indemonstrata altera propositione fit syllogismus. non enim est demonstrare per hos terminos: quoniam medio inest tertium,
16 aut prima medium. ¶ In ijs autem quę conuertuntur: erit omnia monstrare per seinuicem. Vt si a & b & c conuertuntur sibijnuicem ostendatur enim a c per medium b, & rursum a b per conclusionem & per b c propositionem conuersam. Similiter autem b c & per conclusionem & per a b propositionem conuersam.
17 ¶ Oportet autem & c b & b a propositionem demonstrare. nam his demonstratis vsi sumus solis. si ergo sumatur b, omni c inesse, & c, omni a: syllogismus erit eius quod est b ad a. Rursus si sumatur c, omni a inesse, & a omni b: necesse est c, inesse omni b. In vtrisque ergo syllogismis c a propositio sumpta est indemonstrata, nā aliæ probatę erāt. quare si hanc ostenderimus. omnes erunt probatæ per seinuicē. si ergo sumatur c, omni b & b, omni a inesse: vtreæque propositiones demonstratæ sumuntur, & c necesse est inesse a. ¶ Manifestum est ergo quoniam in solis ijs quæ conuertuntur, circulo &
18 per seinuicem contingit fieri demonstrationes in alijs vero quemadmodum prius diximus. ¶ Accidit autem & in ijs eodem quod monstratur vti ad demonstrationem: nam c d b, & b de a monstratur sumpto c de a dici, c autem de a per has ostenditur propositiones.
19 tiones. quare conclusione vtimur ad demonstrationem. ¶ In priuatiuis autem syllogismis hoc modo monstratur ex seinuicem. sit b quidem, omni c inesse, a autem, nulli b: conclusio autem quoniam a, nulli c. Si ergo rursum oporteat concludere quoniam a, nulli b, quod prius sumptum erat: erit a quidem, nulli c, c autem, omni b. sic enim ecō-
20 uerso propositio. Si autem quoniam b, inest c oporteat concludere: non iam similiter conuertendum a b. nam eadem propositio est b. nulli a: & a, nulli b inesse. sed sumendū cui a, nulli inest. huic b, omni inesse. Sit enim a nulli c inesse. quod quidem fuit conclusio, cui autem a, nulli b: si sumatur, omni inesse. necesse est ergo b, omni c inesse. quare cū sint tria. vnumquodque conclusio est facta & circulo demonstrare. hoc est conclusionē sumentem & econuerso alteram propositionem: reliquam syllogisare. ¶ In paticulari

bus autem syllogismis vniuersalem quidem propositionem non est demonstrare per 21
alias:particularem autem est.quoniam autem non est demonstrare vniuersalem,mani
festum.nam vniuersale monstratur per vniuersalia.conclusio autem non est vniuersa 22
lis.oportet autem ostendere ex conclusione & altera propositione. Amplius omnino
non fit syllogismus conuersa propositione.nam particulares fiunt vtræque propositio
nes.Particularem autem est.ostendatur enim a de aliquo c per b.si ergo sumatur b,om
ni a.& conclusio inantea.b,alicui c inerit.fit enim prima figura:& est a mediū.
¶Si autem sit priuatiuus syllogismus:vniuersalē quidem propositionem non est ostē
dere,propter hoc quod prius dictum est.particularē(si simpliciter conuertatur a b quē
admodum & in vniuersalibus)non est per assumptionem autem est.vt cui a,alicui nō
insit,b alicui inesse.nam aliter se habentibus non fit syllogismus:eo quod negatiua est
particularis propositio.

Quinti Cap. notę

Ex seinuicem ostendere,circulo ostendere, idem.Circulo ostendimus:cum ex facti syllogismi
conclusione cum altera propositionum econuerso , versaque prædicatione , sumpta:alterā pro 14
positionum syllogismus. verum illa propositio versæ prædicationis,aliquando sumitur simpli-
citer subiecto propositionis in prędicatum trāslato,& prædicato in subiectum,& qualitate pro-
positionis & quantitate seruata,aliquando vero nonnihil adijcitur. Ex tribus terminis vt a
b c conuertibilibus sex fiunt propositiones hoc pacto,omne b est a,omne a est b,omne c est b,oē
b est c,omne c est a,omne a est c.quę omnes circulo & ex seinuicem monstrari queunt.
Ratiocinatio illa,cui nulli,inest a,illi omni,inesse b,& nulli c inest a, omni igitur c inest b,ne-
cessaria est,tametsi proprie syllogismus non est,quo modo hic de syllogismo intendimus,clau-
ditque huius argumentationis propositio præmissas tertiæ figuræ,& assumptio est vnius illa- 20
rum expressio quæ quidem dati syllogismi conclusio est ,ex necessitate igitur euenit altera .
Haud secus ac si data conditionali,pars prima ponatur,vt altera concedatur necesse est,euenitq;
id virtute hypothetici,conditionalisque syllogismi neque hęc est primæ figurę ratiocinatio , vt
nonnulli putauere , verum ex numero , xxix . cognoscitur Aristoteles voluisse hanc potius ad
tertiam figuram pertinere , non quod illa vniuersalis in tertia concludatur, sed quod ex hypo
thesi datę conuersionis,& primi syllogismi data conclusione, quę est tertiæ figurę vna proposi-
tio,altera quę est eiusdem figurę propositio ex necessitate colligitur Et qui id satis intellexerit,
literę sententiam inueniet perparentem. Et numero. xxij. dato syllogismo nulli b inest a, &
alicui c inest b,alicui igitur c non inest a,conuersa propositione nulli b inest a hoc pacto,cui alicui
a non inest,illi alicui,inesse b,& assumpto alicui c non inesse a(quę dati syllogismi conclusio est) 22
colligitur alicui c inesse b dati syllogismi assumptio Alicui autem c non inesse a & alicui c inesse
b,tertia figura est.veruntamen id manifestius fiat si propositio vniuersaliter conuertatur hoc pa
cto,cuicunq; alicui,a nō inest,illi alicui,inest b.Nā perinde est ac si fieret hypotheticus syllogismus
hoc pacto.si cuicūq; alicui a,nō inest,illi alicui,inest b:atqui c alicui,a nō inest,c igiť alicui,inest b.




Prius syllo.
O a
O b
O c
Circularis syllo,
propositionis
O a
O c
O b
Circularis
assumptionis.
O b
O a
O c

PARAPHRASIS CAP.QVINTI


QVintum Cap.diffinitio vna.conclusiones sex,corollaria duo. Diffinitio Circu
lo,& ex seinuicem ostendere,est per conclusionem. & econuerso prædicationem 14
eum qui alteram sumit propositionem.cōcludere reliquam.quam in altero sum-
pserat syllogismo.vt si oportuit ostendere omni c inesse a,ostenderit autem per b
hoc pacto.omni b inest a,& omni c inest b,omni c igitur inest a. si rursus mōstret
omni b inesse a.sumens omni c inesse a.& omni b inesse c,& colligat oī b inesse a
prius autem sumpserat econuerso,omni c inesse b siue oporteat ostēdere omni c inesse b si sumat
omni c inesse a,q̄ fuit cōclusio,& oī a inesse b cū prius sumptū esset econuerso oī b inesse a,colligi
tur omni c inesse b reliqua propositio,atq; circulo,& ex seinuicē ex diffinitione oēstditur Prima
conclusio Circulo,& ex seinuicem ostendere haud quaquam alio modo contingit. Nam siue ali- 15
ud medium sumetur,non id quidem fiet circulo. Nam nulla earundem propositionum,versa ta
men prædicatione sumetur,siue autem earum aliqua sumetur,necesse est alteram solum sumi.
Nam si eædem sumentur,eadem erit conclusio.atque alteram esse oportet. Secunda conclusio.
In his igitur quę non conuertuntur,non est circulo ostendere.Nam fit syllogismus ex indemon 16
strabili quidem propositione versa quidem prędicatione.non enim est demonstrare in huiusmo-
di terminis.tertiū medio iesse,vel medium primo,sumptis igitur terminis qui nō cōuertūtur cir
culo nō ostēdemus. Tertia cōclusio. Porro in iis q̄ conuertūtur possibile erit oīa circulo & per
seinuicē vniuersali primi figuræ syllogismo monstrare.vt si a b c termini cōuertūtur adiuicē. Nā 17

ostendi queat omni c inesse a per medium b hoc pacto, omni b inest a, & omni c inest b, igitur oī
c inest a & rursus omni b inesse a per conclusionem omni c inest a. & per omni b inest c alteram
quidem propositionem prædicatione versa hoc modo. omni c inest a, & omni b inest c, omni igi-
tur b inest a. Similiter autem ostenderur omni c inesse b, per conclusionem, & per oī a inest b pri
mā prædicationis versæ propositionem hoc pacto, omni a inest b, & omni c inest a, itaque omni
c inest b, Id tamen animaduertere æquum est oportere & omni b inesse c, & omni a inesse b pro-
positionem demonstrare. nam his demonstratis, duntaxat vsi fuimus. Si igitur sumatur omni c
inesse b, & omni a inesse c, syllogismus omni a inesse b. Et rursus si sumatur omni a inesse c,
& omni b inesse a, ex necessitate euenit omni b inesse c, vbi illæ duæ propositiones monstrabun-
tur. Itaque in vtrisque his syllogismis propositio omni a inesse c sumpta indemōstrata (nam aliæ
monstratæ erant) quare si hanc ostenderimus, omnes erunt per inuicem, & circulo monstratæ, si
ergo sumatur omni b inesse c, & omni a inesse b, vtræque propositiones demonstratæ sumītur,
18 & ex necessitate proueniet omni a inesse c, eritque illa demonstrata propositio. Primum
corollarium. Vnde manifestum est in solisijs quę recurrunt & conuertuntur circulo, & per seinui
cem contingere fieri demonstrationes, in alijs autem fiunt quemadmodum in priore libro diges-
19 simus. Secundum corollarium. Accidit etiam & in ijs quę conuertuntur, eo ipso quod demō
stratur vti ad demonstrationem, Nam omni b inesse c & omni a inesse b monstratur (vt paulo an
te visum est) sumpta omni a inesse c, hę autē omni a inest c per easdem propositiones ostenditur
hoc pacto. omni b iest c, & omni a inest b. oī a igitur inest c, vt & paulo supra visum est. quare cō-
clusione & propositione quæ demonstratur in huiusmodi terminis ad demonstrationē vtimur.






Cui nulli a inest b omni inesse




20 Quarta conclusio, In negatiuis autem primę figurę vniuersalibus syllogismis, modo quoque
qui sequitur, circulo, & ex seinuicem monstratur. Esto vt omni c insit b, & nulli b insit a, cōclusio
erit nulli c inesse a. Si igitur rursum concludere oporteat nulli b inesse, quod modo sumebatur,
sumenda erit nulli c inesse a & omni b inesse c (nam sic econuerso sumpta erit propositio) & colli-
getur nulli b inesse a. Si autem concludere oporteat omni c inesse b. non iam consimiliter conuer
tendum nulli b inesse a (nam eadem propositio nulli a inesse b & nulli b inesse a, eiusdemque iudi-
cij neq; maioris ad id efficiendum potestatis) sed sumendum cui a, nulli iest b, omni inesse. Esto vt
nulli c insit a, quę quidem fuit conclusio si cum ea sumatur cui quidem a, nulli b, omni inesse, ex
necessitate vtique colligetur omni c inesse b. quare cum in syllogismo vniuersali negatiuo tria sint
propositiones scilicet duæ, & conclusio vna, vnumquodque conclusio facta est. Et hoc quidem cir
culo cum circulo demonstrare, sit eum qui conclusionem sumit & alteram econuerso propositio-
21 nem, reliquam propositionem syllogisare, Quinta conclusio. In particularibus autem primæ
figurę affirmatiuis syllogismis minime fieri potest, vt vniuersalis propositio per alias circulo de
monstretur, particularis autem potest Quod autem vniuersalis per alias, conclusionem scilicet, &
alteram conuersę prędicationis propositionem demonstrari non potest, perspicuum est. Nam vni
uersale per vniuersalia monstratur, conclusio autem syllogismi particularis, non est vniuersalis,
atqui circulo & ex inuicem, ex conclusione, & altera econuerso propositione monstrare opor-
tet. Non igitur in huiusmodi particularibus syllogismis, circulo monstrari potest vniuersalis. In-
super per alias propositiones conuersa quidem propositione, omnino fieri non pōt syllogismus.
Nā particulares euadunt vtręque propositiones, non igitur per eas contingit circulo quicquam
ostendere. At est particularem circulo ostendere. Ostensum em̄ sit alicui c inesse a per b, hoc pacto
omni b inest a, & alicui c inest b, alicui c igitur inest a, si ergo sumatur omni a inesse b, & cōclu-
sio alicui c inesse a maneat, alicui c inerit b. nam fit prima figura, & medium est a, & particularis
propositio, circulo concluditur hoc pacto omni a inest b, & alicui c inest a, alicui c igitur inest b.


Sylo. datus



Circularis




22 Sexta. Si sit particularis primę figurę negatiuus syllogismus, minime potest quis vniuersalem
propositionē circulo mōstrare, neq; quidē particularē si similiter conuertatur nulli b inesse a, per
assumptiōem aūt conuerso alio modo potest. Vniuersalis enim non monstrabitur propter cau-
sam prius dictam per assumptionem aūt huius, cui alicui, a non inest, illi alicui inest b, monstrabi-
tur particularis, alio aūt modo se habentibus propositionibus vt conuersa nulli b inesse a nulli a
inesse b, non monstrabitur. Nā hunc in modum aliter se habentibus non fit syllogismus, eo quod
particularis quæ cum illa conuersa hoc modo propositione sumitur, negatiua est propositio,




De eadem cyclica circulari ostensione in secunda figura. Cap. VI.

IN secunda autem figura affirmatiuam quidem non est ostendere per
hunc modum, priuatiuam autem est. ergo prædicatiua quidem non ostē
ditur, eo quod non sunt vtræque propositiones affirmatiuæ. nam con-
clusio priuatiua, prædicatiua autem ex vtrisque ostendebatur affirmati-
uis. priuatiua autem sic ostenditur, insit & a, omni b, c autem nulli, conclu
sio quoniam b, nulli c, si ergo sumatur b, omni a inesse & nulli c, necesse est a, nulli c in

Cuicūque alicui nō īesse.fit a,illi alicui,b īesse




enim secunda figura,medium b. Si autem a b priuatiua sumpta sit , altera vero prædicatiua,prima erit figura.nam c quidem,omni a,b autem nulli c.quare b,nulli a,ergo nec a,b.medium c, ergo per conclusionem quidem & vnam propositionem non fit syllogismus,assumpta autem altera erit. ¶Si autem non vniuersalis sit syllogismus, 24
quę in toto quidem est ꝓpositio non ostenditur, propter eandem causam quā quidem diximus & prius, quæ autem in parte , ostenditur quando vniuersalis sit prædicatiua. insit enim a,omni b,c autem non omni,cōclusio b c:si ergo sumatur b,omni a:c autem non omni.conclusio a,alicui c non inerit.medium b. Si autem est vniuersalis priuatiua,nō ostenditur a ꝓpositio , conuersa a b.accidit enim vtrasque aut alteram propositionē fieri negatiuā.quare non erit syllogismus,sed similiter ostendetur quemadmodū & in vniuersalibus sumatur cui b, alicui non inest,a alicui inesse.



Sexti cap.notæ.


Quemadmodum in vniuersalibus.Id in vniuersalibus modis primæ figuræ ostensum est , ꝙ & verum erit tam in vniuersalibus quam particularibus secundæ,cū assumptio affirmatiua fuerit.tametsi prius in vniuersalibus negatiuis dixerie non esse syllogismo,circulo colligēdam affirmatiuam.id enim intelligebatur communi,assuetaque conuersione seruata,prædicatiuoque syllogismo assumptione negatiua, non autem illo modo colligitur,sed adhuc conuersione conclusionis egemus,vt figura ad latus paraphraseos manifestat. 24



PARAPHRASIS CAP.SEXTI.


Sextum cap.conclusiones duæ. Prima conclusio . In secundæ figuræ syllogismis vniuersalibus minime circulo ostendi potest affirmatiua propositio,negatiua autem potest.Non itaque ostenditur affirmatiua,ob id ipsum quod non vtræque ad eam ostendendam essent affirmatiuæ . Nā cōclusio quæ propositio sumitur,negatiua est.atqui affirmatiua ex vtrisque ostendebatur affirmatiuis. At vero negatiua ostenditur circulo.omni enim b insit a,& nulli c insit a,conclusio erit nulli c inesse b. Si igitur sumatur omni a inesse b & nulli c īesse b,ex necessitate euenit nulli c īesse a. Sed si prima propositio a b sumpta sit negatiua & secunda affirmatiua, ostendendo circulo prima efficietur figura . Ve facto secundæ figuræ vniuersali syllogismo hoc pacto,nulli b inest a,& omni c inest a,nulli c igitur inest b.Nam ex seinuicem & circulo ostendēdo sumetur,omni a inesse c,& nulli c inesse b.quare nulli a inerit b.igitur & nulli b inerit a,medium c.Per conclusionem igitur & vnam propositionum, negatiuam scilicet, non fit circularis syllogismus.tamen ecōuerso altera sit.quare in secundæ figurę vniuersalibꝰ syllogismis, affirmatiua propositio non ostenditur circulo,negatiua autem ostenditur. Secunda conclusio. Si autem secundæ figurę syllogismus non sit vniuersalis,ea propositio quæ in toto, & vniuersalis est, non ostenditur circulo,particularis autem ostenditur. Quod sane vniuersalis non ostendatur circulo, idipsum est propter eandem causam quam & prius in pręcedente capite diximus. particularis autem ostenditur,quando propositio vniuersalis fuerit affirmatiua , Nam omni b insit a,& alicui c non insit a,conclusio erit alicui c non inesse b. Si igitur sumatur omni a inesse b , & alicui c nō inesse b,conclusio erit alicui c non inesse a. Si vniuersalis propositio negatiua est, non ostenditur a, c secunda quidem particularis propositio circulo,ex primę a b propositionis conuersione . Nam accidit vtrasque propositiones,aut alteram esse negatiuam. quare non erit ad particularē, quę scilicet erat affirmatiua syllogismus. Sed similiter ostendetur quemadmodum in vniuersalibus,si sumetur cui b,alicui non inest a,alicui inesse. 23 24

Cui nulli, c: illi oī a inesse.b nulli , c: ex conuersione cō clusionis.






Cui nulli , b illi oī a inesse.




¶De cyclica ratioinatione in tertia figura. Cap.VII.

IN tertia autem figura,quādo vtræque propositiones vniuersaliter sumentur,non contingit ostendere per seinuicem propositionem . Nam vniuersalis quidem ostenditur per vniuersalia.in hac autem.conclusio semper est particularis.quare manifestum quoniam omnino non contingit ostendere per hanc figuram vniuersalem propositionem. 25

¶Si aūt hæc quidem vniuersalis sit illa vero particularis quandoque quidem erit.quādoque vero non erit . quando ergo vtræque prædicatiuæ sumantur & vniuersalis sit, ad minorem extremitatem erit,quando vero ad alteram,non erit. Insit enim a,omni c, b autem ,alicui c,conclusio a b. Si ergo sumatur c, oī a inesse conuersa vniuersali, & a inesse b quod erat conclusio. c quidē ostensum est,alicui b inesse, b aūt alicui c : nō est 6




ostensum.quanuis necesse est si c,alicui b,& b alicui c inesse.sed non idem est hoc illi & illud huic inesse, sed assumendum est si hoc alicui illi, & alterum alicui huic hoc autem sumpto iam non fit ex conclusione & altera propositione syllogismus. Si autem b qui dem,omni c,a autem alicui c.erit ostendere a c,quando sumatur c quidem omni b ines se:a autem alicui.nam si c omni b inest,a autem alicui b,necesse est a,alicui c inesse, me dium b: ¶Et cum fuerit hæc prædicatiua quidem,illa vero priuatiua,vniuersalis autē



Cuicūq; alicui b nō iest, illi alicui, a iesse

27 prædicatiua,ostendetur altera. Insit enim b omni c,a autem alicui non insit. conclusio quoniam a,alicui b non inest,si ergo assumatur c,b omni inesse.inerat autem & a: non omni b.necesse est a alicui c non inesse, medium b. ¶Cum autem priuatiua vni-

28 uersalis sit,non ostenditur altera nisi sicut in prioribus,si sumatur cui hoc alicui non in- est,alterum alicui inesse:vt si a nulli c,b autem alicui.conclusio quoniam a alicui b non iest. Si ergo sumatur cui a,alicui nō inest,eidem c alicui inesse,necesse est c, alicui b īes se:aliter autem non est conuertentem vniuersalem propositionem ostendere alteram,




29 nullo enim modo erit syllogismus. ¶Manifestum igitur quoniam in prima quidem fi gura per seinuicem est ostensio,& per primam & per tertiam figurā fit.nam cum præ dicatiua quidem est conclusio per primam,cum autem priuatiua per postremam,sumi tur enim cui hoc nulli.alterum omni inesse. ¶In media autem, cui vniuersalis est quidē

30 syllogismus & per ipsam ,& per primam figuram, & per postremam , cum autem par ticularis & per ipsam & per postremā. ¶In tertia vero per ipsam,omnes.


31 ¶Manifestum etiam quoniam in media & in tertia,qui non per ipsas fiunt syllogismi,

32 aut non sunt secundum eam quæ circulo est ostensionem,aut imperfecti sunt.



Septimi cap.notæ.


28 Syllogismus,syllogismus recte colligens. Cui alicui non inest,cuicunque alicui non inest.





PARAPHRASIS CAP.SEPTIMI.


25 Septimum cap.conclusiones quatuor,corollaria quatuor. Prima conclusio.Quando in tertia figura vtræque propositiones vniuer- saliter sumptæ fuerint,non continget ex seinuicem,& circulo aliquā ostendere propositionem. Nam vniuersalis per vniuersalia ostendi tur.& in hac figura conclusio semper particularis est. Manifestum igi

26 tur est prorsus in hac figura non contingere vniuersalem circulo ostē dere propositionem. propositionibus igitur sic sumptis non cōtin- tingit aliquam circulo ostendere. Secunda conclusio. Si in tertia fi gura propositionum hæc vniuersalis sit,illa vero particularis,quan- doque circulo monstrare licebit, quandoque vero minime id licebit. Si quidem vtræque propositionum sumantur affirmatiuæ & vniuersalis ad minorem adlocetur extremitatem,erit,quando aūt ad maiorem non erit. Nā oī c insit a & alicui c insit b,cōclusio erit alicui b inest a. Si sumatur omni a inesse c conuersa vniuersali,& alicui b inesse a , quod erat con- clusio.monstratum sane hoc syllogismo,alicui b inesse c.sed alicui c inesse b, quod est altera pro- positionū,non est ostensum,tametsi necesse est si alicui b inest c,& alicui c inesse b. sed non est idē circulo colligendo. prædicatum subiecto,& subiectum prædicato inesse.sed assumendū est in vna quidem propositione prædicatum alicui subiecto, & in altera subiectum alicui prædicato inesse. hoc autem sumpto,tum non fit ex conclusione & altera propositione syllogismus, alteram pro- positionem in qua hoc fuit,prædicatum videlicet subiecto insit,colligens. Verū si vniuersale ad minorem collocetur extremitatem,& particulare ad maiorem,vt si omni c insit b,& alicui c insit a,licebit circulo ostendere alicui c inesse a,cum videlicet sumptū fuerit omni b inesse c,& alicui b inesse a. Nam si omni b inest c, & alicui b inest a,alicui c inest a , hoc pacto ratiocinando alicui b inest a,& omni b inest c, alicui igitur c inest a.manifestum est igitur vniuersali ad minus extremū & particulari ad minus,particularem circulo monstrari posse propositionem,posita autem vni- uersali ad maius id non effici.Et id quidem in syllogismis affirmatiuis ostensum est, nunc de par ticularibus negatiuis disserendum. Tertia conclusio.Cum particularium tertiæ figuræ syllo-










Cuicūq; alicui a nō iest, eidē alicui c iēē



27 gismorum altera propositionum affirmatiua fuerit,altera vero negatiua.vniuersali quidem exi- stente affirmatiua, circulo monstrabitur & altera. Omni c enim insit b,& alicui c non insit a, cō- clusio erit alicui b non inesse a.Si igitur assumatur omni b inesse c, & alicui b non inesse a (erat au tem id conclusio)ex necessitate eueniet alicui c non inesse a,medium b. Quarta. Cum autem vni-

28 uersalis negatiua fuerit,non ostenditur altera circulo nisi quemadmodum in prioribus, si videli cet sumatur cui,hoc alicui non inest alterum alicui inesse,vt si nulli c insit a, & alicui c insit b , con-

clusio erit alicui b non inesse a, si ergo sumatur cui a alicui non inest, eidem c alicui inesse, ex ne-
cessitate euenit alicui b inesse c hoc pacto cui a alicui non inest. eidem c alicui inest, alicui autem b
non inest a. alicui, igitur b inest c, quare & alicui c inerit b, aliter autem vniuersalem conuerten-
do propositionẽ, impossibile est circulo mõstrare alterã. Nam nullo pacto fit syllogismus, Pri- 29
mum corollarium. Perspicuum igitur euadit, in primæ figuræ syllogismis circulo, & ex seinuicẽ
ostensionem, & per primam figuram, & tertiam fieri. Nam cum affirmatiua est cõclusio, per pri-
mam, cum autem negatiua, per tertiam cõsumatur. sumitur enim cui hoc nulli, alterum omni in-
esse. Secundum. In secunda autem figura cum vniuersalis quidem fuerit syllogismus, circulo 30
ostendetur, & per ipsam & per primam & per tertiam figuram. quãdo autem particularis & per 31
ipsam & per tertiam. Tertium. Porro in tertia, per ipsam omnes circulo monstrantur. Quar- 32
tum. Manifestum etiam est in secunda & tertia figura eos qui per ipsas non gignuntur, aut non
esse secundum ostensionem circulo & ex seinuicem, aut esse imperfectos.

❡De syllogismo conuersiuo. Cap. VIII.

COnuertere autem est transponentem conclusionem facere syl 33
logismum, quoniam vel extremum medio non inerit vel hoc
postremo. necesse est enim conclusione conuersa, & altera re-
manente propositione, interimi reliquam. nam si erit, & con-
clusio erit, differt autem opposite, aut contrarie conuertere cõ
clusionem. non enim fit idem syllogismus vtrolibet conuersa.
palam autem hoc erit per sequentia. dico autem opponi qui-
dem, omni inesse non omni, & alicui nulli, cõtrarie autem om
ni nulli, & alicui non alicui inesse. ❡Sit enim ostensum a de c, 34
per medium b: si igitur sumatur a, nulli c inesse, omni autem b
nulli c inerit b. & si a quidem nulli c, b autem omni c, a non omni b, & non omnino nul
li. non enim ostendebatur vniuersale per tertiam figuram. omnino autem eam quę est
ad maiorem extremitatem propositionem, non est destruere vniuersaliter per conuer
sionem. semper enim interimitur per tertiam figuram. necesse est enim ad postremam
extremitatem vtrasque sumere propositiones. ❡Et si priuatiuus sit syllogismus, simi
liter ostendatur enim a, nulli c inesse per b. ergo si sumatur a, omni c inesse, nulli autem 35
b nulli c ĩerit b. Et si a & b, omni c, a alicui b, sed nulli inerat. ❡Si autem opposite con-
uertatur conclusio, & alij syllogismi oppositi, & non vniuersales erunt. fit enim altera
propositio particularis. quare conclusio erit particularis. Sit enim prędicatiuus syllogis
us & conuertatur sic, ergo si a, non omni, c b autem omni, b non omni ç. Et si a quidẽ
non omni c, b autem omni a, non omni b. ❡Similiter autem & si priuatiuus sit syl-
logismus. nam si a alicui c inest, b autem nulli. b alicui c non inerit, & non simplici-
ter nulli. & si a quidem, alicui c b autem, omni quemadmodum in principio sumptum
est alicui b inerit: ❡In particularibus autem syllogismis quando opposite conuerti 36
titur cõclusio, interimuntur vtræque propositiones. quando vero contrarie, neutra:
non enim iam accidit quemadmodum in vniuersalibus interimere, deficiente conclu-
sione secundum conuersionem: sed nec omnino interimere. Ostendatur enim a de ali-
quo c per b, ergo si sumatur a, nulli c inesse, b autem alicui c, a alicui b non inerit. & si a,
nulli c, b autem omni, nulli c inerit b. quare interimentur vtræque. Si autem contrarie
cõuertantur, neutra. nam si a alicui c non ĩest, b autem omni, b alicui c non inerit, sed
nondum interimitur quod ex principio. contingit enim alicui inesse, & alicui non ines
se, vniuersali autem sublato a b, omnino non fit syllogismus. Si enim a quidem: alicui c
non inest, b autem alicui inest, neutra propositionum vniuersalis est. Similiter autem
& si priuatiuus sit syllogismus. si enim sumatur a, omni c inesse, interimuntur vtręque.
si autem alicui, neutra. demonstratio autem eadem.

Octaui cap. notæ.


Ex eo quod est conclusionem conuertere, cognoscitur; facile quid syllogismus conuersiuus.
Quid sit conclusionem conuertere, amplius ex notis cap. vndecimi cognoscetur. Oppositę cõ
tradictorię, contrariæ & subcontrarię. Nihil refert apud Aristotelem non alicui & alicui nõ. 31
Nam non alicui semper vtitur tanquam particulari negandi nota, Et extendit nomen contrario-
rum, ad ea etiam quę subcontraria appellari solent a dialecticis,


PARAPHRASIS CAP. OCTAVI.


33 OCtauum Cap. diffinitio vna. concluſiones tres. Diffinitio. Primæ figuræ ſyllogiſmi affirmatiui concluſionem conuertere, eſt cum quiſpiã cõcluſionem tranſponens, in oppoſitumque tranſmutans, ſyllogiſmũ efficit, ſummum medio vel medium imo non ineſſe concludentem. Nam neceſſe eſt concluſione in ſuum conuerſa oppoſitum, & altera manente propoſitione, reliquam interimi. Namque ſi reliqua propoſitio erit, & cõcluſio quoque per primũ ſyllogiſmum erit. ponitur autem ex conuerſione non eſſe. Veruntamen differt oppoſite aut contrarie conuertere concluſionem. Nam non fit idem ſyllogiſmus vtroque conuerſa modo, quod quidem ex ſequentibus euadet perſpicuũ. Et dico oppoſite cõnecti, oĩ ei quod eſt nõ oĩ, & alicui ei quod eſt nulli, cõtrarie vero oĩ ei quod eſt nulli & alicui ei quod eſt alicui non ineſſe. Prima concluſio. Vniuerſalium ſyllogiſmorum primæ fi-
34 guræ concluſione conuerſa in contrariam propoſitionem quæ eſt ad minus extremum vniuerſaliter deſtruimus, quæ autem ad maius eſt, ſolum particulariter. Nam eſto vt monſtratum ſit a de c per medium b hoc pacto, omni b ineſt a, & omni c ineſt b, igitur omni c ineſt a. ſi igitur ſumatur contrarium concluſionis nulli c ineſſe a, & prima propoſitio omni b ineſſe a, colligimus per ſecũdam figuram nulli c ineſſe b, perimitur igitur vniuerſaliter, concluſionis in contrarium conuerſione ea propoſitio quæ ad minorem collocata eſt extremitatem. Et ſi ſumatur nulli c ineſſe a, & omni c ineſſe b, colligitur per tertiam figuram alicui b non ineſſe a, ſed non omnino ac vniuerſaliter nulli b ineſſe. Nam non oſtendi vniuerſale, vniuerſalemque per tertiam figuram concluſionem, demonſtratum eſt, & omnino propoſitio quæ ad maiorem collocatur extremitatem in prima figura, concluſionis in ſuam contrariam conuerſione nequaquam interimenda eſt. Nam ſemper interimitur per tertiam figuram. quandoquidem neceſſarium eſt primam conuerſione interimendo propoſitionem ad poſterius extremum vt medium, vtraſque ſumere propoſitiones. Et ſi ſyllogiſmus ſit vniuerſalis negatiuus ſimiliter. Oſtendatur enim nulli c ineſſe a per mediũ b hoc pacto, nulli b ineſt a, & omni c ineſt b, igitur nulli c ineſt a: ſi ſumatur cõtrarium concluſionis omni c ineſſe a, & nulli b ineſſe a prima propoſitio: & per ſecundã figuram concludimus nulli c ineſſe
35 b. ſecundam ſcilicet quæ ad minus extremum eſt, vniuerſaliter interimendo propoſitionem. Et ſi ſumatur omni c ineſſe a & ſecunda propoſitio omni c ineſſe b. colligimus per tertiam figuram alicui b ineſſe a ſolum particulariter vniuerſalem negatiuam interimendo. nam nulli b inerit a.


Secunda concluſio. Si in primæ figuræ ſyllogiſmis vniuerſalibus concluſio in ſuum oppoſitũ contradictoriumque conuertatur, alii ſyllogiſmi oppoſiti erunt, & non vniuerſales. Quod autem futuri non ſint vniuerſales hoc ideo eſt, quia altera propoſitio ſit particularis. quare & concluſio erit particularis. Eſto igitur vniuerſalis primæ figuræ affirmatiuus ſyllogiſmus. prius datus, omne b eſt a, omne c eſt b, igitur omne c eſt a, cuius concluſio, hoc pacto oppoſite conuertatur. ſi ergo alicui c non inſit a, & omni b ineſt a, per ſecundam figuram alicui c non ineſt b, & ſi alicui c nõ ineſt a, & omni c ineſt b, per tertiam alicui b non ineſt a. Identidem & ſi ſyllogiſmus ſit negatiuus vt dato ſyllogiſmo nulli b ineſt a, omni c ineſt b, nulli c ineſt a. Nam ſi ſumatur alicui c ineſſe a, & nulli b ineſſe a, per ſecundam figuram alicui c non inerit b, at non ſimpliciter nulli. Et ſi alicui c ineſt a, & omni c ineſt b, vt in principio quidem ſumptum eſt, per tertiam alicui b inerit a.


Tertia concluſio. cum particularium primæ figuræ ſyllogiſmorum concluſio in ſuum vertetur
36 contradictorium, vtraque interimitur propoſitionum. cum autem in ſubcontrarium, interimitur neutra concluſione dico conuerſa. Nam ſi ea non conuertitur, deficitque a conuerſione, nõ etiam contingit interimere, haud ſecus ac in vniuerſalibus, & non modo vt in vniuerſalibus, ſed ne omnino quidem contingit quicquam interimere. Nunc autem demonſtretur concluſio, & ſit primo primæ figuræ ſyllogiſmus particularis affirmatiuus, in quo ſcilicet oſtendatur alicui c ineſſe a per medium b: hoc pacto omni b ineſt a, alicui c ineſt b, igitur alicui c ineſt a. ſi ſumatur contradictorium concluſionis ſcilicet nulli c ineſſe a, & ſecunda propoſitio alicui c ineſſe b, per tertiã figuram colligimus alicui b non ineſſe a, ſicque prima interimitur propoſitio. Et rurſus ſi ſumatur nulli c ineſſe a contradictorium concluſionis, & omni b ineſſe a prima propoſitio: colligitur per ſecundã figurã nulli c ineſſe b, ſicque ſecũda interimitẽ propoſitio. quare in particularibus affirmatiuis primæ figuræ ſyllogiſmis ſi concluſio contradictorie conuertitur, vtraque interimitur propoſitio. Verum ſi eiuſdem ſyllogiſmi omni b ineſt a, & alicui c ineſt b: igitur alicui c ineſt a, concluſio ſubcontrariæ conuertatur, ſumaturque alicui c non ineſſe a. & prima propoſitio omni b ineſſe a: colligimus per ſecundam figuram alicui c non ineſſe b, ſubcontrariam ſecundæ propoſitionis. at nõ dũ interimatẽ huiuſmodi ſecũda propoſitio, quæ a principio poſita eſt, quãdoquidẽ cõtigit quippiã alicui ineſſe, & alicui nõ ineſſe. Quod ſi vniuerſalis propoſitio oĩ b ineſſe a interimatur nullus profecto fit ſyllogiſmus. Nã ſi ſumatẽ alicui c nõ ĩeſſe a ſubcõtraria cõcluſiõis, & alicui c ineſſe b, ſecũda propoſitio neutra propoſitionũ erit vniuerſalis, quare nullus aggignetẽ ſyllogiſmus. Et ſimile fuerit iudiciũ ſi ſit primæ figuræ paticularis negatiuus ſyllogiſmus. Nã ſi ſumatẽ cõcluſionis cõtradictoriũ ut omni c ineſſe a, vtræque propoſitionũ interimuntur. ſin autẽ ſumatur ſubcontrarium vt alicui c ineſſe a neutra interimetur eadẽ quæ & ſuperior demonſtratio eſt.









De syllogismo conuersiuo in secunda figura. Cap. IX.



Opposite:aduerbium.


In secunda autem figura eam quidem quæ est ad maiorem extremitatem propositionem,non est interimere contrarie, quo libet modo conuersione facta. semper enim erit conclusio in 37
tertia figura, vniuersalis autem non fuit in hac syllogismus.alteram autem in hac interimemus:similiter conuersione, dico autem similiter si contrarie quidem conuertitur,cõtrarie,si opposite, opposite. Insit enim a,omni b,c autem nulli, conclusio b c.si ergo sumatur b omni c inesse,& a b maneat,a,omni c inerit.fit enim prima figura. Si aũt b omni c,a autẽ nulli c,a nõ omni b.figura postrema. Si autem opposite conuertatur b c.a b quidem similiter ostendetur.a c autem oppositæ.nam si b alicui c,a autem,nulli c,a alicui b non inerit. rursum si b,alicui c,a autem,omni b,a,alicui c.quare oppositus fit syllogismus. Similiter autem ostendetur & si econuerso se habeant propositiones. Si autem particularis est syllogismus,contrarie quidem conuersa conclusione,neutra propositionum interimitur,quẽadmodum nec in prima figura oppositæ autem vtræque. 38

Ponatur enim a,b quidem nulli inesse,c autem alicui,conclusio b c.si igitur ponatur b alicui c inesse & a b maneat,conclusio erit quoniam a,alicui c non inest sed non interimitur quod ex principio.contingit enim alicui inesse & non inesse. Rursum si b alicui c,& a ,alicui c,non erit syllogismus.neutrum enim vniuersale eorum quæ sumpta sunt 80
quare non interimitur a b. Si autem opposite conuertatur, interimuntur vtræque. nã si b oĩ c,a autem nulli b,nulli c,a,erit aũt alicui. Rursum si b,omni c,a autem alicui c,alicui b,a. Eadem autem demonstratio & si vniuersalis sit prædicatiua.

Noni Cap. notæ. 37


Syllogismus oppositus,est qui contradictoriam alicuius propositionem concludit,contrarius autem diceretur,qui colligeret contrariam.

PARAPHRASIS CAP. NONI.




Nonum Cap. conclusiones duæ. Prima conclusio. In syllogismis vniuersalibus secundę figuræ quomodolibet conclusione versa,non contin- 37
git propositionem quæ ad maius extremum collocatur, contrarie interimere,sed eam quæ est ad minus extremum interimere semper valebimus simili conuersione. Dico autem simili conuersione, vt si conclusio contrariæ conuertitur,interimetur contrarie,& si contradictorie,contradictorie. Quod autem ea propositio quę ad maius extremũ collocatur nõ interimatur contrariæ,hoc ideo est quia cum illa interimitur propositio,semper fit conclusio in tertia figura in qua nunquã syllogismus vniuersaliter concludit. Sed vt conclusio lucidius appareat,esto syllogismus vniuersalis secundę figuræ,omne b est a,nullum c est a nullum igitur c,b. si sumatur contrarium conclusionis omne c est b,& maneat omne b est a proposito scilicet quæ est ad maius extremum,colligitur omne c est a contraria alterius propositionis,nam fit prima figura. Et si sumatur idem conclusionis contrarium , omne c est b & nullum c est a altera propositio quę erat ad minus extremum colligitur non omne b esse a oppositum alterius propositionis,nõ autem omne b non esse a illius contrarium,nam fit tertia figura. Et si conclusio omne c non est b opposite contradictorie quæ conuertatur,similiter ostenditur propositio omne b est a quę est ad maius extremum interimi contradictorie. identidem & nullum c est a,alteram,interimi contradictorie. Nam per tertiam figuram si alicui c inest b,& nulli c inest a,alicui b non inerit a. Rursum si alicui c inest b ,& omni b inest a,per primam figuram alicui c inest a,quare conclusione opposite versa semper tũ primæ tum secundæ propositionis oppositus fit syllogismus. Et similis fuerit demonstrandi modus:si syllogismi vniuersalis secundę figuræ propositiones e diuerso se habeant hoc est si prima & quę ad maius est extremũ negatiua sit,secunda autem & quæ ad minus affirmatiua. Secunda conclusio. Si secũdæ figuræ particularis syllogismus fuerit conclusione sub contrarie versa neutra propositionum(vt neque in prima figura) interimi cõuersa aũt cõtra
dictorię,interimũtur vtreq;. Nã esto secũdę figurę particularis syllogism⁹ in quo ponat̃ nulli b inesse a.& alicui c inesse a,colligẽs cõclusionẽ alicui c nõ inest b. si igit̃ cõclusio subcõtrarie vertatur ponaturq; alicui c inesse b,& prima propositio nulli b iesse a maneat,colliget̃ cõclusio per primã figurã alicui c nõ inesse a,sed nõ interimit̃(quę a principio posita est) altera propositio. Nã cõtingit quippiam alicui inesse ,& alicui non inesse. Pręterea si sumatur alicui c inesse b,& maneat alicui c inesse a secũda propositio,nullus erit syllogismus. Nã neutra propositionũ vniuersalis sum- 38







pta est.quare non intermitur prima propositio, nulli b inesse a.conclusione igitur subcontrarie versa,neutra propositionum interimitur,quod est primum. Nunc autem monstrandum secundũ si scilicet opposite conuertatur cõclusio,vtrasque interimi.Nam si opposita, cõtradictoriaque cõclusionis sumatur scilicet omni c inesse b,& prima propositio,nulli b inesse a. per primam figurã nulli c inerit a,quod est oppositum secundę propositionis.Et rursus si sumatur omni c inesse b opposita conclusionis,& alicui c inesse a secunda propositio,per tertiam figuram alicui b inerit a, quod est oppositum primæ propositionis.conuersa igitur conclusione opposite,vtræque propositiones interimuntur.Et eadem fuerit demonstratio si vniuersalis propositio ponatur affirmatiua & particularis negatiua,sicque tota facile liquet conclusio.



❡De syllogismo conuersiuo in tertia figura. Cap.X


39 IN tertia vero figura quando contrarie quidem conuertitur cõclusioine,vtra propositionum interimitur secundum nullum syllogismorum quando autem opposite,vtræque in omnibus Sit enim ostensum a alicui b inesse, medium autem sumptum c,& sint vniuersales propositiões,si ergo sumatur a,alicui b nõ inesse,b autem omni c,non fit syllogismus eius quod est a de c. Neque si a.b alicui nõ inest,c autẽ omni non erit eius quod est b c syllogismus. Similiter autem ostendetur & si non vniuersales sint propositiones.aut enim vtrasque necesse est particulares esse per cõuersionem:aut vniuersalem ad minorem extremitatem fieri.sic autem non fiet syllogismus:nec in prima figura nec in media. Si autem opposite conuertantur propositiones:interimuntur vtræque.nam si a nulli b,b autem omni c,a nulli c. Rursum si a,b quidem nulli,c autem omni b,nulli c. Et si altera non sit vniuersalis,similiter,si enim a,nulli b,b autem.alicui c,a alicui c non inerit. Si autem a,b quidem nulli,c autem omni,nulli,c b.





❡Similiter & in priuatiuis fit syllogismus.ostendatur enim a,alicui b non inesse.sit autem prædicatiua quidem b c a c autem negatiua,sic enim fiebat syllogismus.quãdo igitur contrarium sumitur conclusioni,nõ erit syllogismus.nam si a,alicui b,b autem oi,c, non fit syllogismus eius quod est a & c. Neque si a,alicui b,nulli autem c, non fuit eius quod est b & c syllogismus. quare non interimuntur propositiones.

A syllogi.



❡Quando vero oppositum,interimuntur.nam si a,& omni b.& b omni c.a omni c, sed nulli inerat. Rursum si a,omni b,nulli autem c, b.nulli c,sed omni inerat.

❡Similiter autem monstratur,& si non vniuersales sint propositiones. sit enim a c vniuersalis & priuatiua,altera autem particularis & prædicatiua. ergo si a quidem,omni b b autem.alicui c,a.alicui c accidit.sed nulli inerat. Rursum si a omni b,nulli autem c,& b,nulli c. Si aũt a,alicui b,& b alicui c nõ fiet syllogismus. Neq; si alicui b,& nulli c,nec sic. Quare illo quidem modo interimuntur.sic autem nõ interimuntur propositiones.



40 ❡Manifestum est ergo ex ijs quę dicta sunt quomodo conuersa conclusione,in vnaquaque figura fit syllogismus,& quando cõtrarie propositioni & quando opposite.

41 ❡Et quoniam in prima quidem figura:per mediam & postremam fiunt syllogismi,& quæ quidem ad minorem extremitatem,semper per medium interimitur.quę vero ad

42 maiorem:per postremam. ❡In secunda autem per primam & postremam quæ quidẽ ad minorem extremitatem,semper per primam figuram,quævero ad maiorem,per postremam.

43 ❡In tertia vero,per primam & per mediam,& quę quidem ad maiorem.per primam semper.quæ vero ad minorem,per mediam semper. Quid ergo est conuertere,& quomodo in vnaquaque figura,& quis fit syllogismus,manifestum.


Decimi Cap.notæ.

41 In prima figura sint syllogismi conuersiui:hoc est ad ea quæ syllogismorum similitudinẽ habent in prima figura,non sunt autem. Nam & falsum sumunt & colligunt falsum,& ita cum dicitur in secunda figura & in tertia syllogismos conuersiuos per alias figuras fieri.

PARAPHRASIS CAP. DECIMI.

92 DEcimum Cap.conclusio vna.corollaria quatuor. Conclusio. In nullo syllogismorum tertiæ figuræ,conclusione subcontrarie conuersa:interimitur aliqua propositionum,sed cum opposite conuertitur,in omnibus interimuntur vtræque. Nã sit ostensum alicui b ĩesse a sumpto medio c & vniuersalibus sumptis ꝓpositioni


42 Tertium. Ad secundam autem figuram: fiunt syllogismi conuersiui, & per primam & per ter
tiam figuram sed proprositio quæ ad minus extremum iacet, semper per primam: quæ autẽ ad
maius, semper per tertiam. Quartum. Deinde ad eos qui in tertia fiunt figura: gignentur con
uersi et per primam interimitur figuram, quæ vero ad minus: per secundam semper. Sed quid
43 conclusionem syllogismi conuertere, et quo pacto in vnaquaque figura id fiat, & quisnam syllo-
gismus euadat, dilucidum esse potest.



De syllogismo per impossibile. Cap. XI.

44 Er impossibile autem syllogismus ostenditur quidem: quãdo cõ
tradictio ponitur conclusionis & assumitur altera propositio:
Fit autem in omnibus figuris. simile enim est conuersioni.
45 Veruntamen differt in tantum, quoniam conuertitur quidẽ fa-
cto syllogismo & sumptis vtrisque propositionibus, deducitur
aũt ad impossibile nõ cõfesso opposito prius. sed manifesto quo
niam est verum. Termini vero similiter se habent in vtrisque, &
eadem sumptio vtrorunque. vt si a inest omni b. medium autẽ
c. si supponitur a, non omni. vel nulli b inesse. c vero omni, quod fuit verum: necesse est
c. b aut nulli aut non omni inesse. hoc autem impossibile: quare falsum est quod sup-
positum est, verum ergo oppositum, similiter autem in aliis figuris. quæcunque enim
conuersionem suscipiunt: & per impossibile syllogismum.

A syllogismus.




A syllogismus.

Ergo alia quidem proposita omnia ostenduntur per impossibile in omnibus figuris
vniuersale autem prædicatiuum in media & in tertia monstratur: in prima autem non
46 monstratur. supponatur enim a non omni b aut nulli inesse, & assumatur alia proposi
tio vtrolibet modo siue a, omni inest c siue b. omni d (sic enim erat prima figura) si ergo
supponatur a, non omni b inesse, non fiet syllogismus quomodolibet sumpta proposi-
tione. Si autem nulli b, d quidem assumatur, syllogismus quidem erit falsi, non osten-
ditur autem propositum. nam si a nulli b, b autem omni d: a nulli d. hoc autẽ sit impos-
sibile. falsum igitur est nulli b inesse a. sed non si nulli falsum: omni verum.
Si autem c, assumatur non fit syllogismus, nec quando supponitur non omni b, ines
se a. quare manifestum quoniam omni inesse: non ostẽditur in prima figura per impos
47 sibile. Alicui autem & nulli & non omni ostenditur, Supponatur enim a, nulli b in-
esse, b autem sumptum sit, omni aut alicui c: ergo necesse est a, nulli aut non omni c in-
esse. hoc autem impossibile, sit enim verum & manifestum, quoniam omni c, inest a.
quare si hoc falsum necesse est a, alicui b inesse. Si autem ad a sumatur altera proposi-
tio, non erit syllogismus, neque quando subcontrarium conclusioni supponitur vt ali-
cui non inesse manifestum ergo, quoniam oppositum sumendum est.
Rursum supponatur a, alicui b inesse, sumpti autem sit c, omni a, necesse est igitur c
alicui b inesse. hoc autem sit impossibile. quare falsum quidem suppositum est. si autẽ
sic: verum est nulli inesse. Similiter autem & si priuatiua sumpta sit c a. Si autem ad b
sumpta sit propositio: non erit syllogismus.
Si autem contrarium supponatur, syllogismus erit & impossibile, non tamen osten
ditur quod est propositum. supponatur enim a omni b, & c sumptũ sit omni a. ergo ne
cesse est c, omni b inesse. hoc autem impossibile. quare falsum est omni b, inesse a. sed
nondum erit necessarium, si non omni, nulli inesse. Similiter autem & si ad b sumatur
altera propositio. nam syllogismus quidem erit & impossibile. non interimitur autem
hypothesis. quare oppositum supponendum. Ad ostendendum autem non omni b
inesse a, supponendum omni inesse. nam si a, omni b, & c omni a, omni b, inerit c. si er-
go hoc ĩpossibile falsum ꝙ suppositũ est. similiter aũt & si ad b, sumpta sit altera pro
positio. Et si priuatiua sit c a, similiter. nam & sic fit syllogismus. Si autem ad b sum-
pta sit priuatiua, nihil ostenditur. Si autẽ non omni c alicui inesse supponatur nõ ostẽ-
ditur, quoniam non omni sed quoniam, nulli. si enim a alicui b, c autem, omnia alicui b
inerit c. si ergo hoc impossibile, falsum est alicui b, inesse a. quare verum, nulli, hoc aũt
ostenso, interimitur verum. nam a alicui quidem b inerat, alicui vero non inerat.
Amplius autem non tam propter hypothesim accidit impossibile, falsa enim erit si qui
dem exveris non est falsum syllogisare, nunc autem est vera, inest enim a alicui b quare


nõ supponendum alicui inesse:sed oi. Similiter aũt & si alicui b non inest a ostendere-
mus. si enim idem est alicui non inesse & non omni inesse:eadem in vtrisque demon-
stratio. ℭ Manifestum ergo quoniam non contrarium:sed oppositum supponendum
in omnibus syllogismis, sic enim necessarium erit & axioma probabile. nam si de om-
ni vel affirmatio vel negatio, ostenso quoniam non negatio, necesse est affirmationem
veram esse, rursum si non ponant veram esse affirmationem, constat, veram esse nega
tionem contrarium vero:neutro modo contingit ratũ facere. neque enim necessarium 48
si nulli falsum:omni verum. neque probabile vt si alterum falsum quoniam alterũ ve
rum. Manifestum ergo quoniam in prima figura alia quidem proposita omnia osten-
duntur per impossibile:vniuersale autem affirmatiuum non ostenditur.

· Vndecimi Cap. notæ.

Nondum completa est diffinitio, sed ex differentiis agnoscetur cõpleta, quæ hoc pacto debe-
ret cõpleri. Ostenditur syllogismus per impossibile, quando contradictoria conclusionis assumi- 44
tur & altera propositionum, nota (inquam) confessaque & colligitur quod manifestum, indubita
tumque impossibile est. quam ob rem propositionum alteram destruimus. quare eius contradi-
ctoriam per principium contradictoriarum verum esse astruimus quæ ex hypothesi data erat fal
sa. sed id ex numeris. lix. &. lx. Et quomodo syllogismus ostenditur per impossibile, ita quoq;
& oratio nõdũ facto syllogismo, quod plerunque fit in disciplinis cum disciplinę gratia, quicq̃
falsum ponitur q̧ deducendo ad impossibile (vt cum ad principii oppositum, aut alicuius ex prĩ
cipio cogniti deducimus) postea verũ, necessariũq; esse fateri cõpellimus, & huiusmodi demõstra
tio, ducens ad incommodum, atque impossibile appellatur. Sed quęres quomodo ostendetur per
impossibile quispiam esse syllogismus: hoc pacto. Nam si dubitat hic esse syllogismum omni c in
est a, omni b inest c, omni b inest a, id ideo est quia dubitat possibile esse propositiones veras esse
& conclusionem falsam. Esto ita si possibile est: & sit vera non omni b inest a. tunc hoc pacto ra-



tiocinatur. Omni c inest a, & non omni b inest a. igitur per secundam figuram non omni b inest
c. id autem impossibile. Nam confessum est verum, omni b inesse c. quare non omni b inest a (qd'
suppositum est) falsum est. Oppositum igitur eius scilicet omni b inesse a, verum non igitur pro-
positiones veræ erant, conclusione falsa, & cum simili argumẽtatione propositionibus veris sem
per agnoscamus connexionem oportere esse veram, manifestum est dictam argumentationẽ esse
in qua quibusdam positis, aliud quiddam ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt, & per diffini- 45
tionem syllogismi, colligimus esse syllogismum. Conuertimus conclusionem, quando conclu-
sio cognoscitur falsa, & eius contrarium, aut contradictorium verum & altera propositionũ co-



gnoscitur vera, & interimimus alteram propositionem colligẽdo interdum contrariam, interdũ
oppositam, contradictoriamque, & hęc sane argumentatio, syllogismus est (nam ex quibusdã po
sitis atque confessis, ob illa ipsi aliud quippiam accidit) & syllogismus conuersiuus, nam ex oppo
sita vera in qua cõclusio falsa cõuersa erat, cũ altera quæ cõfessa & indubitata propositio est, pro
cedit. Id autem cuius conclusio conuertitur, syllogismus non erat tametsi figuram & similitudi-
nem syllogismi haberet. Vides igitur quod nunquam dicitur conuerti conclusio, nisi fiat syllo-
gismus & sumantur duæ propositiones scilicet opposita conclusionis & altera propositio.
Vides etiam quonam pacto cum syllogismus fit conuersiuus, semper conclusionis oppositum ve
rum confitetur, sed cum aliquem syllogismum ostendimus per impossibile, id oppositum quod
verum est non est confessum, sed manifestatur esse verum sumendo eius oppositũ cum altera pro
positione, quę vera haud cunctanter cognoscitur, non tamen fit syllogismus simpliciter, sed solũ
ex hypothesi, neque duæ sumptæ sunt propositiones, neque conclusionis cõfessum, concessumq;
est oppositum, & in hoc differt syllogismus per impossibile ostensus, a syllogismo cõuersiue ostẽ
so. quod in conuersiue ostenso oppositum verum præconceditur illic vero non pręconceditur,
sed fit manifestum esse verum ducendo ad impossibile. Et syllogismi per impossibile ostensi &
syllogismi conuersiui, iidem sunt et termini, et eędem propositionum sumptiones et ducendo ad
impossibile. pariter ostenditur fuisse syllogismus, et manifestatur hypothesios oppositum esse ve
rum. Vnde euenit vt prius facto syllogismo, ostendamus per impossibile, sed non facientes syllo
gismum, sed quod habet syllogismi et similitudinem et figuram, conuertamus vero nullo prius
facto syllogismo, sed aliquo figuram syllogismi habente similem, at facimus conuertendo syllo
gismum. Et longe aliter est quam de hac materia recentiores dialectici sensere. Ex his litera Aristo
telis euadere potest dilucidior, apertiorque, et ex subiecta figu

Secunda figura, non syllogismus		Conuersiuus syllogismus
Nota	Omni c inest a vera	Omni c inest a, vera, nota
Ignota	Alicui b non inest a falsa	Omni b inest c, oppo. cõ. præconcessum.
Nota	Alicui b non inest c falsa	Omni b inest a. facta nota

Ignotus syllogismus qui per impossibile ostenditur. Secunda figura, syllogismus ad impossibile deducens non simpliciter syllogismus.


Nota	Omni c inest a	vera	Omni c inest a. vera nota
Nota	Omni b inest c	vera	Alicui b, non inest a. oppositū quod supponitur
Ignota	O b inest a. op. sub.	vera	Alicui b non inest c nota falsa

46 ☞ Aliquod problema aliquamve conclusionem monstrari per impossibile in aliqua figura, est eius oppositum propositionem aut assumptionem apte præsumi posse in syllogismo ad impossibile, quę quidem ob illius oppositi interemptionem per principium contradictoriorum vera esse dinoscatur. Syllogismus falsi, qui conclusionem colligit falsam. Quo fit, vt omnis syllogismus ad impossibile, syllogismus sit falsi, at non contra. Syllogismus, syllogismus directus, recteque colligens. Manifestum igitur est. nam pauloante monstrauit vniuersalem non monstrari per impossibile supposito cōtrario, & si tunc fieret syllogismus falsi. & hic ostendit supposito subcōtrario idē fieri non posse, & de negatiuis vt & de affirmatiuis idem & simile est iudicium, relinquitur igitur sumendum esse cōtradictoriū. Verū alicui forte videbitur ad ostendendum per impossibile particulare affirmatiuum, particulare negatiuum esse supponendum. quia assumpta cum ea propositiōe fiet syllogismus falsi & impossibile, & hypothesi interēpta, sufficienter astruere propositū. nā si vnum subcontrarium falsum est, continuo alterum verum esse necesse est, alioqui duæ contrariæ simul verę quod impossibile est. Verum quamuis ita videatur, minime tamen sufficit subcontrarium supponere. nam tametsi fiat interdum syllogismus falsi, nulla autem necessitas est (primis propositionibus admissis) ex suppositi subcontrario & altera propositionum, secundum syllogismum falsi esse & impossibilis quod notum esse oportet in syllogismo ad impossibile, non enim oportet si agnoscam omni b inesse a & alicui c inesse b, & dubitē alicui c inesse a immo suppon alicui c inesse a, syllogismum esse ad falsum & impossibile, omni b inest a, & alicui c non inest a, igitur alicui c non inest b, stare enim simul possunt alicui c inesse b, & alicui c non inesse b. Et ita si supponeretur particulare affirmatiuum ad ostendendum particulare negatiuū. Et primus & secūdum modus tertię figuræ in præiudicio esse non possunt, quia ex supposito subcontrario cum altera propositione, non fit syllogismus.


PARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.

VNdecimum Cap. diffinitio vna, non tota simul expressa, conclusiones tres, corollarium vnum.
44 ☞ Diffinitio. Ostenditur quispiam syllogismus per impossibile, quando contradictoria conclusionis assumitur & altera propositio. Prima conclusio. Ostenditur syllogismus per impossibile in omnibus figuris. Nam id conuersioni conclusio-
45 nis simile est. conuertitur autem in omni figura. Veruntamen id tantillū refert, quia conuersio est, cum prouenit syllogismus sumptis duabus propositionibus, ostenditur autē deducēdo ad impossibile nō cōcesso eo q prius oppositū est, sed ea deductione quæ ad impossibile ipsum oppositum assumptæ scilicet hypotheseos verū esse, fit manifestū & in vtrisq; syllogismo scilicet cōuersiuo & syllogismo qui ostenditur per impossibile, termini similiter sese habēt, & similis est propositionū sumptio. vt si a inest oī b per mediū c syllogism⁹ oī c inesse a, oī b inesse c, igitur oī b inesse a, ostenditur per impossibile si supponatur nō oī b inesse a, coassumpto omni c inesse a q præcōcessum fuerit verum ex necessitate colligitur nō oī b inesse c. q sit impossibile. quare falsum non omni b inesse a q suppositum est. verū igit eius oppositū oī b inesse a. Et eodē modo deducatur si alicui b insit a per mediū c, supponendo nulli b inesse a. Et quemadmodū hic in prima syllogismus ostensus est per impossibile, similiter ostenduntur & in aliis figuris, nam quicunque syllogismi cōuersionem admittunt cōuersiuiq; sunt iidē & per impossibibile ostendi possunt
☞ Secūda. Oīa alia problemata, id est vniuersale negatiuū particulare affirmatiuū & particulare
46 negatiuū in oībus figuris ostenduntur per impossibile vniuersale autem affirmatiuum in secunda, & tertia ad impossibile deducitur, in prima autem non deducitur. Nunc autem ostēdatur vniuersale affirmatiuum non hoc pacto ostendi in prima figura. Nā sit ostēdenda vera esse deducēdo ad impossibile vniuersalis affirmatiua omni b inest a, & supponatur alicui b non inesse a, aut nulli b inesse a, & assumatur alia propositio vtrolibet (idest ad maius extremum vt omni a inesse c. aut ad minus extremum vt omni d inesse b) sic enim fuerit prima figura. Si igitur supponatur, primo alicui b non inesse a, vtrolibet propositione, seu ad maius seu ad minus extremum sumpta non fit syllogismus. nā particulari sumpta propositione, nullus fit primę figurę syllogismus quare illa vniuersalis affirmatiua, minime ostendetur deducendo ad impossibile in prima figura Si autem secundo supponatur nulli b inesse a, & sumatur propositio omni d inesse b ad minus extremum syllogismus quidem erit falsi, sed non ostenditur propositum. Nam si nulli b inest a, & omni d inest b nulli d inest a sit autem hoc impossibile falsum igitur erit nulli b inesse a. sed non oportet si falsum est nulli b inesse a, continuo verum esse oī b inesse a. At si supposito nulli b inesse a sumatur propositio ad maius extremum oī a inesse c, nō fit syllogismus, vt neque si sup-


Vtraq; propositiōe vere




accidit q sit syllo. falsi.





Vtraq; propositiōe vera.




accidit esse syllo. falsi.










Asyllogismi



Syllo. falsi











ponaẽ alicuĩ b non inesse a.perspicuū igitur est,quoniā omni inesse ,hoc est vniuersalis affirmatiua,nō ostēditur in prima figura deductione ad impossibile. Tertia conclusio.Sed in prima figura & alicui inesse & nulli,& alicui non(hoc est particularis affirmatiua,& tā vniuersalis quam particularis negatiua)per impossibile ostenditur.Alicui quidem,vt alicui b inesse a.Nam supponatur nulli b inesse a,& sumatur aut omni aut alicui c inesse b,ergo ex necessitate in prima figura prouenit aut nulli aut nō oī c inesse a.id autem sit impossibile . Nam verum sit & manifestum oī c inesse a falsum igitur nulli b iesse a q̄ supponebaẽ,quare si id falsum,vt igitur alicui b insit a necesse est.cognoscitur igiẽ particularis affirmatiua in prima deducendo ad impossibile.Et id quidē quando sumiẽ ꝓpositio ad minus extremum.si autem ad maius extremū altera sumatur nullus erit primæ figurę syllogismus.nam ad minus extremum ponetur negatiua , neque etiam fiet syllogismus quando supponetur affirmatiuę particularis ostendēdæ subcontrarium , vt alicui b nō inesse a.nam propositione particulari negatiua nullus fit primę figurę syllogismus.Manifestū igitur est ad aliquid ostendendum per impossibile supponendum esse suppositum.atque contradictorium. Rursus nulli inesse in prima figura per impossibile monstratur vt nulli b inesse a, si supponatur alicui b inesse a & sumatur omni a inesse c,necesse est igitur per primam figuram alicui b inesse c.Hoc aūt sit impossibile,quare falsum suppositum alicui b inesse a,q̄ si ita fuerit,verum igitur nulli b inesse a.Et simile fuerit si sumatur negatiua nulli a inesse c supponatur aūt vt prius alicui b inesse a,colligitur ex necessitate alicui b nō inesse c,quod sit impossibile ex quo suppositum alicui b inesse a sit falsum.verū igiẽ nulli b inesse a.at vero si ad b hoc est minus extremū sumatur propositio,non erit syllogismus.nam ad maius extremum in prima figura adiicieẽ particularis. Si aūt vniuersalis negatiuæ per impossibile monstrandæ supponatur contrariū, nihil prohibet syllogismum falsi esse,& per impossibile,non tamen ostenditur propositum. Nam supponatur oī b inesse a contrariū scilicet huius nulli b inest a,& sumatur oī a inesse c,ergo ex necessitate euenit oī b inesse c. hoc autem sit impossibile quare falsum oī b inesse a suppositū:sed nō dū necessariū fuerit,si nō oī b inesi a,verū esse nulli b inesse a.Simile fuerit si cū cōtraria hypothesi sumatur altera propositio ad b minus scilicet extremū,erit quidē syllogismus falsi & impossibile,sed nō sufficiēs interimiẽ hypothesis ad astruēdū propositū quare oppositū supponēdū, nō aūt cōtrariū. Ad ostēdendū per impossibile in prima figura particulare negatiuū vt nō oī b, inesse a,supponēdū est oppositū,vt oī b inesse a.Nā si oī b inest a,& oī a inest c,per primā figurā oī b inerit c.quare si hoc ĩpossibile & falsum suppositū,verū erit propositū Et simile fuerit si propositio ad minus extremū sumpta sit.& etiam si vniuersalis negatiua fuerit ad maius extremum vt nulli a inesse c,idē valuerit.si autē ea vniuersalis negatiua ad minus extremū sumaẽ,nihil ostendeẽ.nā nō fiet syllogismus,Si aūt nō oī(id est si nō vniuersalis opposita) supponaẽ sed alicui inesse hoc est subcontraria negatiuæ per impossibile mōstrādæ,non ostēditur per impossibile particularis negatiua vt nō omni inesse,sed apte ostendiẽ nulli inesse.Nā si alicui b inest a,& oī a inest c per primā figurā alicui b inerit c si igitur hoc impossibile,falsum alicui b inesse a.quare nulli b inesse a verum hoc autem nulli b inesse a ostenso vero cointerimitur verum,vt alicui b inesse a si aliquod b fuit a & aliquod b non fuit a,non igitur sumēdū est subcōtrarium.Insuper autem si alicui b inest a,& alicui nō ĩest,nō propter hypothesin accidit impossibile si nō est ex veris falsum syllogisare.non est autem falsum syllogisare ex veris,nunc autem hypothesis est vera,nam alicui b inest a.non igitur ad particularem negatiuā per impossibile mōstrandā,supponendū subcontrariū, vt alicui inesse,sed oppositū oī inesse,scilicet vniuersale negatiuū.Similiter aūt ostenderemus si alicui b non inest a.nā si idē alicui b non inesse a & nō omni b inse a,eadē est in vtrisque demonstratio,atqui idem est alicui c nō inesse a,& nō oī b inesse a similiter igiẽ alicui b nō inesse a,ostenderet. Corollariū. Vnde fit manifestum nō cōtrariū sed cōtradictoriū in omnibus in prima fi- 48
gura ad ĩpossibile syllogismis esse supponēdū.Nā sic supponendo,necessaria & ꝓbabilis erit dignitas ad efficiēdū propositum.Nā si de oī affirmatio vel negatio vera,cū ostēsa fuerit negatio falsa,per id prĩcipiū & dignitatē cognosceẽ oportere affirmationē verā esse,& rursum si affirmationē falsam esse posuerit probabilē & verā esse negationē existimare oportere.Cōtrariū aūt supponēdo,neutro modo cōsentaneū est existimare.Nā minime necessariū est,si falsum est nulli inesse,cōtinuo verū esse neque cōsentaneū & probabile,si oī inesse alterū falsum est,& alterū scilicet nulli inesse verum esse.Euasit igitur perspicuum cætera problemata in prima figura per impossibile monstrari solū autem vniuersale affirmatiuum ,hoc pacto non monstrari.




Ad impo. Asyllo.




Falsi. Falsi.






De syllogismo per impossibile in secunda figura Cap. XII.

IN media aūt figura & postrema & hoc ostēditur,ponatur enim a nō omni
b inesse.sumptū sit aūt oī c,inesse a.ergo si b quidē nō oī, inest a,c aūt oī, 49
nō omni b,inest c,hoc aūt impossibile.sit enim manifestū q̄m oī b inest c ,
quare falsum qđ suppositū est. verū est ergo oī inesse. Si aūt contrarium supponatur syllogismus quidem erit ad impossibile , non tamen ostēditur quod propositum est,si enim a,nulli b,omni autem c,nulli b,c hoc aūt impossibile, quare falsum



50 est: nulli inesse. sed non si hoc falsum, verum omni. ¶ Quando autem alicui b inest a;
supponatur a, nulli b inesse, c autem omni insit, necesse est ergo c, nulli b inesse. quare
si hoc impossibile, necesse est a, alicui b inesse. Si autem supponatur alicui non inesse,
51 eadem erunt quæ in prima figura. ¶ Rursum supponatur a, alicui b inesse, e autē nul
52 li insit, necesse est igitur c: alicui b non inesse, sed omni inerat. quare falsum quod sup-
positum est, nulli ergo b inerit a. ¶ Quando autem non omni b inest a, supponatur
omni inesse, e autem nulli, necesse est ergo c, nulli b inesse, hoc autem impossibile. qua
re verum est non omni inesse. Manifestum ergo, quoniam omnes syllogismi fiūt per
mediam figuram.

Per impossibile.




Duodecimi cap. notæ.


Superioris capititis notæ, huic intelligendo sufficere possunt cum aduertentia figurarum ad latus paraphraseos adiectarum,


PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

Syllogismus falsi




Dvodecimum cap. conclusiones quatuor. Prima conclusio. Vniuersalis affirmati-
49 ua ostenditur per impossibile in secunda figura supponendo oppositum, non au-
tem contrarium. Omne problema per impossibile monstrari in secunda & tertia
ostendendum. Et primum id in secunda figura efficiendum. dico igitur primo vni
uersalem affirmatiuam, vt omni b inesse a, per impossibile ostendi in secunda figu-
ra, supponendo eius oppositum. Nam supponatur non omni b inesse a, & sumatur omni c inesse
a. ergo si non omni b inest a, & omni c inest a, per secundam figuram non omni b inest c, id autē
sit impossibile, Nā sit manifestum sit omni b inesse c. quare falsum, non omni b inesse a quod sup
ponebatur. verum igitur propositum omni b inesse a. Sed si contrarium supponatur, syllogismū
quidem falsi & per impossibile fieri nihil prohibet, non tamen ostendetur propositum. Nam si
supponatur nulli b inesse a propositæ vniuersalis affirmatiuæ contrarium, & sumatur omni c in
esse a per secundam figuram nulli b inerit c. hoc autem sit impossibile. quare suppositum nulli b
50 inesse a falsum. attamen non oportet si hoc falsum sit, continuo verum esse omni b inesse a Secun
da conclusio. Particularis affirmatiua identidem monstratur per impossibile in secunda figura
supponendo eius oppositum. Vt quando alicui b inest a, & id per impossibile in secunda figura
monstrandum, supponatur nulli b inesse a, & sumatur omni c inesse a, necesse est igitur nulli b in
51 esse c. quare si hoc sit impossibile, & quod suppositum est, falsum alicui b inesse a necesse est, Si autē
alicui b nō inesse a subcontrarium propositę particularis affirmatiuæ supponatur eadē quæ in
prima figura cum subcontrarium supponebatur, euenient. non igitur subcontrariū supponen-
dum. Tertia conclusio. Vniuersalis negatiua supponendo eius oppositum, nō minus per im-
52 possibile ostendetur in secunda figura, vt rursum nulli b insit a & supponatur alicui b non ines-
se a &, sumatur nulli c inesse a, necesse erit igitur alicui b non inesse c sed omni infuerit. quare fal-
sum sit, suppositum alicui b inesse a, verum igitur propositum, nulli b inesse a. Quarta Quā
do particularis negatiua proponetur, vt cum non omni b inest a, simili modo contradictoria sup
posita per impossibile in secunda figura ostenditur. Hac itaque particulari negatiua proposita,
supponatur oī b inesse a, & sumatur nulli inesse a, necesse est igitur per secundā figurā nulli b ines
se c, hoc aūt sit impossibile. & suppositū falsum, quare non oī b inesse a propositū verum. manife
stum igitur est omnium problematum, ad impossibile syllogismos in secunda figura fieri.






¶ De ostensione per impossibile in tertia figura. Cap. XIII.

Similiter autem & per vltimam. ponatur enim a: alicui b non ines
53 se, c autem omni b, ergo a, alicui c non inerit. si ergo hoc impossi-
bile, falsum alicui non inesse. quare verum est omni. Si vero sup-
ponatur nulli inesse, syllogismus quidem erit & impossibile, non
ostenditur autem quod propositum est. si enim contrarium sup-
ponatur, eadem erunt quę in prioribus. ¶ Sed ad ostēdendum
alicui inesse, eadem sumenda est hypothesis. nam si a nulli b, c au-
tem alicui b, a non omni c, si ergo hoc falsum, verum est a, alicui b
54 inesse. ¶ Quando autem nulli b, inest a, supponatur alicui inesse, sumptum sit autē &
c: oī b inesse, ergo necesse est a, alicui c inesse. sed nulli inerat. quare falsum est alicui b,
inesse a. Si autem supponatur omni b inesse a, non ostenditur propositum, sed ad ostē
dendum non omni inesse, eadem sumenda hypothesis. nam si a, omni b, & c alicui b, a
inest alicui c. hoc autem non fuit, quare falsum est omni inesse. si autem sic, verum non
omni. ¶ Si autem supponatur alicui inesse, eadem erunt quæ & in ijs quæ prius di-



t



cta sunt. ¶Manifestum ergo quoniam in omnibus per imposibile syllogismis, oppo 56
situm supponēdum. ¶Palam autem & quoniam in media figura ostenditur quodam 57
modo affirmatiuū, & in postrema vniuersale. 58

Decimitertij cap. notæ.

Omne problema vniuersale affirmatiuum, vniuersale negatiuum, particulare affirmatiuum,
particulare negatiuum. Cætera ex notis superiorum. 53

PARAPHRASIS CAP. DECIMITERTII.

DEcimumtertium cap. conclusiones quatuor, corollaria duo. Prima conclusio,
Simili modo omne problema, per impossibile ostenditur in tertia figura. Et pri- 53
mo de vniuersali enunciatione proposita affirmatiua, id ostendatur. Vt sit pro-
posita omni b inesse a, supponatur non omni b inesse a eius oppositum, & su
matur omni b inesse c, per tertiam igitur figuram alicui c non inerit a. si igitur
hoc impossibile falsum suppositum nō omni b inesse a, verum igitur eius oppo
situm omni b inesse a, quod quidem erat propositum. Et si supponatur contrarium vt nulli b in-
esse a, erit quidem & syllogismus falsi, & impossibile, sed non ostenditur propositum. Nam si sup
ponatur contrarium, eadem quæ in superioribus erunt. illa autem (fieri inquam syllogismum fal
si, & impossibile, & non ostendi propositum) in superioribus fiebant. Secunda conclusio. Cæ
terum ad particularem affirmatiuam in tertia figura per impossibile monstrandam, eadem (op 54
posita scilicet) sumenda est hypothesis. Vt si alicui b inest a, sumenda hypothesis nulli b inesse a.
nam si supponatur nulli b inesse a, & sumatur alicui b inesse c, per tertiam figuram alicui c non
inerit a, si igitur hoc falsum. quare & suppositum falsum, verum erit alicui b inesse a eius oppo-
situm, & propositum. Tertia conclusio. Quando proponitur vniuersalis negatiua vt nulli b 55
inesse a simili modo in tertia figura per impossibile monstratur si eius oppositum supponatur.
Vt quando proponitur nulli b inesse a, supponatur alicui b inesse a, & sumatur omni b inesse c,
ergo per tertiam figuram necesse est alicui c inesse a, sed nulli c insuerit a. quare falsum sit suppo-
situm alicui b inesse a, verum igitur nulli b inesse a propositum. At vero si propositæ vniuersa-
vniuersalis negatiuę contrarium omni b inesse a supponatur, non ostenditur peoppsitum. sed ad
ostendendum non omni b inesse a particulare negatiuum, illa sumenda esset hypothesis. Nam si
omni b inest a, & alicui b inest c, per tertiam figuram alicui c inest a. hoc autem nequaquam ita
fuerit, quare falsum omni b inesse a, apte igitur colligitur verum esse non omni b inesse a, non 56
autem esse verum, nulli b inesse a. Quarta conclusio. Particularis negatiua. identidem per im- 57
possibile in hac figura monstratur supposita contradictoria. id vt in precedentibus ostenditur. 58
Si autem subcontrarium supponatur, eadem erunt, quę & in prioribus fuere. Primum corol
larium. Perspicuum igitur est in omnibus per impossibile syllogismis, cuiuscūque figurę fine, sup
ponendum esse oppositum. Secundum corollariū, Perpalam etiam est affirmatiuum quoquo
pacto in secunda figura ostendi, & vniuersale in tertia. nam per impossibile.


¶Quo iusta, & quæ ad imposibile ducit demonstratio differant. Cap. XIIII.

DIffert autem quæ ad imposibile demonstratio ab ea quæ est 59
ostensiua, eo quod ponat quod vult interimere, deducens ad cō
fessū falsum, ostensiua autem incipit a confessis positionibus 60
veris. ¶Sumunt ergo vtręque duas propositiones confessas,
sed hæc quidem ex quibus est syllogismus, illa vero vnam qui
dem harum, altera vero contradictionem conclusionis. ¶Et
hinc quidem non necesse est notam esse conclusionem, neque 61
prius opinari quoniam est, aut non est, illinc vero necesse est
quoniam non est. Differt autem nihil affirmatiuam vel nega-
tiuam esse conclusionem, sed similiter se habet in vtrisque. Omnis enim quæ ostensi-
ue cōcluditur, & per imposibile monstrabitur & quę per imposibile, ostensiue. & per
eosdem terminos, non autem in eisdem figuris. ¶Nam quando per imposibile syllo-
gismus fit in prima figura, quod verum est, in media erit aut in postrema, priuatiuum 62
quidē in media. pędicatiuum autem in postrema, quādo autē syllogismus in media fit.
quod verum est, erit in prima figura in omnibus propositionibus. quando autē in po-
strema syllogismus, ꝙ verū est, erit in prima & in media affirmatiua quidem in prima,
priuatiua aūt in media. sit em̄ ostensum a, nulli aūt non omni b per primā figurā, ergo
hypothesis quidē erat alicui b, inesse a, c autē sumebatur, a quidem omni inesse, b aūt

nulli.sic enim fiebat syllogismus ad impossibile.hoc autem media figura si c, a quidem
omni,b autem nulli inest,& manifestum ex his quoniam nulli b,inest a. Similiter autē
& si non omni ostensum sit inesse.nam hypothesis quidem est omni b, a inesse:c autē,
sumebatur a quidem omni, b autem non omni. & si priuatiua sit sumpta c a. similiter
etenim sic fit in media figura. ¶ Rursum sit ostensum alicui b, inesse a. ergo hypothe-
sis quidem est nulli inesse,b autem sumebatur omni c inesse, & a vel omni vel alicui c.
sic enim erit impossibile,hoc autem postrema figura,si a & b,omni c,& manifestum ex
his quia necesse est a,alicui b inesse, similiter autem & si alicui c, sumatur inesse ,b vel
a. ¶ Rursum in media figura ostensum sit a,omni b inesse,ergo hypothesis quidē fuit
non oī b inesse a.sumptū est aūt a omni c,& c omni b.sic enim erit impossibile.hoc au-
tem prima figura,si a omni c,& c omni b. ¶ Similiter autem & si ostensum sit alicui in
esse.nam hypo,hesis quidem fuit,nulli b,īesse a.sumptum est autem a, omni c, & c ali
cui b.Si autem priuatiuus sit syllogismus,hypothesis quidem a,alicui b inesse. sumptū
est autem a,nulli c,& c omni b,quare fit prima figura. ¶ Et si non vniuersalis sit syllo-
gismus,sed a,alicui b ostensum sit nō inesse similiter.nam hypothesis quidem omni b,
inesse a,sumptum est autem a nulli c,& c alicui b,sic enim prima figura. ¶ Rursum in
tertia figura ostensum sit a,inesse omni b,ergo hypothesis quidem fuit non omni b in-
esse a. sumptū est autem c omni b,& a omni c.sic enim erit impossibile,hoc autem pri
ma figura. ¶ Similiter autem & si in aliquo sit demonstratio. nam hypothesis quidem
erit nulli b,inesse a,sumptum est autem c alicui b,& a omni c. ¶ Si autem priuatiuus
sit syllogismus,hypothesis quidem a,alicui b inesse.sumptum est autem c,a quidē nul-
li,b autem omni,hoc autem media figura. Similiter autem & si non vniuersalis sit de-
monstratio:nam hypothesis quidem erit omni b,inesse a,sumptum est autem c, a qui-
dem nulli,b autem alicui,hoc autem media figura. ¶ Manifestum ergo quoniam per
63 eosdem terminos, & ostensiue est & demonstrare vnumquodque propositum, & per
64 impossibile. ¶ Similiter autem erit,& cum sint ostensiui syllogismi, ad impossibile de-
ducere in terminis sumptis,quando opposita propositio conclusioni sumpta fuerit, nā
fiunt idē syllogismi iis:qui sunt per cōuersionem.quare statim habemus & figuras per
65 quas vnūquodq; erit. ¶ Palam ergo qm̄ omne propositū ostēditur per vtrosque mo
dos,& per impossibile & ostensiue,& non contingit separari alterum ab altero.


Decimiquarti cap.notæ.

Demonstratio ostensiua(quæ & iusta & assertoria dicitur)ea est, quæ ex notis & manifestis,
59 veram esse conclusionem ostendit. Ad impossibile vero ea est,quæ ratione ad impossibilevtitur,
60 & tandem id quod intendit manifestet. Demonstratio ostensiua,duas sumit propositiōes, ex qui
bus est syllogismus absolute,nam veras. Demonstratio autem ad impossibile, vnam solam earū
ex quibus est absolute syllogismus, nam vnam confessam indubitatamqueveram alteram autem
sumit propositi contradictoriam, quæ falsa est, ex qua simpliciter & absolute non fit syllogis-
61 mus.sed ex hypothesi & suppositione,supponendo scilicet agnoscendi verbi gratia eam esse verā.
Et per eosdē terminos sed non in eisdem figuris,per eosdē terminos id obseruando,quod per
oppositum conclusionis iustæ demonstrationis cum alterutra propositione colligatur oppositū
alterius in demonstratione ad impossibile.fieri autem non potest vt in eisdem figuris fiant demō
stratio ostensiua,& ad impossibile,aut contra in qua figura fit demonstratio ad impossibile, eius-
62 dem conclusionis & ex eisdem fiat iusta ac assertoria demonstratio. In ostensione secundę cō-
clusionis continentur duæ propositiones,prima cum hypothesi,sunt pro syllogismo ad impossi-
bile,& duę propōes iūctæ,sunt pro demōstratiōe ostēsiua, nisi in tertia figura in vltimis demon
stratiōibus vniuersalis scilicet & pticularis negatiuæ,vbi Aristoteles,ppositionē demōstrationis
ostensiuæ præposuit,sed facile est ad pręcedētiū reuocare ordinē.Fiunt iidem,analogia est.




PARAPHRASIS CAP.DECIMIQVARTI.

69 DEcimumquartum cap. conclusiones duæ,corollaria quinque. Prima conclusio.
Demonstratio quę ad impossibile deducit,ab ea quæ iusta, ostensiusque demonstra
tio est,differt. Hoc ipso sane differt, quod demonstratio ad īpossibile id supponat,
quod intendit interimere ad vnum confessum falsum deducens, ostensiua autem a
confessis positionibus veris inchoat. Primum corollarium. Vnde fit vt harū
demonstrationum vtræque duas propositiones confessas sumant,sed ostensiua quidem duas, ex



quibus eſt ſyllogiſmus. ducens autem ad impoſſibile earum propoſitionum ex quibus fit ſyllo-
giſmus vnamquamlibet, alterum vero ſumit propoſitæ concluſionis contradictoriam. Secun-
dum. Euenit etiam vt in oſtenſiua non neceſſe ſit pręcognitam eſſe concluſionem, neq; præopina 61
ei ipſam veram eſſe, aut eſſe falſam. in deducente autem ad incommodum & impoſſibile, prę
opinari propoſitam concluſionem falſam eſſe neceſſe eſt, neque quicquam refert an concluſio affir-
matiua ſit, ſed quōcunque ea contingat in vtriſque demonſtrationibus ſimiliter ſeſe habet. Nec in
iuria. nam oīs cōcluſio quę oſtenſiue iuſtaque demonſtratione concluditur, & eadem per impoſſi-
bile monſtrabitur, & quę per impoſſibile, eadem quoque & oſtenſiue, & per eoſdem terminos, nō
autem eiſdem in figuris. Secunda concluſio. Omnis concluſio quę oſtenſiue concluditur, mon- 62
ſtrari poteſt, demonſtratione ad impoſſibile deducente, & quę demonſtratione ad impoſſibile de
ducente, etiam & eadem monſtrari poteſt oſtenſiue & per eoſdem terminos, ſed non in eiſdem fi-
guris. Nam quando fit ſyllogiſmus ad impoſſibile in prima figura, concluſio quę vera erit oſten
ſiue concludetur in ſecunda aut in tertia figura. in ſecunda quidem ſi negatiua eſt, ſi autem affir-
matiua, in tertia. Quando autem ſyllogiſmus ad impoſſibile in media fuerit figura, concluſio ve-
ra oſtenſiue concludetur in prima figura in omnibus problematibus. At vero quando ſyllogiſ-
mus ad impoſſibile, factus fuerit in tertia figura, concluſio vera & demōſtratione oſtenſiua mō- 63
ſtrata erit in prima aut ſecunda figura. affirmatiuę quidem erunt in prima figura, negatiuæ autē
in ſecunda. Quæ hoc pacto liquidius apparebunt. Eſto enim vt nulli b inſſe a, aut non
omni b ineſſe a, concluſio vniuerſalis aut particularis negatiua monſtrata ſit in prima figura per
impoſſibile. ergo cum nulli b ineſſe a monſtratum eſt, hypotheſis fuit alicui b ineſſe a, & ſumeba-
tur omni a ineſſe c, & nulli b inſit c. ſic enim fiebat in prima figura ſyllogiſmus ad impoſſibile.
Et hęc ſecunda erit figura, ſic ſcilicet omni a ineſt c & nulli b ineſt c & ex his ꝓpoſitionibus in ea
oſtenſiue fit manifeſtum nulli b ineſſe a. Et ſimili modo ſi non omni b ineſſe a, monſtratum ſit per
impoſſibile in prima figura. Nam ſupponebatur omni b ineſſe a, & ſumebatur omni a ineſſe c, &
non omni b inſit c, & ſic ex hypotheſi & prima ſumpta propoſitiōe fiebat ſyllogiſmus ad impoſ
ſibile in prima figura, at hoc omni a ineſt c, & non omni b ineſt c, fit ſecunda figura, & concludi-
tur non omni b ineſſe a oſtenſiue. Et ſimiliter ſi aſſumeretur priuatiua nulli a ineſſe c. & alicui b,
ineſſe c, oſtenſiue eadem concluſio colligeretur in ſecunda figura. Manifeſtum eſt igitur, veram
concluſionem quę in prima figura per impoſſibile oſtenditur. cum negatiua fuerit, oſtenſiue cō-
cludi in ſecunda. Nunc autem monſtrandum eſt affirmatiuam veram quę per impoſſibile mon-
ſtratur in prima figura, concludi oſtenſiue in tertia. Eſto igitur rurſum vt mōſtrata ſit per impoſ
ſibile in prima figura, particularis affirmatiua alicui b ineſſe a. Ergo hypotheſis fuit nulli b ineſ-
ſe a, & ſumebatur omni c ineſſe b. & omni, vel alicui c inſit a. ſic enim erit ſyllogiſmus per im-
poſſibile in prima figura, & hoc quidem erit tertia figura ſi ſcilicet omni c inſit a & omni c
inſit b. ex quibus manifeſtum eſt oſtenſiue concludi alicui b ineſſe a. ſimile autem fuerit ſi ſuma-
tur alicui c ineſſe alterum aut a aut b. Manifeſtum igitur eſt cum vniuerſalis affirmatiua nō oſtē
datur per impoſſibile in prima figura. ſi qua concluſio affirmatua monſtratur per impoſſibile in
prima figura, eam oſtenſiue concludi in tertia. Rurſum monſtrādum eſt quæ per impoſſibile mō
ſtrantur in ſecunda figura, oſtenſiue monſtrari in prima. Et ſit primo vt omni b ineſt a per im
poſſibile monſtrata ſit in ſecunda figura, ergo hypotheſis fuit non omni b ineſſe a, ſumpta autē
fuit omni c ineſſe a. nunc vero omni b inſit c. ſic enim erit impoſſibile, & hoc fit prima figura ſi
ſcilicet omni c ineſt a & omni b ineſt c. Similiter ſi particularis affirmatiua oſtenſa ſit per im-
poſſibile in ſecunda figura, a vt alicui b ineſſe a. Nam hypotheſis quidem nulli b ineſſe a, & ſum-
ptum fuit omni c ineſſe a. & inſuper alicui b inſit c. & ſic fuit ſyllogiſmus ad impoſſibile in ſecun
da figura. ſi autem omni c ineſt a, & alicui b ineſt c, oſtenſiue in prima figura concluditur alicui
b ineſſe a. Si autem vniuerſalis negatiua per impoſſibile monſtrata ſit in ſecunda figura, ſit-
que negatiuus ad impoſſibile ſyllogiſmus. vt ſi monſtrata ſit per impoſſibile nulli b ineſſe a, hy-
potheſis fuit alicui b ineſſe a, & ſumebatur nulli c ineſſe a, & rurſus omni b inſit c, quare fit pri-
ma figura, eandem vniuerſalem negatiuam concludendo. Et ſi ſyllogiſmus in ſecunda figura
ad impoſſibile ſit negatiue non vniuerſalis, ſitque demonſtrata particularis negatiua, vt alicui b
non ineſſe a, conſimile eueniet. nam hypotheſis fuit omni b ineſſe a, & ſumptum fuit nulli c ineſſe
a, alicui b inſuper inſit c. & ſic efficitur prima figura, illam particularem negatiuam concludens.
Manifeſtum igitur eſt quando fit ſyllogiſmus ad impoſſibile in ſecunda figura, concluſionem ve
ram oſtenſiua iuſtaque demonſtratione in omnibus etiam problematis concludi in prima figu-
ra. Nunc autem de tertia figura demonſtrandum eſt.
Eſto igitur rurſum ī tertia figura ꝑ īpoſſibile oſtenſa vniuerſalis affirmatiua, vt oī b ineſſe a,
ergo hypotheſis erat nō oī b ineſſe a, & ſumpta fuit oī b ineſſe c, & oī c inſit a. ſic eñ erat in ter-
tia figura ſyllogiſmus ad impoſſibile, & hoc, oī b ineſt c. & omni c ineſt a prima figura oſtēſiue cō
cludens omni b ineſſe a, quod propoſitum fuerat. Similiter ſi particularis affirmatiua in tertia

Simile autem fuerit








figura per impossibile sit monstrata, vt alicui b inesse a. Nam hypothesis fuit nulli b inesse a, & sumptum fuit alicui b inesse c, omni c etiam insit a. & factus est syllogismus ad impossibile in tertia figura, & fiet syllogismus ostensiuus in prima. Si autem sit negatiuum syllogismus, quo ad impossibile monstrata est in tertia figura vniuersalis negatiua, vt nulli b inesse a, hypothesis fuit alicui b inesse a, sumptum autem fuit omni b inesse c. nulli etiam a insit c, sic illud fit in tertia figura per impossibile, hoc autem secunda est ostensiue, & simili modo si nõ vniuersalis id est particularis negatiuæ sit demonstratio. vt si ostensa sit per impossibile in tertia figura alicui b non inesse a. Nam hypothesis erit omni b inesse a, sumptum autem alicui b inesse c, & nulli a inesse c. Hic enim illud ad impossibile, hoc autem ostensiuum in secunda figura. quare veræ conclusiones quæ in tertia figura per impossibile ostenduntur, si affirmatiuæ sunt, ostendi possunt iuxta demõstratione in prima figura. sin autem negatiuæ in secunda. Tertium corollarium. Perspicuũ igitur est per eosdem terminos vnumquodque problematum quod per impossibile monstratur, &
63 ostensiue monstrari. Quartum præcedentis conuersum. Similiter cum quæpiam problemata
64 per syllogismos ostensiuos clauduntur, contingit & eadem sumptis eisdem terminis per impossibile ostendere, quando conclusioni opposita propositio sumpta fuerit. Nam iidem similesque fiunt hi per impossibile syllogismi, iis qui per conuersionem existunt. quare promptum est habere figuras (vt in conuersiuis) per quas vnumquodque eorum concludetur. Quintum Exploratum
65 igitur esse potest vnumquodque problema, vtrisque modis & per impossibile & assertorie atque ostensiue esse monstrabile, & alterum ab altero neutiquam superari posse.

De ratiocinatione ex oppositis Cap. XV.

In qua autem figura est ex oppositis propositionibus syllogisare, & in qua
66 non est, sic erit manifestum. Dico autem oppositas esse propositiones secundum locutionem quidem quatuor. Vt omni nulli, & omni & nõ omni, & alicui & nulli, & alicui & non alicui inesse. Secundum veritatẽ autem tres. Nam alicui & non alicui secundum locutionem opponun-
67 tur solum. Harum autem contrarias quidem vniuersales, omni nulli inesse, vt om-
68 nem disciplinam esse studiosam, nullam esse studiosam. alias vero oppositas.
69 In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibus syllogismus, neque affirmatiuus neque negatiuus, affirmatiuus quidem, quoniam oportet vtrasque affirmatiuas esse propositiones. oppositæ autem affirmatio & negatio. priuatiuus autẽ, quoniam oppositæ quidem idem de eodem prædicant & negant. in prima autem mediũ non dicitur de vtrisque, sed de illo quidem aliud negatur, idem autem de alio prædicatur. hæ vero non opponuntur.

Decimiquinti cap. notæ.

66 Nõ alicui inesse & alicui non inesse idem vult Aristoteles, estque passim apud eũ οὐ τινὶ particularis negatiuæ nota recentiores dialectici. vniuersalem faciunt, eaque vtuntur pro vniuersali.
69 Opposita, contradictoria Sillogismus ex oppositis, est qui propositione & assumptione aut contrariis aut oppositis contradictoriisve, conclusionem colligit idem de eodem negantem.

PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVINTI.

66 Decimumquintum cap. suppositiones tres. conclusio vna. Prima suppositio In qua figura ex oppositis propositionibus syllogismum coalescere cõtinget, & in qua nõ ex sequentibus habebitur exploratum, hac primo fixa suppositione. Propositiones secundum locutionem oppositas quadrupliciter dici, vt omni ei quod est nulli
67 & omni, ei quod est non omni. & alicui, ei quod est nulli, & alicui ei quod est alicui non inesse. Secunda suppositio. Harum propositionum, tres primas duntaxat secundum veritatem pugnare. Nam alicui inesse ei quod est alicui non inesse, solum secundum locutionem aduersatur, non etiam secundum veritatem. Tertia. Harum secundum veritatem aduersantium pro
68 positionum vniuersales vt omni inesse ei quod est nulli inesse, vt omnem disciplinam esse studiosam, ei quæ nullam disciplinam esse studiosam, appellati contrarias alias autem oppositas. Cõclusio. In prima figura, nullus ex oppositis fit syllogismus, neque affirmatiuus neque negatiuus. Affirmatiuus quidem nullus fit ex oppositis. quoniam affirmatiui syllogismi vtrasque propositiones
69 affirmatiuas esse oportet. atqui oppositæ propositiones affirmatio sunt & negatio. non igitur ex oppositis affirmatiuus syllogismus. Neque quidem erit primæ, ex oppositis negatiuus quoniam oppositæ propositiones idem de eodem affirmant & negant. at in prima figura non idem affirmatur & negatur in vtrisque propositionibus. sed de medio aliud quidem in vna propositione negatur, & idem medium de alio in altera propositione affirmatur. quæ autem sunt

huiusmodi propositiones non opponuntur. Manifestum igitur in prima figura nullum ex oppositis fieri negatiuum syllogismum, & totum propositum.

De ratiocinatione ex oppositis in secunda figura. Cap. XVI.

IN media autem figura. & ex oppositis, & ex contrarijs, contingit fie 70
ri syllogismum. Sit enim bonum quidem in quo a. disciplina autem in quo b & c. si ergo omnem disciplinam studiosam sumpsit & nullam, a inest omni b & nulli c. quare b, nulli c. nulla ergo disciplina. disciplina est. Similiter autem & si omnem sumens studiosam disciplinam, medicinam vero non studiosam sumpsit. nam a, b quidem omni: c autem nulli. quare aliqua disciplina non erit disciplina. Et si a, c quidem omni, b autem nulli. est autem b quidem disciplina, c autem medicina, a vero opnio. nullam enim disciplinam opinionem sumens: sumpsit aliquam disciplinam esse opinionem. Differt autem a priore in terminis conuerti. nam prius quidem ad b, nunc autem ad c affirmatiuum. ¶ Et si sit non vniuersalis altera propsitio: similiter, semper
enim medium est quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero vero affirmatiue. 71
¶ Quare contingit opposita quidem perfici. non autem semper neque omnino. sed si 72
sic se habeāt quæ sunt sub medio: vt vel eadē sint, vel totū ad partem. aliter aūt impossibile. non enim erunt propositiones vllo modo, neque contrariæ neque oppositæ.

Decimisexti cap. notæ.

Quod syllogismus ex oppositis non sit absolute syllogismus sed particula quædam syllogis- 70
morum ex hypothesi, ideo nō efficitur, est syllogismus ex oppositis, igitur est syllogismus. etiam ex tertio corollario, cap. sequentis inter paralogismos reputat Aristoteles syllogismum ex oppositis. Vnde fit vel liquido cognoscatur non esse absolute syllogismus. A medij nota est, b maioris extremi, c minoris. Vsus est Aristoteles indefinita, medicina non est studiosa loco vniuersalis nulla medicina est studiosa. Sed quæres quo pacto efficiatur, quia nulla medicina est medicina, aliquam disciplinam non esse disciplnam. Fit certe adminiculo concessorum. nam omnis disciplina studiosa, & nulla medicina studiosa, quare per secundam figuram nulla medicina disciplina. Rursus nulla medicina disciplina & omnis medicina disciplina, igitur per tertiam figuram aliqua disciplina non est disciplina. Et quia iste locus est subobscurus, est indigens maiore expressione, & noua hypothesi. & ideo id adijciendum ad literam vt euadat manifestior, Sunt qui quasdam oppositas per accidens introducunt, sed huiusmodi in medium adducere nihil aliud est iuxta adagium, quam bis repetita crambe. hæc ex descreptione patent.

A	Omnis disciplina est studiosa	Concessa ex hypo.
B	Omnis medicina disciplina	Concessa syllo.
C	Omnis medicina studiosa	Concessa probata
C	Omnis medicina studiosa	Concessa ex hypo.
D	Nulla medicina studiosa	concessa ex hypo.
F	Nulla medicina est medicina	Concessa syllo.
A	Omnis disciplina est studiosa	Concessa
D	Nulla medicina est studiosa	Concessa
E	Nulla medicina est disciplina	Concessa syllo.
F	Nulla medicina concessa	Concessa
B	Omnis medicina disciplina	Concessa
G	Aliqua disciplina non est disciplina	Colligitur syllo.

Propositiones conuertuntur & commutantur in terminis, quando affirmatiui termini ponuntur in loco negatorum & negatiui, in affirmatorū loco. sic enim ex capite sequenti numero lxxvi. sumendum esse, est manifestum, ne quis suspicetur hic discerniculum facere syllogismi ex oppositis, & conuersiui. Et differt hic syllogismus, prior syllogismus vbi affirmatiua locatur ad maius extremum,

Omnis medicina est disciplina

Nulla medicina est disciplina


Nulla medicina est medicina

Syllogismus posterior, vbi termini & affirmatione & negatiōe sunt conuersi, id est vbi affirmatiua ad minus, & negatiua ad maius.


Nulla medicina est opinio
Omnis medicina est opinio.
Nulla medicina est medicina.
Et de particulari syllogismo idem est iudicium.

72 Sed si ea quæ sub medio sunt sic se habeant vt eadem sint, sit medium studiosum, sub medio scientia & disciplina sunt eadē & sub medio disciplina & medicina sunt totū & pars. & ideo si qs admittat nullā scientiam esse studiosam, & omnem disciplinam esse studiosam, sumentur propositiones & contrariæ, & oppositæ. Similiter si admittat omnem disciplinā esse studiosam, & nullam medicinam esse studiosam, & quomodo id fiat, ex notis superioribus facile est intelligere.


PARAPHRASIS CAP. DECIMISEXTI




70 Decimumsextū cap. conclusiones duæ, corollariū vnum. Prima cōclusio. In secūda figura & ex oppositis & ex contrarijs syllogismum fieri contingit. Nā esto mediū studiosum a, disciplina aūt b & c, hoc est maius extremum pariter & minus. Si quis igitur sumpsit omnē disciplinam esse studiosam, & nullā disciplinā esse studiosam, medium inest extremo maiori omni, & minori nulli quæ vnum & idem sunt. quare maius extremum minori nulli, hoc est vniuersaliter negatiue inest, quapropter nulla disciplina, est disciplina. factus igitur est syllogismus ex contrarijs in secunda figura. Similiter autē etiā si quis sumeret oēm disciplinā esse studiosam, etiā sumpserit aliquā medicinam non esse studiosam, fiet secundę figuræ syllogismus ex oppositis. Nam omnis disciplina est studiosa, & omnis medicina disciplina. per primā igitur figuram oīs disciplina studiosa, Esto igitur nunc mediū studiosum & medicina maius extremum & minus extremum medium vniuersaliter maiori inest, nam omnis medicina studiosa. & idem medium, minori nulli inest, nam nulla medicina est studiosa, per secundam igitur figuram nulla medicina est medicina. quare aliqua disciplina non erit disciplina. Et similiter si ad hoc est medium sit opinio, & b maius extremum disciplina, & c minus extremum, medicina. Si quis sumens omnē medicinā esse opinionem, sumat etiā nullam disciplinam esse opinionem, fiet ex contrarijs secūdæ figuræ syllogismus. Nam nulla disciplina opinio, & omnis medicina disciplina, nulla igitur per primam figurā medicina, opinio. Rursus nulla medicina opinio, & posita est omnis medicina. opinio, quare per secundam figuram nulla medicina est medicina. quod est ex contrarijs secundæ figuræ syllogismus. & ne modo id sequatur, sed cū sumptum sic nullā disciplinā esse opinionē, posse etiā sumi aliquā disciplinā esse opinionē. Nam recte per tertiam figuram efficitur, oīs medicina est opinio, & oīs medicina est disciplina, igitur aliqua disciplina est opinio. q̃ si sumatur fiet ex oppositis secūdę figurę syllogismus hoc pacto, nulla disciplina est opinio, & aliqua disciplina est opinio, igitur aliqua disciplina non est disciplina. Et differt hic syllogismus ab eo qui paulo supra positus est, in hoc quod est terminos esse conuer-
71 sos, hoc est secundum affirmationem & negationem ediuerso collocatos. Nam in priori affirma-
72 tiua locabatur ad maius extremum. & negatiua ad minus, hic autem affirmatiua locatur ad minus, & negatiua ad maius. Secunda conclusio. Et si altera superiorū propositionum non vniuersaliter, sed particulariter assumatur simili modo fiet secūdę figurę syllogismus. Nam semper medium id est, quod ab vno extremo negatur, & quod de altero affirmatur. Corollarium. Quare contingit in secunda figura propositiones effici oppositas, haud secus aut contrarias. Nō tamen semper, neque omnino, sed si ea quę sub medio sunt sic se habeant, vt eadem sint, aut vt vnum totum, & alterum pars. Et aliter certe non est possibile. Nam neque contrarię neque oppositæ erunt propositiones










De syllogismo ex oppositis in tertia figura. Cap. XVII.

In tertia vero figura affirmatiuus quidem syllogismus nunquam erit ex
73 oppositis propositionibus, propter causam dictam, & in prima figura.
74 Negatiuus autem erit syllogismus, & vniuersalibus & non vniuersalibus terminis. Sit enim disciplina in quo b & c. medicina autem in quo a. si ergo sumat omnem medicinā disciplinam, & nullam medicinam disciplinam, b. omnia sumpsit. & c nulli a. quare erit aliqua disciplina non disciplina. Similiter autem & si non vniuersaliter sumpta sit a b propositio. nam si est aliqua medicina disciplina, & rursum nulla medicina disciplina, accidit disciplinā aliquam non esse disciplinam. Sunt autem vniuersaliter quidem sumptis terminis, contrariæ propositiones, si autem particularis altera sit oppositæ. Oportet autem scire quoniam contingit opposita sic sumere quemadmodum diximus omnem disciplinam studiosam esse, & rursum nullam aut aliquā nō esse studiosam quod nō solet latere. erit autē per alias iterrogat. oēs syllogisare alterā, & queādmodū i topicis dictū est, sumere. Q̃m aūt affir



mationum oppoſitiones ſunt tres . ſexies accidit oppoſita ſumere , aut omni & nulli,
aut omni & non omni,aut alicui & nulli.& hoc cõuerti in terminis.vt a omni b,& nul
lic,aut omni c,& nulli b.aut huic quidem,omni illi vero non omni.& rurſum hoc con
uerti ſecundum terminos,ſimiliter autem & in tertia figura.
¶ Quare manifeſtum eſt & quoties & in quibus figuris contingit per oppoſitas pro-
poſitiones fieri ſyllogiſmum. ¶ Manifeſtum eſt quoniam ex falſis eſt verum ſyllo- 77
giſare,quemadmodum dictum eſt prius.ex oppoſitis autem non eſt.ſemper enim con 78
trarius ſyllogiſmus fit rei(vt ſi eſt bonum,non eſſe bonum,aut ſi animal, non animal)
eo quod ex contradictione eſt ſyllogiſmus, & ſubiecti termini aut ijdem ſunt, aut hic
quidem totum,ille autem pars: ¶ Palam autem quoniam in paralogiſmis nihil pro
hibet fieri hypotheſeos contradictionem.vt ſi eſt impar non eſſe impar. nam ex oppo 79
ſitis propoſitionibus,contrarius erit ſyllogiſmus:ſi ergo ſumpſerit hoc modo,hypothe
ſeos erit contradictio. ¶ Oportet autem conſiderare , quoniam ſic quidem non eſt 80
contraria concludere ex vno ſyllogiſmo (vt ſit concluſio quoniam nõ eſt bonum, bo
num:aut aliud quiddam tale) niſi ſtatim huiuſmodi propoſitio ſumatur , vt omne ani-
mal eſſe album & non album,hominem autem animal. ſed vel aſſumere oportet con-
tradictionem,vt quoniam omnis diſciplina,opinio & non opinio.deinde ſumere,quo-
niam medicina diſciplina quidem eſt.nulla autem opinio, quemadmodum redargutio
nes fiunt,vel ex duobus ſyllogiſmis . Quare eſſe quidem contraria ſecundum verita-
tem quę ſumpta ſunt,non eſt alio modo quam hoc,quemadmodum dictum eſt prius.

Oppoſitorũ aſſũptio duplex:

Decimiſeptimi cap.notæ.

Contingit contraria aut cõtradictoria aſſumere ſtatim,quemadmodum ſumpſit Ari 75
ſtoteles in oſtenſione concluſionis,& ſic ſumendo , non multum fit ſyllogiſmus ex
hypotheſi,qui eſt ex oppoſitis.quia neminem latet,ſic eſſe oppoſita. ideo nullus ad-
mittat propoſitiones,quare ſi non admittuntur, non dicetur ſyllogiſmus ex hypo-
theſi. Alio modo non ſtatim ſumuntur propoſitiones,ſed latenter , vna ſcilicet ad-
miſſa alteram oſtendendo,aliqua topica ratione ſidem faciendo,aut aliquo alio modo . vt ſi quis
admittat omnem diſciplinam eſſe ſtudioſam,& inſuper nullam medicinam ſtudioſam.& aliquis
interroget , genus medicinæ diſciplina ne eſt an ſcientia ? daro vero eius genere eſſe diſciplina ,
tunc argumentabitur genus medicinæ diſciplina eſt.igitur omnis medicina diſciplina, & omnia
diſciplina ſtudioſa ,omnis igitur medicina ſtudioſa.& nulla medicina ſtudioſa,igitur per ſecundã
figuram nulla medicina eſt medicina,& per tertiam quoddam ſtudioſum non eſſe ſtudioſum.
igitur quo pacto data fuit ex hypotheſi altera propoſitio ſyllogiſmi ex oppoſitis , ſcilicet nulla
medicina eſt ſtudioſa,& altera quæſita eſt. deinde effectus ſyllogiſmus ex oppoſitis , non vſque
adeo aperto modo ac ſi ſtatim ſumptę fuiſſent propoſitiones contrariæ . Et pro iſto ſecundo mo
do propoſitionum oppoſitarum,in ſyllogiſmo ex oppoſitis continuo adiunctę ſunt approbatio
nes ad primam concluſionem pręcedentis capitis . Sex modis ſumuntur oppoſita in ſyllogiſ-
mis ex oppoſitis,oppoſita,& oppoſitis hic extendimus ad contraria & contradictoria , quę op- 76
poſitorum nomen ſibi peculiare vendicant.& hi ſex modi, tam in ſecunda quam in tertia figu-
ra agnoſci poſſunt,qui ex ſubiecta formula poſſunt haberi.

Sex ſecundę figurę,

	Omnis diſciplina eſt ſtudioſa
I	Nulla diſciplina eſt ſtudioſa
	Nulla diſciplina eſt diſciplina
	Omnis diſciplina eſt ſtudioſa
II .	Aliqua diſciplina non eſt ſtudioſa
	Aliqua diſciplina non eſt diſciplina
	Aliqua diſciplina eſt ſtudioſa
III	Nulla diſciplina eſt ſtudioſa
	Aliqua diſciplina non eſt diſciplina

Nulla disciplina est studiosa
IIII Omnis disciplina est studiosa
Nulla disciplina est disciplina

Nulla disciplina est studiosa
V Aliqua disciplina est studiosa
Aliqua disciplina non est disciplina

Aliqua disciplina non est studiosa
VI Omnis disciplina est studiosa
Aliqua disciplina non est disciplina

SEX TERTIAE FIGVRAE II

Omnis diciplina est studiosa
I Nulla disciplina est studiosa
Aliquod studiosum non est studiosum

Omnis disciplina est studiosa
II Aliqua disciplina non est studiosa III
Aliquod studiosum non est studiosum

Aliqua disciplina est studiosa IIII
III Nulla disciplina est studiosa
Aliquod studiosum non est studiosum


Nulla disciplina est studiosa
IIII Omnis disciplina est studiosa V
Aliquod studiosum non est studiosum


Nulla disciplina est studiosa
V Aliqua disciplina est studiosa
Aliquod studiosum non est studiosum VI

Aliqua disciplina non est studiosa
VI Omnis disciplina est studiosa
Aliquod studiosum non est studiosum

Secunda figura	Tertia figura
A	A
E	E
E	O
A	A
O	O
O	O
I	I
E	E
O	O
E	E
A	A
E	O
E	E
I	I
O	O
O	O
A	A
O	O

Illatio repugnantium quadruplex.







60 Vnde hic aduertere licet, ex hac annotatione Aristotelis cognosci potest, quatuor modis pugnantia inferri posse. Primo per syllogismũ ex oppositis. Secundo alio syllogismo, qui propositionem claudat, contrarietatem, repugnantiamque importantem, vt omnis disciplina bonum est & non bonum, & omnis autem medicina disciplina, omnis igitur medicina bona & non bona. Tertio per elenchum, vt si sit concessum nullam medicinam esse opinionem, & deinde concedatur omnem disciplinã esse opinionem & non opinionem, & aliquam medicinam esse disciplinam, colligitur aliquam medicinam esse opinionem, at nulla medicina erat opinio, quod est contradictio. Quarto quando vno syllogismo efficimus vnum contrarium, & altero aliud, & de opposito, contradictorioque, idem iudicium.

PARAPHRASIS CAP. DECIMISEPTIMI.


Decimumseptimum Cap. conclusiones tres, annotationes duę colloraria tria. Prima conclusio. In tertia figura ex oppositis propositionibus nullus erit affirmati-
73 uus syllogismus id enim propter eandem causam quę & in prima figura praeddu-
cta, cognoscitur. Secunda conclusio. In tertia figura, negatiuus erit syllogismus & ex contrariis vniuersalibus propositionibus, & ex oppositis, nõ vtrisque vniuersalibus. Nam esto c & b disciplina, maius extremum & minus extremum. & a medicina mediũ. si
74 igitur sumat quis omnem medicinam esse disciplinam & nullam medicinam esse disciplinam. sumpsit minus extremum de medio vniuersaliter affirmatiue & maius extremum de eodem medio vniuersaliter negatiue. quare per tertiam figuram quaedam disciplina non erit disciplina. Similiter autem & si ad minus extremum non sit sumpta propositio vniuersaliter, fiet ex oppositis tertiae figurae syllogismus. Nam si aliqua medicina est disciplina, & nulla medicina disciplina ex ne-




numerus in inæ-impar, qualia parti.terna.



Syllogismus numerus in tria par, æqualia partibi. ter.



Paralogismus. par.




impar Q impar secundum


bonū. natu. volup.



quandoque nō bonū nocens volup.



albū & albū & ani-ho nō albū, qualū mal mo.



Paralogismus Ex cōclusione propositio nes sumūt q ad hāc oīshō est nō alb' sequat negatio

cessitate euenit aliquam disciplinam non esse disciplinam . sunt autem cum termini vniuersaliter sumuntur (hoc est cum ambæ propositionum sunt vniuersales) contrariȩ propositiones. cum autē non vniuersaliter sed vna vniuersalis & altera particularis, propositiones oppositæ, nimirum igitur si terminis vniuersalibus negatiuis fit tertiæ figuræ ex contrariis syllogismus, non vniuersalibus autem ex oppositis. Annotatio. Id tamen cognoscere operȩpretium est, contingere sta- 75
tim opposita sumere quemadmodum nunc diximus, omnem disciplinam esse studiosam, & nullā disciplinam esse studiosam, aut aliquam disciplinam non esse studiosam, & hoc modo sumendo non latet quempiam, alio modo clam, atque occulte, vt cum alteram propositionum per alias inquisitiones syllogisamus & (vt in topicis dictum est) sumimus. Tertia conclusio. Sex modis sumuntur opposita in syllogismis ex oppositis. Nam tres sunt sumendo propositiones oppositas, affirmationes præponendo. scilicet aut omni & nulli. aut omni & nō omni, aut alicui & nulli. & hoc contingit secundum terminos conuerti . vt nulli & omni. non omni & omni . nulli & alicui. 76
sex igitur modis accidit illa sumi. vt in secunda figura contingit medium omni maiori & nulli minori inesse, aut omni maiori & non omni minori, aut alicui maiori & nulli minori. Et id rursum secundum terminos conuerti permutareque qualitatem. Similiter autem & in tertia figura sex con similibus assumuntur modis. Primum corollariumr. Quare ex dictis perspicuum euadere po- 77
test quotiens & in quibus cōtingit ex oppositis propositionibus syllogismū fieri. Nam sexies & in secunda & in tertia figura. Secundum. Manifestum etiam est quoniam ex falsis verum syllogisare contingit. quemadmodum quoq; & prius dictum est. at ex oppositis nunquam contin- 78
git verum syllogisare. Nam semper ex oppositis syllogismus contrarius, & aduersans rei fit . vt si est bonum, non esse bonum, si est animal nō esse animal , q nimirum rei aduersatur pugnatq; ob idipsum quot syllogismus ex contradictione enascitur, quodque termini qui sub medio sunt aut idem sint aut vnus totum & alter pars. Tertium. Dilucidum insuper fit nihil prohibere in paralogismis colligere contradictionem suppositiōis. vt si suppositum sit quippiam esse impar, 79
colligere non esse impar. Nam syllogismus ex oppositis propositionibus, vt dictū est, contrarius est, aduersansque rei. si igitur sumpseris propositiones oppositas: conficietur suppositionis cōtradictio. vt si est impar, nō esse īpar, syllogismo videlicet ex oppositis qui paralogismus est. Se- 80
cunda annotatio. Vnde hic aduertere licet non vno alio syllogismo contraria, pugnātiaque colligere (vt ex alio syllogismo vno, non colligitur conclusioque non est bonum esse bonum , aut aliquid aliud tale) nisi statim huiusmodi propositio assumatur , vt omne animal esse album & non album, & hominem esse animal, colligitur omnem hominem esse album & non album . sed aut oportet assumere contradictionem vt quoniam omnis disciplina opinio est & non opinio, deinde sumere medicina disciplina est. colligitur igitur medicina opinio est & non opinio. sed nulla medicina est opinio vt fieri solet in iis argumentis quibus redarguimus, colligimusque cōtradictionem, quos elenchos nuncupant, aut certe id duobus efficiendum est syllogismis vt contraria sint secundū veritatē, quæ collecta fuerint. Et id alio modo quam modo dictum est non fit.

De petitione principij. Cap. XVIII.

IN principio autem petere & accipere est quidem vt in genere sumere in eo quod non est demonstrare propositum. Hoc autem accidit multiplici- 81
ter. nam & si omnino non syllogisatur, & si per ignotiora, aut similiter ig- 82
nota & si per posteriora quod prius est, demonstratio enim ex prioribus & notioribus est. Horum ergo nullum est petere quod ex pricipio est. sed quia hȩc quidem nata sunt per se cognosci, illa vero per alia (nam principia quidē per se, quæ autē 83
sub principijs, per alia) quando quod non per se notum. est per se aliquis conatur ostendere, tunc petit quod ex principio est. hoc autem sic facere quidem vt statim postulet id quod propositum est: contingit autem & transgredientes & ad alia. eorū quȩ nata sunt per illa ostēdi per hȩc mōstrare q d' ex pricipio est, vt si a ostdat per b, & b per c, c aūt natum sit ostendi per a. accidit enim idem a per c demōstrare eos. qui sic syllogisant quod faciunt qui parallelas arbitrātur scribere. latent enim ipsi seipsos talia sumentes quȩ nō valent demonstrare, cum non sint parallelæ.
Quare accidit sic syllogisantibus vnumquodque esse dicere si est vnumquodque. sic 84
autem omne erit per se notum, quod est impossibile. Si ergo aliquis dubitat assumpto 85

albū Q album



opinio & scien-tia. medi-cina. nō opinio.



opi-nio. scien-tia medi-cina.



opi-nio: scien-tia medi-cina.



dubio quoniam a ineſt c,ſimiliter & quoniam b,petat autem a ineſſe b:nondum mani
feſtum ſi quod in principio eſt petat.ſed quoniam non demonſtrauit manifeſtum, non
enim eſt principium demonſtrationis:quod ſimiliter eſt incertum.
¶ Si autem b ad c ſic ſe habet vt idem ſit,aut manifeſtum quod conuertuntur , aut in-
eſt alterum alteri quod in principio eſt petit.nam & quoniam a,ineſt b,per illa monſtra
bit ſi conuertantur.nunc autem hoc prohibet,ſed non modus.Si autẽ hoc faciat,quod
dictum eſt faciet,& conuertet per tria,ſimiliter autem & ſi b ſumat ineſſe c quod ſimili
ter incertum ſit vt & ſi a ineſt c,nondum quod ex principio petit,ſed neque demõſtrat
Si autem idem ſit a & b aut eo quod conuertuntur aut eo quod a ſequitur ei quod eſt
86 b:quod ex principio eſt petit propter eandem cauſam.nam ex principio quid valet,pri
us dictum eſt a nobis :quoniam per ſe monſtrabitur quod non eſt per ſe manifeſtum.
¶ Si ergo eſt in principio petere per ſe monſtrare:quod non per ſe eſt manifeſtum.hoc
autem eſt non oſtendere quando ſimiliter dubitantur quod mõſtratur & per quod mõ
ſtratur,vel eo quod eadem eidem,vel eo quod idẽ eiſdem ineſſe ſumitur:in media qui-
dem figura & tertia vtrorumque continget ſimiliter quod eſt in pricipio petere,in pre
dicatiuo quidem ſyllogiſmo & in tertia figura & in prima.negatiue autem quando eaſ-
dem ab eodem & non ſimiliter vtræque propoſitiones.ſimiliter autem & in media , eo
quod non conuertuntur termini ſecundum negatiuos ſyllogiſmos. ¶ Eſt autem in pri
cipio petere in demonſtrationibus quidem,quæ ſecundum veritatem ſic ſe habet:in dia
lectica autem:quæ ſecundum opinionem.

Decimioctaui Cap.notæ.

82 Id caput de eo quod eſt petere id quod in principio,magna obſcuritate obſitum eſt , idcirco
ſolertem diligentiã requirit. Petimus & ſumimus id quod eſt in principio quatuor modis pri
mo quando ſyllogiſmus:ſed a ſyllogiſtica,& incollectilis ratiocinatio fuerit. Secundo quando
ſumimus ignotius quã id quod colligere volumus. Tertio quando æque ignotũ atque illud eſt
quod efficere volumus,aſſumimus. Quarto quando poſterius aſſumitur ad demonſtrandum
83 prius.Ea quæ ſub principiis ſunt concluſiones:quæ ab illis ſuæ cognitionis lumen accipiunt. Co-
natur quis quippiam per ſeipſum monſtrare: quando idipſum ſumit per quaſi notiſſimum ſit,
& nulla egens oſtenſionis luce.ſi id principium eſt , aut quod iam ex principio tam ſibi quam
illi quo cum diſcertatio communis eſt,notum eſt,non iniuria id facit.ſi autem id neque principiũ
eſt,neque ex principio notum,aſſumat tamen tanquam notum,neque aliter quam per ſe id oſten
dens:petitur id quod ex pricipio eſt.non enim niſi ex principio notum eſſe poteſt , nondum autẽ
ex principio notum factum eſt :ſed adhuc in principio relinquitur eſſe cognoſcendum, non ab re
igitur id petere quod in principio eſt,& quod ex principio eſt,appellatur .



84 Sint duæ lineæ a & b:quas propoſitum ſit mõſtrare eſſe paralellas,hoc eſt æquidiſtantes,cum
id ſit ignotum.ſumatque quiſpiam ad id oſtendendum a & b quantumcunque in utramuis partẽ
protrahuntur:nunquam concurrunt,ex quo intendat colligere propoſitum petit quod ex princi
85 pio.Nam id nullo pacto cognoſci poteſt,quod in vtramuis partem quantumlibet protenſe nun
quam concurrant,eantque ad contactum,niſi cognoſcatur eas eſſe paralellas. Dicant vnum-
quodque eſſe ſi vnumquodque eſt,qui ita ratiocinantur petentes quod eſt in principio:nõ aliter
efficiunt quod intendunt,quam ſi dicant de vnoquoque hoc eſt ſi hoc eſt. vt hoc eſt a,ſi eſt a.eſt b
ſi eſt b,eſt c. ſi eſt c a & b lineæ ſunt paralellæ, ſi a & b lineę ſunt paralellæ. Ex ſecundo co-
rollario videtur non recte diffinitum prius: petere quod in principio, non demonſtrare propoſi
tum. Nã aliquando manifeſtum erit quempiam non demonſtrare propoſitum,& tamen forte nõ
petet principium.Longe ſecus eſt.imo ſi quiſpiam non demõſtret propoſitũ,petit principiũ:ſed
id faciendo,nõ omnẽ propoſitũ forte petẽdo,petit pricipiũ:vt ſi ſyllogiſmi omni b ineſt a,& omni
c ineſt b:oĩ igitur c ineſt a ſi(vt ponit Ariſtoteles)cõcluſio oĩ c ineſt a ſit incerta & aſſumptio om
ni c ineſt b æque incerta,dubiaque,& petat quis propoſitionẽ omni b ineſſe a:petendo propoſitio
nẽ forte nõ petit quod eſt in principio.nam forte omni b ineſt a,eſt principiũ & per ſeipſam nota
propoſitio.& cum colligendo concluſionem non ſolum propoſitionem ſed & aſſumptionẽ petat,
proculdubio petendo aſſumptionẽ,petit quod eſt ex principio,quare cũ nõ demonſtret propoſi-
tum:vt quod ex principio eſt,petat oportet,neque perperam generaliter,& rudi quadam effigie
id prius fuit diffinitum.exactius tamen poſt diffinire videtur.cum id aſſerit eſſe quod eſt in prin
cipio petere.oſtẽdere quippiã per ſeipſũ ꝙ per ſeipſum manifeſtũ,ꝙ per ſeipſum manifeſtũ nõ eſt.
Sed non demonſtrandi modo,eſto dubia omni b ineſſe a,notũ autẽ c cum b & a conuerti,& ratio



Numero. xvii.




cinetur hoc pacto, omni b inest a & omni c inest b: igitur omni c inest a. per tertiam cap. quinti, ex conclusione omni c inest a & assumptione conuersa omni b inest c, omni b inest a. Et conuertet per tres terminos. hoc est contingit etiam demonstrare conuertendo tres terminos nunc extremum minus & medium (vt paulo supra aliquando maius & medium: vt quando monstraretur minor ignota, per eandem tertiam cap. quinti syllogismo circulari & quando medium conuertitur cum extremitatibus, & extremitates quoque conuertuntur inter se. vt & cap. vicesimosecundo demonstrabitur. Eadem eisdem inesse vel idem eisdem, ex hypothesibus praecedentibus facile intelliguntur. vt sint c b idem, cum ratiocinatur.

Numero. cvii.



Primafigura		Tertiafigura
Omni b inest a		Omni c inest a
Omni c inest b	ignota	Omni c inest b
Omni c inest a	ignota	Alicui c inest a

Ideo immanifesta videtur propositio ad maius extremum posita, & idem a scilicet, eisdem b c ponitur inesse. & similiter de tertia figura, & cum argumentatur.




Secunda figura.	
Omni b inest a	nota
Nulli c inest a	
Nulli c inest b	ignota



Sit notum b a esse idē. ideo ignota assumptio, eaque ad minus extremū est, propositio, quod b a eadem ponuntur non inesse eidem c. quare si vnum immanifestum, & aliud quoque immanifestum erit. Termini in secunda figura in affirmatiuos syllogismos ideo conuerti non possunt quod nullus esse possit secundae figurae syllogismus affirmatiuus.


PARAPHRASIS CAP. DECIMIOCTAVI.



DEcimumoctauum Cap. diffinitio vna, conclusiones duae, corollaria tria. Diffinitio. Id quod est in principio petere & sumere possumus, vt in generali sumere ac definire in eo ipso esse, quod quippiam nō demonstret propositum. Prima conclusio. Hoc inquam non demonstrare propositum, multipliciter cōtingit. Nā si omnino non syllogisatur, aut si per ignotius. aut aeque ignotum proceditur, & si prius per posterius demonstrare luctamur, petitur quod in principio est. Nam demonstratio ex credibilioribus & prioribus est. Secunda. Huiusmodi credibiliorum (hoc est notiorum, & priorum) nihil est petere quod ex principio est. nam demonstratio ex illis esse dicta est, demonstrantque propositū. Sed quoniā haec quidem per seipsa nata sunt nota esse, illa vero per alia nota esse, sunt nata (nam principia per seipsa, quae autem sub principiis, per alia) quando id quod non est per seipsum notum conatur quis per seipsum monstrare, tunc petit quod ex principio est. Hoc autem ita moliri perinde est: ac si dico quod propositum est admittat, ac approbet. accidit etiam & transferentes se ad aliqua alia, quae per posita monstrari nata sunt, per illa monstantes petere quod ex principio est, vt si monstretur a per b & b per c, & c natum sit monstrari per a. verum enim vero accidit eos qui ita ratiocinantur ipsum a per seipsum demonstrare, quod faciunt quidam qui aequidistantes lineas arbitrātur describere. ipsos enim latet quod talia sumāt quae non possunt demonstrare si lineae illae non sint aequidistantes, atque paralellae. Primum corollarium. Quare uenit vt sic ratiocinantes dicāt vnumquodque esse si vnumquodque est atqui si ita fuerit, vnūquodque erit per seipsū notū quod est īpossibile. Secūdū. Fit etiā vt cum quis nō demonstrat propositum, nō quicquid petat ipsum quod in principio est petere, sit manifestum. hoc ideo est, quod dictū sit quēpiā quod est in prīcipio petere, quādo id quod nō est per seipsum notū conatur quis per seipsum mōstrare. sit igitur si immanifestum a inesse c & aeque immanifestum b inesse c, & quispiam petat a inesse b nondum manifestum est in petendo, petere principiū. manifestū tamē est si ita ratiocinabitur omni b inest a, & omni c inest b, omni igitur c inest a ipsum non monstrare propositum, non enim omni c inest b quod aeque ignotum est ac propositum: principium demonstrationis esse potest ad id ostendendum. Sed si notum sit b & c idem esse, aut illa conuerti inuicem minime lateat, aut vnum alteri inesse & non demonstretur propositum, sane petit id quod est in principio cum quispiam petit a inesse b. Nam a inesse b per illa monstrari contingit, si conuertantur aliquando autem hoc, scilicet si alterum alteri inest & non conuertantur demonstrationem impedit, sed nō demōstrandi modus. Si autem demonstrat. & id quoque quod dictū est efficiet & cōuertet per tres terminos. Similiter autem & si sumat omni c inesse b aeque immanifestum ac omni c inesse a, nondum manifestum est an petit quod in principio est, sed manifestū est quod non demonstrat propositum si tamen manifestum sit a esse idem b aut conuerti, aut alterū alteri inesse: propter causam dictā certū est iam petere quod in principio est. Nā petere quod ex prīcipio est, quidnam esse potest dictū prius est a nobis, id esse aliquid per seipsum mōstrare,

81 (beside "…corollaria tria. Diffi-")
82 (beside "conclusio. Hoc inquam…")
83 (beside "notiorum, & priorum)…")
84 (beside "corollarium. Quare uenit…")
85 (beside "conatur quis per seipsum mōstrare…")

Sumatur angulos h f b & e g esse ęquales




cum non per seipsum manifestum est Tertium corollarium. Si igitur petere quod est ex princi
pio, est per se monstrare quod non est per se manifestum (hoc autem est propositum non osten-
86 dere, quando scilicet æque immanifesta sunt id quod monstratur, & per quod monstratur vel eo
quod eadem eidem vel idem eisdem inesse sumitur) contingit non modo in prima figura sed & in
media & in tertia vtroque modo petere quod est in principio. in affirmatiuo quidem syllogismo
in prima & tertia figura & similiter in negatiuo in prima & tertia figura quādo eadem ab eodem
sed nō similiter vtræque propositiones. Similiter autem in negatiuo syllogismo in secunda figu
ra, ob idipsum quod sui termini in affirmatiuos syllogismos conuersionem non admittant.

De non propter hoc accidere falsum. Cap. XIX.

NOn propter hoc autem accidere falsum (quod sæpe in dispu-
87 tationibus solemus dicere) primū quidem est in ijs qui ad im-
possibile syllogismis: quando ad contradictionem est huius
quod monstratum est, ea quę ad impossibile. Nam neque qui
non contradicit, dicit non propter hoc, sed quoniam falsum
est aliquid positum, priorum. neque in ostensiua, nō enim po-
88 nit quod contradicit. Amplius autem quando interimitur ali
quid ostensiue per a b c, non est dicere, quoniam non propter
quod positum est factus est syllogismus. nam non propter
hoc fieri tunc dicimus, quando interempto hoc nihilominus perficitur syllogismus,
quod nō est in ostensiuis, interempta enim propositione, nec qui hanc est: erit syllogis
mus, manifestum igitur quoniam in ijs qui ad impossibile sunt dicitur nō propter hoc
& quando sic se habet ad impossibile quæ ex principio est hypothesis: vt cum sit vel
cum non sit hæc, nihilominus accidit impossibile.
Ergo manifestissimus quidem modus est non propter suppositionem esse falsum
quando ab hypothesi inconiunctus est a medijs syllogismus ad impossibile, quod dictū
est & in topicis. quod enim non est causa vt causam ponere hoc est. Vt si volens osten
89 dere quoniam asymeter est diameter, conetur zenonis ratione: quoniam non est mo-
ueri: & ad hoc inducat impossibile, nullo modo continuum est falsum locutioni, quæ
est ex principio. Alius autem modus si continuum quidem sit impossibile hypothesi
non tamen propter illam accidat. hoc autem possibile est fieri, & in hoc quod superius
& in hoc inferius sumenti continuum, vt si a ponatur inesse b, b autem c. c vero d. hoc
autem sit falsum b inesse d. nam si ablato a, nihilominus b inest c. & c d. non erit fal-
sum propter eam quæ ex principio est hypothesin. Aut rursum si quis in superiori su
90 mat continuum vt si a quidem: b, e autem: f vero, e. falsum autem sit f inesse a: nā & sic
nihilominus erit impossibile interempta quæ est ex principio hypothesi.
Sed oportet ad eos qui ex prīcipio terminos copulare impossibile, sic enim erit pro
pter hypothesin. Vt in inferiori quidem, sumenti continuum ad prædicatum terminū
nam si impossibile est a, inesse d, interempto a. non amplius erit falsum. In superiori au
tem de quo prædicatur. Nam si f non possibile est inesse b, interempto b, non amplius
erit impossibile, similiter autem & cum priuatiui sint syllogismi. Manifestum ergo
quoniam cum impossibile non ad priores terminos; non propter positionem accidit
falsum. An nec sic semper propter hypothesin erit falsum: nam si non ei quod est b,
sed ei quod est K positum est inesse a, K autem c, & hoc d & sic manet impossibile. si-
militer autem & in sursum sumenti terminos, quare quoniam cum est & cum non est
hoc accidit impossibile, non erit propter positionem, aut cum non est hoc, nihilominus
fieri falsum. Nec sic sumendum vt alio posito accidat impossibile, sed quando ablato
hoc idem per reliquas propositiones concluditur impossibile, eo quod idem falsum ac
cidere per plures hypotheses, nihil fortasse inconueniens est. vt pararellas contingere,
& si maior est q̄ interius est, eo qui exterius, & si triangulus habet plures rectos duobus.

Deciminoni Cap. notæ.

Non propter hoc accidere falsum, propositio in syllogismo ad impossibile superflua, qua sci-
licet sublata & nulla alia, loco eius posita ex residuis nihil minus accidit impossibile.
Ex opposito propter accidere falsum, ea ꝓpositio qua posita accidit impossibile, sublata aūt




non amplius,& e a est propositio,propter quam accidit impossibile,& devtroque differit Aristoteles in hoc capi. Quæres quonam pacto pararellas concurrere ex vtraque hypothesium in fine capitis adiectarum,accidit quamquã id præsenti contemplationi minus est accommodatum propter eos tamen qui geometricis gaudent,oblectanturque raciocinationibus,aliquid quasi in transcursu adiicere haud quaquam erit difficile.Esto igitur interior angulus c a b,exterior vero a b d,& sit a b d minor,& positæ sint lineę g c & d e pararellę,quia per decimamtertiã primi elementorum Euclidis a b d & a b e,æquantur duobus rectis,similiter per eandem c a b & b a g.& per hypothesin c a b maior a b d, ergo c a b & a b e simul,maiores duobus rectis.& hæc iusta est demonstratio quod si dixerint æquales simul duobus rectis,argumentetur c a b & a b e simul æqui sunt duobus rectis, & similiter a b d & a b e. simul per commumem igitur conceptum ab illis ęqualibus idem commune demattur a b e, relinquuntur æqualia. atqui reliquuntur anguli c a b & a b d sunt igitur anguli illi æquales hoc aurẽ est cõtra hypothesin.& hæc demonstratio ad impossibile est;sunt igitur c a b,& a b e maiores duobus rectis.quare b a g & a b d resi dui quatuor rectorũ minores sunt duob9 rectis,per postulatũ igitũ si linea recta super duas lineas rectas ceciderit,duoq; anguli ex vna parte duobus rectis angulis minores fuerint,istas duas line as in eandem protractas proculdubio coniunctum iri,lineæ g c & d e quæ positę sunt pararellæ concurrent ad partem g quod est impossibile. De triangulo autem simili modo vide si placet,quã uis hęc geometræ curæ relinquenda essent.Esto insuper a b f triangulus constitutus inter paralel las g c & d e.& sint tres eius anguli a b f,b f a, f a b maiores duobus rectis si possibile est, cum angulus g a b exterior per primam partem tricesimę secundæ primi ęquetur duobus in trinsecis a b f & b f a sibi oppositis,& f a b æquetur a b d per vicesimam nonam primi. quia sunt coalternũ.erũt igitur a b f,b f a,& f a b,æquales duobus g a b & a b d.sed tres anguli a b f,b f a & f a b per hypothesin maiores cũ duobus rectis.quare & g a b & a b d simul maiores duobus rectis, cũ igitur quatuor anguli g a b:b a c a b d,a b e,per decimamtertiam bis sumptã,sint quatuor rectis:demptis igitur ab illis quatuor rectis,duobus g a b, ,& a b d maioribus duobus rectis . reliqui duo ex eadem parte b a c & a b e minores sunt duobus rectis,per prædictum igitur postularum lineæ g c & d e concurrent.sic igitur ex vtraque hypothesi geometricæ effectum est,quod astruebat Aristoteles,

PARAPHRASIS CAP. DECIMINONI.

Ecimumnonum caput.Conclusiones duæ modi eius quod est non propter hoc accidere falsum tres,obiectio vna,dilutio. Prima conclusio.Non propter hoc accidere,sequique falsum quod sæpe solemus in ratiocinationibus dicere,præcipue in iis syllogismis locum habet qui ad impossibile nuncupantur , quando ad contradictionem eius quod ostensum est,fuerit ratiocinatio ea scilicet demonstratione quæ est ad impossibile.Nã qui nõ cõtradicit alicui eorum quę prius ostensa sunt minime dicit aliquis non propter hoc accidere falsum,sed aliquid eorum quæ prius posita sunt falsum esse.neque in ea demonstratione quæ iusta ostensiuaque est,dicit quis non propter hoc accidere falsum. Neque id mirum.Nam alicuius monstratorum,contradictionem non efficit.Insuper cum interemptum fuerit aliquid infra demonstratione per a b c ratiocinando nulli b,a omni c,b,nulli c igitur a , minime est non propter hoc accidere falsum.quoniam minime licet dicere,non propter id quod positum,falsum esse syllogismum,atqui quotiens est non propter hoc accidere falsum afferere possumus syllogismum esse falsum non propter id quod positũ est.Nam non propter hoc tunc fieri dicimus,quando sublato hoc nihil minus absoluitur,completurque syllogismus.quod in syllogismis ostensiuis non euenit.nam sublata vna propositione,neque amplius(qui ea posita erat)manebit syllogismus,manifestum est igitur quoniam in iis syllogismis qui ad impossibile sunt dicitur nõ propter hoc accidere falsum & id quando sic se habet quæ a pricipio posita est hypothesis,vt siue ea sit siue nõ 88 sit,nihil minus accidat impossibile. Tres modi non propter hoc accidere falsum.

Primus igitur & manifestissimus modus non propterer hypothesin accidere falsum,est cum syllogismus ad impossibile ab hypothesi distinctus fuerit secũdũ terminos quibus mediantibus conflatus est,quod in elenchis dictum est,vt si quis volens demonstrare falsum ,diametrum esse asymetrum,id tener ratione zenonis efficere,quod impossibile sit quicquam moueri,hoc pacto, sit hypothesis diametrum esse assymetrum ,& argumenteiur hoc pacto.in quolibet spacio sunt infinita, infinita autem pertransire est impossibile,& est diameter asymeter,impossibile est igitur aliquod spacium pertransire,quare & aliquid moueri est impossibile. Id autem impossibile, quare & falsum diametrum esse asymetrum. Sane cum ad hoc impossibile ducat non posse quicquam moueri manifeste cognoscitur non propter hypothesin sequi falsum,& esse non pro





pter hoc,quia scilicet id falsum quod sequitur,ac accidit, nullo modo continuum est hypothesi quę posita est a principio. Secundus autem modus est si impossibile hypothesi sit continuum sumendo in inferiori,non tamen propter hypothesin illam,sequatur illud impossibile. Nam impossibile continuum bifariam fieri potest:& ei scilicet quod supra est,hoc est superiori ac prædicato,& ei quod infra est,hoc est inferiori atque subiecto.vt si quis supponat omni b inesse a, & sit d sub c,& argumentetur omni b inesse a,& omni c,inesse b,& omni d inesse c:igitur omni d inest b.id autem sit impossibile.id impossibile ei quod infra est,atque subiecto hypothesios continuū est & non sequitur id falsum & impossibile propter positam hypothesin.Nam sublato omni b inesse a,nihilominus manent propositiones omni c inesse b:& omni d inesse c,ad quas id accidit impossibile omni d inesse b. Tertius modus est si quis rursum continuet,copuletque impossibile hypothesi,sumendo quod supra est,atque superius. Vt sit hypothesis omni b inesse a,& f sit superius ad e,sumaturque omni a inesse e,& omni e inesse f, & argumentetur hoc modo omni b inest a,omni,a inest e,& omni e inest f,igitur omni a inest f,id autem sit impossibile.Hic sumitur hypothesis omni b inesse a quæ est non propter hoc accidere falsum.cui impossibile omni a inesse f coniunctum,continuumque,ex superioris parte atque prædicati. Nam hoc pacto sublata hypo-


89 thesi quæ a principio posita est nihil minus erit impossibile. Secunda conclusio. Cęterum ad sumendum id propter quod accidit falsum,oportet impossibile copulare ad eos terminos qui dicti sunt a principio eius scilicet quod est non propter hoc,& id ponere hypothesin.nam sic propter hypothesin erit impossibile,vt qui ad illorum terminorum id quod deorsum est & subiectū continuum sumit,continuabit eos ad hypotheseos(propter quam accidit falsum)prædicatum. vt esto hypothesis omni c inesse a & d sit sub & infra c.si igitur ita argumentetur omni c inest a,& oī d inest c,igitur omni d inest a.id autem sit impossibile.hypothesis omni c inest a,cui termini eius propositionis quæ est non propter hoc accidere falsum copulantur ad prædicatum , est propter quam accidit falsum. Nam si impossibile est omni d inesse a & sublato omni c inesse a,non amplius illud impossibile & falsum accidit,id sane est propter quod accidit falsum.Si autem ad horum terminorum id quod sursum & prędicatum est sumit impossibile continuum,non propter accidere falsum continuabitur ad hypotheseos subiectum propter quam accidit falsum.Vt sit hypothesis omni b inesse e,f autem superius ad e,si igitur hunc in modum argumentetur,omni b inest e omni autem e inest f , igitur omni b inest f,id autem sit impossibile dico hypothesin omni b inesse e esse ob quam id falsum accidit,& impossibile.nā si non possibile ei quod est b inesse f,sublato omni b inesse e nō amplius accidet impossibile.Similiter autem & si syllogismi sint negatiui manifestum igitur est impossibile vnde pendet & accidit falsum copulatum esse ad terminos qui a principio & eius propositionis quæ est propter hoc accidere,sequique falsum.


Obiectio. An neque sic semper propter hypothesin erit falsum. sane videtur. Nam sic c inferius ad b & d iferius ad c,similiter c inferius ad K. si ita ratiocinetur omni b inest a , & omni c inest

90 b & omni d inest a.id autem sit impossibile,manifestum est omni b inesse a esse propter quod accidit impossibile.at vero si hæc auferatur omni b inest a,& ponatur omni K inesse a, & omni c inesse K,& omni d inesse c,nihil minus accidit idem impossibile,omni d inesse a.Et similiter si quis ad id quod sursum est ac prædicatum hypotheseos:continet terminos. qua propter quia & cum est:& cum non est hoc,scilicet omni b inesse a,accidit falsum ac impossibile,non esse possit suppositio propter quam accidit falsum,aut cum non est,similiter fiet falsum. Dilutio.Non sic intelligendum,id esse non propter hoc accidere falsum vt eo sublato & alio posito accidat imposibile,sed est non propter hoc accidere falsum quando eo sublato , per reliquas propositiones idē accidit imposibile,quando quidē idem falsum,per plures accidere hypotheses nihil fortasse est incommodi.vt paralellas cōtingere primo hac hypothesi:quod trianguli interior angulus exteriore maior est .Secundo hac,quod triangulus plures duobus rectis habeat.



















De falsa ratiocinatione,catasyllogismo hoc est coratiocinatione & elencho Cap.XX.

91 FAlsa autem oratio fit propter primum falsum aut enim ex duabus propositionibus,aut ex pluribus omnis est syllogismus. ergo si ex duabus quidem.harum necesse est alteram aut etiā vtrasq; esse falsas .nā ex veris nō erat falsus syllogismus . si vero ex pluribus(vt si c quidem per a b,hoc autem per d e f g) horum erit aliquid superiorum falsum & propter hoc oratio. nam a & b per illa concluduntur . quare propter illorum aliquid accidit conclusio,& falsum.

92 Vt autem non catasyllogisetur,obseruandū qn̄ sine conclusionibus interrogat orationem,vt nō detur bis idē in proposi-

tionibus,eo quod ſcimus:quoniam ſine medio ſyllogiſmus non ſit.medium autem eſt quod plerumque dicitur.Quomodo autem oportet ad vnanquanque concluſionem obſeruare medium,manifeſtum eſt,eo quod ſcitur,quale in vnaquaque figura oſtenditur.hoc autem,nos non latebit,eo quod videmus quomodo ſubmittimus orationem.
¶ Oportet autem quod cuſtodire præcipimus reſpondentes,ipſos argumentantes ten 94
tare latere.hoc antem erit primum quidem ſi concluſiones non prius ſyllogiſent: ſed ſumptis neceſſarijs non manifeſte ſint. Amplius autem ſi non propinqua interrogant ſed quam maxime longe media.vt ſi ſit oportunũ cõcludere a d e f.media b c d e.oportet ergo inquirere ſi a,b.& rurſum non ſi b.c,ſed ſi d e ,deinde ſi b c & ſic reliqua, & ſi per vnum medium ſit ſyllogiſmus:a medio incipere.maxime enim ſic latebit reſpondẽtem. ¶ Quoniam ergo habemus quando & quomodo ſe habẽtibus terminis ſit ſyl
logiſmus:manifeſtum & quando erit,& quando non erit elenchus,nam ſi omnibus affir 98
matiuis,vel permutatim poſitis reſponſionibus(vt hac quidem affirmatiua,illa vero negatiua)contingit fieri elenchum,erit enim ſyllogiſmus,& ſic & illo modo ſe habẽtibus terminis.quare ſi id quod poſitum eſt,contrarium ſit concluſio,neceſſ eſt fieri elenchũ
nam elenchus,ſyllogiſmus contradictionis eſt. ¶ Si vero nihil affirmetur: impoſsibile 96
eſt fieri elenchum,non enim erat ſyllogiſmus,cum omnes termini erant priuatiui,quare nec elenchus.nam ſi elenchus neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe,cum autem eſt ſyllogiſmus,non neceſſe eſt elenchum eſſe. ¶ Similiter autem ſi nihil poſitum ſi ſecundum re
ſponſionem vniuerſaliter.nam eadem erit definitio ſyllogiſmi & elenchi. 97

Vicesimi Cap. notæ

Ratiocinatio falſa,ſyllogiſmus falſus:& eſt qui falſum concludit. Corratiocinatio qui & caſyllogiſmus & epicherema:is ſyllogiſmus eſt cũ quis propoſitiones admittit,id quod dare non
intendit colligentes. Et quamuis concluſio falſa accidat propter a vel b falſam:accidat etiam 92
propter d e f aut g falſam.nam quod accidit propter conſequens,accidit etiam propter antecedẽs a b autem conſequentia. Vocabula ἐπιχειρέω vnde ἐπιχείρημα.vtitur hic Ariſtoteles,vt idem deſignat ac καταουλλογίζω vnde & argumentari ratiocinari & corratiocinari interpretari poteſt & ἐπιχειροῦντας argumentantes ratiocinantes & corratiocinantes,vertit tamen interpres hæc vocabula paſſim & conari & conantes,quod dictum ſit,vt in alijs locis quid conari & conãtes apud interpretem velit interrogamus. Nam id quod epicherema & ſyllogiſmum facere,& epicherema facientes. Obſeruationes reſpondentium contra captioſos argumentantes,& inſidiantes veritati:obſeruari debent.Et obſeruationes argumentantium contra reſpondentes,veritati obluctantes & pertinaces.Elenchus eſt redargutionis ſyllogiſmus,& quia redarguimus maxime,conclu
dendo contradictorium propoſiti,ideo diffiniri ſolet elenchus quod ſit contradictionis ſyllogiſ- 93
mus:redarguere etiam ſolemus per contrarium.nam ſi concludimus contrarium, & propoſitum falſum eſſe neceſſe eſt.ideo elenchus videtur habere duas ſpecies.primam, qua ſyllogiſmo redarguimus,colligendo contradictoriam ſecundam, qua redarguimus , colligendo concludendoque contrariã pro.prima ſpecie diffiniri ſolet,quod frequẽtiſſime accidere ſoleat,ſecunda rarentius.ἔλεγχος tamen,id eſt elenchus, id ſignificant quod redargutio & argumentum,ἀπὸ τοῦ ἐλέγχω quod redarguo & arguo ſignificat.Contrarii nomine,pro oppoſito vſus eſt Ariſtoteles.

PARAPHRASIS CAP. VICESIMI. 95




Vicesimum Cap.concluſiones ſex. Prima concluſio.Falſa ratiocinatio ſit propter aliquod falſum prius poſitum.Nã ſyllogiſmus,ratiocinatioq; omnis, aut ex dua
bus aut pluribus eſt propoſitionibus.ſi igitur ex duabus fuerit ratiocinatio falſa 92
aut alteram,aut etiam ambas falſas eſſe neceſſe eſt. Nã ex veris non erit falſus ſyllogiſmus.Si autem ea ex pluribus fuerit, vt ſi colligatur concluſio c per propoſitiones a b,illę autẽ per propoſitiones d e f g.hoc pacto omni b,a,& omni c, b,igitur omni c,a.& rurſus omni b ineſſe a.quia omni d ineſt a,& omni c,d,& omni f,e,& omni g,f,omni autem b,g,igitur omni b a,& iterum omni c ineſſe b quod omni d,b,& omni e,d,& omni f , e, & omni g,f.c autem omni g.igitur c omni b.vt aliqua ſuperiorum falſa ſit & propter illam ratiocinatio falſa,neceſſe eſt.Nã & b per illas cõcludiitur.quare propter aliquã earũ falſam accidit cõcluſio. Secũda cõcluſio.Vt nõ corratiocinet̃ qñq; qs ſine cõcluſionib⁹ ratiocinationẽ inueſtigat.
obſeruandum ne idem bis detur in propoſitionibus a reſpondentibus.Nã id apprime cognoſci- 93


mus:sine medio syllogismum nõ fieri. medium autem est;quod plerunque dicitur. ne igitur corratiocinetur,opera danda est,ne is idem in propositionibus tribuatur. Sed quo modo ad vnamquamque conclusionem,medium obseruare oportet:manifestum est. eo quod cognitum est quale
94 in vnaquaque figura,medium ostenditur. hoc autem scientes,nos neutiquã latebit propter quod sciendo,secludimus,prępedimusque ratiocinationem. Tertia conclusio. Ad ratiocinandũ,oportet eos qui corratiocinaturi sunt,non prius colligere conclusiones neque propinqua media sumere. Nam oportet(quod obseruare præcepimus respondentes)eos qui epicherema syllogismũque faciunt latere respondentes,idque clam esse respondentibus. hoc autem erit,primum quidem si conclusiones non prius colligant:sed si prius cum sumpta sint necessaria,non sint immanifestę. Subinde vero si non propinqua interrogant media,sed,sed ea quæ maxime distent. vt si expedit corratiocinantur concludere omni f inesse a. media autem sint b c d e ,oportet igitur ĩterrogare si oĩ b ĩest a,& rursus nõ si omni c inest b. Nã statim bis sumptũ appareret, sed interrogandũ est,si omni e inest d,deinde si omni c inest b. & sic reliqua. & si per vnum medium fit syllogismus a medio incipere par est sic enim maxime latere possit respondentem,qui igitur epicherema fa-
95 cturi sunt,hæc obseruare conducibile est. Quarta. Ob idipsum quod exploratum habemus quãdo & quo modo sese habentibus terminis fit syllogismus,manifestum esse queat,quando erit , & quando non erit elenchus . Nam omnibus affirmatis vel alternatim responsionibus vt hac quidem affirmatiua illa vero negatiua positis,possibile est fieri elenchum. nam erit syllogismus & sic (hoc est omnibus affirmatis) & illo modo (scilicet alternatim affirmatis & negatis)se habentibus terminis quare si propositum oppositum sit conclusioni,necessarium est fieri elenchum. nam elenchus contradictionis syllogismus est. Quinta. Si nihil affirmatum positum sit, impossibile est
96 fieri elenchum. nam non erat syllogismus,cum omnes termini erant negatiui. quare nec erat elenchus. nam si est elenchus,syllogismum esse necesse est. at cõtra cum syllogismus est, non continuo elenchum esse necesse est. Sexta. Identidem si respondens nihil admittat in toto,& vniuersaliter nequaquam fiet elenchus. Nam eadem determinatio hac in re,& elenchi & syllogismi si autem ni
97. hil positum sit vniuersale,non fit syllogismus,igitur neque elenchus.

¶De fallacia secundum opinionem. Cap.XXI.

98 ACcidit autem quandoque(quemadmodum in positione terminorum fallebamur)& secundum opinionem fieri fallaciam. vt si contingat idem pluribus principaliter inesse,& hoc quidem latere aliquem & putare nulli inesse,illud autem scire, vt insit a b & c per c:& hęc omni d similiter. si igitur b quidem putet omni a,inesse. & hoc d. c autem nulli a,& hoc omni,d:eiusdem secundum idem habebit disciplinam & ignorantiam. ¶Rursum si quis fallatur circa ea quæ sunt ex eadem coniugatione. vt si a inest b,hoc autem c,& c d:opinetur autem a,inesse omni b,& rursum nulli c. Simul enim sciet & non opinabitur inesse . ergo nihil aliud existimat ex ijs:quam scit,hoc non opinari. scit enim aliquo modo quoniam a inest c,per b velut in vniuersali hoc quod particulare. quare quod aliquo modo scit : hoc omnino existimat non opinari. quod est impossibile. ¶In eo autem quod prius dictum est,si non ex eadem coniugatione sit medium,secundum vtrunque quidem mediorum ambas propositiones non possibile est opinari. vt a,b quidem omni,c autem nulli:hæc autem vtraque,omni d. accidit autem aut simpliciter,aut in aliquo contrariam sumere primam propositionem. si enim cui b ĩest omni. a opinatur inesse,b autem d nouit:& quoniam a d nouit,quare si rursum cui c nulli,putat a inesse:cui b alicui inest,huic non putat a inesse. quod autẽ omni putat cui b,rursum alicui non putare cui b:aut simpliciter aut in aliquo contrarium est. sic ergo non contingit opinari.

99 ¶Secundum vtrumque autem vnam,aut secundum alterum vtrasque:nihil prohibet vt a,omni b:& b d:& rursum a,nulli c. Nam similis huiusmodi fallacia:veluti fallimur circa particularia. vt si a,omni b inest,b autẽ,omni c:a omni c inerit. si ergo aliquis nouit quoniã a cui b,inest omni:nouit & quoniam ei quod est c. sed nihil prohibet ignorare c quoniam est. vt si a quidem duo recti,in quo autem b triangulus,in quo vero c sensibilis triangulus. opinabitur enim aliquis non esse c:sciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos. quare simul sciet & ignorabit idem. nam scire omnem triangulum quoniam duobus rectis,non simplex est:sed hoc quidem vniuersalẽ habet disciplinam,illud vero singularẽ:sic ergo,in vniuersali nouit c quoniã duobus rectis:in sin





gulari autem non nouit, quare non habebit contrarias. ¶ Similiter autem est qui in 106 Menone est oratio: quoniam disciplina est reminiscentia. nunquam enim accidit praescire quod singulare est, sed simul inductione sumere particularium disciplinam, velut recognoscentes. Nam quaedam scientes: statim scimus. vt quoniam duobus rectis, si scimus quoniam triangulus. similiter autem & in alijs. Ergo vniuersali quidem speculamur particularia, propria autem non scimus. quare contingit & falli circa ea, verum nõ contrarie, sed habere quidem vniuersalem, decipi autem particulari. Similiter autem in praedictis. non enim contraria quae est secundum medium: ei quae est secundum syllogismum disciplinae: nec quae est secundum vtrunque mediorum opinatio: nihil enim prohibet scientem & quoniam a, toti b inesse, & rursum hoc, toti c. putare non inesse c, a. vt quoniam omnis mula sterilis, & haec mula: putare hanc habere in vtero, non enim scit quaniam a, c qui non conspicit quod est secundum vtrunque. Quare manifestum quoniam & si hoc quidem nouit, illud vero non nouit, falletur. quod habent vniuersales, ad particulares disciplinas. nullum enim sensibilium cum extra sensum sit: scimus. nec si sentientes fuerimus, scimus: nisi vt in vniuersali & in eo quod habet propriam disciplinam, sed non in eo quod est in actu. Nam scire tripliciter dicitur, aut vt in vniuersali, aut vt propria aut in actu. quare & decipi totidem modis. nihil ergo prohibet & scire & deceptum esse circa idem: veruntamen non contrarie. quod accidit & ei qui secundum vtranque scit propositionum, & non pertractauit prius. nam opinans in vtero habere mulam, non habet secundum actum disciplinam, neque propter opinionem fallaciam contrariam disciplinae. syllogismus enim est contraria fallacia in vniuer- 110 sali. Qui autem opinatur quod bonum esse est malum esse, idem opinabitur bonũ esse & malum. Scit enim bonum esse in quo a, malum autem esse in quo b. rursum bonum esse in quo c. quoniam igitur idem opinatur & b & c. & esse c b opinabitur. & rursum b esse a similiter. quare & c a. nam quemadmodum si erat verum de quo c b. & de quo b a: & de quo c a verum erat. sic & in opinatione. Similiter autem & in eo quod quod est esse. nam cum idem sit c & b, & rursum b & a c, a idem erit. quare & opinatione similiter. ergo hoc quidem necessarium si quis det primũ. sed fortasse illud falsum opinari aliquem quod malum esse est bonum, nisi secundum accidens. multipliciter enim possibile est hoc opinari, perspiciendum autem hoc melius.

Vicesimiprimi cap. notae.

In hoc capite quia litera multa desiderabat inexpressa eorũ quae inuoluta erant, adiecta est in paraphrasi expressio Media eiusdẽ ordinis sunt quae statutis extremis, suã seruant naturalem seriẽ, vt sint extrema corpus & homo. & media ordinis eiusdem corpus animatũ, animal hoc modo. 98.

A	Corpus	Exremum
B	Corpus animatum	Medium
C	Animal	Medium
D	Homo	Extremum

Medium medio eiusdem sequelae & ordinis non est, quando naturalis non obseruatur situatio & series. Sint extrema corpus, cygnus, media animal, album, hoc modo.

A	Corpus	Extremum
B	Animal	Medium
C	Album	Medium
D	Cygnus	Extremum

Et haec descriptio pro primo demonstrandi loco & tertio. Contrarium simpliciter, in toto contrarium, in aliquo contrarium, in parte contrarium & id in aliquo contrarium, oppositum & contradictorium appellatur. Nam sic accidit aut simpliciter aut in aliquo primam sumere propositionem. quo modo in aliquo sumatur contrarium licet facile syllogismo sumere. Nam si nulli c inest a & omni d inest c, nulli d inest a, credit autem vtramque propositionem, quare & conclusionem nulli d inesse a, rursum argumentetur nulli d inest a, & omni d inest b, alicui igitur b non inest a. quae contradictoria primae propositionis. Secundum modos primae conclusionis non licet opinari, quia ex natis propositionibus coguntur contraria & con-

tradictoriis opinari,& idem arbitrari esse & non esse. Secundnm autem secundæ conclusionis exigentiam,nihil prohibet opinari,quamuis falsæ opinetur. quia ex datis propositionibus non licet perduci ad aliquid incommodi. Hypothesi facta quæ posita est,qui nouit cuicumq; inest b in-
99 esse a,nouit & cuicumq; inest c inesse a id vniuersali,et nõ notiõe propria & particulari est, ideo nihil obstat illum particulare aliquod c propria et particulari notiõe ignorare esse a. nã et ignorare cõtingit,ipsum esse c. Sciet & ignorabit idẽ,scilicet sensibilẽ illum triangulũ habere angulos duobus rectis æquos.sciet quidem vniuersali notiõe,& ignorabit notione singulari, & propria.
100 μενον liber vnus dialogũ Platonis ita descriptus,in quo cũ Menõe de virtute differit Socrates,ex quo quonã pacto cõtendat Socrates scientiã reminiscentiã esse, ex disputatione eius cum puero si placet requiratur,quę & amplius exprimetur in notis primi cap.primi posteriorum.

Contrarij modi sciendi.

Scire scientia vniuersali

Nescire scientia vniuersali

Item scire scientia particulari

Nescire scientia particulari & propria

Scire in actu.

Nescire in actu

Pugnare videatur scire in particulari & nescire,ignorareque in vniuersali, qui fieri enim potest vt quis conclusionum scientiæque habitum habeat,principiorum habitum non tenens?

Non contrarij

Scire scientia vniuersali

Nescire scientia particulari & propria

Scire scientia vniuersali

Nescire scientia in actu

Scire in particulari

Nescire in actu

Scire scientia in actu

Nescire scientia vniuersali

Scire scientia in actu.

Nescire scientia in particulari.

Et similes & similiter se habentes,sumuntur opinandi modi.

Scire scientia vniuersali et scientia propria, est scire habitum habendo. Scire autem actu,actũ habendo. Scientia in actu,vt cum quicquam sensibilium actu sensibiliũ actu sentiendo cognoscimus.quod Aristoteles appellat τὴν κατ' ἐνέργειαν ἐπιστήμην, καὶ ὡς τὸ γνῶναι hoc est secundum actum agereque ac operari scientiam,& vt in actu in eo vt quod est operari, & sic cœpit Aristoteles in libro prædicamẽtorum cap.septimo cũ inquit,aĩali quidẽ sublato nõ erit scientia.ne nos aliqui putet nostra cõmentatione et sensu,notã illam cõtra impios nos philosophos sed inflatos deceptorio inanium verborum vẽto sophistas,adiecisse,qui cauillãtur ex illo loco,Aristotelẽ mortalitati animorum consensisse,et videri in suam conspirasse ĩpietatem. Nunc autẽ audiãt,Aristotelem oĩbus modis scientiæ noĩe vti solere.quorum quo illic vsus est,hic ponitur tertius, ac vltimus. Per vniuersalem scientiam in calce approbationis Aristotelis, propriam etiam intelligimus. Fallacia contraria propositioni,cum vniuersali scientię contraria.quæ autem contrariæ assumptioni,et conclusioni vt in habitu sunt,contraria esset ei scientiæ quę est propria,


Per contraria



d


Per contradictoria

a



PARAPHRASIS CAP.VICESIMI PRIMI.

Vicesimumprimum Cap.Conclusiones tres,digressio vna. Prima conclusio. Accidit autẽ quẽadmodum pauloante in positione terminorum hallucinabamur nosq; latebat respõdentes,hunc in modum et secundum opinionẽ fieri deceptionẽ. vt si cõti-
11 git idẽ pluribus primum ĩesse et vni ĩesse lateat aliquẽ,et arbitretur nulli inesse,alteri autẽ ĩesse sciat,illa autẽ ipsa sciat eidẽ ĩesse,tunc sane secundum opinionẽ decipitur,vt si omi b et omni c primum,et per se insit a,et hęc inquã b c identidẽ omni d insit.si igitur arbitretur quispiã oĩ b ĩesse a. et hoc b scilicet,oĩ d et arbitretur etiã nulli c inesse a,sed c oĩ d,eiusdẽ secundũ idẽ habebit et scientiã et ignorantiam,scientiam quidem,vt quod omni d insit a hoc syllogismo omni b inest a et oĩ d inest b,omni igitur d inest a,cognoscit enim et propositionẽ et assumptionem ex hypothesi ignorationem autem eiusdẽ et secundum idẽ vt ignorationẽ quod d sit a hoc syllogismo.nulli c inest a,et omni d inest c,nulli d igitur inest a opinatur ex hypothesi




d
a substantia
b animatum
c animal






& propositionem,& assumptionem,quare etiam opinatur conclusionem nulli d inesse a.ignorat
igitur omni d inesse a esse veram.decipitur igitur hoc pacto secundum opinionem & per contra
dictionem,vt illud idem monstretur,difficile nõ esse. Rursum si quis fallatur circa ea quæ eius
dem sunt ordinis vt si omni b insit a & omni c insit b & omni d insit c.opinetur autẽ omni b in
esse a,& rursus nulli c inesse a,fiet deceptio secundum opinionem.Nam & simul sciet omni d in-
esse a & non arbitrabitur esse,putabitque nulli c inesse a.Sciet quidem his syllogismus.omni c in-
est b,& omni d inest c,omni d igitur inest b.propositio & assumptio sciræ, igitur & cõclusio.rur
sus omni b inest a,& omni d inest b,igitur omni d inest a.propositio & assũptio scitæ sunt,quare
etiam sciet omni d inesse a,rursus nullum c est a,& omne d est c,igitur nullũ d est a. propositio &
assumptio ex hypothesi opinantur,quare conclusio opinata,& eodem modo euenit de c nihil igi
tur aliud putet ex iis quam quod scit inesse,non arbitrari inesse. Nam scit aliquo modo a inesse
c per b,tanquam id quod particulare est,ea quæ in vniuersali est cognitione. quare quod aliquo
modo scit inesse,dignum esse putat vt opinetur omnino non inesse,quod est impossibile. Et in
simili terminorum positione quę & prius dicta est,etiã si medium medio non eiusdẽ sit ordinis,
secundum vtrumque medium ambas propositiones non est possibile sine deceptiõe & hallucina
tione opinari,vt si a sit summum extremum,d autem imum,b vero & c hoc modo media.si opi-
netur aliquis omni b inesse a & nulli c inesse a,hęc autem vtraque media inesse d, id iterum non
faciet sine deceptione.Nam sic accidit aut simpliciter aut in aliquo contrariam sumere primam
propositionem.Nam si nouit cuicunque inest b etiam inesse a, & omni d inesse b nouit,quare &
omni d inesse a nouit.Et quia omni d inest b,& omni d inest c,alicui igitur c inest b.si igitur rur-
sus putat nulli c inesse a,cui alicui b inest,illi putat,non inesse a.Nam b alicui c inerat putans igi
tur cuicunque inest b illi inesse a,rursus putat cui alicui b inest,illi non inesse a quod est simplici-
ter aut in aliquo,sumere contrariam primam propositionem. Non contingit igitur illo modo si
ne deceptione opinari. Secunda conclusio.Secundum autem vtrũque mediorum vnam propo
sitionem,aut secundum alterum mediorum ambas opinari,nihil prohibet, nihilque incommodi 96
est. vt datis extremis vt prius a d,& mediis b & c,nihil incommodi secundum medium b vtran-
que sumere propositionem omni b inesse a,& omni d inesse b,& rursum secundum c alterum me
dium sumere vnam,vt nulli c inesse a.quod vult secunda conclusionis pars.Aut vt intendit pars
prima,sumere vnam secundum vnum medium,vt vnam secundum primum medium ceu omni
b inesse a,& vnam secundum alterum vt nulli c inesse a. Et quod nihil incommodi sit hoc modo
sumere,hoc ideo est.Nam tametsi falli contingat,similis tamen est huiusmodi deceptio ei qua cir
ca particularia decipimur. vt si omni b inest a,& omni c inest b,omni c inerit a. Si igitur quispiã
nouit cuicunque inest b,illi inesse a,nouit & omni c inesse a.sed nihil prohibet,nihilque incõmo-
di est aliquod particulare c,ignorare esse a.nã nihil prohibet ignorare ipsum, esse c. vt si a sit duo
bus rectis æquos angulos habens,b triangulus,& c sensibilis aliquis triangulus , nihil prohibet
ignorare ipsum esse a.nam & fieri potest vt quis opinetur ipsum non esse c,sciẽs nihilominus om
nem triangulum habere angulos duobus rectis æquos.quare & simul sciet & ignorabit idẽ. sed
id sine incommodo.Nam scire omnem triangulum angulos duobus rectis æquos habere,nõ est
simpliciter & absolute illud particulare scire,sed hoc est vniuersalem sciẽtiã habere illud autẽ sen
sibile nosse,scientiã est habere singularem. sic igitur nouit c sensibilem triangulũ habere angulos
duobus rectis æquos,vt vniuersali scientia,singulari autem non nouit.id autem nihil prohibet.
quare non habet contrarias,pugnantesque opiniones,qui secundũ vtrunque mediũ propositio
nem vnam opinatur,aut duas secundum vnum & secundum alterum vnam. Digressio.Simi-
liter autem sese habet argumentatio quę est in Menone, quod oĩ disciplina reminiscentia est illa
sane quæ singularis est,reminiscentia non est.Nam nunquã accidit præscire notione particulari,
quod singulare est,sed simul contingit in ductione sumere particularium scientiam.perinde ac si
reminisceremur,recognosceremusq; scita,non autem quod illa prius sciuerimus.Nam quędã quę
scimus,recenter scimus.vt si scimus omnem triangulum habere duobus rectis æquos,de sensibili
triangulo si scimus quod sit triangulus,& illũ recẽter scimus habere duos angulos duobus rectis
æquos,& in aliis simile est iudicium.vniuersali igitur sciẽtia scimus particularia,peculiari autem
ac propria nescimus,quare contingit & circa ea decipi,veruntamen non contrario modo. sed ha
bere quidem eam quæ vniuersalis est,ea aũt quę particularis est oberrare.Et simili sane modo eue
nit in iis quæ prius dicta sunt.Nam nõ cõtraria est secundũ mediũ deceptio,ei scientię q̃ secundũ
syllogismũ est.neq; secũdũ vtrũq; mediorũ opinio,cõtraria est ei q̃ est secũdũ syllogismũ.Nã nihil
icõmodi est eum qui scit oĩ b inesse a & rursus omni c inesse b opinari ei quod est c nõ inesse a.vt
qui scit omnem mulam esse sterilẽ & insuper hanc esse mulã,putare hanc foetum habere.Nam ne
scit ei quod est c inesse a,hancque mulã esse sterilẽ,si non simul consideret vtrũque & omnẽ mu-
lam esse sterilem & hãc esse mulam.quare manifestum est si illud quidem nouit omnẽ scilicet mu
lã esse sterilem,& hoc videlicet hanc esse sterilem,non nouit,ipse falletur,quęquidem fallendi mo

triangu.
duo recti a
triangulus b
sensibi. vt iste c



sterile
a



e
Foetum habens inuetro ex equa & asina genitum hæc mula,

dum habent vniuersales scientiæ ad particulares. nam nullum sensibilium quod extra sensum est
scimus, neque si scientes (cum non est in sensu fuerimus, hoc non erit nisi tanquam vniuersale, &
in eo quod est habere propriam scientiam, sed non in eo quod actu est. Scire nanque tripliciter di
citur, aut vt vniuersali scientia, aut vt propria, aut ea quæ in actu est, quare & tot modis decipi
dicitur, nihil igitur prohibet & scire & deceptum esse circa idem, veruntamen non contrario mo
do quod accidit ei qui scit vtramque propositionem, & omnem mulam esse sterilem, & id quod
est c esse mulã id non consideranti prius. Nam is mulam videns & opinãs eam habere fœtum, nõ
habet secundum actum scientiam, neque etiam habet propter huiusmodi opinionem, fallaciã sci
101 entię contrariam. Nam syllogismi fallacia contraria est ei scientię quę est vniuersalis. Tertia
conclusio. Qui opinatur contrarium contrario inesse, & eidem contraria eadem esse opinabitur.
Vt qui opinatur bonum esse, malum esse, opinabitur bono idem esse, malum esse, & idem bonũ
esse. Nam esto a bonum esse, b autem malum esse, & rursus c bonum esse. quoniam igitur opi
natur idem esse b & c, & b inesse ipsi c opinabitur, & rursus ipsi b inesse a similiter, quare & ipsi
c inesse a opinabitur, quemadmodum si verum sit de quocunque c & b, & de quocunque b & a,
igitur per primam figuram de quocunque c & a verum erit, sic & in opinione. Et simile est in eo
quod est idem esse. Nam si ei quod est c, idem est b, & ei quod est b idem sit a, igitur & ei quod est
c, a erit idem. quapropter & in opinione similiter. Verum forsitan falsum est contingere opinari
contrarium contrario inesse (vt bonum esse, malum esse) nisi forte secundum accidens. nam multi
pliciter hoc opinari possibile est. Sed id aliud examen diligentius requirit


fœtũ hñs in vtero, ex equa & asino genitũ hæc mula.



a bonum esse
b malum esse
c fortitudo

De conuersionibus terminorum. Cap. XXII.

Quando vero conuertuntur extremitates, necesse est & medium conuer
102 ti ad vtranque. si enim a de c per b est, si conuertitur & inest cui a omni
c, & b a conuertitur, & inest cui a oĩ, b per medium c, & c b conuertitur
per medium a. Et in non esse itidem. vt si b inest c, a vero non inest b,
103 neque a inerit c. Si ergo b conuertatur ad a, & c ad a conuertetur. sit em̃
b, nulli a inexistens, ergo neque c. omni enim c inerat b. & si b conuerti
tur ad c, & a conuertetur ad c. nam de quocunque omnino b, & c. Et si c ad a conuerti
tur, & b conuertetur ad a. cui enim b inest & c: cui autem c, a non inest. & solum hoc a
conclusione incipit. alia autem non similiter, vt in prædicatiuo syllogismo.
104 Rursum si a & b conuertuntur, & c & d similiter, omni autẽ necesse est a aut c ines
se, & b & d sic se habebunt, vt omni alterum insit. quoniam enim cui a b & cui c, d om
ni autem a aut c: & non simul, manifestum quoniam & b aut d omni, & non simul. vt si
ingenitum incorruptibile, & incorruptibile ingenitum, necesse est quod factũ est cor
ruptibile, & corruptibile factum esse. duo enim syllogismi constituti sunt. Rur
sum si omni quidem, a vel b & c vel d. simul autem non insunt, si conuertitur a & c, &
b & d conuertetur. nam si alicui, non inest b: cui d, palam quoniam a inest, si autem a, &
c, conuertuntur enim. quare simul c & d, hoc autem impossibile:
105 Quando autem a toti b & c inest & de nullo alio prædicatur, inest autem & b, omni
c, necesse est a & b conuerti. quoniam enim de solis b c dicitur a, prædicatur autem b &
idem de se & de c, manifestum quoniam de quibus a, & b dicetur omnibus. verũ & de
106 a. Rursum quando a & b, toti c insunt: conuertitur autem c b, necesse est a, omni b in
esse: quoniam enim omni c a, c autem b, eo quod conuertuntur & a, omni b inerit.
107 Quando autem duo fuerint opposita, vt a magis eligendum sit quam b, cum sint op
108 posita, & d quam c, similiter si magis eligenda sunt a c quam b d, a magis eligendum
quam d. Similiter enim sequendum a, & fugiendum b: opposita enim & c ei quod est
d. nam & hæc opponuntur, si ergo a ei quod est d similiter eligendum, & b ei quod est
c fugiendum, vtrumque enim vtrique similiter fugiendum eligendo. quare & hęc am
bo a c, ijs quæ sunt b d, quoniam autem magis, non possibile similiter. nam & b d simili
ter erunt. Si autem d magis eligendum quam a, & b quam c minus fugiendum. nam
quod minus est: minori opponitur. magis autem eligendum est maius bonum & mi
nus malum, quam minus bonum & maius malum. vniuersum igitur b d magis eligen
dum quam a c. nunc autem non est, ergo magis a eligendum quam d & c, ergo minus
fugiendum quam b. Si ergo eligat omnis amans secundum amorem a sic se habere, vt
concedere & non concedere, in quo c, aut concedere in quo d, & non tale esse vt con
cedere in quo b, manifestum quoniam a huiusmodi esse. magis eligendum est quam




concedere. ergo diligi quam conuentio magis eligendum secūdum amorem. magis ergo est in amicitia quam conuenire. si autem maxime huius: & finis hæc, ergo conuenire aut non est omnino, aut diligendi gratia. nam & aliæ concupiscentiæ, & artes: sic fiunt: Quo modo ergo se habent termini secundum conuersiones, & in eo quod magis fugiendum vel magis eligendum sit, manifestum est.

Vincesimisecundi cap. notæ.


Ea conuertuntur, quæ de seinuicem vniuersaliter prædicātur. In conuersione negatiuę primi modi cum mediū maiori extremo cōuertitur, & extremū extremo. & secundo, cū mediū affirmatiuæ minori, & extremū extremo, sed non similiter id syllogismo affirmatiuo, quod ostenditur. vt sit syllogismus oī b inest a, & oī c inest b, oī c inest a non oportet si b cum a conuertatur, mediū scilicet cū maiori extremo, & c extremū cum extremo conuerti. nam omni b inest a in hanc oī a inest b conuersa, fit secunda figura ex solis affirmatiuis, quo mō nullus fit syllogismus, & si medium b minori c conuertitur fit tertia figura ex qua non potest colligi omni a inesse c. sed solū particularis. verūtamen in affirmatiuo syllogismo si medium vtrique extremo conuertitur, & extremū quoq; extremo conuerti necesse est, Idcirco paraphrasis paulo facta est expressior quam litera sonare videatur. Syllogismorum qui ad approbationē tertiæ conclusionis sumuntur, primæ propositiones notæ sunt, quod ex hypothesi cōuertibilia de conuertibilibus sumuntur. vt prędicati termini, prima pars primæ parti subiecti, & secunda secundæ conuertitur. assumptiones autē manifestę sunt positæ. Aliæ appetitiones & exercitia ita se habent, scilicet vt semper sint melioris gratia. 103 104 108


PARAPHRASIS CAP. VIGESIMISECVNDI.


Vigesimumsecundū cap. conclusiones septem. Prima cōclusio. Quando affirmatiui syllogismi extrema conuertuntur inter se, & medium cum vtroque extremo cōuerti necesse est. Nam si oī c inest a per medium b & conuertitur, vt omni a insit c, etiā conuertitur & b medium cū a maiore extremo, inest quod oī a, b per medium c, & b etiam mediū cum c minore extremo, cōuertitur per mediū a, hoc pacto omni c inest b, omni a inest c, igitur omni a inest b Item omni a inest c, & omni b inest a, igitur omni b iest c, manifestum igitur cum a c extrema conuertuntur inter se, & b primum medium cum vtroque extremo affirmatiue conuerti. Secunda conclusio. Negatiuæ identidem cōuertuntur, sed hac lege, si maius extremum medio negatiue conuertitur, & extremum extremo negatiue conuertetur. & si cū hoc minori extremo medium affirmatiue conuertitur, & extremum extremo negatiue. Rursum si (cum medium minori affirmatiue) negatur extremum extremo, & maius quoque medio cōuertetur. Vt si oī c insit b. & nulli b inest a per primam figurā nulli c iest a. dico igitur prio si b mediū cōuertatur cū a maiore extremo, & c a extremū cū extremo cōuertetur. Nam isto vt nulli a insit b. etiam nulli a inerit c per secundam figuram. nam omni c inerat b hoc syllogismo oī c inest b, & nulli a inest b igitur nulli a inest c. Secundo si mediū b remear, cōuertitur quod negatiue cū maiore, & affirmatiue cū extremo minore c. & a c extremū cum extremo cōuertitur vt facto syllogismo nulli b inest a, & oī c inest b, igitur nulli c inest a. si c b recurrunt & c a. hoc ideo est si c b hoc pacto recurrunt, de quocunq; oino dicitur b, & c. quare oī b inerit c. si igitur verū non est nulli a inesse c & non remeāt negatiue a c, aliquod a est c, tunc argumentor per tertiā figurā, nullum a est b. & aliquod a est c. igitur aliquod c non est b at positum est oē c esse b. cōuertitur, igitur extremū extremo. quod proponebatur. Item sint veræ nullum a est b & omne b est c in quas conuertuntur b a & c b, quia etiā vera erit oē c est b, nam c b conuertuntur, ergo per prius monstratum nulla inerit c, quod iterū est propositū. Tertio Si insuper (affirmatiue recurrentibus c b) c ad a, extremum ad extremū negatiue cōuertitur, & b ad a medium ad maius extremū negatiue cōuertetur. Nā oī b inerit c, & nulli c inest a, & conuertitur, nulli igitur a inest c. tunc per secūdam figurā oī b inest c, & nulli a inest c, nulli igitur a inest b, & nulli b inerat a, conuertitur igitur a ad b, & hic tertius modus solū a cōclusione, & extremorum cōuersione cœpit, alij vero nō, sed a medij, & extremi cōuersione, dissimili modo syllogismo affirmatiuo. Tertia. Si quatuor terminorum duo primi cōuertuntur, ideīdē & duo secundi, & primū aut tertium oī inesse necesse est & nō. ambo simul, secundus & quartus sic se habebunt, vt omni alterum eorum insit, at nō bo simul. Vt si sint quatuor termini a b c d & a b cōuertātur, & similiter c d, & necesse sit a aut c omni inesse & nō simul, sic se habebunt b d vt oī alterum insit, & non simul. Nā quia cuicunq; inest a & b & contra, & cuicunque inest c et d et contra, et oī inest a aut c et non simul, igit omni inest b aut d et non simul. vt si omne ingenitum incorruptibile, et omne incorruptibile ingenitū necesse etiam omne genitum corruptibile esse, et omne corruptibile esse genitum, si igitur omne, 102 103 104




ingenitum aut genitum est,& non ambo simul,etiam omne,incorruptibile aut corruptibile erit,
& nihil ambo simul,nam constituuntur qui id efficiunt duo syllogismi.primus efficit omne in-
corruptibile aut corruptibile hoc pacto, oē ingenitū aut genitū incorruptibile aut corruptibile
est,oē autem est ingenitū aut genitū,per primā igitur figurā omne est incorruptibile aut corrup-
tibile,secundus,nihil esse simul incorruptibile & corruptibile efficiens,hypotheticus esse potest si
105 aliquid est incorruptibile & corruptibile,ingenitum est & genitum,sed nihil est ingenitum & ge
nitum,nihil igitur incorruptibile & corruptibile. Quarta.Rursus si quatuor terminorum pri-
mus aut secundus omni insit,& non ambo simul,similiter tertius & quartus.& si primus & ter-
tius conuertuntur,etiam secundus & quartus conuertentur.& hæc præcedentis est conuersa . vt
si a vel b,omni insint,& c vel d similiter ac simul non insint,si a & c conuertuntur,etiam b & c cō
uertentur.Nam si b & d non conuertentur,esto igitur vt alicui non insit b cui tamē d insit.quia
illi non inest b,manifestum est ei inesse a.nam de omni a vel b.etsi a inest,etiam & c . conuertun-
tur enim a & c,& d positum est etiam inesse.quare simul eidem inerunt c & d quod est contra hy
pothesin & impossibile.& eodem modo monstraretur si poneretur b alicui inesse,cui non inesse
d,nam illi inesset c & sic,etiam & a ,nam conuertuntur a & c.& b insuper inesse positum est , in-
sunt igitur eidem a & b.quod est impossibile.manifestum est igitur si huiusmodi terminorū pri
mus aut tertius omni insit,& nulli ambo simul , identidem secundum aut quartum omni inesse
106 & nulli ambo simul,& si primus & secundus inuicem conuertantur , tertium & quartum inuicē
conuerti. Quinta.Quando idem prædicatum duobus subiectis inest & nullus aliis & alterum
subiectorum de altero vniuersaliter dicitur,prædicatum cum subiecto quod vniuersaliter dici-
tur conuertitur. Vt quando omni b inest a,& omni c inest a,& de nullo alio prædicatur a,& insu
107 omni c inest b,necesse est a & b inuicem conuerti. Namque quia de solis b & c prædicatur a,& b.
de se & de c.manifestum est de quibuscunque dicitur a,& b quoque de iisce omnibus dici.cæterū
& a ex hypothesi de quibuscunque & b,manifestum igitur est a & b adinuicem conuerti. Se-
xta Rursum quando duo prædicata eidem subiecto vniuersaliter insunt . & vnum prædicatorū
cum subiecto conuertitur,necesse est alterum prædicatum de illo prædicato vniuersaliter dici,
Vt quando omni c inest & a & b,& c cum b conuertitur,necesse est omni b inesse a . Nam quia
omni c inest a , & omni b inest c , eo quod c b conuertuntur,igitur per primam figuram om-
108 ni b inerit a.quod erat ostendendum. Septima si fuerint duo opposita quorum alterum altero
fuerit deligibilius,item duo alia opposita quorum itidem alterum altero sit deligibilius.si deligē
dum vnius fugiendo alterius adiunctum,deligibilius est deligendo alterius fugiendo primi con
iuncto,ipsum primū deligendū magis deligendū est quā secūdū. Vt si a & b sint duo opposita,
& a deligibilius sit quā b,& c d similiter duo opposita sed d magis expetendum,deligendūq; quā
c,si magis deligenda sunt a c quā b d,dico a deligibilius esse quā d.Nam simili modo a prosequē
dū & b fugiendū.sunt enim opposita,& quo modo d prosequendum & eo quoque modo c fugi
endum.nam & ea sunt opposita,si igitur a ei quod est d æque deligēdum & b ei quod est c,æque
fugiendum. Nam vtrūque vtrisque simili modo fugiendū ipsi prosequendo quare & hæc ambo
a c eis quæ sunt b d æque persequenda,eligendaque & expetenda.id aūt est contra hypothesin ,
quandoquidē a c posita sunt magis prosequenda quam b d,& si magis qui fieri potest vt æque?
Non igitur a ei quod est d æque deligendum Si autem dicas d magis deligendum quam a, & a
minus,igitur & b minus fugiendum quā c.nam minus fugiendum minus deligendo opponitur
& deligibilius est maius bonum & minus malum quam maius malum & minus bonum simul id
totum igitur b d deligibilius est quam a c.nunc autem id contra hypothesin est. reliquentur igi-
tur a deligibilius esse quā d.& ne id modo,sed & c minus deuitandum,fugiendumque quam b.
Si igitur deligat omnis amas secundum amorem a & c,a scilicet sic se habere,cordique esse vt gra
tificetur,& c non gratificari,aut d b & sit d gratificari & b non talem esse cordique habere vt gra
tificetur,manifestum a,cordi esse gratificari eiusmodi esse vt deligibilius sit quam d gratificari. si
quidem deligibilius est cordi esse gratificari & non gratificari,quam gratificari & id minime cor
di esse . Ergo & deligibilius quam amicabilis congressio.magis igitur amor in amicitia, quam
in congressione consistit.si autem maxime in illa consistit,& illa amoris finis est,congrediendum
igitur aut omnino non est,aut id amicitiæ,dilectionisque gratia faciendum. Nam & aliæ appeti
tiones & exercitia,ita se habent,Quonam modo igitur sese habent termini secundum conuersio
nem,& in eo quod quippiam deligibilius fugibiliusve sit,exploratum satis est.











De epagoge,id est inductione. Cap.XXIII.

Voniam autem non solum dialectici & demonstratiui syllogismi per præ-
109 dictas fiunt figuras.sed & rhethorici,sed & simpliciter quæcunque fides est
& secundum vnamquamque artem,nunc erit dicendum. Omnia enim cre-
dimus per syllogismum aut ex inductiōe.ergo si inductio quidem est & ex
inductione syllogismus per alterum extremitatem medio syllogisare. Vt si

eorum quæ sunt a c medium sit b: per c ostendere a inesse b. sic enim facimus inductiones. vt sit a longeuum, in quo autem b coleram non habere. in quo vero c singulare lõgeuum vt homo equus, & mulus. ergo toti b inest a. omne enim quod sine colera est, longeuũ: sed & b nõ habere colerã, omni inest c. si ergo cõuertatur c ei quod est b & nõ transcendat medium, necesse est a inesse b, ostensum enim est prius quoniam si duo aliqua eidem insunt & ad alterum eorum conuertatur extremum, quoniam conuerso & 10 alterum inerit prædicatorum. Oportet autem intelligere c ex singularibus omnibus compositum. nam inductio per omnia. ❡ Syllogismus autem huiusmodi est primæ & immediatæ propositionis. quarum enim est medium, per medium est syllogismus. qua- 11 rum vero non est per inductionem. ❡ Et quodammodo opponitur inductio: syllogismo. nam hic quidem per medium extremum de tertio ostendit: illa autem per tertium extremum de medio. ❡ Ergo natura quidem prior & notior per medium syllogismus 12 nobis autem manifestior qui est per inductionem.

Vicesimitertij Cap. notæ.

Syllogismo, syllogismo perfecto aut imperfecto inductione, inductione perfecta aut imperfecta, enthymema, syllogismus imperfectus. exemplum, inductio imperfecta. Vnde fit vt syllogismi nomine, enthimema, & inductionis nomine, exemplum etiam intelligamus.

Medium naturalem subiiciendi, prædicandique ordinem respicit, vt datis terminis animal, homo, Socrates, Plato, animal naturali prædicationis lege summum est. Socrates, plato & alii singulares homines, eadem lege infimi. homo autẽ, naturaliter medius. Propositio prima, propositio immediata & est quæ medium non habet, per quod possit demonstrari. Ratio corollarii, quia inductio per singularia procedens, quo ad nos clarior, quare & suus syllogismus, qui per eadem singularia, non autem per medium procedit.

PARAPHRASIS CAP. VICESIMITERTII.

VIcesimumtertium Cap conclusiones tres, corollarium vnum. Prima conclusio.

Nunc expediet dicere non solum dialecticos & demonstratiuos syllogismos, per prædictas fieri figuras, sed & rhethoricos, & omnino quæcunque fides est secundũ qualemcunque artem, per illas posse fieri. Nam quæcunque credimus omnia aut syllogismo aut inductione credimus, si igitur syllogismus est id quo credimus, per prędictas fit figuras. sin autem inductio est, & ex inductione sane per alteram extremitatem, alteram medio inesse licet syllogismo colligere. Verbi causa si eorum quæ sunt a c mediũ sit b & licet ostẽdere per c alterum extremum, a aliud extremum inesse medio b. Nam sic facimus ex inductione syllogismum. Vt esto a longeuum. b autem bilem non habens. c autem singulum quodque longeuum. vt homo, equus, mulus, ex inductione igitur quia omni c homini & equo & mulo inest a esse longeuum, etiam omni b inest a. Nam omne quod sine bile est, longeuum est, sed & etiam b quod sine bile est, bilemque non habens. omni c inest. si igitur conuertitur c cum b & non in plura se fundit b medium, ex necessitate, & syllogismo quidem ex inductione euenit, omni b inesse a: Nam prius ostensum est si duo quæpiam prædicata eidem subiecto insint & id extremum, subiectumque cum altero prędicatorum conuertatur, alterum prædicatorum illi prædicato inesse conuertitur autem hoc pacto c cum b, quare in syllogismo ex inductione alterum prædicatum a, de altero b, omni inesse colligetur. Et id nosse oportet c intelligi debere ex omnibus singularibus coalitum, compositumque. Nam per singula omnia, inductio est. Secunda conclusio. In syllogismis qui ex inductione coalescit, primæ & immediatæ propositionis est. Nam propositionum quarum medium est, per medium est syllogismus, quarum autem medium non est, inductio est. inductio igitur propositionis immediatæ est, quare & ex inductione syllogismus, quippe qui non per medium est, ac eiusdem propositionis est primæ propositionis est atque immediatæ. Tertia conclusio. Inductio quodammodo syllogismo qui per medium est, aduersatur. Nam is syllogismus primum de tertio per medium manifestat, inductio vero primum de medio per tertium.

Corollarium. Fit igitur vt natura quidem prior ac notior per medium syllogismus, quo ad nos autem clarioris qui inductione fit.



a longeuum
b non biliosum
c coruus, elephas cornix, mulus & reliqua huiusmodi

❡ De paradigmate, hoc est exemplo. Cap. XX. IIII.

EXemplum autem est quando medio extremum inesse ostẽditur per id quod est simile tertio. oportet autem & mediũ tertio & primum simili notus esse, inesse. Vt sit a malũ, b aũt contra confines inferre bellum. in quo autẽ c Athenienses contra Thebanos, in quo autem de Thebanos contra Phocenses: si ergo volumus ostendere quoniam Thebanis pugnare malum est, sumen-

dum quoniam contra confines pugnare est malum,huius autem fides ex similibus.vt
4 quoniam Thebanis contra Phocenses. ¶ Quoniam ergo contra confines malum,cõ-
tra Thebanos autem contra confines est,manifestum quoniam contra Thebanos pu
gnare malum.quoniam ergo b.c & d inest,manifestum. vtrumque enim est contra cõ
25 tra confines inferre bellum, & quoniam a, d. Thebanis enim non fuit vtile contra
Phocenses bellum. Quoniam autem a inest b, per d ostendetur: eodem autem modo
& si per plura similia fides fiat: medij ad extremum. ¶ Manifestum ergo quoniam ex-
emplum est neque vt totum ad partem,neque vt pars ad totum,sed vt pars ad partem
quando ambo quidem insunt sub eodem: notum autem alterum.

26 ¶ Et differt ab inductione,quoniam hæc quidem ex omnibus indiuiduis ostendebat
inesse extremum medio,& ad extremum non copulat syllogismum hoc autem & co-
pulat,& non ex omnibus ostendit.

Vicesimiquarti Cap.notæ

23 Exemplum,inductio imperfecta,sic enim hoc in loco diffinitur,inferius autem alio etiam mo
24 do sumetur,vt quod vt particulare ad particulare se habet,cum alterum,per quod alterum ostẽ-
ditur notum fuerit,& quidnam ex exemplo syllogismus,diffinitione claudere facile est. nã is est
qui primum de tertio per primi exempli medium concludit in primo exemplo colligitur primus
terminus de medio per simile,vnum quidem aut plura,in secundo primus de tertio per simile.
In syllogismo primus de tertio per medium,vt hac descriptione facile est dinoscere.

A	Primus terminus	Malum
B	Medius	Conterminus inferre bellum
C	Tertius	Athenienses Thebanis
D	Simile tertio	Thebani Phocensibus.

Exemplum primo modo.

Thebanos Phocensibus inferre bellum,malum est.

Igitur conterminis inferre bellum,malum est.

Exemplum secundo

Thebanos Phocensibus inferre bellum,malum est.

Igitur & Athenienses Thebanis inferre bellum,malum.

Syllogismus ex exemplo.


Omnino conterminis inferre bellum,malum est.

Athenienses autem Thebanis,est conterminis inferre bellum

Igitur Athenienses Thebanis inferre bellum,malum.

Qui populi Græciæ,Athenienses,Thebani & Phocenses,ex nono geographiæ Strabonis, sunt
enim Athenæ præclarissima philosophorum nutrix ac alumna,Achaiæ ciuitas. Thebæ & Phocis
Boetiæ,de bello Phocensium contra Thebanos quam infeliciter gestum sit ducibus eorum philo
mene & Enomao,ex principio octaui Iustini historiographi cognoscitur, & ex eodem de Atheni
ensibus & Thebanis quamplurima, Totum,vniuersale. Vt para ad partem,vt particulare
23 ad particulare,definire solent id esse,cum vnum particulare,per alius notiud ostenditur.
Sub eodem,id,medius est terminis.

PARAPHRASIS CAP. VICESIMIQVARTI.



Vicesimumquartum Cap.exempli modi duo,de syllogismo ex exemplo.conclusio
vna. Primus exempli modus Exemplum est quando primum medio inesse mõ-
23 stratur per id quod est simile tertio.oportet autem exploratius esse, & medium
tertio,& primum illi simili inesse. Vt si a malum.b autem conterminis inferre bel
lum.c Athenienses Thebanis.d varo Thebanos contra phocensibus. Si igitur vo
lumus syllogismo monstrare Athenienses Thebanis inferre bellum, malum esse,
primum scilicet terminum tertio,primitus exemplo sumendum est conterminis inferre bellũ, ma
lum esse primum de medio per simile tertio,vt hoc pacto Thebanos Phocensibus inferre bellum
malum est,igitur conterminis inferre bellum malum est. Nam huius, conterminis inferre bellum
25 malum esse ex similibus fides est. De syllogismo ex exemplo. Deide hoc pacto nectere syllogismũ
oportet.quoniam igitur conterminis inferre bellum,malum est, Athenienses autem Thebanis,est
conterminis inferre bellum,igitur Athenienses Thebanis inferre bellum malum est. quod igitur
b & ei quod est c & ei quod est d inest manifestum est.

Nã vtrũq; est cõterminis inferre bellũ,& q a ei quod est d,quãdo quidẽ Thebanis minime pro
spere successit Phocenses lacessisse bello. & q a ei quod est b inest,ostenditur per d, & eodẽ quoq;
modo,si per plura similia fides fiat, ipsum primum medio inesse. Secundus exempli modus

Manifestum itaque esse potest exemplum etiam esse quod neque vt totum ad partem est, neque vt pars ad totum,sed vt pars ad partem, quando ambo sub eodem,notum autem alterum est. 115

Conclusio.Exemplum ab inductione differt. Nam inductio ex singulis omnibus primum mõstrabat inesse medio,& extremi ad extremum non copulabat syllogismũ. exemplum autẽ & ex- 116 tremum extremo copulat,& non ex omnibus manifestat,ac ostendit.

¶De apagoge,deductioneque. Cap. XXV.

Eductio autem quando medio quidem primum palam est inesse,postremo autem medium dubium quidem,similiter autẽ 117 credibile aut magis conclusione. ¶Amplius si pauciora sunt media postremo & medio,omnino enim propinquius esse accidit scientiæ, ¶Vt sit a docibile,in quo b disciplina,c iustitia. 118 ergo disciplina quoniam docibilis . manifestum iustitia autem si disciplina,dubium. si igitur similiter aut magis credibile sit b c quam a c,deductio est.propinquius enim scientię per quod assumpserint a c.disciplinam prius non habentes.Aut rursum si 119 pauciora media sint b c.nam & sic propinquius est scientiæ.vt si d sit quadrangulare in quo autem e rectilineum,in quo f circulus,si ergo eius quod est e f vnum solum sit medium per lunares figuras ęqualem fieri rectilineo circulum, propinquius erit scientiæ. ¶ Quando autem neque credibilius est b c quã a c,neque pauca media,nõ dico deductionem,neque quando immediata est b c,disciplina enim quod eiusmod est.

Vicesimiquinti Cap.notæ.

Deductionis(quam & aliqui vocant auocationem)duo modi in litera satis sunt aperti. Rectilineum,figura rectis lineis clausa hic autem pro quadrato. Cum sinuatis & lunaribus figuris quæ corniculatæ lunæ effigiem repræsentant.Cõstituitur enim meniscus ac lunula,ex quarta cir- 117 cunferentiæ & circunferentia semicirculi.cuius rei amminiculo Hippocrates Chius conatus est tetragonismon,circulique quadraturam demonstrare,cuius demonstrationẽ affert Georgius Val- 118 la cap.octauo secundi suæ geometriæ.quo ex loco qui id cupiet,requirat.

PARAPHRASIS CAP. VICESIMIQVINTI.


Vicesimumquintum Cap.deductionis modi duo,& declaratio. Primus deductionis modus deductio est cum primum medio inesse manifestum 101 fuerit,medium autem postremo immanifestum quidem sed ęque aut magis conclusione credibile. Secũdus.Insuper deductio est cum medium de postremo paucioribus medis ostenditur quam primum de postremo.nã omnino accidit medium postremo inesse,propinquius esse scientiæ. Vt 118 esto a quod doceri potest,b scientia,& c iustitia . manifestum profecto est scientiam doceri posse,immanifestum autem an iustitia. scientia est. si igitur æque aut magis credibile b de c iustitiam scilicet esse scientiam,quam a c hoc est iusticiam posse doceri,huiusmodi ratiocinandi modus omnis scientia doceri potest,& 119 iusticia scientia,iustitia igitur doceri potest,iuxta primum modum deductio est. Nã vicinius est vt sciant b inesse c(per quod assumendo efficiant a inesse c)ą qui eius rei nondum scientiam habent. Ac rursus si pauciora media sint b inesse c,identidem deductio est.nam & sic vicinius est vt sciat quid.vt si d sit quadrati,e autem rectilineum , f circulus si eius quod est e æquari f vnum solum sit medium scilicet cum sinuatis lunaribusque figuris æqualem fieri circulum rectilineo, propinquius vtique fuerit vt sciat e f quam d f,estque iuxta secundum modum deductio. Verũ quãdo neque credibilius fuerit b e medium inesse postremo,quam e primum inesse postremo neque pauciora media fuerint,non appello deductionem,neque quando b inesse c immediata fuerit,nã quod eiusmodi est,scitum,notumque esse debet.

Pollicianus



Figura a e d circunferentiarum partibus a d,& a e d,meniscus , lunulaque dicitur

Docilis scientia iustitia



qua- recti- lũares cir- draci lineum figurę cul-



¶De instantia quam enstasin dicunt. Cap.XXVI.

Instantia autem est propositio propositioni contraria. ¶Differt autem a propositione:quoniam contingit quidem instantiam esse in parte,propositionem vero aut omnino non contingit,aut non in vniuersalibus syllogismis. ¶Fertur autem instantia duobus modis & per duas figuras.duobus modis quidem,quoniam aut vniuersalis aut particularis omnis instãtia.per duas aũt figuras,qm̃ oppositæ ferũtur ꝓpositiõi, opposita aũt i prima & i tertia figura perficiũt solis.nã qñ postulatũ oĩ inesse,instamus qm̃ nulli,aut qm̃ alicui nõ iest,hoiũ autem

nulli quidem ex prima figura, alicui autem non, ex postrema. Vt sit a vnam esse disciplinam, in quo b contraria. proponit ergo vnam esse cõtrariorum disciplinam, aut quoniam omnino non est eadem oppositorum instant. contraria autem opposita, quare fit prima figura. Aut quoniam noti & ignoti non vna. hæc autem tertia. nam secundũ tertiam notum & ignotum contraria quidem esse, verum. vnam autem esse eorum disciplinam, falsum. Rursum in priuatiua propositione similiter. cum postulat enim non esse contrariorum vnam disciplinam, aut quoniam omnium oppositorum, aut quoniã contrariorum aliquorum est eadem disciplina, dicimus, vt sani & ægri, ergo omnium
123 quidem ex prima, aliquorũ vero ex tertia figura. ¶ Simpliciter autem in omnibus vniuersaliter quidem instantibus, necesse est ad id quod vniuersale est propositio contradictionem dicere, vt si non vnam existimet contrariorum omnium: dicere oppositorũ vnam, sic autem necesse est primam esse figuram. mediũ enĩ fit vniuersale ad hoc quod ex principio. quod autem ad hoc in parte est vniuersale. dicitur propositio. vt noti & ignoti non eandem. nam contraria vniuersale ad hæc, & fit tertia figura. medium enim in parte sumptum. vt notum & ignotum. nam ex quibus est syllogisare contrarium, ex ijs & instantias conamur dicere, quare & ex his solis figuris, ferimus. nam in his solis, oppositi syllogismi, per mediam enim figuram nõ fuit affirmare. Amplius autem & si sit oratione indiget plurima, quę est per mediam figuram. vt si non concedant a inesse b, eo quod non sequitur hoc c. hoc enim per alias propositiones manifestum. non oportet autem instantiam cõuerti ad alia, sed statim manifestam habere alteram propositio-
124 nem. ¶ Quapropter & signum, ex sola hac figura non est. Perspiciendum autem & de alijs instantijs, vt de ijs quæ sunt ex contrario & simili, & secundum opinionẽ, & si particularem ex prima vel priuatiuam ex media possibile est sumere.

Vicesimisexti Cap. notę.

121 Instantia quæ & obiectio dicitur, ad vniuersalem syllogismi propositionem aliquam lata, etiam particularis esse potest, propositio autem contra quam feratur in vniuersalibus syllogismis, nunquam esse particularis, nam vniuersalis sillogismus non coalescit nisi ex vniuersalibus propositionibus In syllogismis autem particularibus propositio esse potest particularis, sua autem instantia semper vniuersalis, ad particularem enim nonnunquam obijcimus, quare & instamus.
122 Quod opposita in solis prima & tertia figura perficiuntur, hoc ideo est quod vniuersales affirmatiuæ & vniuersales negatiuæ statim perficiuntur in prima figura, per id quod est omni inesse & nulli inesse, & particulares & affirmatiuę & negatiuæ in tertia figura propter expositionẽ In secunda autem figura. nullæ enunciationes perficiuntur, quod neque de omni & de nullo, neq; expositio locum in ea ad quippiam perficiendum habeant vllum. instantia autem quam fieri potest: manifestissima ratiocinatione colligi debet. Quo fit vt iure sola prima aut tertia figura, omnis perfici debeat instantia. maxime enim omnium hæ argumentandi formæ, claræ manifestęque
123 sunt. Litigiosi cũ instare putãt, latebras inuolucraq; quærunt, & ideo nõ tã instare, quã ineptire, putandi sunt. Noto & ignoto indefinitis vtitur pro particularibus. Secunda cõclusio id prętendit, quod cum ad vniuersalem propositionem per vniuersalem instamus. necesse est instantia monstrata, eum contra quem ferimus instantiam contradictoriam concedere propositionis quæ est de vniuersali propositi. vt nullorum cõtrariorum est eadem disciplina propositio quæ de vniuersali propositi est, hæc est, nullorum oppositorum est eadem disciplina. nam oppositum contrarij vniuersale est. ideo si quis vniuersalem instantiam astruat omnium contrariorum eandẽ esse disciplinam, consequens est vt & qui propositum intendebat, hanc etiam aliquorum oppositorum est eadẽ disciplina. nã quando propositi vniuersale sumitur medium, fit prima figura & quã do singulare propositi sumitur medium, fit tertia figura, vt subiecta monstrat descriptio.

Nullorum contrariorum est eadem disciplina. — Propositum

Syllogismus primę figuræ.

Omnium oppositorum est eadem disciplina.

Omnia contraria opposita


Omnium contrariorum eadem disciplina — Instantia

Oppositorum, vniuersale est contrariorum, quod in proposito collocatur.

Syllogiſmus tertię figuræ.


Horum noti & ignoti eadem diſciplina
Hæc autem notum & ignotum contraria.
Aliquorum igitur contrariorum eadem diſciplina.

Notum, & ignotum pars ſingulareque oppoſitorum, vniuerſalis ſcilicet contrariorum, quod 94
quidem eſt in propoſito. In parte autem ad id quod eſt vniuerſale. in parte ſe extendit ad parti-
culare & ſingulare. Oppoſiti ſyllogiſmi, quod vtraque figurarum prima videlicet & tertia af-
firmationem, negationemque colligit, quarum qualitas quodãmodo oppoſita, & maxime in pri
ma figura. ſecunda vero figura negationem ſolam concludit, quæ negationi non aduerſatur.





Alteram propoſitionem. Quando inſtamus ad affirmatiuam ſumimus propoſitionem negati
uam, alteram dicit oportere eſſe notam, & quando inſtamus ad negatiuam ſumimus affirmatiuã
alteram autem affirmatiuam (quę coaſſumitur) oportet eſſe notam. cum vero inſtabatur per ſecũ
dam figuram ad primam propoſitionem ſyllogiſmi omne b eſt a & omne c eſt b igitur omne c 98
eſt a, ſumebatur propoſitio negatiua nullum a eſt c, & altera propoſitio eſt: omne b eſt c quę non
eſt nota. ſed ea ad quam conuertitur, quæ fuit aſſumptio primi ſyllogiſmi. Quid ſignum, ex ſe-
quenti capite. Ex contrario, a ſimili ſecundum opinionem, & ſimiles inſtantiæ, ex libris topico
rum ſunt noſcendæ. Poteſt in prima figura particularis inſtantia ſumi. Ex ſecunda figura ſumi, ſed
minus manifeſtam, apertamque, ſunt qui non negant. 96

PARAPHRASIS CAP. VICESIMISEPTIMI.




VIceſimumſextum. Cap. Diffinitio vna, differentia vna. concluſiones duæ. corollariũ
vnum. Diffinitio. Inſtantia eſt propoſitio propoſitioni aduerſa. Differentia. In
ſtantia a propoſitione cui aduerſatur. hoc differt, quoniam contingit inſtantiã par- 97
ticularem eſſe, propoſitionem autem vel omino non contingit, vel non in vniuer-
ſalibus ſyllogiſmis. Prima concluſio. Fertur inſtantia duobus modis, & per du-
as figuras. Duobus quidem modis, vniuerſaliter ſcilicet, aut particulariter. Nam omnis inſtantia
aut vniuerſalis aut particularis eſt. Per duas autem figuras. nam inſtantiæ aduerſantes feruntur 92
propoſitioni, aduerſantia autem & oppoſita, in ſolis prima & tertia figura perficiuntur. nam quã-
do quid a quopiam poſtulatur omni ineſſe, inſtamus aut vniuerſali negatiuo aut particulari nega
tiuo, vt quod nulli ineſt aut alicui non ineſt, horum autem vniuerſale negatiuum ex prima figu-
ra, particulare negatiuum ex tertia perficitur figura. Vt eſto a vnam eſſe diſciplinam, b contraria
cum quis prętendit omnium contrariorum vnam eſſe diſciplinam, inſtatur aut quoniam omnino
ac vniuerſaliter oppoſitorum non una eſt diſciplina, omnia autem contraria oppoſita, nullorum
igitur contrariorum vna diſciplina. id autem prima fit figura. quare cum vniuerſali negatiuo in-
ſtamus. id fit in prima figura, aut particulari negatiuo inſtatur quoniam horum, noti ſcilicet & ig-
noti non eſt vna diſciplina. notum autem & ignotum contraria, aliquorum igitur contrariorum
non vna eſt diſciplina, hoc autem eſt tertia figura. quare inſtantia particularis negatiua, rite perfi 93
citur in tertia figura. Nam ſecundum tertiæ figuræ exigentiam. verum eſt contraria eſſe, de noto
& ignoto dici & vnam eſſe diſciplinam ipſorum falſum eſt, quare eorum non vnam eſſe diſcipli-
nam eſt verum. Rurſus & cum aduerſus negatiuam propoſitionem inſtamus: idem euenit. Nam ſi
quis poſtuler nullorũ contrarium vnam eſſe diſciplinam, inſtatur aut quoniam omnium oppoſi-
torum eſt vna diſciplina, omnia autem contraria oppoſita, omnium igitur contrariorum vna eſt
diſciplina aut quoniam quorundam contrariorum, vt ſani & ægri vna eſt diſciplina, ſanum autẽ
& ægrum contraria. aliquorum igitur contrariorum vna eſt diſciplina. vniuerſalis igitur affirma
tiua ex prima figura, & particularis affirmatiua dinoſcitur ex tertia. Secunda concluſio. 9[illegible]
Omnino in vniuerſaliter obiectis, neceſſe eſt ad oblatorum propoſitorumque id quod vniuerſa-
le eſt, contradictionem dicere. vt ſi quis propoſitum vniuerſale poſtulet omnium contrariorũ nõ
eadem eſſe diſciplinam & contra eum inſtantia obiectioneque vniuerſali, collectum ſit omnium
contrariorum eandem eſſe diſciplinam. vt ipſe dicat, fateaturque aliquorum oppoſitorum eandẽ 92
eſſe diſciplinam neceſſe eſt. ſic autem neceſſe eſt primam figuram, & tertiam euenire. Nam ip
ſum propoſiti vniuerſale fit primæ figuræ medium ad inſtandum, aduerſandumque ei quod exi-
ſtimatam eſt a principio, vt hoc modo omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, omnia autem
contraria oppoſita, omnium igitur contrariorum eadẽ diſciplina. In parte autẽ ad id quod
vniuerſale eſt eius de quo dicitur eſſe propoſitum, tertiæ figuræ medium fit, vt noti & ignoti ean
dem eſſe diſciplinam, & notum & ignotum eſſe oppoſita, aliquorum igitur oppoſitarum eandem
eſſe diſciplinam. Nam id cõtraria inquam (de quo eſt & propoſitum) vniuerſale eſt ad notum
& ignotum, oppoſita vero vniuerſale ad contraria, fitque tertia figura. nam medium extremo- 93
rum pars ſumptum eſt, vt notum & ignotum, Fx prima igitur figura & tertia inſtamus, & his qui
dem ſolum. nam ex quibus eſt colligere quod contrarium eſt & aduerſum, ex iis ſane & inſtãtias
afferre conamur quare merito ex ſolis iis duabus figuris, eas ferimus. Nam in his ſolis, oppo-






siti syllogismi .per secundam enim quicquam affirmare.etiam autem quamuis ferretur instantia a sermone tamen indigeret plurimo quę in secunda fieret figura. vt si ratiocinationis omne b est
a,& omne c est b igitur omne c est a .non detur omni b inesse a, sed instetur propter id quod non competit a hoc pacto.nulli a inest c,& omni b inest c,igitur nulli b inest a.nam hoc per alias propositiones fit manifestum conuertendo scilicet omni c inesse b.atqui non oportet ad alia conuerti instantiam,sed statim exploratam habere alteram propositionem. Corollariũ. Quapropter & signum ex hac sola figura non est.Considerare etiam posset aliquis & de aliis instantiis , vt de iis quæ sunt ex contrario,vel ex simili,vel quæ sunt secundum opinionem, & verũ contingat ex prima figura particularem instantiam sumere,& verum aliquo pacto ex secunda figura instantiã negatiuam sumere sit possibile.



De eicote hoc est consentaneo signo,indicio & euthimemate Cap.XXVII.



EIcos autem & signum non idem est,sed eicos quidem est propositio probabilis.quod enim vt in pluribus sciunt sic factum vel nõ factum,aut esse vel non esse,hoc est eicos.vt odire inuidẽtes, vel diligere amantes.Signum autem vult esse propositio demonstratiua,vel necessaria,vel probabilis.nam quo existente est.vel quo facto prius vel posterius res,signũ est vel fuisse vel esse.

Enthymema ergo est syllogismus imperfectus ex eicotibus & signis. Accipitur autem signum tripliciter quoties & mediũ in figuris . aut enim vt in prima aut vt in media,aut vt in tertia. Vt ostendere quidem parĩetem esse , eo quod lac habeat,ex prima figura.medium enim lac habere in quo a,parere b,lac habere mulier in quo c.quoniam autem sapientes studiosi.nam Pittacus est studiosus,per postremam.in quo a studiosum,in quo b sapientes,in quo c Pittacus.verum igitur a & b , de c predicari,sed hoc quidem non dicunt quia notum sit.illud vero sumunt.Peperisse autem quoniam pallida,per mediam figuram vult esse,quoniam enim sequitur parĩetes pallor.sequitur autem & hanc ostẽsum esse arbitrãtur quoniam peperit:pallor in quo a,parere in quo b:mulier in quo c.Ergo si vna quidem dicatur propositio , signũ sit solum,si autem & altera sumitur syllogismus.vt Pittacus liberalis.nam ambitiosi liberales.Pittacus autem ambitiosus,aut rursus qm̃ sapientes boni . Pittacus autem bonus: sed & sapiens,sic ergo fiunt syllogismi. Verum quidem per primam figuram insolubilis,si verus sit.vniuersalis enim est.qui autem per postremam: est solubilis & si vera sit conclusio.eo quod non vniuersalis est in tertia,nec ad rem syllogismus.non enim si Pittacus est studiosus,propter hoc & alios necesse est esse sapientes. Qui vero per mediam figuram est,semper & omnino solubilis.nunquam enim syllogismus fit,sic se habentibus terminis,non enim si quæ peperit pallida,pallida autem & hæc,necesse est parere hanc,ergo verum est quidem in omnibus figuris,differentias autem habentiam dictas. An igitur sic diuidendum signum:horum autem medium indicium sumẽdũ, nam indicium dicũt esse quod scire facit:tale autem maxime medium.an vero quæ quidem ab extremitatibus signa dicẽda,quæ autem ex medio indicium: probabilissimum enim & maxime verum est,quod est per primam figuram.


Vicesimiseptimi capitis notæ.


ἔικοσ,si diphthõgus græca debet proferri i.vt Orphei calliopea,lino formosus Apollo. Id consentaneum est,hoc est propositio ita asseuerans,ἔικοσ consentaneumque appellatur. Signa quædam sunt,quæ simul cum re sunt.vt deliquium,simul cum ablatione porrectionis vmbræ. si enim in plenilunio luna patitur deliquium, tum sub dio quis constitutus nullam porrigit vmbram quędam prius fiunt,vt ardeæ volatus super nubem prius fit,quam tempestas oriatur. quædam autem,re posteriora sunt.vt maceriarum fuligo,conflagratione posterior est.ablatio autem porrectionis vmbræ,volatus ardeæ super nubem,maceriarum fuligo signa,deliquium vero,tempestas , & conflagratio res.& hæc magis naturæ signa sunt quæ autem ex illis constitutæ , propositiones assumuntur ad aliquid ostendendũ,etiam signa dicuntur.& illa logica sunt,& ad disserendum signa. Sumitur signum aut vt in prima figura.signum differẽdi mediũ nõ est(nam

tora propositio est)sed claudit medium. vt quod sapientes sint studiosi si sumitur signum Talentem Periandrum,aut Pittacum Mithilenеum fuisse studiosum,id totũ Pittacus est studiosus non est mediũ sed claudit mediũ scilicet Pittacus,ꝙ quidem medium est tertiæ figuræ. Quęcunque lac habet grauida est,intelligendũ id est de ijs solis quę lac habent,& nondũ peperere. Septem olim apud gręcos noĩe sapientis insigniti sunt,quorum Pittacus fuit vnus,reliqui fuerunt Thales,Bias,Solon,Chilo,Cleobolus,& Periander. Et Pittacus,Mithilenеus fuit, cuius hęc sententia est,magistratus virũ ostẽdit.& legẽ tulit,ebriosos duplici pœna plectendos. Ex Laertio plura requirat,si quis forte plura desiderat. Sigma quæ sciendi gratia dicere nequeunt, sunt illa affirmatiua signa,quę claudũt secũdæ figuræ medium,nã in secũda figura, ex affirmatiuis nihil scire possumus ,quę aũt sciendi gratia,quę claudũt mediũ primę aut tertiæ figurę, & maxime primæ. Omnes magnificos esse liberales. φιλοτιμια, & φιλοτιμος,quibus verbis vtitur Aristoteles pro manificentia & magnifico,pro ambitione & ambitioso capere solẽt,primo aũt modo exẽpla sũt cõpetentia.significationẽ autem illã hic apposuimus. Qui autẽ affirmatiuus in secunda figura,semper & omnino solubilis,id ad eum qui ex signo videtur secundę figuræ affirmatiuus syllo- 128
gismus,referendũ,nam forte nihil ꝓhibeat in secunda figura esse negatiuũ.vt ꝙ pisces nõ habeãt pulmones,signum,nã pisces nõ respirant.sic apte ex signo videtur colligi posse syllogismus. quęcunque habent pulmones respirant. pisces aũt non respirant,non habẽt igitur pisces,pulmones.

129 An vero dirimẽdũ signũ Signorum quędã sunt,quę pertinẽt ad mediũ,hoc est quæ claudũt id ꝙ apte primo subest extremo & præest tertio.est enim medii natura,vt vni subsit,& alteri supersit & præmineat.alia vero sunt quę pertinẽt ad extremum.extremum autẽ, quod cæteris supereminet,aut cæteris subsidet infimum locum tenens.Signa quę ad id(naturali seruata lege) mediũ pertinẽt.indicia etiam nuncupantur.& vt alij non inscite volũt,coniecturæ & cõmenta,quod ad indicandum,coniiciendumq; & cõminiscendum sint aptissima.quæ autem ad extremũ solum,signa nuncupantur.Quo fit vt quæ naturali lege pertinẽt ad mediũ signa sint ꝑimæ figurę, quæ aũt ad extremũ,signa sint & secundę & tertię figurę .secũdę quidem si extremum includitur reliqua transcendẽs.tertiæ vero,si a reliquis transcenditur. Fit etiã vt solius primę figurę sint indicia de quibus quidẽ signis quę indicia sunt, exequitur Aristoteles in sequẽti capite. Nã ꝙ est in prima figura. Signũ primę figuræ ꝓbabilissimum,& maxime verũ esse videt oĩbus,& proinde maxime scire faciens ꝙ indicij proprietas est,& cõditio.sed scire extendimus ad certã quãdam ex signo cõiectationem. τεκμήριον enim indicium & coniectura,ἀπὸ τοῦ τεκμαίρομαι quod coniectio significat.


PARAPHRASIS CAP. VICESIMISEPTIMI.






VIcesimumseptimum Cap,differentia vna,diffinitio vna,conclusiones duę, questio vna. Differentia. Consentaneum,& signum nõ idem sunt. Ve- 125
rum consentaneum propositio est probabilis. Nã ꝙ vt plerumque agnoscũt sic fieri,aut nõ fieri,esse aut nõ esse,id cõsentaneum est. Vt hoĩes odio habere inuidentes,aut diligere amãtes. Signũ aũt intelligi volumus , propositionem demõstratiuam,necessariam ve,vel probabilẽ. Nã id quo exi- 126 127
stẽte vel quo facto prius,est res,vel quo facto posterius,fuit res,hoc signũ est rem ipsam vel fuisse vel esse. Diffinitio. Entymema est syllogismus nondũ absolut⁹,ex cõsentaneis aut signis. Prima cõclusio. Sumitur signum trifariam,quoties & medium in figuris Nam sumitur signum aut vt in prima figura, aut vt in secunda,aut vt in tertia.vt si signo mõstrandum est quãpiam grauidã esse per id quod est lac habere,hoc signum ex prima figura est,eritq; medium lac habere,vt esto a grauidam esse, b lac habere,c mulier quęcunque sane lac habet grauida est,si quędã igit mulier lac habet,& ipsa quoque ꝑ primã figurã grauida est. Et quod sapiens sit studiosus,si sumit signõ quia Pittacus est studiosus,id signũ tertię est figurę.medium aũt Pittacus. Vt esto a studiosum,b sapiens,c Pittacus. Verum igitur est & a & b de c prædicari. Nam Pittacus studiosus & Pittacus, sapiẽs,sapiens igitur studiosus. Veruntamen qui enthymemate vtuntur hoc(in quam Pittacus est sapiens) non dicunt quod id exploratum, notumque sit , at vero illud Pittacum scilicet esse studiosum sumunt Et si quod mulier grauida est sumatur signum quia est pallida, id signum expostulat vt sit secundæ figuræ. nam quia pallidum esse,consequitur grauidas,& hanc etiam consequitur, arbitrantur monstratum esse hanc grauidam esse,vt esto a pallidum , grauidam esse, c mulier. quia omnis grauida,pallida,hæc autem mulier,pallida,signo ostensum esse putant hanc esse grauidã. sed hic solum signum est , non etiam syllogismus , nam non apte altera propositio ad aliquid concludendum assumebatur , si igitur vna sumitur propositio, signum sit solum.si autem altera illi accommodate adijcitur,sit & syllogismus. Vt quod Pittacus sit liberalis , si mutatur signum omnes honoris cupidos esse liberales,non solum sit signum,sed & adiecta propositione syllogismus,nam quia oẽs honorum cupidi sunt liberales,Pittacus aũt,honoris cupidus,igit & Pittacus

liberalis. Et rursus quod sapiẽtes sunt boni: signum, nam Pittacus bonus, sumpta propositione
sit syllogismus. Nam Pittacus bonus, sed & Pittacus sapiens: sapiens igitur bonus. sic igitur fi
unt syllogismi. Manifestum igitur est trifariam sumi signum: quemadmodum & trifariam in fi
guris sumitur medium. Secunda conclusio. Veruntamen qui ex signo sunt aut esse videntur,
syllogismi differunt. Nam omnis in prima figura si conclusio vera sit; firmus & indissolubilis est
128 prima namque figura etiam, conclusionis est vniuersalis. qui autem in tertia figura, si sit vniuer
salis (tametsi conclusio vera sit) dissolubilis est; tertia figura non est vniuersalis non est vniuersa
lis conclusionis. Et si non sit vniuersalis, quia non est ad rem huiusmodi syllogismus. Non enim
oportet si Pittacus est studiosus, ex necessitate euenire propter hoc, & alios sapientes esse studio-
sos. qui autem affirmatiuus in secunda figura esse videtur semper & omnino dissipabilis. Nam
nunquam sic se habentibus terminis, sit secundę figuræ syllogismus. non enim si quęcunque gra
uida est, pallida est hæc autem pallida, ex necessitate euenit & hanc esse grauidẽ. Veri igitur sunt
in omni figura qui ex signo sunt, aut esse videntur syllogismi, sed discrimina differentiarum iam
dicta, adinuicem sortiuntur.




129 Questio. Anvero sic dirimendum signum: horum autem quod medium sumendum, indicium
(nam indicium esse dicunt id quod scire facit. tale autem maxime medium est) anvero eorum quę
ad extrema attinent, signa dicenda, quæ autem maxime ad medium, indicia?



Dilutio, Licet plane, Nam quod est in prima figura probabilissimum, maximeque verum, &
scire faciens, nimirum igitur & id dicatur indicium.

De syllogismo physiognomico. Cap. XXVIII.



130 Naturas autem cognoscere possibile est, si quis concedat simul
transmutare corpus & animã, quæcunque sunt naturales pas-
nes. discens enim aliquis fortasse musicam, transmutauit secũ-
dum quid animam, sed non earum quæ natura nobis insunt,
hæc est passio, sed vt iræ & concupiscentiæ & naturalium mo
tionum. Si igitur & hoc det & vnum vnius signum esse &
131 possumus sumere propriã vniuscuiusque generis passionem
& signum: poterimus naturas cognoscere. Si enim est proprie
alicui generis indiuiduo inexistens passio, vt si leonibus forti-
tudo: necesse est & signum esse aliquod. compati enim sibijnuicem positũ est. & sic hoc
magnas summitates habere: quod & alijs generibus non totis contingit. nam signũ
sic proprium est, quoniam totius generis propria passio est & non solius proprium: si
cut solemus dicere. erit ergo & in alio genere hoc: & erit fortis homo, & aliquod aliud
animal. habebit ergo signum. vnum enim vnius erat.
132 Si ergo hæc sunt: poterimus talia signa colligere in ijs animalibus, quæ solum vnam
passionem habent aliquam propriam, vnaquæque autem habet signum. & quoniam
vnum habere necesse est poterimus naturas cognoscere. Si vero duo habet propria
totum genus, vt leo forte & communicatiuum: quomodo cognoscemus vtrum vtrius
133 sit signum, eorum signorum quæ proprie sequuntur? An si & alij alicui non
toti ambo & in quibus non totis vtrunque, quando hoc quidem habet, illud au
tem non: nam si fortis quidem, liberalis autem non, habet autem duorum hoc: palam
134 quoniam & in leone hoc signum fortitudinis. Est vero naturas cognoscere in prima
quidem figura, eo quod medium priori extremitati conuertitur, tertiam autem tran
scẽdit & non conuertitur. vt sit fortitudo a. summitates magnas habere in quo b, c au-
135 tem leo ergo cui c, b omni sed & alijs cui autem b, a omni & non pluribus, sed conuerti
tur. si autem non: non erit vnum, vnius signum.

Secundi libri priorum analiticorum Aristotelis finis.

Vicesimi octaui Cap. notæ.

Syllogismus physiognomicus est qui ex signis, indicijsque rerum sumitur quo natura conie-
ctamus. Est enim physiognomia, coniectatio naturarum ex signis. Vnde physiognomones natu
rarum coniectores. qui certis notis, indicijsque res comminiscuntur atque coniectant, & quorum
affectuum illis potissimũ insita sit pronitas. Et magnæ vtilitatis gratia a philosophis physiogno
mia excogitata est. vt aliqui in vrbibus huiusce rei periti, diligenter exploratis signis adolescen-
tium naturas indicarent. & ad quæ vicia, ad quas probitates & studia proniores. qualis fortasse
fuit Zopirus physiognomon, vt a puero ad oppositum viciorum ad quę cognoscuntur propen
si, sub educationis ferula dirigantur. incitentur autẽ ad probitates, ad quas natura ingenuit pro-

pensiores,& studiis illis comitantur quæ natura præsidiis suis,innatisque habilitatibus iuuat. sic Appelles Zeusis graphicæ,sic Polycletus & Praxiteles statuariæ,sic Demosthenes,sic Cicero forensis eloquentiæ,Homerus & Virgilius poesis,Socrates & Aristoteles philosophię,(natura iuuante)prosecuti sunt studia. Verum nunc longe aliter euenit. nam temere fiunt omnia, qui futurus esset bonus agricola,aut bonus cerdo,studiis philosophię plerunque committitur, solum ad philosophiæ sacramenta stertens & oscitans,& corpus huc,illucque continue gyrans atque regyrans,acsi feruentes super prunas insideret.Et contra,pletunque carpenti moderatur habenas,quē ingenitus cognitionis & philosophię amor,intus continue cōcoquit.pronis ad iniustitiam, & nō ex educatione purgaris,legum committuntur habenæ,sacraque nunquam violandi iuris maiestas,qui autem modesti sunt natura & bene nati,turpibus.seruire coguntur, & naturæ benignitas trahitur inuita.imo diuinæ benignitatis indulta quæ(in quocunque sint)veneranda sunt, & iuuanda,tantū abest vt venerentur & iuuentur,verum ignorantia proteruntur & calcantur necessaria igitur esset vrbibus & studiis,ne omnia sic(præsertim in nobilissima creatura huius sensibilis machinæ quę homo est)peruerterentur,physiognomicæ ratiocinationis cognitio. non vt quis protinus aspectis corporum notis,vultus,thoracis,brachiorum,manuū, suisq; ,ptractionibus & lineamētis,velit vates ilico videri, & futurorū præsagus.nam id genus hoīm vanissimum est, & huiusmodi nebulones,faciunt res dignas & quę magno sunt vsui vilescere . sunt enim harpiæ ex mendacii præsagio rapaces,quę contactu oīa foedant vt hanc etiam philosophi ę partem pene vilescere cogerint.& quo magis dolendum,nos hippocomos māgonesque habemus qui æquorum naturas apprime coniectent.& eos ex signis dinoscere docuit poeta Romanus, cum inquit.

Continuo pecoris generosi pullus,in aruis
Altius ingreditur;& mollia crura reponit.
primus & ire uiam & fluuios tentare minaces
Audet:& ignoto sese committere ponto.
Nec uarios horret strepitus.illi ardua ceruix,
Argutumque caput,breuis aluus, obesaq; terga.
Luxuriatque thoris animosum pectus honesti
Spadices,glaucięq; color deterrimus,albis
Et giluo.tum siqua sonum procul arma dedere
Stare loco nescit,micat auribus,& tremit artus.

Et reliqua quę prosequitur elegātissime . Atqui naturas hoīm ad eas(quæ prius dictæ sunt)vtilitates cōiectē r,haberi nulla cura est.Sed certe gens Agarena, nunc melius q̃ nos negociatores physiognomones hñt,ꝙ ea gens hūanorū mancipiorū possessionis multū sit auida,multumq; studeat atque inuigilet gens eīn illa qui seruorū(quos emūt aut venditāt)naturas bonas malasve sint sortiti,& ad quid vtiles inutilesve ex indiciis(diligenti visus exploratione pręuia) cognoscunt . ꝙ si per seipsos nō sufficiunt,eius rei peritos accersitant.Id Venetiis in officina Aldi Manutii viri optimi summæ industrię,& ad restitutionē literariā totis quadam animi insignita generositate viribus excudendo,cæteros superantis,suamq; naturę dexteritatē,fortunate sequentis, ita narratum accepi. & ab eo quidē qui frequēter inter gentē illā fuerat cōmoratus . & quod illi in seruis agnoscendis,ego summopere probarē in libris. Nō igitur despicienda putētur quę ad syllogismū physiognomicū arbitrabūtur valitura ,nā sua signa,suaque īdicia,maxime signorū oīm sunt hominibus pernecessaria,sed longior sum fortasse. subiciam tamē ex Aristotele præsertim & Adamantio physiognomone descriptiunculā,ad eos excitādos quibus huic vtilitati inuigilare cura fuerit.

Signa	Naturę		Signa	Naturę	
Caput					
Magnum	Hebetes	Asini	Quadrata	Magnanimi	Leones
Minutulum	Fatui		Tensa	Adulatores	Passio
Mediocre	Boni sensus	Naturale	Tranquilla	Mites	Passio
Pineatum ca-	Inuerecundi	Iactatores	Seuera	Audaces	Leones
cuminatumq;		vnguicurui	Demissa	Tristes	Passio
Erecti capillū	Timidi	Passio	Eleuata	Liberales	Leones
Plani capillū	Simplices		Aures		
Crispi capillū	Timidi	Æthiopes	Paruæ	Scurriles	Simię
Densi capillū	Praui		Magnæ	Hebetes	Asini
Crispū ī extremo	Boni animi	Leones	Flaccę	Stolidi	Asini
Frons			Moderatę	Boni sensus	Naturales
Valde parua	Indociles	Sues	Supercilia		
Rotunda	Hebetes	Asini	coniuncta	Tristes	
Longa	Adulatores	Canes	Diuulsa	Fatui	Porci

Labra		
Subtillia mollia	Magnanimi	Leones
Subtilia dura	Immundi	Sues
Grossa, superius propendulum fatui		
Oculi		
Subrubentes	Verecundi	Passio
Humidi lucidi	Hilares	proborũ morum
Lippientes	Temulenti	Passio
Lippientes	Somniculosi	Passio
Perparui	Pusillanimi	Similæ
Permagni	Tardi	Boues
Mediocres	Bonę dispõis	Naturale
Concaui	Maliciosi	Simię
Eminentes	Fatui	Asini
Parũ concaui	Magnanimi	Leones
Grãdiusculi parum concaui	Mansueti	Boues
Nictantes	Timidi meticulosi	Passio
Subrubescẽtes	Iracundi	Passio
Pernigri	Timidi	
Cęsij	Timidi	
Nigri flauentes	Bonianimi	
Biliosi	Furiosi	Capræ
Ignei	Iucundi	Canes
Discolores	Timidi	Passio
Cęsij flauentes	Boni animi	
Lucentes	Luxuriosi	Galli
Nasus,		
Rotũd° obtusus	Magnanimi	Leones
Aquilinus	Magnanimi	Aquilæ
Extremitates grossę	Concupiscentes	Boues
Acutus	Iracundi	Canes
Simi	Luxuriosi	Cerui
Patẽs & apertus	Iracundi	Passio
Facies		
Pernigra	Timidi	Aethiopes
Peralba	Timidi	Mulieres
Fusca	Fortes	Mediocre
Flaua	Boni animi	Leones
Rufa	Astuti	Vulpes
Rubea	Ingeniosi	
Flãmea	Apti, iracundi	Passio
Mentum		
Acutum	Fideles	Canes
Collum		
Pilosa ceruice	Liberales	Leones
Grossum	Fortes	
Longum	Timidi edaces	Leones
Gracile	Debiles	Mulieres
Carnosum	Iracundi	Tauri
Perbreue	Dolosi	Lupi
Moderatum	Magnanimi	Leones
Dorsum & spondiles		
Cum pilo	Inuerecundi	Bestię

Manus		
Copulati digiti	Immundi	Sues
Curti & crassi	Temerarij & imanes	
Vngues lati albi subrusi		Viriles
Angusti oblongi	Feri	
Obliqui	Impudentes rapaces	
Exigui	Veteratores	
Pectus & uenter		
Cum pilo	Instabiles	Aues
Glabra & sine pilo	Inuerecũdi	mulieres
Pectus amplũ & compactum	Fortes	Leones
Vmbilicus		
Longũ a pectore interstitium	Voraces	
Æquale	Laudabiles	
Pecten		
Osseus acutus	Fortes	Masculi
Carnosus piguis	Molles	Foeminę
Coxæ		
Neruosę	Fortes	Masculi
Carnosę	Fluxi molles	Feminę
Crura		
Neruosa grossa	Fortes	
Neruosa subtilia	Luxuriosi	
Grossa informia	Inuerecundi	
Cauillę		
Neruosę formatę	Fortes	Masculi
Carnosę formes	Molles	Feminę
Pedes		
Neruosi cõmẽsurati	Fortes	Masculi
Stricti parui	Molles	
Curuiungues	Inuerecũdi rapaces	
Recti	Laudabiles naturale	
Corpus		
Perparuum	Ingeniosi, acuti	
Pręgrande	Tardi	
Medium	Sapere optimũ	
Incõmensuratũ	Astuti	
Commensuratũ	Fortes	
Leues carne	Apti sapere	
Molles fluxi	Obliuiosi	
Duri	Hebetes	
Motus		
Percitus	Inconstantes	
Segnis	Hebetes	
Tardus	Graues & magnanimi	
Vox		
Fortis	Graues iiuriosi, asini	
Grauis i acutum finiens	Timidi, quęrulosi	Boues
Grauis moderata	fortes	Canes
Mollis sine intẽtione	mãsueti	Oues
Acuta fortis	Iracundi	Capræ

Et huiusmodi indicia permulta quæ diligentius essent exquirenda, explorandaq;. Et qui hæc signa habent, non statim dicendi sunt tales, sed pronitatem quandam habere. quę si ad bonum ratio potest amplius perficere, sin ad malum, ratio identidem & recta educatio emendare, & ad oppositum inflectere, idcirco in brutis certiores coniecturæ quam in hominibus, quod supra sensuales affectus potentiam moderatricem non habeant. quæ in melius conuertat quod deterius, aut amplius perficiat quod melius. quia quidem donatur homo, quæ ratio nuncupatur, omni indicio bono perfectior, & omni malo vt id leuiter quod prætendit potentior, nata ad id quod optimum est semper dominari. magnum dei munus, & semper deum testata parentē. Sed ad præsidia syllogismi physiognomici, tantilla satis sint. Naturæ affectus, passiones, quæ & παθήματα. Signa, indicia. Nomine generis, pro specie hic vtimur. Genus indiuiduum, species in t31 diuidua, quod dirimi diuidique in alias species nequeat, quæ apud Porphyrium species specialissima nuncupatur. Prominentiæ, partes superiores, vt thorax & armi. ἀνδρεῖα, virilitatem sonat & fortitudinem, ἀνδρεῖον virilem atque fortem quibus vocabulis vtitur Aristoteles, pro quibus animositatem & animosum posuimus, quod hæc patētius affectus naturales indicent, quam t33 fortitudo & fortis. idem tamen valeant. nam fortitudo non tam vires & robur, quam audentiam & animositatis affectum, accipere debemus. Participatiuum, communicatiuum, liberale, quod prędam communicet leonculis & lenæ. imo & benefactoribus gratiam suscepti beneficij authore Plinio rependit. vt de mentore Syracusano & Elpide, memoriæ proditum est, quibus leones post susceptum curationis beneficium, se in obsequium præbuerint.

PARAPHRASIS CAP. VIGESIMIOCTAVI.

Vigesimumoctauum Cap. suppositiones duæ ad syllogismum physiognomicum, pręceptum vnum, quæstio vna, conclusio vna. Suppositiones duæ ad physiognomicum syllogismum necessariæ. Prima. Naturas coniectare possibile est, si quis admittat quosque naturales affectus, simul corpus & animam transmutare, naturales dico. Nam quispiam fortasse discens musicam, secūdum aliquid affectus est animam, 130

sed non secundum horum affectuum qui nobis natura insunt, huiusmodi affectio est, sunt enim 131


hi affectus vt iræ & concupiscentiæ, naturalium perturbationum. Secunda est. Si quis insuper hoc admittat vnius affectus vnum esse signum, ac sumere possimus proprium vniuscuiusque speciei affectum, poterimus profecto naturas coniectare. Nam sic si alicui indiuiduæ speciei, proprie peculiariterque aliquis affectus natura insit (vt leonibus animositas) necesse est huius animæ affectus, signum aliquod esse. Nam positum est in huiusmodi affectibus, animam & corpus sibijnuicē compati, & sit hoc verbi causa magnas summitates, prominentiasque habere, quod (inquam magnas prominentias habere) etiam alijs speciebus, sed non totis & pro omnibus singularibus conuenit. Nā id signum sic leonibus est proprium, quemadmodum dicere solemus aliquam propriā esse passionem, quoniam omni speciei sed non soli conueniat. erit igitur & alius speciei hoc signū 132

& erit homo animosus, & aliquod aliud animal, habebit igitur is affect⁹ & in alijs signū. Nā positum est. vnius vnum esse signum. Pręceptum. Si igitur hęc ita se habēt & vera sunt, poterimus huiusmodi signa colligere in ijs animalibus, quę vnum solum sibi affectum aliquē vendicant proprium habet autem vnusquisque signum & quoniam quidem vnum habere necesse est, poterimus naturas conijcere. 133

Quæstio Si vero tota species duos affectus proprios sibi vēdicet, vt leo animosum esse, & participatiuum, quomodo cognoscemus illorum signorum quę peculiariter, ac proprie affectum comitantur, verum vtrius erit? t9

Dilutio. An si ambo alicui speciei non omni, & in quibus huiusmodi speciebus sed non omnino & pro omnibus singularibus vtrunque inest, quando singulare aliquod vnum illorum affectuum habeat, alterum vero non habeat. nam sit animosum, non sit autem participatiuum & liberale, sic sane cognosci potest. nam habet duorū, id quod est animositatis signum, manifestum igitur est, & in leone illud animositatis esse signum. 135

Conclusio. Possumus in prima figura syllogismo physiognomico conijcere naturas. In prima quidem figura id possumus, eo quod medium primo, maiorique extremo æquum est ac conuertitur & tertium, minusque extremum transcendit, sic itaque rite fiet primę figurę ratiocinatio. Vt sit a animosum, b magnas prominentias habere, c leo oī. c competit b. nam omnis leo magnas habet prominentias, summitatesque sed & magnas habere prominentias alijs competit. transcendit igitur b medius terminus, c tertium terminum ac extremum minus, sed omni b inest a, & non pluribus, verum remeat, atque conuertitur. Nam omne magnas summitates habens animosum, & conuertitur. si autem non conuertitur, non erit vnius affectus vnum signum, cuius oppositum positum est. a igitur primus terminus, ac maius extremum, cum b medio conuertitur. nam extremum maius, passio, affectusque & medium signum.



PARAPHRASEOS SECVNDI PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS FINIS.

PRIMI POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS DE PRAECOGNITIS CAP.I.

1 OMNIS doctrina,& omnis diſciplina intellectiua,ex præexiſtente fit cognitione,manifeſtũ aũt hoc ſpeculãtibus in omnibus.mathematicæ enim ſcientiæ per hunc modum fiunt & aliarum vnaquæque artium. ¶ Similiter autem & circa

2 orationes quæ per ſyllogiſmos & quę per inductionem. vtræque enim per prius nota faciunt doctrinam.hæ quidem accipientes tanquam a notis:illæ vero monſtrantes vniuerſale : per id (quod manifeſtum eſt)ſingulare.¶Similiter autem & rhetoricæ perſuadent.aut enim per exempla,quod eſt inductio:aut

3 per enthymemata,quod quidem eſt ſyllogiſmus.

¶ Dupliciter autem eſt neceſſarium præcognoſcere.alia nanque quia ſunt,præopina

4 ri neceſſe eſt:alia vero quid eſt quod dicitur intelligere oportet. quædam autem vtraque. Vt quoniam quidem omne aut affirmare,aut negare verum eſt:quia eſt. triangulum autem,quoniam hoc ſignificat.ſed vnitatem vtraque:& quid ſignificat quidem.& quia eſt.non enim ſimiliter horum vnumquodque manifeſtum eſt nobis.

5 ¶Eſt autem cognoſcere alia quidem prius cognoſcentem: quorumdam autem ſimul accipere notitiam : vt quæcunque contingunt eſſe ſub vniuerſalibus quorum habe[illegible] cognitionem.quod enim omnis triangulus habeat tres angulos duobus rectis æquales præſciuit.quod vero hic qui eſt in ſemicirculo:triangulus ſit,ſimul inducens cognouit Quorundam enim hoc modo diſciplina eſt:& non per medium,vltimum cognoſcitur vt quæcunque iam ſingularium cõtingunt eſſe & non de ſubiecto aliquo.

6 ¶Antequam autem ſit inducere aut accipere ſyllogiſmum:quodam quidẽ modo fortaſſe dicendum eſt ſcire: modo autem alio,nõ.quod enim neſciuit ſi eſt ſimpliciter: hoc modo ſciuit quos duos habet rectos ſimpliciter.ſed manifeſtum eſt quod ſic quidem ſcit quoniam vniuerſaliter ſciuit:ſimpliciter,autem non ſcit.ſi vero non: Menonis ambiguitas continget.aut enim nihil diſcet:aut quę nouit.

¶Non enim ſicut quidam conantur ſoluere:dicendum eſt,nunquid ſciuiſti omnẽ dua

7 litatem quoniam par eſt,aut non:dicente autem attulerat quandam dualitatem quam non opinatus eſt eſſe.quare neque parem.Soluunt enim dicentes non cognoſcere omnem dualitatem parem eſſe:ſed quam ſciunt quod dualitas ſit.attamen ſciunt quidem cuius vere demonſtrationem habet & cuius acceperunt.acceperunt autem non de omni cuius cuique ſciunt quod triangulus,aut quod numerus ſit:ſed ſimpliciter de omni numero,& triangulo.neque enim vna propoſitio accipitur huius quod quem tu noſti numerum,aut quod tu noſti rectilineum:ſed de omni.

¶Sed nihil(vt opinor)prohibet quod diſcit quis:ſit vt ſcire ſit etiam vt ignorare.incõ

8 ueniens enim non eſt ſi ſcit quodam modo quod diſcit : ſed ſi hoc modo , vt inquantum diſcit,& ſcit.

Primi Cap.notæ.

1 DOctrina ꝙ a docẽte ſit,dicitur:& diſciplina ꝙ fit in diſcẽte,Et enũciationũ ſunt cognitioẽs q̃ interdũ habitꝰ ſunt:vt ſciẽtię & artes.& illæ maximæ doctrinę, & diſciplinę dicũtur,de quibus prima cõcluſio eſt quędã actus,de q̃bus ſecũda & tertia cõcluſio.q̃dã certæ & ꝓprię,vt q̃ prima cõcluſiõe cõprẽhẽdũtur,quedã certę& communes,vt q̃ ſecũda,maxime ſi dialectica exercitatiõe pariũtur,& q̃dã veriſimiles, vt quæ tertiacomprehendit cõcluſio.maxime enim mathematicæ ſcientiæ,& alię liberales artes, ꝓpriis certiſque ratiocinijs inſtitũt,dialecticę, cõmunibus diſceptationibus oratorię aũt & rheto

ricæ, verisimilibus. Et ad omnem doctrinam & disciplinam prænosse oportet, quid nomen significet. alioqui non sis enunciationis suscepturus doctrinam, aut disciplinam. qui enim fieri potest si vocabula non intelligis, quid significent: vt discas aut docearis? & interdum etiam prænoscere oportet, quod aliqua sint. Hinc fit vt quis disciplinam per seipsum acquirere possit, doctrinam autem per se ipse habere nõ possit. siquidem quis per se discere potest quod nescit, doceri autem nisi altero tradente. Et quia altero tradẽte quis discit, & etiam per se discit, vt fit omnis doctrina, disciplina posse dici videatur. non possit autem disciplina omnis, dici doctrina. Fit etiam vt longe fallantur, qui ex præceptoribus auditores ęstimant, nam quis per se plura reperire potest: quam quę præceptores sufficiant propagare, libris etiam præceptorum vices tribuo. Mercurium enim, Euclidem, Aristotelem (& vt ad tempora nostra descendam) Cusam, Mirandulã & similes plura reperisse par est, quam quæ a præceptoribus & in libris monstrata perceperint, & tales verius forsan (si verbum pateretur) disciplinati, quam docti dicerentur: quos & melioris naturæ & genii viros τοὺς αὐτοδιδάκτους (quod dicimus per se doctos) nonnulli appellauere. Sed quæres, nunquid disciplina de solis conclusionibus dicitur? non videtur. Nam facta ratiocinatione omnis triangulus habet tres duobus æquos, & quod in semicirculo delineatum est, triangulus. quod igitur delineatur in semicirculo habet tres duobus æquos. Aristoteles de assumptione, quæ secunda propositio est, ita habet. ἐνίων γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ μάθησίς ἐστι. quod latine dicimus, aliquorum enim hoc modo disciplina est. non igitur solius conclusionis disciplina. Verum cum primam propositionem & secundam & conclusionem discamus, interdum per nosipsos, interdum altero tradente, ferenteque suppetias, & propositionis & assumptionis & conclusionis agnitiones nihil vetat doctrinas, disciplinasq; posse dici, maxime tamen omniũ quæ conclusionis sunt (siue disciplinæ sint, cum quis nullo tradente discit. siue doctrinæ, cum quis percipit altero tradente) ex præcedente fiunt cognitione. Nomine artis scientias, doctrinasque reliquas & disciplinas intelligimus. Nam certe vt in mathematicis (& id quidem vel quam manifestissime) ex antecedente principiorum cognitione, theorematum, hoc est illationum, conclusionumque, quæ illa contemplatione veniunt agnoscendæ, paritur scientia. ita & in reliquis (quamuis non ita insigni, & aperto modo) euenire oportet. discentibus enim (vnde & nomen sortitæ videntur) in mathematicis scientiis ex antecedente cognitione scientiam nasci, nunc principiorum, nunc eorum quæ ex principio sunt cognita, quam manifestum est. non iniuria igitur ex illarum eius rei contemplatione: ad consimilem in aliis artibus & scientiis contemplationem nos mittit Aristoteles. Oratio-
nes autem & rationes actuum sunt nomina, sunt enim eæ exercitationes, quæ differendo fiũt ali 2
quo aggrediente, & altero quopiam suscipiente, quæ aliquando doctrinales sunt, aliquando dialecticæ, aliquando vero contentiosæ solum, & vna ostentatione sine fruge, sine vllo vsu susceptæ. quæ postremę plurimo iam tempore quod nimium, nimiumque dolendum est percrebuere.

Oratoria facultas circa ciuilia versatur, eius officiũ sunt declamationes, causę, & orationes ante iudices, quales sunt orationes Ciceronis. Suadere est niti animos auditorum, dicendo in suam sententiam adducere qui autem quo voluit animos antidorum inflexit, induxitque, persuasit.

Aut enim per exempla quod est inductio. Verba in analogia, quod apud rhetores & oratores 3
de exẽplo: similiter sit sentiendum. vt de inductione apud philosophos & apud oratores de enthymemate, vt apud philosophos de syllogismo. Nam & exemplum per singulare antea notũ procedunt, sicut & inductio. & enthymema per medium terminum, perinde ac syllogismus, & propositionem auditoribus notam sumit. Id interest. nam syllogismus duas notas pręsumit, enthymema vero duntaxat vnam, sed de inductione pręcedentis libri cap. 23. de exemplo. 24. de enthymemate. 27. de syllogismo vero fere duo præcedentis libri per totum. Pręcognita & præcognitiones
summopere respectu conclusionum, illationumque appellari solent, quod anteaquam illæ mon- 4
strentur: oporteat illa de suis terminis & principiis quæ assumuntur, nosse. Nam illi qui nesciat quid vocabulis cõclusionis significetur, & ꝓpositiones q̃ assumũtur veræ ne sint an falsæ, quandiu id nesciat aliquid demonstrare est impossibile. Et harum præcognitionum vna præcognitio si est siue quod est appellatur, altera vero pręcognitio quid est. vt verbi causa sit demonstrandum atque concludendum duas subcontrarias simul falsas esse non posse & sint a b vniuersales inuicem affirmatio & negatio, et c d particulares identidem inter se affirmatio & negatio, dico subcontrarias c d non posse esse simul falsas. necesse est quod pręcognoscat contradictoriarum nomine ac designari, pariter & b d. & contrariarum nomine a b subcontrariarum autem d c. & hæc est pręcognitio quid nomen significet, quo cognito ita licet argumentari. Impossibile est contrarias simul veras esse, ne ita est? assentiente enim quopiam est, rursus necesse est contradictoriarum alteram veram esse, est ne & id? est, eodem assentiente. rursus a & b contrarię sunt annuente colligitur. igitur alterũ aut b falsum, nam contrarię simul verę esse nõ possunt, necessarium est; et a c sunt contradictorię? sunt, si detur igitur a esse falsum erit c verũ, nã contradictoriarũ, alterã esse veram



necesse est, si autem dederit b, & d quoq; per idē verū est, non igitur fieri pōt vt c d subcontrarię,
simul falsæ sint, percipere potes quo pacto in prima ꝓpositione & in secunda, pręcognitiōe si est,
vt si sumus, & in tertia & quarta, præsidio vt si sumus præcognitionis quid est, & quid nomē de
5 signet non igitur forte difficile erit cognoscere. quare præcognitiones quod est, & quid est sint nū
cupatæ. ☞ Eorū quæ cognoscuntur & discuntur, quædā differentia est. nā quædā cognoscimus
quæ prius didicimus, quædā simul atq; cognoscimus discimus, quædā vero prius cognoscimus
q̄ discamus. Vt si nobis habita sit scientia, quod omnis triāgulus tres angulos habeat duobus re-
ctis ęquos, fiatq; ratiocinatio, oīs triangulus habet tres angulos duobus rectis æquos, & quod in
hemicyclio delineatur triāgulus est. quod igitur in hemyciclio delineatur tres angulos habet duo
bus rectis æquos, propositionē oīs triangulus habet tres angulos duobus rectis æquos cognosci
mus & prius didicimus assumptionem quod in hemicyclio delineatur, triāgulus sit, simul atq; co
gnoscimus adijcimusque oculos, discimus obiter, neque prius cognouimus, sed conclusionē ꝙ in
hemicyclio designatum est, habere tres duobus rectis æquos, prunum discimus, sed prius cogno-
6 uimus. nam prius aliquo pacto eam cognouimus scientia scilicet vniuersali, cum sciuimus omnē
triangulum habere tres duobus rectis æquos. ☞ Discere igitur videtur esse, de nouo cognitionē
sumere, cognoscere autem siue de nouo sumamus, siue habitam prius resumamus, siue etiam nun
quam didicerimus, discere etiam quicquam non nisi peculiariter contingit, cognoscere aūt & pe-
culiariter & non peculiariter, nam & vniuersali & propria peculiarique scientia, fit etiam vt illa
quæ cognouimus, interdum reminiscamur. Interdum discamus. quæ autem didicimus (nisi pror
sus obliterasset obliuio) rursus non discamus. Facile itaque est videre, quo pacto cognoscimus ea
quæ prius cognouimus, non discimus autem, quæ prius didicimus.

Omnis triangulus habet tres duobus rectis æquos	Cognoscimus, didicimus
Quod hemicyclio delineatum est, triangulus est	Simul cognouimus & discimus
Igitur ꝙ in hemicyclio delineatū est, tres habet duobus rectis æquos.	Cognouimus, discimus

Omnis triangulus habet tres duobus rectis ęquos	Cognouim⁹, memoramur, aut reminiscimur
Qđ in hemicyclio delineatum est, triangulus est	Et discimus &{neq; cognouim⁹ neq; didicimus
Igitur quod in hemicyclio delineatum est tres habet duobus rectis æquos.	Cognouimus, neque memoramur, neque reminiscimur

☞ In dialogo Platonis de virtute (qui Menon inscribitur) Socrates in Menonē Aristippi & Gorgiæ auditorem ad id perducit, quod impossibile est nos inuestigando aliquid cognoscere, aut si inuestigando assequimus, cognoscimusque, illud alias cognouimus. Itaque id cognoscere, non aliud esse quā reminisci, & in memoriam reuocare. Quo enim tramite (inquit Menon) inuestigabis o Socrates, quod quidem quid sit omnino ignoras, quale tibi proponens, id quod ignoras inquires? aut etiam si in illud incidas, quonam signo id quod ignoraueras, illud esse agnosces? Cui Socrates intelligo inquit, quid velis o Menon, at tu animaduertisne, quam litigiosam argumentationem in medium adduxisti? quod scilicet homo, neque quod noscit, neque quod ignorat inquirit. nam si noscit, nulla inquisitione opus est, sed neque quod nescit id inuestigat non enim nouit, quid quęrat. quare tandem colligit, nihil inuestigando nos discere posse, nisi quę antea sciuimus, etiā eodem modo, & hęc est quę in Menone scripta est ambiguitas. Verum quędam talia sunt, quæ cognitis terminis (attentione mentis adhibita) statim cognoscimus, perinde ac apertis fenestris, & reuelatis cilijs, statim lumen cognoscimus. est intellectus, oculus. sunt primæ propositiones intellectui, vt lumen oculo, & terminorum cognitio, & fenestrarum reiectio, mentis attentio, est vt ciliorum eleuatio, & oculi ad lumen conuersio. Et harum propositionum quædam sunt quę solum sensus adminiculo egent, vt quę sensibilium rerum singulares sunt, vt quod in semicirculo descriptū est, triangulus est. quædam solius intellectus, vt vniuersalia proloquia, quæ & dignitates appellantur, quas non minus cognoscimus nihil scientes, quam si quicquam sentiamus. Sed quę nescimus, & ratiocinatione opus est, in quibusdam inuestigandis intellectus, mensque sola sufficit, qualia sunt theoremata vniuersalesque contemplationes, cuiusmodi sunt, omnem numerū duorum altrinsecus circa proxime, aut ab eo ęquali, interuallo distantium simulque iūctorum esse dimidiū & triangulum omnem tres duobus rectis æquos habere. quædam vero cum sensus tum intellectus adminiculo egent. quale est, quod in semicirculo descriptum est, tres duobus rectis ęquos habere primi generis enunciationes simul cognoscuntur & discuntur & ad propositiones pertinēt secundi vero noscuntur antea quā discantur, noscūtur dico in ijs quę primi generis sunt, vt in prīcipijs, aut in vniuersali, perinde ac omnes colores in lumine, priusq̄ videantur, & pertinent ad cōclusiones, magis discuntur aūt peculiariter propriaque sciētia, primarū applicatiōe. haud secus ac figuræ coloresque, peculiariter vidētur infusione luminis. Cū primæ propositiones inuestigantur haud difficulter agnoscuntur, cum occurrunt. nam suapte natura sunt insignes, cū secundę inqui

runtur veræ sint,necne,sine signo,indicioque nunquã cognoscantur:vt neque seruus fugitiuus ꝙ dñs nunquã viderit,neque vestigiũ vllũ,indiciumque teneat,sed occurrat nunquã a dño cognoscatur,at si indicia dominus teneat,vt ꝙ sit simus,ꝙ ĩ medio naso cicatrice deformis, dextro oculo grandiore,& pedibus tortis,tametsi nunquã viderit dominus,si occurrat agnoscet:hmõi enim indicia sunt,vt proloquia in disciplinis. Vides igitur quo pacto lumen est indiciũ colorũ,colores autem serui fugintes,& oculus oculorum dñs,quos cum indicio statim apprehendit, tametsi nunquam viderit:simile de intellectu,& couclusionibus.vides insuper quo pacto haud inscite in præcedente libro diffinierit Aristoteles signum syllogismi,propositionem necessariam,demonstratiuam & probabilẽ.est ẽm lumen propositionũ.Et ex his dilui possunt, quæ scripta sunt in Menone.Sed quo pacto efficitur si,ãte syllogismum & inductionẽ quod in semicirculo delineatũ est habere tres duobus rectis æquos,non partim scitur & partim ignoratur, vt reuoluamur in Menonis ambiguitatẽ,hoc pacto sane.Nam si penitus ante ratiocinationẽ scis & ex ratiocinatione discas,ergo discis quod scis,& eodem quoque modo.Si aũt prorsus ignoras,nullũ hñs indiciũ,quandiu igitur id fuerit nõ aliter id agnoscas quã fugitiuũ seruũ cuius nullũ vestigiũ, indiciũque habeas. Atqui certũ est cognita maiore & assumptione, te protinus illam occurrentẽ agnoscere propositiones igitur illę,erant huius indicia,quare partim eam in principiis indiciisque cognoscebas. Si igitur non poneretur partim cognosci & partim ignorari,minime diffugeremus Menonis scriprum,atque difficultatẽ.Et id satius est sentire,quam quod Socrates disserit, nostrum discere esse reminisci quoddam,tametsi ẽm sciamus animos nostros esse immortales , non tamen eos semper fuisse credimus,vt in Menone nititur suadere Socrates,& aliquãdo puros & a corporis functione se iuger omnia sciuisse, & aliquando e cœlo deturbatos aut desiderio fluentis siluæ materiæque pellectos ergastulis obliuionis circumceptos fuisse,& nunc apud inferos purgari , nunc autem ad superos remeare,& nunc beluarum nunc hominum,nunc heroum , dæmonumque peragere sortes,quæ omnia nimirum impia sunt,& quæ exhorresco loquens,subitus timor occupat ossa. Et hæc dico ne quis inuoluatur incautius in iis libris,qui Perniciem intrinsecus habent & virus, superficie tenus melle illinuntur.Meminerint, Augustinum ex homologesin fecisse & tractasse, ꝙ hac in parte plus Platoni quam Aristoteli tribuerit,sed hæc abundantius.

PARAPHRASIS PRIMI CAP. PRIMI POSTERIORVM ARISTOTELIS.

PRimi posteriorum analyticorum Aristotelis cap.primum,conclusones septẽ,cauilli 1
vnius dilutio. ❧ Prima conclusio.Omnis doctrina omnisque disciplina intellectiua ex antecedente enascitur cognititione.Id aũt perspicuũ euadit,si id in omnibus doctrinis disciplinisve euenire contẽplabimur.Nã eæ scientiarũ quæ mathematicę appellantur,hoc perficiuntur, absoluunturque modo,& reliquarũ artium vnaquæ
que. ❧ Secũda conclusio,similiter autem & circa disceptationes quæ per syllogismos,& quæ per 2
inductionem procedunt,euenire solet.Nam vtræquue per antea nota, efficiunt doctrinam , illæ quidẽ quæ per syllogismos procedunt propositiones sumentes vt a notis incipiẽtes,vtpote quas communes hñt qui differunt,quasque confitentur,atque cognoscunt,hę vero quę per inductionẽ, ꝙ vniuersale monstret per iam cognitũ singulare,orationes igitur illæ, disceptationesque cõsimi
li modo sese hñt,vt ex antededente propositionũ,nota efficiant cognitione. ❧ Tertia.Eodẽ quo 3
que modo oratoriæ facultatis orationes,ex antecedente suadent cognitione.Nã aut id per exempla moliuntur,ꝙ perinde fuerit ac de inductiõe,aut per entymemata , de qua re perinde ac de syl
logismo est sentiendũ.Suadent igitur orationes illæ,ex præcedente cognitione. ❧ Quarta. Duo 4
sunt quæ cognoscendi simplices modi,vnus vero compositus.Nam quædã ꝙ sint præcognoscere oportet,quorundã vero quid nomen significet præintelligere,aliorum autem vtrũque,& quid nomen significet,& illa esse,prænosse necessarium est, vt propositionẽ de quolibet affirmatio vel negatio vera est præcognoscere oportet ꝙ ita sit,triangulum aũt ꝙ hoc,suo nomine desinat, vnitate vero & quid nomine designet & quod sit , vtrunq; prænosse oportet . quare tres erunt varii pręcognoscendi modi,duo quidem simplices,& vnus cõpositus.nam perspicuum est , non simili
ter nobis vnumquenque horum modorum esse manifestum. ❧ Quinta. Contingit aliquẽ aliqua 5
cognoscere,prius ea cognoscentem,alia vero simul discere & cognõscere,vt quæcunq; singularia sub vniuersalibus iam cognitis contenta sunt, quempiam cognoscere contingit simul ea discentem.Nam qui omnem triangulum habere tres angulos duabus rectis, nonalibusque angulis æquos prænouit,ꝙ is(qui in semicirculo delineatus est)triangulus sint inducendo,simul & discit & agnoscit.nonnullorum enim hoc pacto disciplina est,vbi primum de postremo per medium non sognoscitur,quæcunque scilicet singularia iam sunt,& de subiecto nulla dicuntur , quædam igitur cognoscuntur quæ prius cognouimus,quædam vero & simul cognouimus & discimus.
❧ Sexta. Anteaquam inductio,syllogismusve fiat,,nihil prohibet asseuerare aliquem , quippiã 6
aliquo pacto scire , & aliquo pacto nescire . Nam triangulum quem simpliciter quispiam ante-

singulorum inspectionem & syllogismū nesciuit, an esset: ipsum aliquo modo sciuit, scilicet quod
duobus rectis æquos simpliciter habeat angulos. Verum manifestum est quod ante syllogismū
id hoc pacto scit, quia vniuersaliter sit, vniuersalēque nouit propositionem, simpliciter autem &
particulari scientia nescit. Antequam igitur inductio, syllogismusve fiat: nihil verat aliquem quip-
piam aliquo modo scire vt vniuersali scientia, & alio modo nescire vt simpliciter, particulari pe-
culiarique ac propria. Et re vera nisi ita fuerit: plane accidet ambiguitas quæ in Menone scripta
7 est. Nam aut nihil discet: aut quæ simpliciter nouit. Septima conclusio. Nam ita profecto dicen-
dum est vt quidā hac in re cauillū diluere moliūtur. Scis ne (inquiunt) oēm dualitatē esse parē an
id nescis, annuente vero quopiā se scire: ingerunt ei dualitatē quandam quā non arbitrabatur esse.
quare quoque neque esse parem ipsum scire inferunt, nō itaque oēm dualitatē sciebat esse parem
& consimili mō de triangulo cauillantur. Hunc cauillū, hācque captiosam argumentationē dilue
re nituntur: dicētes nō se scire simpliciter oēm dualitatē esse parem, sed se scire dualitatē quam sci-
unt esse dualitatem, esse parem, & id perperam. Verumenimuero id sciunt: cuius demonstrationē
h benr, & de quo eam acceperunt: acceperunt autem eam non de omni triangulo quem sciebant
esse triangulum, habere tres duobus rectis æquos, aut de omni dualitate quam sciebat esse
dualitatem esse parem: sed simpliciter & sine addito de omni dualitare, & de omni triangulo.
Na cum hunc in modum argumentatur. omnis numerus qui in duo æqua partibilis est par est:
omnis autem dualitas in duo æqua partibilis. Item omne rectilineum tribus lineis contentum
tres duobus rectis æquos habet, omnis autem triangulus, quod tribus lineis continetur rectiline
um est: manifestum est quod nulla propositio sumitur. que huiusmodi particulas habeat, quē no-
sti esse numerum, aut quod nosti esse rectilineum. Demonstratio igitur simpliciter est de his: om-
nis dualitas par est, & omnis triangulus tres duobus rectis æquos haber sine aliquibus adiūctis.
quare illas simpliciter & sine addito sciunt non igitur recte cauillum diluunt. Cauilli dilutio. Ve
rum (vt mea refert opinio) nihil incommodi est contingere aliquo modo scire, quod quis discit, &
aliquo modo ignorare. Nam nihil absurdi est, si scit quodam modo vt in vniuersali: quod pecu-
liariter & proprie discit: sed si hoc modo, vt quatenus discit: sic & scit, conueniens est. scit igitur in
8 vniuersali: quod ignorat in particulari & discit in particulari: quod scit in vniuersali. Sed quod
scit in vniuersali: minime discit in vniuersali: neque in vniuersali, ignorat. manifestum est igitur
nihil incommodi esse aliquo modo scire quod quis discit, & aliquo modo ignorare, & sic non pos
se cauillum diluere.

De modis sciendi & demonstratione. Cap. II.

SCire autem opinamur vnumquodque simpliciter, sed non so-
9 phistico modo qui est secundum accidens: cum causam arbi-
tramur cognoscere propter quam res est, quoniam illius cau-
sa est, & non est contingere hoc aliter se habere. Manifestum
igitur est, quoniam huiusmodi aliquid scire sit. namque nō sci-
entes quidem opinantur ipsi sic se habere, scientes autem etiā
habet scientiam. Quare cuius simpliciter est scientia: hoc est
impossibile aliter se habere. Siquidem igitur & alius est scien-
di modus: posterius dicemus. Dicimus autē scire: & per de-
monstrationem intelligere. Demonstrationem autem dico: syllogismum epistemo-
10 monicon, id est facientem scire: sed epistimonicon dico: secundum quem (in habēdo ip-
11 sum) scimus. Si igitur est scire vt posuimus: necesse est & demonstratiuam scientiā
12 ex veris esse, & primis & immediatis, & notioribus & prioribus, causisque conclusio-
nis. Sic enim principia erunt propria eius quod demonstratur. nam syllogismus quidē
erit & sine his: demonstratio autem non erit, non enim faciet scientiam. Vera quidem
igitur oportet esse, quoniam quod non est non est scire. vt quod diameter sit symeter
Ex primis autem & indemonstrabilibus est. quia non sciet. non habēs demonstratio
nem ipsorum. scire enim quorum demonstratio est non secundum accidens: est habere
demōstrationē. Causa quoque & notiora oportet esse & priora. causas quidē: quā tunc
scimus, cū causam cognoscimus, & priora. siquidem causæ sunt, & notiora non solum
altero modo intelligendo, sed & in sciendo quoniam sunt. Priore autem & notiora
dupliciter sunt. non enim idem est natura prius, & ad nos prius, neque notius natura,
13 & nobis notius. Dico autem ad nos priora & notiora: propinquiora sensui. Sim-
pliciter partem priora & notiora, quæ longius sunt. Sunt autē longinquissima qui

dem:vniuersalia maxime. ¶Proxima autem:singularia.& opponuntur hæc ad se inui 14
uicem. Ex primis autem est:quod ex proprijs principijs est : idem enim dico primum
& principium.
¶Est autem principium:demonstrationis propositio immediata. ¶ Immediata autem
est:qua non est alia prior. ¶ Propositio autem : est enunciationis altera pars vnum de 15
vno. Dialectica quidem, est similiter accipiens quanlibet. 19
¶Demonstratiua autem:determinatę alterum quoniam verum est. 17
¶Enunciatio autem:contradictionis quælibet pars. Contradictio autem, est opposi- 18
tio cuius non est medium secundum se. Pars autem contradictionis, quæ quidem ali- 19
quid de aliquo est:affirmatio est.
¶Quæ vero est aliquid ab aliquo, negatio est. ¶Immediatri autem principij syllogisti 20
ci, positionem quidem dico:quam non est monstrare, nec necesse est habere docendum 21
aliquid. ¶ Quā vero necesse est habere quēlibet docēdū dignitatē. sunt enim quædam 22
huiusmodi. hoc enim maxime in huiuscemodi consueuimus nomen dicere. 23
¶Positionis autem quæ quidem est quanlibet partium enunciationis accipiens, vt di- 24
co aliquid esse aut non esse:suppositio est, 25
¶Quæ vero sine hoc, diffinitio est. diffinitio enim positio quædam est. ponit enim ari- 26
thmeticus vnitatem, indiuisibile esse secundum quantitatem, suppositio autem non est 27
id enim quod quid est vnitas, & esse vnitatem, non idem est.
¶Quoniam autem oportet credere & scire rem, in huiusmodi habendo syllogismum 28
quem vocamus demonstrationem, est autem hic eo quod ea sunt, ex quibus est syllogis 29
mus, necesse est non solum pręcognoscere prima aut omnia aut quædam, sed & magis 30
Semper enim propter quod vnumquodque est, illud magis est. vt propter quod ami- 31
mus, illud maius amicum est. quare si quidem scimus propter prima, & credimus, & il- 32
la scimus & credimus magis. quoniam propter illa, & posteriora. 33
¶Non potest autem credere magis quę scit:quæ non contingit neque sciens, neque
melius dispositus quam si contigerit sciens, accidet autem hoc nisi aliquis præcognoue
rit propter demonstrationem credentium, magis enim necesse est credere pricipijs: aut
omnibus aut quibusdam, quam conclusioni. 34
Debentem autem habere scientiam per demonstrationem, non solum oportet princi- 35
pia magis cognoscere & magis ipsis credere quam ei quod demonstratur, sed neque ali
ud ipsi credibilius esse, neque notius oppositis principijs ex quibus erit syllogismus cō
trariæ deceptionis. siquidem oportet simpliciter scientem, immutabilem esse.

Secundi Cap. notæ.

Secundum accidens:secundum alterum. Mos est sophistarum se putare demonstrare:cum ne-
que nota sunt neque causas sumunt, neque vt plurimum de iis concertant:quæ aliter se habere 9
non possunt, verum de accidenrariis, & quæ Panthaica volucre etiam rariora nunquamque ac-
cidunt, eueniuntque. Si alius sit sciendi modus:hic sciendi modus:hic sciendi simpliciter, & his
qui maxime talis est:propriæ demonstrationis immediatæ, & ostensiuę & propter quid est. ve-
rum posterius alii dabuntur sciendi modi: vt mediati, ad incommodum, & quia qui ex opposi- 10
to tribus, huius simpliciter sciendi modi conditionibus respondent. de quibus suis locis.
Corrupta exemplaria latina habent:demonstrationem syllogismum apodicticon, verum non
ἀποδεικτικὸν sed ἐπιστημονικὸν græce legitur. neque quæ habendo sumus interpretatur apodi-
cticon:sed epistemonicon, id est scientificum, iuste illo interpretatur modo.
Nam nihil aliud est syllogismus apodicticus, quam syllogismus demonstratiuus. & ideo id 12
diffinitum potius quam diffinitionem:vocare par est. Sensui proxima sunt indiuidua quæ sen
sus sciunt perpelluntque propinquiora autem sensui:quæ illis sunt viciniora. tametsi enim spe-
cies vt huiusmodi sensu non percipiantur : sunt tamen quam sua genera sensui propinquiora,
quot magis singularibus appropinquant. quæ sensibus sunt percepta, & quæ sensibus sunt ma- 15
xime proxima. Notius, notius naturæ, notius quo ad naturam, notius simpliciter, notius no-
bis, notius quo ad nos, notius non simpliciter, sed ex adiuncto. Quando nominatur principi-
um:intelligimus passim proprium. id autem proprium est quod alicui disciplinæ est addictum: 16
non etiam alteri commune, quæ sub illa non contineatur, Dialectica quę disserēdi facultas est:lo-
calem comprehendit & altercatoriam. Localis octo libris topicorum traditur : altercatoria autē 19
23

29 duobus sophisticorum elenchorum. Medium est quod cum vtrunque extremorum effugiat, viri
30 usque naturam sapit. Positiones plerunque opera præceptoris, inductione, analogia, paradig- Analogia sensibiliũ ad intelligibilia
mate hoc est exemplo percipimus, neque ita nos a natura constitutos, affectosque esse oportet, vt
illas statim per nosipsos percipiamus, si sumus futuri habiles ad adipiscendas scientias. verum
ad dignitates, ita nos natura comparatos esse oportet, vt cognitis terminis eas per nos ipsos per
cipiamus, neque opera præceptoris egeamus. Oculus enim qui in meridie ad solem conuersus, lu
cem non percipit, cæcus est, impotens prorsus vt cognitionẽ sibi vendicet de coloribus. & hic quo
que intellectus, qui statim non intelligit totam magnitudinem maiorem esse sua parte, & caput
suum, suo oculo maius esse, & decem nummos plures esse duobus, cæcus est neque habilis huius-
modi est, vt disciplinæ alicui suscipiendæ, committatur. Aliquid esse, affirmatio, aliquid non es
31 se negatio, Monas singularis, vnitas. Quid est monadis, est diffinitio monadis, & monadem
32 esse, est propositio, monas est, aut affirmatio aliqua de monade. Scitum & sciẽtia extendimus
33 & ad scita per seipsa, & per demonstrationem, hoc est & ad principia & ad cõclusiones. Et scien-
tia principiorum, & scientia conclusionum, proprie comparabiles non sunt, sed perinde ac lumen
& colores, & quemadmodum oculus semper melius est affectus ad lumen percipiendum, quam ad
colores, & semper magis videtur lumen quam colores, simili quoque pacto & intellectus semper
melius ad principia affectus est quam ad conclusiones, magisque scit principia quam conclusio-
nes sed excellentia hæc, nulla intentione scientiæ conclusionis, vnquam attingi potest. & id qui-
dem minus, quam linea recta possit circularis esse mensura, aut numerus par numeri imparis. Li
tera, non potest autem credere magis quæ scit. litera græca sic habet οὐχ οἷόν τε δὲ πιστεύειν μᾶλ-
34 λον ὧν οἶδεν ἃ μὴ τυγχάνει μήτε εἰδὼς μήτε βέλτιον διακείμενος ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς, & quia
τυγχάνω, anceps vocabulum est nunc sum, nunc assequor, contingove significans, interpres per
contingo interpretatus est, sed rectius videtur, vt τυγχάνω hac in parte accipiatur vt sum signifi
cat, vertaturque hoc pacto, non possibile autem credere magis quæ scit, quæ non est neque sci-
ens, neque melius dispositus est quã si fuit sciens, quemadmodũ & in paraphrasi expositũ est, vbi
secundo loco sciens id importat, quod ex demonstratione cognitum est, & etiam græce, hic locus
obscuram habet intelligentiam. Syllogismus contrariæ deceptionis, est syllogismus falsi, & ex
oppositis principiorum fit. Latinus codex habet oportet, scientem simpliciter non incredibilem
35 esse, sed græcus habet ἀμετάπτωτον quod non incredibilem significat, sed immutabilem potius
& qui a sua sententia dimoueri nequeat.

PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

SEcundum cap. diffinitiones vna & viginti. corollarium vnũ, conclusiones quinque.
Prima diffinitio Scire autem arbitramur simpliciter vnumquodque non autem so
9 phistarum more qui secundum accidẽs est, cum causam arbitramur cognoscere pro-
pter quam res est quod illius causa est, & minime possibile est eam rem aliter se ha-
bere, Esse vera scire, aliquid eiusmodi esse. manifesto deprehenditur indicio. Nam
tam nescientes quam scientes, qui se scire putant arbitrantur sic se negocium (vt dictũ est) habere;
at scientes non modo id arbitrantur, sed etiam scientiam habent. Corollarium. Quare cuius sim
pliciter scientia est, id aliter sese habere impossibile est. Si autem alius scie sciendi modus, posterior
sermo diligentius explicabit. Secunda diffinitio. Diffinimus etiam scire, per demonstrationem
10 intelligere. Tertia demonstratio est syllogismus scientificus. Syllogismum autem appello sciẽ
11 tificum, secundum quem (quod ipsum habeamus) scimus. Prima conclusio. Si igitur est scire,
12 vt diffiniuimus, demonstratiuam scientiam ex veris esse, & primis & immediatis, & prioribus, &
13 notioribus & causis conclusionis necesse est. Nam sic sumpta erunt propria, peculiariaque princi
pia eius quod demonstratur, sine quibus non est scientificus syllogismus. nam sine proprijs, pecu-
liaribusque & (vt ita dixerim) domesticis principijs, erit syllogismus at demonstratio non erit, nã
sine his non efficiet scientiam. Sed nunc particulæ demonstrandæ sunt. vera esse oportet ex qui-
bus est demonstratiua disciplina. nam quod verum non est impossibile est vt sciatur. vt quod dia
meter sit commensurabilis, atqui si nesciantur, demonstratiuam scientiam esse impossibile est, erit
igitur ex veris. Ex primis autem, immediatisque erit, hoc est quæ demonstrari non possint, quia si
prima, immediataque non sint, & demonstrari queant, nesciet quis non habens illorum demõstra
tionem, atqui hoc pacto non simpliciter sciet, habebitque demonstratiuam scientiam. nam ea
simpliciter scire quorum est demonstratio, est non secundum accidens atque alterum, demon-
strationem habere. nunc autem secundum alterum, & demonstratis ĩjs quæ prima non essent, de-
monstrationem haberet. manifestum igitur est huiusmodi demonstratiuam scientiam ex pri-
mis, immediatisque & quæ demonstrari nequeant esse. Causas etiam esse oportet ea quibus de
monstratiuam nanciscimur scientiam, & notiora & priora conclusione. Causas quidem, quoni
am tunc scimus (vt diffinitum est) cum causam cognoscimus. Et priora erunt, si quidem cau-
sæ sunt, nam causæ priores. Et ante cognita non modo altero prænoscendi modo quid signifi-

cent:sed etiam cognoscendo quod sint.Secunda conclusio.Priora & notiora:duobus variis & dif
ferentibus modis dicuntur.Nam quædam sunt priora & notiora natura:& quædam priora no- 14
tioraque quo ad nos.atqui non idem prius natura & prius quo ad nos,neque idem notius natu-
ra,& notius nobis,atque quo ad nos.priorum igitur & notiorum:duo varii, differentesque sunt
modi.Quarta diffinitio.Priora & notiora ad nos,ea sunt,quæ sensui sunt propinquiora. Quinta
Simpliciter autem & natura priora & notiora:ea sunt quæ ab iis quæ sensu percipiuntur,sunt se 15
motiora.Sexta. A sensu remotissima ea sunt,quæ maxime sunt vniuersalia.Septima.Propinquis- 19
sima sensui sunt.quæ sunt singularia.Et hæc inquam maxime vniuersalia & singularia,pugnan-
tes,& ex aduerso prioritatis & cognitiōis modos habēt. Octaua. Demōstratiuā sciām ex primis 17
esse,est eā esse ex propriis prīcipiis.idē em̄ voco primū & proprium principium.Nona. Propriū 18
principium,est demonstrationis propositio immediata. Decima propositio autem immediata, 19
est qua non est alia prior. Vndecima Propositio:est enunciationis altera pars vera scilicet aut fal 20
sa,vnum de vno significans. Duodecima. Proposirio dialectica:est quæ similiter enunciationis
vtramuis partem,veram inquam aut falsam sumit: Decimatertia. Propositio demonstratiua:est 21
quæ determinatæ enunciationis partem,veram scilicet sumit.Decimaquarta. Enunciatio,est con 22
tradictionis vtrauis partium. Decimaquinta.Contradictio,est oppositio,cuius secundum se non 23
est medium.Decimasexta. Affirmatio,est contradictionis pars,quæ aliquid de aliquo significat. 24
Decimaseptima. Negatio,est pars contradictionis,aliquid ab aliquo significans. Decimooctaua, 25
Positio principii immediati ad syllogisandum idonei:est quæ demonstrari nequit,nec necesse est
eum habere,qui discendo quicquam sit percepturus.Decimanona, Dignitas,est immediata pro- 26
positio,quam necesse est quemlibet qui discēdo quippiam sit percepturus habere,sunt enim quæ 27
dam huiusmodi:quibus ex sese assentit is,qui disciplinam sit adepturus,& talibus potissimū dig- 28
nitatis nomen tribuere solemus. Vicesima.Suppositio est ea positionum,quæ vtramuis partium
enuntiationis sumit,aliquid(inquam)aut esse aut non esse,hoc est affirmationem aut negationem 29
Vicesima prima.Diffinitio:est positio,quæ est sine hoc,videlicet quod sumat esse,aut nō esse,hoc 30
est quæ neque est affirmatio,neque negatio.Nam arithmeticus ponit monadis diffinitionem:prī 31
cipium numeri indiuisibile secundum quantitatem.ad id suppositio non est.nam non sumit ali-
quid esse aut non esse,quid est enim monas & monadem esse :non idem sunt.Tertia conclusio.
Non solū prīcipia aut omnia aut aliqua præcognoscere oportet:sed & illa magis credibilia & co- 32
gnita conclusione esse,necesse est.Nec id iniuria sane.quandoquidem oportet & credere & scire
conclusionem,eum habendo syllogismum quem appellamus demonstrationem.is autem est sci-
endo ea ex quibus extruitur,extruitur autem ex principiis & conclusione . quare principia illa:
non modo præcognoscuntur,sed & magis creduntur ac sciuntur.Nam semper,propter quodcun
que esse tale,alterum tale est.& ipsum quoque propter quod est magis tale . vt id propter quod 33
amatum,alterum amamus,magis est amatum .quare si propter principia esse scita & credita,cō-
clusionem scimus & credimus:& illa proculdubio magis scimus & credimus.atqui propter illa
scita:creditaque conclusionem & scimus & credimus,quoniam propter prima,& posteriora co-
gnoscuntur principia,igitur aut omnia,aut aliqua non ante cognoscere fas est:sed & illa esse ma
gis credita scitaque quam ipsa sit conclusio necesse est.Quarta. Principia aut per demonstratio- 34
nem sciuntur:aut circa ea melius affecti sumus quam si demonstratione fuerimus scientes. Nam
non possibile est quempiam credere magis ea quæ scit,quę quidem non est neque demonstratio- 35
ne sciens,neque melius circa ea affectus est quā si fuerit demonstratione sciens atqui accidet ma-
gis credere ea quæ neque demonstratione sciens fuerit,neque circa ea melius affectus dispositus-
que quam sciens.nisi quis credentium principia,per demonstrationem prænoscat aut circa ea me
lius affectus sit quam per demonstrationem agnoscens.nā necesse est magis principiis credere aut
omnibus,aut aliquibus:quam conclusioni.principia igitur aut per demonstrationem sciūtur:aut
circa ea melius effecti sumus quam si ea fuerimus demonstratione scientes.Quinta.Eum qui per 36
demonstrationem scientiam sit adepturus,non solum oportet magis cognoscere: magisque cre-
dere principiis quam conclusioni quæ demonstratur,verum neque aliud quippiam eorum quæ
principiis opponuntur (ex quibus syllogismus contrariæ deceptionis conflatur)credibilius no
tiusve esse necesse est.Id necesse est si quidē eum qui simpliciter scit:a sua sententia indimobilem
hęrētemque iugiter esse oportet,atque si aliquid oppositorum credibilius,notiusq; principiis es- 37
set,dissuabilis plare esset,atque sua sentētia mutabilis,nō igitur aliquid oppositorum credibilius
notiusve principiis esse possibile est.

¶Quod non omnium sit demonstratiua scientia. Cap.III.

QVibusdam autem igitur,propter id quod oportet prima scire,non videtur sci- 38
entia esse. ¶Quibusdam autem esse quidem,omnium tamen demonstratio-
nes esse quorum neutrum,neque verum neque necessarium. ¶Ponentes au-

pter priora, quorum non sint prima, recte dicentes. impossibile enim est infinita pertrã
sire, & si stent. & sint principia: hæc ignota esse, cum demonstratio non sit ipsorũ quod
quidem dicunt esse scire solum. si vero non est prima scire, neque quæ ex ijs sunt: est sci
re neque simpliciter, neque proprie: sed ex conditione si illa sint.
¶ Hi autem de eo quod quidem est scire sic confitentur. per demonstrationem enim es
39 se solum, sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet. contingit enim circulo fie
ri demonstrationem, & ex ijs quæ sunt adinuicem.
40 ¶ Nos autem dicemus, neque omnem scientiam demonstratiuam esse, sed immediato
rum esse indemonstrabilem, & quod hoc necessarium sit: manifestum est. si enim neces
se est quidem scire priora ex quibus est demonstratio: stant autem aliquando immedia
ta. hæc quidem indemonstrabilia necesse est esse, & hoc igitur sic dicimus; & non solum
scientiam, sed & principium scientię esse quoddam dicimus, inquantum terminos cog
41 noscimus. ¶ Circulo autem quod impossibile sit demonstrare simpliciter, manifestum
est. siquidem ex prioribus oportet demõstrationem esse & notioribus. impossibile ẽm
est eadem sibijnuicem simul priora & posteriora esse, nisi altero modo. vt hæc quidem
42 ad nos, illa vero simpliciter, quo certe modo inductio facit notum.
¶ Si autem sic est, non vtique erit simpliciter scire bene definitum. sed dupliciter.
34 ¶ An non simpliciter altera demonstratio sit ex nobis notioribus? Accidit vero dicen
44 tibus circulo demonstrationem esse, non solum quod nunc dictum est, sed nihil aliud di
cere quam quoniam hoc est: si hoc est. sic autem facile est demonstrare omnia. Manife
stum autem est quod hoc accidit tribus terminis positis. per multos enim aut per pau
cos reflectere dicere nihil differt, per paucos autem aut per duos. Cum enim sit a, sit ex
necessitate b: hoc autem cum sit & c. cum igitur a sit, erit & c, si igitur cum sit a necesse
est b esse. hoc autem cum sit, a est. hoc enim erit circulo, ponatur autem a in quo c. b
igitur cum sit, a esse dicere. est & ipsum c dicere esse: hoc autem dicere est, quoniam cum
sit a, est c. c autem ipsi a idem est. quare accidit dicere. circulo dicentes esse demonstratio
nem nihil aliud nisi cum sit a: est a. sic autem omnia demonstare leue est.
¶ At vero neque hoc possibile, nisi in ijs quæ alternatim se cõsequuntur, sicut sunt pro
45 pria. ¶ Vno quidem igitur posito ostensum est, quod nequaquam necesse aliquod es
46 se alterum. dico autem vno, quoniam nec termino vno nec positione vna posita. ex du
abus autem positionibus primis: & minimis: siquidem contingit & syllogisare. si igitur
& a ipsi b, & c sequatur, & hæc ad inuicem, & ipsi a, siquidem igitur cõtingit ex alternis
monstrare omnia quæsita in prima figura. sicut ostensum est in ijs, qui de syllogismo
sunt. Ostensum est autem, quod in alijs figuris, aut non sit syllogismus, aut non de ac
ceptis. quæ autem non mutuo prædicantur, nequaquam est demonstrare circulo. qua
re quoniam pauca quidem huiusmodi in demõstrationibus sunt. manifestum est quod
vanum quidem & impossibile sit dicere ex ijs quæ sunt adinuicem esse demonstrationẽ
& propter hoc contingere omnium esse demonstrationem.

Tertij Capitis notæ.

Circulo & ex seinuicem, aliquo modo mõstrare non est impossibile, vt vnum demonstratione
quod est, alterum vero demonstratione propter quid. sed circulo & ex seinuicem demonstrare sim
41 pliciter, est impossibile. est enim demonstratio simpliciter, quę facit scire simpliciter. scire autẽ sim
pliciter ex prioribus, notioribusque simpliciter. modo si ex seinuicem simpliciter aliqua demonstra
rentur, vt a per b simpliciter, & b per a, simpliciter, oporteret vnum & idem & respectu eiusdem
vt a respectu b simpliciter posterius & ignotius esse, & simpliciter prius, notiusque, quod est im
possibile, nisi forte quis id posse esse putet in ijs quę sibijnuicem causæ sunt. vt sanitas, & corpo
ris exercitio vbi sanitas simpliciter prior notiorque est vt finis, corporis autem exercitatio sim
pliciter prior ac notior vt efficiens, atque conseruans, sanitas posterior, vt effectus, efficiente, ex
42 ercitatio vero, vt effectus, fine. sed an id non est idem respectu eiusdem? Positio, posita, admissa
que prpositio. Vt in ijs libris qui sunt de syllogismo dictum est. capite. v. vi. &. vij. secundi
priorum analyticorum.

PARAPHRASIS CAP. TERTII.

TErtium Cap. Opiniones duę rationes earum. Conclusiones quinque. Obiectio vna.
dilutio. Prima opinio. Nonnullis non videtur aliquorum esse scientiam, ob 6
id ipsum quod oporteret ipsa prima scire. at prima scire (vt eorũ fert opinio) im-
possibile est. nullorum itaque videtur esse scientia. Secũda. Quibusdã autẽ ali 37
quorum scientiam esse videtur, omnium tamen demonstr ationes esse ponũt. qua 38
rum assertionum neutra sane, neque vera, neque necessaria est. Ratio primorum.
Enimuero astruentes non esse scientiam omnino, iu ad infinitum assurgendum esse censent, si vlla
esset scientia quod si ita est, non est scientia, quia non sciunt vtique posteriora propter priora, quo
rum non sunt prima & recte id dicunt: si assurgeretur abireturque in infinitum, non esse pri: &
nam impossibile est infinita transilire. quibus non emensis, pertransitisque, non darentur prima.
Et aduciunt. si statur aliquo, & sint principia, illa ignota erunt, cum non sit demonstratio ipsorum
quo quidem modo solum, dicunt esse scire, atqui si non est prima scire, neque ea quæ ex illis profi 39
ciscuntur scire neque simpliciter, neque proprie possibile est. sed si sciuntur, hoc est ex sola suppo
sitione, si illa vera sint hac itaque ratione, videtur eis scientiam nullam esse. Ratio secundorum.
Secundi de sciendi modo, primis conspirant. nam per demonstrationem solum scire ponunt. sed
aiunt, omnium esse demonstrationem, nihil prohibere. nam contingit omnium circulo & ex 40
se mutuo, demonstrationem conflari. Prima conclusio. Nos sane dicimus, non omnem scientiam
demonstratione esse suscipiendam, sed immediatarum propositionum esse indemonstrabilem. id
autem ita esse oportere, perspicuum est. nam si necessarium est ea scire priora ex quibus est demõ
stratio, & statur aliquando in immediatis, illa nimirum indemonstrabilia esse necesse est ad ali-
quando statur, neque decumbitur ad infinitum, immediatarum igitur propositionum scientia,
indemonstrabilis, neque demonstratione vlla suscipienda. Hoc igitur sic se habere dicimus, & nõ
solum hoc modo scientiam, sed & aliquod scientiæ principium notum esse dicimus, quatenus ter 41
minos cognoscimus. Secunda conclusio. Demonstrare simpliciter, circulo, & ex se mutuo impos-
sibile esse, diludidum est. Si quidem ex priolibus demonstrationem esse oportet. circulo demon-
strare impossibile est. nam impossibile est eadem sibi mutuo simul priora & posteriora esse, nisi al
tero & altero mõ. vt hæc quidẽ ad nos, illa vero simpliciter & ad naturã priora quo certe modo, ex
notioribus inquã ad nos ad notiora simpliciter, iductio facit notũ. Atqui si simpliciter demõstra
ret circulo, eadẽ sibi mutuo priora & posteriora essẽt simpliciter. nam demõstratio simpliciter ex
prioribus notioribusq; simpliciter. nõ igit̃ cõtigit simpliciter mõstrare, circulo & ex sese mutuo. 42
Obiectio. Si ita est vt aliqua alio & alio modo dicantur priora. non igitur recte vno modo de
finitum est scire, sed duobus erat definiendũ, determinandumque modis. Dilutio. An nõ simplici
ter & absolute altera demonstratio censenda est, quæ ex notioribus scilicet ad nos coalescit, sed 43
ex adiũcto. Quæ aũt diffinita est, & scire quod diffinitũ est, demõstratio absolute & scire absolute 44
& simpliciter est, quod ex prioribus, notioribusq; simpliciter est. nõ igit̃ perperã vno modo scire
definitum est. Tertia conclusio. Euenit vt qui dicunt circulo demonstrationem fieri, non mo-



do quod nunc allatum est incurrant incommodum, sed & nihil aliud dicere quam hoc est si hoc
est, idemque per seipsum astruere: sic autem facile esset omnia demonstrare, quod sane perridicu-
lum est. Quod autem id accidat, statim positis tribus terminis euadit exploratum (siue etiam per
multos, siue per paucos remeat, nihil refert, atque per paucos etiam duos) nam cum sit a, sit ex ne
cessitate b, & cum sit b, ex necessitate sit c. igitur cum sit a, ex necessitate erit c. Si igitur cum sit a,
necesse est esse b, & retro agendo cum sit b necesse est esse a (nam id esset monstrare circulo) po
natur a eo in loco in quo c. dicere igitur cum sit b esse a, perinde est ac dicere cum sit b esse c, & di
cere cum sit a esse a, perinde est a c dicere cum sit a esse c. nam a & c idem, simulque sunt. quare ac
cidit eos qui dicunt circulare demonstrationem coalescere, nihil aliud dicere quam si est a, est a, 45
& hoc est si hoc est. idemque per seipsum astruere, sic autem facile esset omnia monstrare.
Quarta conclusio. Esto aliquid sit circulo monstrare, non tamen omnia circulo monstrari es-
set possibile. Nam neque hoc esset possibile, nisi in iis quæ se mutuo & remeando consequun-
tur, quem admodum ipsa propria. Quinta conclusio. Si contingit monstrare circulo, id vno
duntaxat posito non contingit, sed duobus ad nimium. Nam prius ostensum est, vno duntaxat 46
posito nihil aliud ex necessitate syllogismo euenire, vno inquam, neque termino neque posi-
tione vna posita. ex duabus autem positionibus primis ad minimum, contingit aliud ex necessi
tate euenire, quandoquidem & syllogisare, positis igitur duobus ad minimum, cõtingit circulo
demonstrare. si igitur a consequitur b, & b consequirur c, & mutuo c b, & c b mutuo cum a. si pro
fecto contingit circulo & ex se mutuo monstrare, omnia quæsita in prima figura monstrabuntur
vt in iis libris qui sunt de syllogismo, dictum est. vbi etiam dictum est in aliis figuris non fieri cir
cularem syllogismum, aut non ex assumptis. ex iis autem quæ non sunt prædicando remeantia
nequaquam circulo demonstrare possibile est. Quare cum in demonstrationibus pauca sint
eiusmodi quæ remaneant, perspicuum est vanum esse & impossibile dicere, demonstrationem mu
tuam & ex sese inuicem esse & propter hoc contingere omnium demonstrationem esse.

❡Quid de omni:modi per ſe,& quid vniuerſale. Cap.IIII

QVoniã impoſſibile eſt aliter ſe habere id cuius eſt ſcientia ſim-
47 pliciter:neceſſarium vtique erit id eſſe ſcibile quod eſt ſecundum
demonſtratiuam ſcientiam.
48 ❡Demonſtratiua autem eſt:quam habemus in habendo demõ-
ſtrationem.ex neceſſarijs itaque ſyllogiſmis eſt demonſtratio.
Accipiendum igitur eſt ex quibus & qualibus demonſtrationes
ſunt. primum quidem determinabimus quid dicimus de omni,
& quid per ſe, & quid vniuerſale. ❡De omni quidem hoc
49 dico: quod vtique eſt non in quodam quidem in quodam au-
tem non neque quod aliquando quidem:aliquando vero non. vt ſi de omni homine
animal.ſi verum eſt quidem dicere hominem,verum eſt & dicere animal. & ſi nunc al-
terum:& alterum.& ſi in omni linea punctum:ſimiliter eſt.ſignum autem eſt. nanque
inſtantias ſic ferimus:vt de omni etiam interrogati,aut ſi in quodam non, aut ſi aliquã
50 do non. ❡Per ſe autem ſunt:quæcunque ſunt in eo quod quid eſt,vt triangulo ineſt
linea.& punctum lineæ.ſubſtantia enim ipſorum ex his eſt, & in ratione dicenti quid
eſt inſunt. ❡Et quibuſcunque eorum quæ inſunt ipſis, ipſa in ratione inſunt quid eſt
51 monſtranti.vt rectum ineſt lineæ & circulare,& par & impar numero, & primum &
compoſitum,& iſopleurum & altera parte longius,& quæ omnibus his inſunt, in ra-
tione quid eſt dicente,illinc quidem linea,hinc vero numerus ſimiliter & in alijs huiuſ-
modi,vnicuique per ſe eſſe dico. Quæcunque vero neutraliter inſunt,accidentia ſunt
52 vt muſicum,aut album animali.❡Amplius quod non de ſubiecto, alio quodam dici-
tur.vt ambulans aut album,cum & alterum quiddam ſit ambulans & album:ſubſtan-
tia autem,& quæcunque hoc aliquid ſignificant,non alterum aliquid ſunt quam quod
quidem ſunt.quæ quidem igitur non de ſubiecto alio ſunt. per ſe dico:quę vero de ſub
iecto,accidentia.❡Item alio modo quod quidem propter ipſum ineſt vnicuique: per
53 ſe dico.quod vero non propter ipſum accidens eſt.vt ſi ambulante coruſcauit:accidens
eſt.non enim propter id quod ambulauit,coruſcauit:ſed accidens dicimus hoc ſi vero
propter ipſum:per ſe,vt ſi aliquid interfectum interijt,ſecundum interfectionem: quo
niam propter id quod interfectum eſt interijt,ſed non quod accidat interfectum interi
54 re. ❡Quæ ergo dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe ſic ſunt ſicut eſſe prædica-
tis,aut ineſſe,propter ipſaque ſunt & ex neceſſitate.non enim contingunt non ineſſe
aut ſimpliciter, aut oppoſita.vt lineæ,aut rectum aut obliquum,& numero aut par aut
impar.eſt enim contrarium.aut priuatio aut contradictio in eodem genere, vt par aut
impar in numeris ſecundum quod conſequitur.quare ſi neceſſe eſt affirmare aut nega
re,neceſſe eſt & quæ ſunt per ſe,ineſſe.de omni quidem & per ſe determinatum ſit hoc
modo.❡Vniuerſale autem dico quod cum de omni ſit,& per ſe eſt, & ſecũdum quod
55 ipſum eſt.Manifeſtum igitur eſt quod quæcunque ſunt vniuerſalia, ex neceſſitate in-
ſunt rebus.per ſe autem & ſecundum quod ipſum eſt, idem eſt. vt per ſe lineæ ineſt
punctum,& rectitudo.nanque ſecundum quod linea eſt.& triangulo ſecundum quod
triangulus eſt,inſunt duo recti.etenim per ſe triangulus,duobus rectis æqualis eſt.vni
uerſale autem eſt tunc,cum in quolibet,& primo mõſtretur.vt duos rectos habere ne
que cuilibet figuræ ineſt vniuerſaliter, & tamen eſt monſtrare de figura quod duos
rectos habet, ſed non de figura qualibet, nec vtitur qualibet figura monſtrans, qua
drangulus enim figura,quidem eſt,non habet autem duobus rectis æquales:ſed iſoſce-
les habet quidem quodlibet duobus rectis æquales,ſed non primum,ſed triãgulus pri-
us.Quodcunque igitur primum monſtratur duos habere rectos,aut quodcunque ali-
ud huic primo ineſt vniuerſale & demonſtratio per ſe huius vniuerſalis eſt, aliorum au
tem quodam modo & non per ſe,neque iſoſcelis eſt vniuerſaliter, ſed in plus.

Quarti Cap. notæ.



Triangulus
Linea
Linea recta



Circularis linea
OOOOO
Impar
OOOO
Par
OOO
Primus
OOOO
Compositus
O
OO
OOO
Aequilaterus
OOOO
OOOO
OOOO
OOOO
Altera parte longior



Aequilaterus
Aequilater
Isopleurus



Aequipedus
Aequipes
Aequicrurus
Isosceles



Scalarius
Gradarius
Salenos

In demonstratione duo sunt,principia(quę ad propositionem & assumptionem pertinent)&
conclusio principia,intellectilia intelligibiliaque dicuntur:conclusio vero scibile, & id in demon 48
stratione immediata nam in demonstratione mediata,propositio,assumptio & conclusio media-
ta sunt atque scibilia.in immediata autem,propositio & assumptio immediatæ , medioque quo
monstrari queant vacantes,sola vero conclusio mediata.Sed ne est demonstratio cuius altera pro
positionum immediata & altera mediata sit:est.Quo fit vt triplices sint,hæ simpliciter immedia
tæ,istę simpliciter mediatæ,illæ postremo partim immediatæ partimque mediatæ,& omnium
conclusionem mediatam scibileque esse oportet. Necessariū id dicitur quod aliter sese habere nō
potest,quod & idem perpetuo verum est,non aliquando quidem verum,aliquando vero falsum
Ratio quid est dicens,maxime substantialis ratio,diffinitioque essentialis cui & annectitur descri
ptio. Triangulus,figura tribus lineis rectis contenta. Linea, longitudo,latitudinis expers ac
crassiciei,continuata terminatave punctis. Rectum,lineaque recta,a puncto ad punctum dimen 50
sus,cuius nulla pars alteri subsultat,estque supereminens,& eadem est a puncto ad punctum ex-
tensio breuissima. Circulare autē,cū extima & circundans linea omni ex parte a medio puncto
ęquali dispecitur interuallo. Et item ea linea est quę spacium circundat,in cuius medio punctus
est,a quo ad illā omnes eductę rectæ lineæ , inter se sunt æquales. Impar, est numerus qui comple
ta partitione in duo æqua partiri non potest. Par vero,qui completa partitione in duo ęqua se-
quatur. Completa autem dicitur,quādo ex diuisione nihil relinquitur,superfluitque. Primus nu-
merus est,quem sola metiri potest vnitas. Compositus vero numerus,quem alius aliquis ab vni
tate numerus metitur. Aequilaterus,qui per vnitates descriptus in tria porrigitur ęqualia latera
Altera parte longior,qui per suas vnitates descriptus latera possidet vnitate discrepantia. Ex his
diffinitionibus,manifeste liquet,in his enunciationibus,linea punctis terminatur,& triangulus
lineis,punctum & lineam quæ ad prædicatum pertinent in subiectorum ratione quid est dicente
collocari. Et cum dicitur numerus est impar,numerus est par,numerus est primus,compositus,al-
tera parte longior:subiectum in ratione qui est prædicatorum,contineri . Quod non dicitur ex
subiecto alio vllo,quod id quod est,ex alio non pendet,in aliove sustentatur. Ea quę sunt per se 53
proprie de extremis propositionum adinuicem collatis dicūtur(præter tertium modum qui sub 54
substantias respicit pręcipue absolutas,completasque, quarum quęque & hoc aliquid dicitur)ve
rum & ab ipsis proportionali modo per se propositiones dicuntur. Primo cum prædicatum est
de ratione quid est dicente subiecti aut ipsamet ratio vt hō est aīal hō est aīal rationale. Secūdo
cū subiectū est de ratione quid est prędicati.vt numerus est impar,numerus est par,& duo hi mo
di pręcipuum momentum & pondus ad demonstrationes habent. Est & alius modus cum subie
ctus terminus causam importat ob quam prędicatum ei competit,inestque.vt iugulatus interiit
vt pennato volant. Ex tertio modo non proprie sumitur propositio per se,aut si sumitur,in pri
mum reuocetur modum vt Socrates est homo,homo est animal Simpliciter & sine adiuncto in
sunt ea quę per se insunt primo cum ratio prædicatis adhibetur,vt omnis triangulus lineis clau-
ditur,& omnis linea punctis. Cum autem ratio ad subiecta pertinet,illa cum oppositi adiunctio-
ne non possunt non inesse.vt omnis numerus par est aut impar, Et ea sunt per se secundo modo.
Genus subiectum,& id præcipuum est,circa quod scientia aliqua negociatur,suamque totam 55
impendit speculationis cursum ,ut uerbi causa genus arithmerices numerus,musices consonantia
geometriæ magnitudo,inspectiuę linea optica radiusque visiuus. Quatenus ipsum secundum,sub
stantiam sed primo substantia in prędicato,& secundo in subiecto & quatenus ipsum, particula
expositiua est,nam vt seipsum exponit,declarataque Aristoteles per se & quatenus ipsum idem
Quo fit vt perridicule particulam quatenus ipsum exponant nonnulli conuersim,cū prorsus idē
sit quod per se neque ad necessitatem adiecta est ,sed ad expressionem,si qui forte quatenus ip-
sum notius,exploratiusque haberent. Fit etiam vt diffinitio vniuersalis,non statim completa sit
sed obiter eam perficit Aristoteles,adiuncta particula primo vt id dicatur vniuersale , quod est
de omni,& per se,& primum. Et quando vniuersum prædicatum vniuersum subiectum implet
maxime vniuersale id est,& alterum alteri æquatur,idque dicitur inesse primo,& vniuersale pri
mum.vt triangulus,& habere tres duobus rectis ęquos,at quando subiectum latius se porrigit,
compluscullisq; communicat(vt figuram tres duobus rectis æquos habere)tunc prædicatū non
vniuersum totūq; subiecti est,sed pars. at contra si prædicatū se fundit latius(vt ęquipedus tres
æquos habet duobus rectis)prædicatū nō propriæ vniuersum est subiecti,cū illi solā sui partem
tribuit,maxime igitur dicetur vniuersale cum se secundum totū cōmunicat quod & καθόλου qui
vniuersale vertunt,significat. καθόλου enim id dicit quod nos latine dicere possumus secūdū to
tum. Et vniuersale hic propriæ affectionem prædicati ad subiectum dicit,a quo & propositio vni
uersalis hic dicitur,cum prędicatū subiecto & omni,& per se & primo inest.non autem nota vni-

verſalitatis ſubiecti:qualis eſt oĩs aut nullus,vt in libro de interpræatione:ſed hæc ſuggerere ferme puerile eſt:præſertim cum vnumquodque in Ariſtotelicis diſciplinis, ſecundum ſubiectam materiam ſit accipiendum. ἔπει in litera interpretatum eſt ſecundum quod conſequitur ſignificatio huius dictiunculæ ἡ ancipitem fecit ſenſum.quæ aliquando reduplandi,aliquando rationis expreſſiua,aliquando vero affirmandi nota eſt.quæ ſignificatio quadrantior hoc in loco videtur:quæ & in paraphraſi poſita eſt. Tres trianguli ſpecies ſunt ęquilaterus, æquipedus ſcalarius, quæ & alia ſortiuntur nomina. vt æquilaterus, æquilater,iſopleuius, æquipedus, æquipes æquicrurus,iſoſceles,ſcalarius, gradarius,ſcalenos. Primus tria latera tenet ęqualia.Secundus duo dũtaxat,& tertius tria inæqualia.Et affectionẽ habere tres duobus rectis ęquos adiecit Euclides poriſma ad. xxxii: primi & ex loco affectio hæc diſcenda eſt,oportet enim vnum quod propriis in locis diſci:neque confundendæ(vt ſophiſtæ ſolent)diſciplinæ, qui omnia permiſcent in omnibus,neque differunt:ſed confundunt.id namque non patitur rationalis diſciplina.ſed ſi quæ eſt quę omnia miſcet & non confundit:ea eſt rationali ſuperior, & ĩtellectualis quædam,analogica ſumma non contemplans in imis,& in ſummis ima.ſed hæc hactenus.

PARAPHRASIS CAP. QVARTI.

QVartum Cap.concluſiones duæ quid de omni,quid per ſe primo,quid per ſe ſecũ
47 de,quid tertio,quid quarto modo,qui modi per ſe ſint demonſtrationi accommo
dabiles,quid vniuerſale. Prima concluſio.Quod ſecundum demonſtratiuam
ſcientiam ſcibile eſt:neceſſarium eſt.Id ideo eſt:quia impoſſibile eſt aliter ſeſe ha
48 bere id cuius ſimpliciter eſt ſcientia,id autem cuius ſimpliciter eſt ſcientia:ſcibile
eſt.ſcibile igitur neceſſarium eſt. Secunda concluſio.Demonſtratio ſyllogiſmus
eſt ex neceſſariis,Nam demonſtratiua ſcientia eſt ex neceſſariis.ſiquidem ſcibile neceſſarium eſt,
& oportet ea ex quibus ſcitur,magis eſſe credita ſcitaque. demonſtratiua autem ſcientia eſt quã
habemus eo ipſo quod demonſtrationem habeamus.Eſt igitur demonſtratio ex neceſſariis. quĩ
cum notum ſit eſſe ſyllogiſmum:manifeſtum eſt eam eſſe ſyllogiſmum ex neceſſariis.Expedit igi
tur ſumere ex quibus & qualibus neceſſariis demõſtrationes ſunt. Ad quod quidem habendum
primum diſcutiemus quidnam vocamus de omni,quid per ſe & quid vniuerſale. Prima diffi-
nitio.De omni id appello quod ſit non in quodam quidem,in quodam vero non.neque aliquan
49 do quidem,modo vero non. Vt ſi animal de omni homine prædicamus:ſi verum quidem,eſt de
quopiam hominem dicere,& animal dicere verum eſt.& ſi nunc alterum(hominem inquam)ve
rum eſt dicere,& nunc alterum dicere verum eſt.& ſi dicimus in omni linea punctum eſſe,ſimili-
ter de omni eſt.Et id de omni eſſe hoc deprehendimus indicio.nam & vbi de omni interrogamur
obices ponimus, idque refutamus,aut ſi in quodam non ſit,aut ſi aliquando non ſit,non iniu-
ria igitur id diſcimus de omni: quod cum id ſic,id quidem non eſt alicui & alicui non,& aliquã
50 do non.Secunda.primo ea inſunt per ſe:quæcunque in ratione quid eſt dicente,collocantur.vt tri
angulo linea per ſe ineſt,& punctum per ſe ineſt lineæ.nam ipſorum ſubſtantia eſſentialique ra-
tio.ex his eſt.hoc eſt in eorum ratione quid eſt dicente:hæc collocãtur. Tertia.Secũda ĩſunt per ſe
quorũcũque in ratione quid eſt declarante:ea quibus inſunt.collocãt. Vt rectũ per ſe ineſt lineæ
51 pariter& circulare,& impar & par numero,& primum & compoſitum,& æquilaterum de altera
parte longius,& in horum omnium ratione quid eſt dicente inſunt.:illinc linea,hinc vero nume-
rus,ſimiliter quoque & in cæteris huiuſmodi quibuſcunque per ſe nuncupo. Quæcunque
vero neutro horum modorum inſunt:vt accidentia inſunt,vt muſicum aut album, vt accidens
52 animal ineſt. Quarta.Tertio inſuper id dicitur per ſe:quod non dicitur ex ſubiecto alio vllo.
Ve ambulare per ſe non eſt,quod aliud quid:eſt ambulans,ſuppoſitum enim quippiam ſubiectũ
que eſſe oportet vnde eſt,& pari iure album per ſe non eſt.at ſubſtantia & quæcunque hoc ali-
quid ſignificant:nõ aliud aliquid ſunt quam quod ſunt neque ſubiectũ aliud quippiam eſſe opor
eet ex quo ſunt.per ſe igitur ſunt,quæ igitur non ex ſubiecto alio ſunt,ſumũtque id quod ſunt
per ſe appello.quæ vero ex ſubiecto ſunt accidentia. Quinta.Quarto inſuper alio modo,id per
53 ſe dicitur quod cuipiam ineſt propter idipſum cui ineſt.& ex oppoſito,quod alicui ineſt ſed non
propter ipſum.accidens eſt. Vt ſi cum quiſpiam ambulabat ſuffulgurauit:accidens eſt,non enim
propter id quod ambulabat ſuffulgurabit:ſed accidiſſe dicimus.Si vero dicimus propter ipſum
euenire.per ſe dicimus.vt ſi qs eiugulatus interiit.etiam iugulatione ipſa:id per ſe eſt.quoniã in-
teriit propter id quod iugulatus eſt nõ aũt ꝙ accidat eiugulatũ gurgulione reſerato interire, op
54 petereꝗ mortẽ.Quĩ modi per ſe demõſtratiõi accõmodabiles.
Quæ igitur in iis quæ ſimpliciter ſcibilia ſunt,per ſe ſunt.ea ſunt velut cum ratio ineſt prædi-
catis aut cum ineſt ſubiectis & propter talia & inſunt & ex neceſſitate inſunt. Nam quæ ta-
lia ſunt:non contingit non ineſſe aut ſine adiuncto,aut cum oppoſitorum adiunctione.vt lineæ
rectum aut inflexum, & numero par aut impar. Nam contrarium, priuatio, aut contra-
dictio quæ oppoſita ſunt:in eodem genere ſubiecti ſunt,in quo vnius affirmatio ſtabilitioque,
55 alterius eſt negatio. vt in numeris par:quod non impar, certe conſequitur, quare neceſſe eſt

affirmare & negare:& quæ hoc pacto per se sunt cum contrarii adiunctione.ex necessitate insunt.
Sed de omni & per se hunc in modum determinata sint. Sexta diffinitio. Vniuersale autem di
co:quod cum de omni sit & per se inest & quatenus ipsum.Quo sit exploratum:vt quæcūquevni
uersalia ex necessitate rebus insint.nam quæ per se:ex necessitate inesse iam dicta sunt omnia au- 25
tē vniuersalia per se.Et per se & quatenus ipsum, idē est.vt lineæ,per se inest punctū & rectum.nā
& quatenus linea.& triangulo quatenus triangulus est:insunt duobus rectis pares.nam & per se
triangulus:duobus rectis æquos habet.Sed quod supra adductū est:nondum completavniuersa-
lis diffinitio est.verum vniuersale tunc est,cum hoc pacto de omni & primo ostendatur.Vt ęqua
les duobus rectis habere:non vniuersale figuræ est & tamen fieri potest vt de figura ostendatur,
quod æquales duobus angulos habeat.at non de quauis figura:neque qui id ostendit, quauisvti
tur figura.nam quadratum figura quidem est:non habet autem duobus rectis æquales sed æqui
pedus duobus rectis æquales quiuis habet.verum id non primum,sed triangulus id prius habet.
Quodcunque igitur primum monstratur duobus rectis æquos habere,aut quiduis aliud:illi pri
mum inest vniuersale.& demonstratio per se:illius vniuersaliter est:aliorum autem:aliquo modo
& particulariter per se.neque æquipedi est vniuersalis secundum id totum demōstratio,quot duo
bus rectis æquos habeat:sed in plus latiusque se fundit.


ℂ Quo pacto contingat hallucinatio circa vniuersale primum. Cap. V.

Oportet autem non latere quoniam multotiens contingit peccare:& 55
non esse quod demonstratur primum vniuersale,secundum quod vi
detur demōstrare vniuersale primum.oberramus autem hac deceptio
ne:cum aut aliud nihil sit accipere a superiori extra singularevel singu
laria.aut si sit quidem:sed innominatū sit quidem in differentibus spe-
cie rebus,aut contingat esse sicut in parte, totum in quo monstratur,
ijs enim quæ sunt in parte inest quidem demonstratio,& erit de omni
sed tamen non huius erit primi vniuersalis demonstratio.dico autem huius primi secū
dum quod huius demonstrationem,cum sit primi vniuersalis. ℂ Si ergo aliquis mon-
strabit quidem quod recte non intercidant:videbitur vtique huius esse demonstratio. 57
propter id quod in omnibus est,non autem est rectis. non autem est:nisi quidem(q̄m
sic æquales sint)fiat hoc,sed secundum quod quomodolibet æquales. Et si triangulus
non esset alius quam isosceles:secundum quod isosceles videretur vtiq; inesse.Et pro
portionale quod commutabiliter est secundum quod numeri sunt.& secundum quod
lineæ,& secundum quod solida,& secundum quod tempora sunt, quemadmodum de
monstratum est aliquando seorsum.contingens autem de omnibus vna demonstratio
ne monstrari.sed propter id quod non est nominatum aliquid secundum quod hęc om
nia vnum sunt.numeri,longitudines,tempora,solida,& specie differentia:seorsum ab-
inuicem accepta sunt.nunc autem vniuersale monstratur.non enim secundum quod li
neæ sunt,aut secundum quod numeri,inerat:secundū, sedquod hoc est, quodvniuersa
le supponunt esse.Propter hoc nec si aliquis monstret vnumquemque triangulum de
monstratione aut vna aut altera,quod duos rectos habet vnusquisque,isopleron seor-
sum,& scaleon,& isosceles:nondum cognouit triangulum quod duos rectos habet,ni-
si sophistico modo,neque vniuersaliter triangulum,ne quidem si nullus est præter hæc
triangulus alter.non enim secundum quod triangulus est cognouit, neque omnem tri
angulum.sed secundum numerum:secundum speciem autem non omnem.& si nullus
est quem non nouit.quando non nouit vniuersaliter,& quando nouit simpliciter:ma-
nifestum est.quoniam si idem triangulo esse & isopleuro,autvnicuique aut omnibus.
si vero non idem sed alterum.est autem secundū quo est triangulus:nō nouit. ℂ Vtrū 58
autem secundum quod est triangulus.aut secundum quod est isosceles insit,& quando
de hoc est primū &vniuersale:cuius est demonstratio:manifestū est quando remotis in
sit primū.vt isosceli æneo triangulo,insunt duo recti.sed æneum esse remoto, & isosce
le.sed non figura aut termino,sed non primis.quo igitur primo:si itaque triangulo est
& secundum hoc inest,& alijs.& huius vniuersalis est demonstratio.

Quinti Cap. notæ.

Pręter singulare aut singularia.qualia sunt hæc sol, luna, mundus, & cætera huiusmodi. vt 59
affert Themistius, & alii Porphyrii, & Aristotelis interpretes. Huius primi, huius, primi

57 vniuersalis.huius refertur ad id de quo monstrari intenditur vniuersale. Secundū q̄ huius vt hu ius,non per alterū,alteriusq; rōe. vt pater filij pater est secūdum quod filius est,estq; primus filio. Hæc enunciatio lineæ rectæ ex incidente linea duos ex eadem parte intraneos angulos,rectos ha bentes,sunt non cōcurrentes:non est vniuersalis q̄uis id omnibus rectis lineis conueniat. nā etsi anguli illi recti non essent,modo tū duobus rectis simul æquipolles, nunq̄ concurrant, sed hæc vniuersalis est.lineæ quæ ex incidente altera,duos ex eadem parte intrinsecos angulos quocunq; modo duobus rectis ęquos hn̄t:sunt non concurrentes,quare si quis monstret primā,putans vni uersale primū mōstrare.errat tertio mō, quod id parti tribuit,quod toti tribuēdum est. & litera ra apud Aristotelē quæ trunca est:obscuram facit intelligentiā,supplendum igitur fuit,quod de siderare videbatur sententia. Declaratio primi modi:eadē esse potest cū ea,quę est secundi. quod ex eo vel conijci potest quod dicitur,quatenus secundum numerum agnoscit,non secundum om nem speciem ac totam agnoscere oportere. id enim ad primum modum pertinet. Cōmutata pro portio & a geometris in lineis,superficiebus & solidis contemplatur: & ab arithmeticis in nume ris,& ab astronomis in temporibus,estque cum quatuor quātitatum eadem primi ad secundum & tertij ad quartum ratio.:& colligitur ex eo eadem ratio primi ad tertium, secundi ad quartū, id comparatio. dationū permutatim,& commutata,permutataque proportio dicitur.





¶PARAPHRASIS CAP. QVINTI.

56 QVintum cap. tres errores assignanp̄ vniuersalis primi,declaratio,regula vna. Tres er rores. Id autē nequaq̄ latere decet:sæpenumero contingere errare, & nō esse quod de monstratur vniuersale primum,quēadmodum vniuersale primum demonstrari vide tur. Hallucinamur aūt hac deceptione trifariā. Primo:cum nihil superius præter sin gulare aut singularia sumendū occurrit. Scd'o cū superius quidē est, sed in diuersis speciebus no mine vacat. Tertio:cum id totum de quo monstratur vniuersale,vt pars existat. partibus eni ac cōmodabitur demonstratio,& de oī erit,nihilo secius tū non huius erit vniuersalis demōstratio. Dico autem demonstrationem huius primi secundum quod huius, cum ea demonstratio primi
7 sit vniuersalis. Declaratio. Si quispiā igitur demonstrare molietur lineas quarum (cum eas inter cidat recta) duo ex eadem parte interiores anguli sunt recti,non esse conuias & concurrentes: vi deri poterit esse demonstratio vniuersalis(quia sic est in omnibus huiusmodi rectis lineis)non est aūt. quippe cum non fiat demonstratio vniuersalis quia duo sint recti,sint que hunc in modū duo bus rectis æquales:sed quatenus lineæ sunt quarum cum has quidem alia intercidat, duo eadem ex parte intranei anguli sunt quocunque modo duobus rectis æquales. sic in tertium assignan di vniuersalis primi. incideremus in errorem:& id de quo monstraretur pars esset. Et si triangu lus non esset alius quam æquipedus videri posset,habere tres duobus rectis ęquos ęquipedo qua tenus æquipedo inesse,& simili errore hallucinaremur. Et si commutata proportio mōstraretur inesse numeris secundum quod numeri,& lineis secundum quod lineæ, & corporibus secundum quod corpora,& temporibus secundum quod tempora, quemadmodum olim demonstrabatur seorsum,cum contingat tamen de oībus vna demōstratione ostēdi, sed ꝑpter id qd' non est supe rius aliquod noīatū penes q̄ hæc oīa numeri,lineæ,corpora & tp̄a vnum sint & specie differant, ideo sumebantur seorsum,atque in secundum errorem assignādi vniuersalis primi,proculdubio incidebatur. Nunc autem vniuersale monstrari potest. nam non inerat lineis scd'm quod lineæ: & numeris secundū quod numeri,sed quatenus id sunt vniuersale,quod supponitur, tametsi sit innominatum. Et propter eandem causam si quispiam monstret de vnaquaque trianguli specie, vna quidē demōstratione,aut altera & altera quod tres duobus rectis ęquos habet vnusquisq; se orsum & æquilater & æquipedus & scalaris:nondum cognouit triangulum tres duobus rectis æquos habere,nisi sophistico more,neque vniuersali demōstratione id triangulū habere cogno uit,tametsi nullus alter præter dictos habeatur triangulus. nā non quatenus triangulus est agno uit,neque secundum quod omnis triangulus. sed quatenus secundum numerum agnoscit, non se cundum omnem agnouit speciem. Itidem neque quatenus secundum species agnoscit, agnoscet quatenus triangulus est,& secundum quod omnis triangulus,sed similis contingeret erroris pro lapsio.quę & prius secundo contingebat modo. quando igitur non nouit vniuersaliter & quan do vniuersaliter nouit:perspicuum est. quoniam si eadem fuerit ratio trianguli & ęquilateri aut
58 cuiuslibet alterius,aut omnium:nouit vniuersaliter. si autem non eadem, sed altera est quatenus triangulus,non nouit vniuersaliter. Regula. Manifestum esse poterit vtrum habere duobus re ctis æquos cuipiam inest quatenus triangulus est aut quatenus æquipedus. & quando de hoc cu ius est demonstratio affertur primum & vniuersale hoc pacto. Quando cæteris sublatis affectio quæpiam cuipiam inerit, id quo primum sublato non inest vniuersale primum est vt æquipedo æneo triangulo, inest duobus rectis æquos habere,sed sublato ære ita vt non sit ęneus, & duū la terū æqualitate. ita vt non sit ęquipedus,relicto duntaxat triangulo, inest habere tres,sed primū sublato triangulo non inest. Verū sublata figura aut termino non inest habere tres sed id nō pri



4 8
vt 12 ad 6 ita 8 ad 4 cōmutat m vt 12 ad 4 8, ita 6 ad 4

Aequilater



Acquipedus



Scalenos



mum ſublata figura terminove contingit.quo igitur primum ſublato id contingit:ſi certe trian
gulo,per hunc ineſt reliquis habere tres duobus rectis æquos,eſtque primum vniuerſale & illi
us vniuerſalis eſt demonſtratio.

ℂDemonſtrationem ex neceſſarijs & propoſitionibus per ſe eſſe. Cap. VI.

SI igitur eſt demonſtratiua ſcientia: eſt ex neceſſarijs principijs.
quod enim ſcitur:non poteſt ſe aliter habere,quæ aũt per ſe ſunt
neceſſario inſunt rebus.hæc enim inſunt in eo quod quid eſt.qui
buſdam autem hæc inſunt in eo quod quid eſt prædicantibus de
ipſis.quorum alterum oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe. ℂMani- 90
feſtum eſt igitur quod ex huiuſmodi quibuſdam vtique ſit de-
monſtratiuus ſyllogiſmus. omne enim aut ſic ineſt,aut ſecundũ
accidens.accidentia autem neceſſaria non ſunt. ℂAut igitur ſic
dicendum.aut principium ponentibus quod demonſtratio neceſſaria ſit.& ſi demon-
ſtretur non aliter habere poſſe;ex neceſſarijs igitur oportet eſſe ſyllogiſmum. ℂEx
veris quidem eſt,& non demonſtrantem ſyllogiſare,ex neceſſarijs autem non eſt, ſed
aut demonſtrantem.hoc enim proprium iam demonſtrationis eſt. ℂSignum autem 91
eſt quod demonſtratio ex neceſſarijs ſit:quoniam & inſtantias ſic.fecimus ad opinan-
tes demonſtrare,quoniam non ſit neceſſe ſi opinamur,aut omnino contingere aliter,
aut orationis cauſa. ℂManifeſtum autem ex ijs eſt.& quoniam ſtulti qui opinati
ſunt accipere bene principia,ſi probabilis ſit propoſitio & vera.vt ſophiſtæ. quoniam
ſcire:ſcientiam eſt habere.non enim quod probabile eſt aut non ,principium eſt; ſed
primum in genere circa quod demonſtratur.& verum non omne:proprium. ℂQuod
autem ex neceſſarijs oportet eſſe ſyllogiſmum:manifeſtum ex his eſt.ſi enim non eſt
habens rationem propter quid exiſtente demonſtratione:non eſt ſciens.ſit autem vti
que vt quod a,de c ex neceſſitate eſſe b autem medium per quod demonſtratum eſt 92
non ex neceſſitate:non ſciuit propter quid.nõ enim eſt hoc,propter medium.hoc qui-
dem contingit non ineſſe.concluſio autem neceſſaria. ℂAmplius ſi aliquis neſcit nũc
habens rationem & ſaluatus eſt,& ſalua re,nec oblitus eſt neque prius ſciuit,corrum-
patur autem vtique medium niſi ſit neceſſarium.quare habebit quidem rationem ſal-
uus,ſalua re,neſcit autem:nec ergo prius ſciuit.ſi vero non corruptum eſt , contingit
autem corrumpi quod accidit:vtique erit poſſibile, & contingens.ſed eſt impoſſibi- 93
le,ſic ſe habentem ſcire. ℂCum igitur concluſio quidem ex neceſſitate eſt,nihil prohi
bet medium non eſſe neceſſarium per quod monſtrata eſt.eſt enim neceſſarium & ex
non neceſſarijs ſyllogiſare:ſit & verum ex nonveris.cum autem medium ex neceſſita
te eſt,& concluſio eſt ex neceſſitate: ſicut ex veris verum eſt ſemper.ſit enim a de b ex
neceſsitate,& hoc de c.neceſſe ergo & a,c ineſse.ſed cum non ex neceſsitate ſit conclu
ſio:neque medium neceſsarium eſse poſsibile eſt.ſit enim a in c non ex neceſsitate in-
eſse,in b autem a,& hoc in c ex neceſsitate.& a ergo in c ex neceſsitate erit,ſed non eſ
ſe ſupponebatur. ℂQuoniã igitur ſi ſcit demonſtratiue,oportet ex neceſsitate ineſse 94
manifeſtum quoniam & per medium neceſsarium oportet habere demonſtrationem,
aut non ſciet.neque enim propter quid,neque quia. quare neceſse eſt illud eſse. ſed aut
opinabitur,neſciens:ſi opinabitur non neceſsarium,tanquam neceſsarinm, aut neque
opinabitur ſimiliter,ſiue quoniam ſciat per media ſiue propter quid & per immediata.
ℂAccidentium autem non perſe quomodo diffinitum eſt per ſe quidem: non eſt ſci-
entia demonſtratiua.non enim eſt ex neceſsitate demonſtrare concluſionem. accidens
enim contingit non eſse.de tali enim dico accidente. ℂEt tamem ambiget fortaſse ali
quis,cuius cauſa hæc oportet interrogare de his,ſi non neceſse eſt concluſionem eſse. 95
nihil enim differt ſi aliquis interrogatus contingentia, poſtea dicat concluſionẽ.opor
tet autem interrogare non tanquam neceſsarium eſse propter interrogata, ſed quod
dicere neceſse eſt illa dicenti,& vere dicere ſi veræ ſunt quæ inſunt.


Sexti Cap.notæ.

Accidentia non ſunt neceſſaria, non neceſſario inſunt. Demonſtrationem neceſſariam eſſe de- 60
monſtrationem eſſe ex neceſſarijs. Quemadmodum ſophiſtæ:vt Protagoras,qui prolatis in 61


verisimilium propositionum sarcinulis:promittebat eos scientias habituros', qui illas mente tenuissent.& hmōi nugas & sophismata:stultis(quos suadendo in suam sententiam pellexerat)auditoribus venditabat. Illum irridet Plato:in eo dialogo:quem inscripsit Prothagoram:Quod nō ex necessitate sit:vt cui neque a ex necessitate insit,neque ipsum ex necessitate insit c.Medium ex necessitate est:cum necessario vtrique extremo iungitur,cunque vtraq; propositio necessaria est, Verum ex non veris syllogisari monstratum est cap.ij.iij.&.iiij.praecedentis libri. Nō potest huiusmodi conclusio ex necessarijs monstrari. hoc ideo est: quia id quod necessarium non est non potest ex necessarijs syllogisari vt paulo ante in litera monstratum est: accidentia autem quæ per se non sunt:non necessaria sunt.

PARAPHRASIS CAP. SEXTI.

SExtum cap. conclu. tres, corollaria tria, dubiū vnum & illius dilutio. Prima conclu
90 sio. Si est demonstratiua scientia:vt ex necessarijs principijs sit,oportet. Nam quod scitur,vt aliter sese habeat fieri non potest. At qd' scitur:ex ijs q̄ per se sunt scitur,q̄ aūt per se sunt,necessario rebus insunt.nā quę per se insunt.q̄dam in eorum ratione quibus insunt collocantur,quædā vero sunt in rōne eorum quæ prædicantur de ipsis quorū semper oppositionum alterū inesse necesse est.Si igitur est demonstratiua scientia,vt ipsa ex necessarijs sit,oportet,Secunda. Demonstratiuus syllogismus: ex hmōi quibusdam necessarijs propositionibus coalescit. Primo. nā oē quod inest,aut necessario inest, aut sed'in accidens inest. Atqui accidentia non sunt necessaria,si aūt non sunt necessaria. ex talibus non paritur demōstratiua scientia,quare minime syllogismus esset demonstratiuus. omnis igitur syllogismus demonstratiuus ex necessarijs est.Secundo aut certe sic dicendū,aut quod ponāt principium. demōstrationē necessariam esse,si id quoq; quod demonstratur aliter se habere non potest. oportet igitur syllogismum demonstratiuū ex necessarijs esse. Tertio. Fieri potest vt is qui non demonstrat ex veris duntaxat,syllogiset, At fieri non potest vt quis ex necessarijs syllogiset, nisi qui demonstrat,nam solius demostrationis id iam peculiare est, merito igitur recurret, & erit ex necessarijs syllogismus.Quarto. Hoc signo etiam patere potest demonstrationem ex necessarijs esse, quoniā
61 sic obsistimus aduersus eos qui se arbitrantur demonstrare id non esse necesse:si arbitramur quæ sumuntur aut omnino aliter se habere,aut si id disputationis gratia supponitur ,demōstratio igitur ex necessariis est syllogismus.Primum corollarium. Ex his igitur manifestum est eos nimirū stultos ,ignauosque esse qui se probe principia sumere censent, si probabilis duntaxat propositio sit & vera,quemadmodum sophistæ quod scire sit sciētiam habere. sciant autem (vt eorū fert opinio)qui eiusmodi verisimilia calleant. Verum id perperam . nam non idcirco quia probabilis sit aut non,propositio principium est,sed quia prima est eo genere, circa quod versatur demonstratio.modo non omne verum , proprium primumque est eius generis in quo demonstratio versetur.Quinto demonstrationem etiam ex necessariis syllogismum esse, ex iis quæ sequuntur dilucere potest. Nam si quis non habet rationem propter quid eius cuius est demonstratio, minime est sciens.atqui si demonstratio ex non necessariis esset,minime haberetur ea quę propter quid est ratio.vt insit a ei quod est c ex necessitate.& sit b medium per quod monstrari putatum est quod non ex necessitate sit nesciuit(qui hac argumentatione vsus est) rationem propter quid huius cuius demonstratio quærebatur,nam hoc nesciuit propter medium acceptum, quandoquidem illud non esse contingit:conclusio aūt necessaria est.quare semper est demōstratio igitur ex
92 necessariis est. Sexto.Præterea si quispiam nunc nescit,ratiocinationem habens & saluus, incolumique sensu,& re conclusioneque salua,neq; rei sit oblitus: is quoq; neque prius sciuit. si autem medium necessarium non sit corrumpetur,quare si ita sit habebit ratiocinationem saluus,menteque incollumi & re salua,neque rei oblitus nescit autem per huiusmodi medium:neq; igitur per illud prius sciuit Et si corruptum non est,contingit aūt corrumpi: sane accidens possibile erit, & aliter sese habere contingens,at eum qui ita sese habebit,scire īpossibile est. Secundū corollarium Fit igitur vt cū conclusio necessaria sit:nihil ,phibeat mediū per quod ostensa est,non esse necessarium,at cum medium necessariū est:ex necessitate & conclusio necessaria est. Nam fieri potest vt necessariū ex non necessariis syllogisetur:sicut & verum ex non veris. Verū cum mediū ex necessitate est:etiam conclusio necessaria est.quemadmodū ex veris semper vera est, Nam oī b ex necessitate insit a,& oī c ex necessitate b,& ōni c quoq; ex necessitate inerit a. Cæterum cum necessaria non sit conclusio,neque medium necessarium esse possibile est. Nam omni c insit a sed non ex necessitate,& si fieri potest omni b ex necessitate īsit a,& oī c ex necessitate b. igitur omni c ex necessitate a inerit,sed non inesse supponebatur. Cum igitur conclusio non necessaria,neq; mediū
93 necessarium. Tertium. Manifestum igitur etiam est si quispiam scit demōstratiue : oportere & id quod scit,ex necessitate esse , & eum oportere per medium necessarium demōstrationem habere , aut ipsum neq; scire propter quid,neq; illud ex necessitate esse, sed aut arbitrabitur se scire nesciens,si id iudicabit necessarium quod non est necessarium , aut si id non arbitrabitur esse necessarium,similiter quoq; nesciat siue per media,siue propter quid & immediata. Tertia conclusio . Ac



sumptio & conclusio indefinitæ.



Ex numero. 79 primi priorum.

huiuſmodi quod & alteri ineſt.vnde & in alijs conueniunt hæ rationes non congene-
is.non itaque ſecundum illud ſcit:ſed ſecundum accidens.non enim conuenit demon-
ſtratio & in aliud genus,vnũquodque aũt ſcimus non ſecundum accidens : cum ſecun
76 dum illud cognoſcimus , ſecundum quod eſt ex principijs illius inquantum illud eſt.
vt duobus rectis æquales habere cui ineſt per ſe quod dictum eſt:ex principijs illius.
¶ Quare ſi per ſe & illud ineſt cui ineſt:neceſſe eſt medium in eadem proximitate eſ-
ſe.ſi vero non ſit ſed ſicut harmonica per arithmeticam,huiuſmodi autem demonſtrã-
tur quidem ſimiliter:ſed differunt.nam ipſum quidem quia:alterius quidem ſcientiæ
eſt.ſubiectum enim genus alterum eſt,ſed propter quid,eſt ſuperioris,cuius per ſe paſ
77 ſiones ſunt. ¶ Quare ex his manifeſtum eſt quod non ſit demonſtrare vnũquodque
ſimpliciter:aliter quam ex proprijs .vniuſcuiuſque principijs:ſed horum principia:ha-
bent commune.Si autem manifeſtum & quoniam non vniuſcuiuſque propria princi
pia demonſtrare,erunt enim illa omnium principia,& ſcientia earum domina omniũ.
& namque ſcit magis ex ſuperioribus cauſis ſciens.ex prioribus enim ſcit:cum non ex
cauſatis ſciat cauſis.quare ſi magis ſcit & maxime:& ſcientia illa erit & magis & maxi
me.Sed demonſtratio non conuenit in aliud genus aliter quam vt dictum eſt geome-
78 tricæ in machinatiuas aut perſpectiuas,& arithmeticę in harmonicas.
¶ Difficile autem eſt noſſe ſi ex vniuſcuiuſque principijs ſcimus aut non:quod quidẽ
eſt ſcire.opinamur autem hoc,ſi habeamus ex veris aliquibus ſyllogiſmum & primis
ſcire:ſed hoc non eſt,ſed congenea oportet eſſe primis.

Septimi Cap. notę.

76 Per ſigna,Quod ignes in domibus accenſi ſint:& iam ſumma procul villarum culmina fumant:
quod nox in procinctu & vicina ſit:maioreſque cadunt altis de montibus vmbræ. Igneum ſi-
gnum:fumi vicinæ noctis ſignum procumbentes & acclives vmbræ.quod ſi ab ijs ſignis duca-
tur ſyllogiſmus.ſimpliciter ſcire non facit. nam propterea vt res ſit quam indicant:minime di-
cunt. Tria in quaque demonſtratione ſimpliciter:affectio quę & paſſio dicitur & prædicatum,ge
nus ſubiectum.& proloquia.Sub proloquijs & dignitatibus:genus omne principiorum propri
orum comprehendimus.Contingit eadem eſſe:vt ea quę eiuſdem generis ſunt,de ſe mutuo dicta
86 & nihil prohibet,in eodem genere eadem proloquia,varijs affectionibus monſtrandis aſſumi.
Teſſera,numerus cubus.& eſt qui continuo in ſe trino ductu procreatur vt ter tria ter ſunt.
xxvij. & teſſera.& quater quatuor quater, xiiii.numerus cubus & teſſera. Sunt etiam & cubi
magnitudinibus:ſolida ſex ęquis quadris faciebus contenta,qualem figuram tali præferunt:
70 Demonſtratio particularis non proprie ſimpliciter demonſtratio eſt,quod iã per alterum & vni-
uerſalis virtute,ſcire facit.habet tamen demonſtratio particularis(de qua cap. xxiij. propenſior
determinatio eſt) locum in diſciplinis.tum quod ea ſola plerunque egemus,tum quod nõ prõ-
prium ſit & obuium vniuerſale reperire. Si tamen eſt particularis,& vniuerſalem priorem poſſe
eſſe oportet.eſt ei particularis inęqualitas,& vniuerſalis ęqualitas quædam & quanto particula
72 re minus facit ſcire quam vniuerſale: tanto demonſtratio particularis minus ſimpliciter demon
ſtratio eſt,quam vniuerſalis.Quia tamen demonſtrationis particularis concluſio de omni & per
ſe eſt aut p ſe ẽt ſi non ſit de oĩ:nihil prohibet aſſerere eã eſſe perpetuã pariter & ex perpetuis &
incorruptibilibus procedere.Tametſi enim vniuerſale , hęc ſimul claudat & de omni & per ſe &
inſuper addat primum,particularis duas primas particulas aut vnitas,aut diſcretas continet,a
74 quibus ſecundo loco poſt vniuerſale ,dicetur perennis ac perpetua. Et ideo quamuis id litera ſili
at ,quia agit de ea demonſtratione quę maxime eſt:non eſt tamen id intelligere difficile. Deliquiũ
eclypſis.Et vt de illis demonſtrationes ſimpliciter & ſcientię ſimpliciter habentur ; illa ſemper
ſunt.& notionem vniuerſalem habentia.vt autem aliquando ſunt & aliquando non notiones
ſibi potius accidentarias & particulares aſciſcũt. Triplices tanguntur diffinitiones.. Nam quę
dam eſt immediata : & hęc propter quid dicit eſtque demonſtrationis principium, quædam
aũt mediata,q̃ quidẽ ſolũ qd eſt importat.& hęc ad concluſionẽ attinet.porro quędã nonnihil
immediati mediatique inſinuat:quæ idcirco & quid & propter quid.dicere non immerito aſſeri
tur & id a demõſtratione differt,quod ea quę ſimul continet demonſtratio,in ſitũ propoſitionũ
ſunt digeſta,ſecretaqꝫ.eadem autem in diffinitione:nullo huiuſmodi ſitu ſunt diſcreta , quare
eiuſmodi diffinitio ,demonſtratio eſt confuſa & demonſtratio,diffinitio diſcreta.& a confuſione
exempta.vt ſi dico deliquium lunę eſſe obiectum terræ ex diametro ſoli lunęque medium,diffi
nitio immediata eſt & dicens propter quid luna patitur deliquium. At ſi dixero deliquium lunę
eſſe defectum luminis in luna,diffinitio hęc mediata eſt.& quid eſt duntaxat explicans.poſtremo

73 Pro aliquo tantum. Tertia. Simili modo & circa diffinitiones, res sese habet, vt perpetuæ sint
& incorruptibiles. Quia diffinitio aut principium est demonstrationis, aut demonstratio solo si-
tu dispositioneque distant, aut quædam demonstrationis conclusio. merito igitur similiter se ha-
74 bent, vt & de demonstrantibus dictum est. Sextum corollarium. Vnde fit exploratum cum
eorum quę plerunque fiunt (vt lunæ deliquia) demonstrationes ac scientiæ fiunt, vt hæ res tales
sunt & demonstrationis scientiæque capaces, semper sunt & vniuersales, vt autem non semper
75 sunt particulares Et vt de deliquio, similiter & in aliis est dicendum. Septimum. Manifestum
est non esse demonstrandum vnumquodque, nisi ex cuiusque principiis, si id quod demonstra-
tur insit quatenus illud est. Non est sane hoc scire si ex veris & demonstrabilibus & immediatis
ostendatur. Nam sic ostendi potest, sicut Brison circuli quadraturam huiusmodi enim ratiocina-
tiones (quali usus est Brison) secundum aliquid commune & vagum monstrant quod & alii gene
ri competet. Quamob causam & huiusmodi ratiocinationes aliis rebus non syngeneis & genere
affinibus tribuuntur, accommodanturque, Non igitur secundum illud commune & vagū quis-
piam simpliciter scit. tametsi verum sit & indemonstrabile, medioque carens, sed secundum acci-
dens. nam non conuenit, vt demonstratio in aliud genus dimigret. Tunc certe vnumquodque sci
mus non secundum accidens, cum per illud cognoscimus per quod inest, ex ipsius quatenus ip-
76 sum est, principiis vt cum scimus tres duobus rectis æquos habere ei inesse cui per se inest, ex pro
priis illius principiis, quo modo dictum est. Octauum. Quare si quippiam ei cui inest per se in
est, & medium syngeneum, affinitateque generis coniunctum esse necesse est. sin autem genere iun
ctum non sit. attamen perinde erit ac cum in musica per arithmeticam demonstratur. Tali autem
77 identidem demonstrantur, sed demonstratio differentias in se seruat. nam ipsum quod est, alte-
rius scientiæ est. illius nanque est cuius alterum genus est subiectum & ipsum propter quid alteri
us superioris scilicet, cuius per se affectiones prædicataque sunt. Nonum. Quare ex his per
spicuum euadit fieri non posse vt vnumquodque demonstretur, nisi ex propriis cuiusque princi
piis. Verum (dices) eorum quæ sic demonstrantur principia, commune principiū habent. Si certe
hoc ita esse sit exploratum, manifestum etiam est & propriis cuiusque principia non posse quempi
am demonstrare. Nam erunt illa principia, omnium propria principia, & eorum scientia domi-
na omnium. nam scit magis qui ex superioribus causis scit. ex prioribus enim tunc nimirum scit
cum ex iis (quæ neutiquam effectus sunt) cognoscit caūsis. Quare qui ex illis primatibus princi-
piis scit, & magis, & maxime scit, & scientia illa erit, & magis, & maxime scientia. Verum propter
hoc demonstratio non in aliud genus aptatur, nisi modo quod dictum est geometricas demon-
78 strationes in eos quæ extruendarum machinarū facultatis sunt, aut in inspectiuas, aut alia ex par
te arithmeticas in melicas, musicalesque coaptari. Quarta conclusio. At vero difficile est quem
piam nosse, sciat necne. Nam arduum ac difficile est nosse, si ex cuiusque principiis scimus, an se-
cus. quod quidem est scire. Arbitramur autem hoc modo scire, si ex veris & primis quibuscūque
syllogismum habeamus, id autem non oportet, sed ea quæ scimus, generis affinitate primisque cō
iuncta esse oportet.

¶ De principiis tum vagis communibusque, tum propriis ac addictis. Cap. VIII.

79 Dico autem principia in vnoquoque genere: illa quæ quoniam
sint non contingit demonstrare. ¶ Quid quidem igitur signi-
ficent & prima & quæ sunt ex primis, accipiendum. quod autē
sint principia quidem necesse est accipere, alia vero demōstra-
re, vt quid vnitas, aut quid rectum. & quid triangulus. esse au-
tem vnitatem accipere & magnitudinem, altera vero monstra
80 re. ¶ Sunt autem quibus vtuntur in demonstratiuis scientiis,
alia quidem propria vniuscuiusque scientiæ, alia vero commu
nia, communia vero secundum analogiam quoniam vtile est
quantumcunque est in eo (quod est sub scientia) genere, propria principia quidem, vt li
neam esse eiusmodi, & rectum. communia autem, vt ęqualia ab æqualibus si auferas,
quod æqualia reliqua sunt. sufficiens autem vnumquodque horum. quantumcunque
in genere est. idem enim faciet & si non de omnibus accipiat. sed in magnitudinibus so
81 lum, arithmeticæ autem in numeris. ¶ Sunt autem propria quidem & quæ accipiun-
tur esse circa quæ scientia speculatur quæ sunt per se, vt arithmetica vnitates, geome-


tria autem signa & lineas. hæc enim recipiunt esse, & hoc esse. horum autem passi-
ones per se. quid quidem vnaqueque significet, accipiunt. vt arithmetica quidem
quid par aut impar, aut quadratus, aut cubus. geometria uero quid irrationale aut
inflecti aut concurrere. quod autem sint, demonstrant per communia & ex ijs quæ 87
demonstrantur. & astrologia similiter. ¶ Omnis enim demonstratiua scientia cir-
ca tria est, quęcunque esse ponūtur: hæc autem sunt genus, cuius per se passionum
speculatiua est & quæ communes dicuntur dignitates, ex quibus primis demon-
strant. & tertium passiones, quarum quid significet vnaquæque accipit. ¶ Quasdam 84
tamen scientias nihil prohibet quædam eorum despicere. vt genus non supponere es-
se si sit manifestum quoniam est. non enim similiter manifestum est quoniam nume-
rus sit & calidum & frigidum. & passiones non est recipere quid significent, si sint ma-
nifestę. sicut neque communia non recipit quid significent quod est æqualia ab æqua-
libus demere: quoniam notum est. sed nihil minus natura tria hæc sunt, circa quod de-
monstrat, & quæ demonstrat, & ex quibus, ¶ Non est autem suppositio neque petitio 85
quod necesse est propter seipsum esse, & videri necesse est. non est enim ad exterius
orationem demonstratio, sed ad eadem quæ est in anima. quoniam neque syllogismus
semper enim est instare ad exterius orationem: sed ad interius orationem non semper 86
¶ Quęcunque ergo quidem demonstrabilia esse accipit ipse non demonstrans. hæc si 87
quidem quæ videntur accipiat: discenti suppositio & non est simpliciter suppositio, sed
ad illum solum si vero neque vnius opinionis aut contraria est accipiat, idem petit. Et
in hoc differt suppositio & petitio. est enim petitio in contrarium discentis opinioni,
aut quodcunque aliquis demonstrabile cum sit, accipiat: & vtatur non demonstrans. 88
¶ Termini igitur non sunt suppositiones. nihil enim esse aut nō esse dicunt, sed in pro
positionibus sunt suppositiones, terminos solum intelligere oportet, hoc autem nō est
suppositio, nisi & audire aliquis suppositionem esse dicat. sed quibuscunque existenti
bus in eo quod illa sunt, fit conclusio. ¶ Neque autem geometra, falsa supponit, sicut
quidam affirmant dicentes quod oportet non falso vti geometram, mentiri autem di-
centem lineam esse vnius pedis quæ non est vnius pedis, aut rectam lineam non rectā
existentem. sed geometra nihil secundum hanc lineam concludit, quam ipse posuit: sed
quæ per hæc ostenduntur. ¶ Amplius. Petitio & suppositio omnis: aut sicut totū est
aut in parte, termini autem neutrum horum. Speciem quidem igitur esse, aut vnum 89
aliquid extra multa non necesse est esse, si demonstratio erit, esse tamen vnum de mul 90
tis verum dicere, necesse est. non enim erit vniuersale nisi hoc sit. si vero vniuersale nō
sit, medium non erit. quare neque demonstratio. oportet itaque aliquod vnum & idē
de pluribus esse non æquiuocum. ¶ Nō contingere autem idem simul affirmare & ne
gare, neque vna recipit demonstratio, sed aut si indigeat monstrare conclusionem sic. 91
ostenditur autem accipientibus primum de medio quod verum, negare autem non ve
rum, medium autem nihil differt esse & non esse accipere, similiter autem & tertium.
si enim assignetur de aliquo hominem: verum est dicere & si non hominem, verū, sed
si solum hominem animal esse: omne, non animal autem non erit enim verum dicere
Calliam siue non Calliam esse animal, non animal autem non. Causa autem est quod
primum non solū de medio dicitur, sed de alio, propter id quod de pluribus. quare ne-
que si medium & idem est, & non idem, ad conclusionem nihil differt.
¶ Commune autem: affirmare aut negare, quæ est ad impossibile demonstratio, acci- 92
pit, & hoc neque semper vniuersaliter, sed quantum sufficiens est, sufficiens autem est
in genere. dico autem in genere vt circa quod genus, demonstrationes fert, sicut dictū
est prius. ¶ Communicant autem omnes scientiæ secundum communia, commu- 93
nia autem dico, quibus vtuntur tanquam ex eis demonstrantes, sed non ex quibus de-
monstrant, neque quod demonstrant.
¶ Et dialectica quidē de omnibus, & si aliqua vniuersaliter tētet mōstrare cōmunia. vt
qđ est affirmare oē. aut negare, aut qđ est ęqualia ab æqualibus demere, aut taliū quę-
libet, sed dialectica non est definitorum sic quorundā neque generis alicuius vnius. nō
enim interrogaret. demonstrantem autem non est interrogare, propter id quod oppo
sitorum esse non monstrat idem, ostensum autem est hoc in ijs quæ de syllogismo

Octaui Cap. notę

80 Principia sint, principia sint vera. Quid par, quid impar ex quarti Cap. notis. Tetragonus is dicitur numerus, qui per suas vnitates descriptus, quatuor latera possidet æqualia vt. 4. 9. 16.




82 Quid tessera, ex pręcedentis cap. notis. Irrationalis magnitudo ad aliam dicitur, cum nulla est ad illam ratio, quæ numeri ad numerum. vt diagoni quadrati ad costam. Inflexum cum subsulcat. vt absis chordæ. Ex magnitudines conuixæ dicuntur, quæ non sunt paralellę, atque ęquidi
85 stantes. Ex quibus primis demonstrant, secundum analogiam intellectis & subiectam materi-
87 am. Neque esse aut non esse dicunt, neque affirmationes sunt, neque negationes. Vniuersale
90 pro eo hic sumit quod de multis dicitur vniuoce, quale, genus, species, & reliquæ quinque vocũ
91 dicuntur. Et ideas Platonis abiunctas a singularibus reiicit, tanquam demonstrationis artificio ineptas. Nisi illi opus sit sic conclusionem monstrare, Nam quando assumitur in demonstratione non contingere quippiam simul affirmare & negare, illud idem in conclusione ponitur. vt
92 de quocunque en finitum, non simul affirmare est non finitum mundus autem finitus, nõ igitur de mundo simul est & affirmare non finitum aut hoc pacto quicquid finitum est & non est non finitum, mundus autem finitus, mundus igitur finitus est & non est non finitus. Medium esse & non esse sumere, affirmatum & negatum sume re. esse quidem vt si sumitur homo. non esse vero si sumitur medium non homo. Geometer solum differit de magnitudinibus. Arithmetica de numeris, musica de consonantiis, astrologia de globis cælestibus. inspectiua de visibus radiis, dialectica autem non est certi generis. quo dedifferat, sed omnibus disciplinis cum opus est, suas communicat differendi vices, argumentationesque. In iis qui de syllogismo. Nam ex affirmatiuis ostẽditur affirmatiua, sumpta autem opposita, non potest ostendi nisi negatiua.







PARAPHRASIS CAP. OCTAVI.

Octauum Cap. annotationes quindecim. Annotationes Prima. Ea in vnoquo
79 que genere voco principia, quę quod vero sint non contingit demonstrare.
80 Secunda In demonstrationibus quidnam principia & ea quæ ex ipsis sunt significent, sumitur, supponiturque & quod principia sint, sumere necesse est cætera vero demonstrare. Vt quid significet vnitas, quid rectum, & quid triangulus, & esse vnitatem & magnitudinem sumere oportet, cætera vero de-
81 monstrare. Tertia Eorum quorum in demonstratiuis scientiis accommodatur vsus, hæc quidem cuiusque propria, illa vero communia. communia vero secundum proportionem ac analogiam, vtpote quorum vtilitas tanta, quantum in eo genere de quo scientia est, efflagitatur. Propria quidem sunt vt lineam esse talem & rectum esse. Communia vero vt si ab æqualibus æqualia demas, quæ relicta fuerint esse ęqualia, & horum vnumquodque satis, quãtum in quoque genere efflagitatur intellectum, nam idem efficiet, eritque æque efficax, tametsi non de omnibus sumat geometra, sed de magnitudinibus solum, & arithmeticæ sufficit, si sumat
82 in numeris. Quarta. Sunt etiam ea propria quæ sumuntur, & circa quę, ea quæ per se insunt, scientia speculatur, Vt arithmetica sumit vnitates esse, & geometria puncta & lineas (hæc enim esse sumunt & quid sint) & eorum per se affectus considerant, & de quoque affectu quid significet, Vt Arithmetica quid impar, quid par, quid tetragonus, quid tessera geometria vero quid irrationale, quid inflexum, quid conuixum, quod autem hæc sunt ostendunt per communia, & interdum per ea quæ sunt demonstrata. Et astrologia similiter propria sumit esse, de quibus suas affectiones per se monstrat. Quinta neque id ab re euenit. Nam omnis demonstratiua scientia circa tria versatur quæ & esse ponuntur. Hæc autem sunt, genus, subiectum, cuius affectionũ per
83 se scientia speculatrix est, & communia proloquia quæ axiomata, dignitatesque dicuntur, ex quibus vt arcem primatumque tenentibus, demonstrant & tertium, sunt affectiones, quarum quid quæque significet sumit demonstrator. Sexta. Nihil prohibet scientiarum nonnullas, quæpiam
84 vt sumant omittereve interdum genus subiectum non supponere, si sit manifestum ipsum esse non enim ęquæ manifesta omnia. vt non æque manifestum est numerum esse, & calidum & frigidum esse. Neque sumere necessarium est affectiones quid significent, si sint permanifestæ, vt neq; communia proloquia quid significent. vt quidnam designet ab æqualibus æqualia demere sumit quispiam, quia id oppidoquam clarum est, & per manifestum. Nihilominus tamen tria hæc natura sunt, circa quod scientia demõstrat, & id est genus subiectum, & quæ demõstrat, & hę sunt
85 affectiones, & ex quibus demõstrat, & hæc sunt proloquia. Septima. Nõ id est suppositio & postulatum quod necesse esse & qd' videri cõcediq; necesse est. Nã nõ est ad exteriorem orationẽ demõstratio, sed ad eã quę in mẽte clausa habetur. vt neq; syllogismus secũdũ exteriorẽ orationem
86 demonstratio, sed secundum internam iudicandus. nam semper ad exteriorem orationem obluctari contingit, nõ aũt semp. ad internã & quæ in pectore clausa geritur. Octaua Quęcũq; pfecto demõstrari possũt si nõ demõstrat qs, sumit aũt, si illa videtur discẽti, supponit, sed hęc nõ sim








pliciter ſuppoſitio ,ſed ad illum duntaxat. Si vero ipſe & is qui diſcit,non vnius eiuſdemque
ſunt opinionis aut ſi contraria eſt cõſumat tamen,id poſtulatũ eſt. & in hoc differunt ſuppoſitio
& poſtulatum,nam poſtulatum contrarium eſt opinioni dicentis aut quod cum demonſtrari que
at,ſumit quis vtiturque,cum id non demonſtret. Nona. Diffinitiones non ſunt ſuppoſitiones 87
Nam diffinitiones ſi neque eſſe neque non eſſe dicunt ſuppoſitiones autem dicũt eſſe & non eſſe
ſunt quę inter propoſitiones computãdæ. Cæterum diffinitiones ſolum intelligere oportet,at id
ſuppoſitio non eſt ſi intelligat niſi quiſquam acquieſcere veram eſſe ſe dicat,ſed ea ſuppoſitiones
ſunt quæ cum ſint, & eo quod illæ ſint,conficitur concluſio. Decima. Minime geometra falſa 88
ſupponit,vt nonnulli aſtruxerunt,inquientes,non oportere falſo vti demonſtrantem, geometrã
autem falſo vti,dicentem lineam eſſe pedaneã quæ pedanea non eſt, & rectam quę minime eſt re-
cta. Verum geometra nihil cõcludit,eo quod ea ſit quam deſignauit,ſed eo quod ea ſint quæ per
deſignata ſignificantur,indicanturque. Vndecima: poſtulatum omne & ſuppoſitio omnis,aut 89
vt vniuerſale aut vt particulare eſt. diffinitiones autem ,neutrum horum ſunt. Duodecima.
Ideas,ſpecieſque aliquid vnum eſſe extra multa,haud quaquam neceſſe eſt,ſi demonſtratio ſit fu- 90
tura. vnum tamen in multis eſſe aſſerere verum,eſſe oportet. Nam niſi id ſit, non erit vniuerſale
at ſi vniuerſale non ſit,medium non erit. quare quoque neque demonſtratio. oportet igitur ali-
quid vnum & idem de multis verum eſſe,non æquiuocum cum ſane eſt vniuerſale. Decima-
tertia. Nulla demonſtratio id proloquium aſſumit,non contingere ſimul idem affirmare & nega 91
re niſi illi opus ſit ſic,cumque particula illa concluſionem monſtrare. Monſtratur autem ſic con-
cluſio,ſi primum accipiunt de medio quoniam affirmare verum ſit,non ſit autem verum negare
& nihil refert eſſe & non eſſe ſumere,ſimiliter autem & tertium terminum. Nam ſi aſſignetur me
dium homo, & hominem de aliquo re vera eſt affirmare,& ſumitur medium eſſe. Et ſi ſumatur
medium non homo,de aliquo etiam verum eſt affirmare,& ſumitur non eſſe. At ſi ſolum homi-
nem medium ſumimus,verum eſt hominem id totum eſſe animal & non eſſe non animal. Et ita
de tertio termino. nam ſi ſumetur Calliam eſſe hominem,re vera eſt affirmare,& ſumetur terti-
us terminus eſſe. Et ſi non Calliam eſſe hominem,etiam verum eſt affirmare , & ſumetur non eſſe
verumtamen ſiue Callias ſumatur ſiue non Callias animal eſſe,at non eſſe non animal oportet. Cau
ſa autem quoniam primus terminus non ſolum de medio dicitur, ſed de tertio termino propter
id quod ad plura ſe extẽdit. quare ſi mediũ & idẽ, & nõ idẽ ſiue aſſertũ ſiue negatũ,nihil refert ad
colligendam concluſionem. Decimaquarta Commune proloquium aut affirmare aut negare 92
neceſſe eſſe,ea ſumit demonſtratio quę eſt ad impoſſibile. Attamen hęc communia non ſemper
vniuerſaliter intellecta ſumit,ſed quantum ſat eſt, ſat eſt autem ſecundum genus & ſubiectam ma-
teriam intellecta,ſecundum genus inquam circa quod demonſtrationes quiſpiam affertve & pri
us quoque dictum eſt Decimaquinta. Communicant adinuicem ſcientiæ omnes,in iiſce quę
communia ſunt Communia autem ea dico quibus vtuntur,tanquam ex eis demonſtrantes , non 93
ſunt autem demonſtrantes ex iis,ſed in iiſce non communicant adinuicem ſcientiæ,ex quibus de
monſtrant neque in quod demonſtrant Dialectice autem (quæ diſſerendi facultas eſt)omnibus
communis eſt, & ſi quis vniuerſaliter ipſa communia attentet oſtendere. Veluti ſi tentet oſtende
re,omne affirmare aut negare,aut æqualia ab æqualibus relinqui,dum dempta ſunt æqualia,aut
ſi quę huiuſmodi ſunt aliqua. Dialectica autem non eſt ſic aliquorum determinatorum , neq;
generis alicuius vnius determinati,præterquę nam non interrogaret. ei autem qui demonſtrat
non opus eſt interrogare,ob idipſum quod ex oppoſitis,non eſt oſtendere idem . oſtenſum autẽ
eſt id in his libris qui ſunt de ſyllogiſmo . 94

Cuiuſq; diſciplinæ proprias accommodataſque eſſe interrogationes. Cap.IX.

SI autem idem eſt interrogatio ſyllogiſtica & propoſitio con-
tradictionis,propoſitiones autem ſunt ſecundum vnamquã- 95
que ſcientiam ex quibus eſt ſyllogiſmus,ſecundum vnamquã
que erunt vtique aliquę interrogationes ſcientiales,ex quibus
qui eſt ſecundum vnanquanque,proprius fit ſillogiſmus. Ma
nifeſtum itaque quod non omnis interrogatio geometrica e-
rit,neque medicinalis: ſimiliter autem & in aliis. ſed ex quibus 96
aut mõſtratur aliquid de quibus geometrica eſt, aut quod ex
eiſdem monſtratur geometriæ: vt viſibilia. ſimiliter autem &
in aliis. ¶ Et de iis quidem & rationem ponendam eſſe ex geometricis principiis & cõ-
cluſionibus,ſed principiorum rationem non ponendam eſſe geometræ ſecundũ quod 97
eſt geometra . ſimiliter autem & in aliis ſcientiis. ¶ Neque omne eſt vtique vnum-
quenque ſcientem interrogandum,neque ſecundum omne interrogatum eſſe reſpon-
dendum de vnoquoque , ſed quæ ſunt ſecundum ſcientiam determinata . ¶ Si 98



autem disputet cum geometra secundum quod est geometra sic, manifestum est. quod
& bene, si ex ijs aliquid demonstret. si vero non: non bene. manifestum autem est quod
non arguit geometram, sed aut secundum accidens. Quare non vtique erit in non geo
metricis de geometria disputandum. latebit enim praue disputãs. similiter autem & in
alijs se habet scientijs. ¶ Quoniam autem sunt geometricæ interrogationes, nõne sunt
& non geometricæ? Et quę sunt secundum vnamquanque scientiam, & quæ secũdum
ignorantiam qualis geometrica est? ¶ Et vtrum qui secundum ignorantiam syllogis-
mus, qui est ex oppositis syllogismus: an paralogismus? ¶ Secundum geometriam au
90 tem, aut ex alia arte vt musica, est interrogatio non geometrica. de geometrica autem,
vt adinuicem paralellas concurrere opinari, geometrica quodammodo. est & non geo
metrica alio modo. dupliciter enim hoc est sicut arythmon. alterum quidem non geo-
metricum est in non habendo: alterum vero in praue habendo. & ignorantia hæc quę
est ex eius principijs, contraria est. In doctrinis autem non est similiter paralogismus,
quia medium semper est dupliciter, etenĩ de hoc omni, & hoc iterũ de alio dicitur om
ni. quod autem prædicatur, non dicitur omne. hæc autem sunt vt est videre in intelle-
ctu, sed in orationibus latet. vtrum omnis circulus figura sit, si scribatur autem manife
stum est. quid autem, sint ne carmina circulus, manifestum quoniam non sunt. ¶ Non
oportet autem instantiam in ipsum ferre si sit propositio inductiua, sicut enim neque
propositio est, quæ non est in pluribus. non enim in omnibus, ex vniuersalibus autẽ
syllogismus, manifestum est quod neque instantia est. eædem enim sunt propositiões,
& instantiæ. quam enim fert instantiam: hæc fiet vtique propositio demonstratiua, aut
dialectica. ¶ Contingit autem quosdam non syllogistice dicere propter id quod ac
cipiunt vtrisque consequentia. vt & Cæneus facit quod ignis in multiplicata analogia
sit. & nanque ignis cito generatur sicut dicit. & hæc est analogia, sic autem non est syl-
91 logismus, sed si velocissima analogia sequitur multiplicata, & ignem velocissima in mu
tationis analogia. ¶ Aliquando quidem igitur syllogisare non contingit ex acce-
ptis: aliquando vero contingit, sed non videtur. Si autem esset impossibile ex falsis ve
rum demonstrare, facile vtique esset resoluere. cõuertentur enim ex necessitate. sit enĩ
ex necessitate, sit enim a ens, hoc autem cum sit, ea vtique sunt quę noui quoniam sunt
vt b. ex his igitur mõstrabo quoniam illud est.
Conuertuntur autem magis quæ sunt in mathematicis: quoniam nullum recipiunt ac
cidens (& in hoc differunt ab ijs quæ sunt in dialogis) sed diffinitiones.
92 ¶ Augentur autem non per media, sed in assumendo. vt a de b. hoc autem de c. item
hoc de d & hoc in infinitum, & in latus, vt a de c, & de e, vt est numerus quantus vel in
finitus. hoc autem in quo sit a, numerus impar quantus, in quo d b: numerus impar in
quo c. est & itaque a de d, & est par quantus numerus in quo sit d, par numerus in quo
est e, est ergo a de e.

Noni cap notæ.

Propositio contradictionis, contradictionis vera & determinata. vtpote interrogantur in di-
sciplinis non principia sed ea quorum ratio assignari potest: recipitur autem a demõstratore con
tradictionis pars, sed determinate vna & vera demonstranda. & in hoc a dialectico differt qui ad
vtramuis partem differit, sed ad veram ex veris, ad falsam autem ex apparentibus & verisimi-
libus. De interrogationibus, geometra & alius quisque artifex, rationem reddit: quod aliquid
notius habet (nam sua principia non interroganda sunt) de suis autem principijs non reddit ra-
tionem, quia nihil ipsis vt huiusmodi, notius est. Paralogismus, hic qui formam habet vitio-
sam qui ex oppositis est duntaxat materiæ vitium habet, non autem formæ. ἔνρυθμον consonan-
tia modulatioque ἄρρυθμον autem quod non habet consonantiam modulationemque aut quod
praue habet. quare id forte Lucretij carmen de animalium partibus. Harum intestinum quoduis
93 quale esse putandum est. Praue principia habemus, quando perperam ea intelligimus, aut eorũ
oppositis assentimur. Prædicatum non dicitur omne, non prædicatur cum vniuersaliatis nota.
sed primus terminus de omni medio hoc est cum vniuersalitatis nota sumpta, & mediam hoc
modo, de omne tertio. & hoc in demonstratione vniuersali affirmatiua, qua prerogatiua quadã
alias antecellit, de qua re posterior futurus est sermo. Sexti corollarij quod ad inductiuas di-
sciplinarum propositiones, nulla afferri debeat aut possit instantia: ratio ea est. quia inductio in
disciplinis, solarum est immediatarum propositionum, & quæ demonstrari non possunt, ad eas


enim quæ demonstrari possunt futilis est & nullius momenti, si quando fieret, vt quæ non satis
facit quandoquidem maius lumen, & demonstrationis lucem requirunt. at si ad eas esset instan-
tia, illa ad eas monstrandas falsas & suas oppositas veras, sumi posset. non igitur immediatæ in-
demonstrabilesque essent, cuiusmodi tamen inductiuæ disciplinarum sunt. est enim inductio (vt
dictum est iam) immediatarum propositionum. Si ex falsis non posset sequi verum, statim para-
logismus Cænei. reduceretur in syllogismũ vt & iste oīs homo est aīal, & equus aīal: equus igitur 105
hō. Nā fieri non possit, vt ex falsis sequatur verũ. quia sequitur. oē animal est equus, igitur equus
est animal. conclusio vera est, igitur & id ex quo sequitur, ex falso enim non colligitur verum ex
hypothesi. Vera igitur oē animal equus. argumentor itaque, omne animal equus, omnis hō ani
mal, igitur (indirecta ratiocinatione colligendo) equus est homo, propositio mostrata vera, assum
ptio nota. syllogismus igitur. reuocatusque est paralogismus in syllogismum. Verũ id minime
dari debet ex falsis non posse colligi verum, vt mõstrauit Aristoteles cap. ii. iii. & iiii. secundi pri
orum, Assumendo, sumendo scilicet plures assumptiones. vt si ita ratiocinationem formauero,
omne corpus substantia, omne aīatum corpus, omne animal animatum, omnis homo animal, om 110
nis igitur homo substantia, propositio vna posita, & assumptiones tres. Quare dialecticæ in im
mensum augeantur per assumptiones, hoc est quia etiã assumunt ea, quæ sunt per accidens, quæ
certũ indeterminatumq; non hñt numerum, mathematicæ autem & demonstratiuæ: sola ea quę
per se sunt, quę numerum habent indeterminatum. quare huiusmodi incrementa euadere nõ pos
sunt in imensum, si eas cõtigat illo modo crescere. facilius igitur erit eas quã dialecticas resoluere

¶PARAPHRASIS CAP. NONI.


NOnum cap. conclusiones tres, corollaria septem, quæstiones tres, dilutio. Prima
conclusio. Secundum vnamquanque scientiam, aliquæ sunt scientificæ interro 94
gationes. ex quibus in vnaquaque scientia peculiaris conflatur syllogismus. Nec
ab re, si eadem est interrogatio ad syllogisandum idonea, & propositio cõtradi
ctionis. sunt autem in vnaquaque scientia huiusmodi propositiones, ex quibus
coalescit syllogismus. igitur & scientificæ interrogationes. Primum corollariũ.
Vnde fit exploratum non omnem interrogationem geometricam medicinalẽve esse, & pari mo 95
do in cæteris scientiis, sed eæ geometricæ sunt, aut ex quibus quippiam eorum quorum est geo
metria demonstratur; aut quod per eadem ostẽditur ipsi geometriæ. ceu quædam quæ visui sub
iecta sunt in inspectiua, & in cæteris scientiis simili modo. Secundum. Patet etiam geometriæ 96
ex suis principiis & conclusionibus de hisce geometricis interrogationibus rationem esse redden
dam: sed de suis principiis minime illi secundũ quod geometra est reddendæ rationis negocium
impendit & de cęteris scientiis simile iudiciũ. Tertium. Neq; minus manifestum non vnumquẽq;
scientiæ professorem omnem interrogationem esse interrogandum, neque illi de vnoquoq; secun
dum omne interrogatum esse respondendum. sed illa interroganda, quæ sunt in sua scientia de 97
terminata. Quartum. Fit etiam vt si disserat quis cum geometra vt geometre est hoc pacto, hoc 98
est ex his quæ suæ scientiæ sunt addicta determinataque: manifestum est quoniam probe disseris
si ex illis aliquid monstrauerit. si vero non ex his quæ geometricę sunt facultatis: non probe, &
manifestum est illum non redarguere geometram, nisi secundum accidẽs. Quintum. Quapropter
ex his q̃ non sunt geometrica, non erit in geometria dicendum. Nam sic disserendo latebit geo 99
metram is, qui praue disserit minimeque intelligetur, & de cæteris scientiis simile subie iudicium.
Prima quæstio. At vero quia interrogationes sunt nonnullæ geometricæ; nonne sunt & non
geometricæ? Secunda. Nonne interrogationes quæ sunt secundum vnamquanque aliam sci
entiam, & quæ sunt secundum ignorantiam talem, qualis ea est quæ geometrica ignoratio est, nõ 100 101
ne inquam eiusmodi interrogationes non geometricæ? Tertia. Vtrum is secundum ignorantiam
sit syllogismus, qui ex oppositis fit syllogismus: an is qui est paralogismus? Dilutio. Interroga
tiones sunt non geometricæ, aut secundum geometriam aut ex alia arte. ex alia quidem arte, vt 102
interrogatio musica, non geometrica est. ex geometria vero, vt si quis arbitretur lineas paralellas 103
commeare atque concurrere. Verum paralellas concurrere: quodammodo geometricum est. &
quodammodo non geometricum nam dupliciter non geometricum dicitur: quemadmodum &
inconsonum. Vno quidem modo non geometricum eo quod nihil habeat geometrię, vt & incõ
sonum: quod nihil habeat consonantiæ. altero vero modo eo quod praue habeat. Et ea ignoran
tia quæ ex geometrię principiis praue quidem habitis: geometriæ contraria est, eisque potius
ignorantiæ syllogismus ex huiusmodi principiorum oppositis. In mathematicis autem nõ ęque
paralogismus fit vt in dialecticis. quia in mathematicis semper medium bis sumitur, nam & pri
mus terminus de omni medio: & medium de tertio omni dicitur prædicatum autẽ non omne di
citur, & hęc in huiusce demonstrationibus licet per quam facile & quasi mentis obtutu percipere.

ſed hæc diſceptationibus dialecticis latent:non vſqueadeo mentis oculis peruia in mathematicis quidem,ſitne omnis circulus figura,ſi quis delineauerit, id manifeſtum eſt.quid autem ſunt ne verſus circulus,ſi interroget quis,continuo manifeſtum eſt non eſſe. Sextum corollarium. Manifeſtum in diſciplinis neque eſſe neque oportere(ſi propoſitio ea eſt quam inducimus)ad id inſtãtiam ferre, Nam quemadmodum non eſt diſciplinæ propoſitio quæ non eſt in pluribus(ſi enim non ſit in pluribus ,non erit in omnibus at ſyllogiſmus ex vniuerſalibus . quare & ſuæ propoſitiones erunt in omnibus(ita quoque manifeſtum eſt non eſſe diſciplinæ inſtantiam quæ non ſit in pluribus nam poſterius eædem propoſitiones quæ prius inſtantiæ. quam enim affert quis inſtantiam hæc ſane fiet propoſitio aut demonſtratiua aut dialectica . non igitur fieri poteſt vt ad
90 propoſitionem inductiuam,quamve inducimus:in diſciplinis afferamus inſtantiam.'quandoquidem neque ipſa,neque eius oppoſita demonſtrari poſſit. Secunda concluſio: Accidit nonnullos paralogiſmum facere & colligere vitioſe , ob idipſum quod media accipiunt quæ vtrunque ſequuntur extremum. Vt & Cæneus facit concludens ignem multiplicata proportione fieri, nam vt dicit,ignis cito gignitur.quod autem multiplicata proportione fit,cito gignitur. Ignis igitur vt vult,in multiplicata fit proportione. Verum hallucinatur neque ſic ſyllogiſmus eſt . Sed ſi celerrimã generationem ſequitur multiplicata proportio & ignem celerrima generatio, multiplicata proportio ſequitur hoc pacto . Quicquid celerrime gignitur, multiplicata proportione fit. ignis autem celerrime gignitur,ignis igitur multiplicata proportione fit. Septimum corollariũ. Interdum igitur ex iis quæ ſumpta ſunt non contingit ſyllogiſare, interdum vero contigit ſed non fieri ſyllogiſmum,interdum latet. At vero ſi eſſet impoſſibile ex falſis verum colligere, facile profecto eſſet talem qua vſus eſt Cæneus orationem in ſyllogiſmum reſoluere , nam ex neceſſitate conuerteret, Sit enim a concluſio,ens atque verum. Hoc enim verum ſit, & ea vera ſunt quæ noui ad id propoſitiones eſſe(vt verbi cauſa, quæ ſint b)ob id quia non poſſit colligi ex falſis verum,ex b igitur propoſitionibus monſtrabo a eſſe,ſic igitur facile eſſet in ſyllogiſmum, primum reſoluere. Tertia concluſio . Facilius eſt in mathematicis reſoluere quam in dialecticis . Magis ſane conuertuntur quæ ſunt in mathematicis,quia mathematicæ ſcientiæ nullum admittunt accidens(& in hoc ab his differunt quæ ſunt facultatis diſſerendi,orationibus)ſed diffinitiones, eaq; quæ in diffinitionibus ſunt,ſumunt. Secundo . Augentur in immenſum ratiocinationes dialecticæ non per media ſed aſſumendo.vt a de b,& b de c,& c de d,& hoc in infinitum. At mathematicæ non illo modo ſi augentur augebuntur in infinitum. Ad latus vero augẽtur.vt ſi a dicatur de c & de e. Vt eſto a numerus abſolute aut quantus aut infinitus,b autem par cuiuſcunque quãtitatis & c impar determinatus. Licet itaque colligere a de c hoc pacto omne b eſt a, & omne c,b, omne igitur c,a. Et eſto d par numerus cuiuſcunque ſit quantitatis, & e determinatus par,igitur colligetur a de e hoc pacto.omne d a,& omne e d,omne igitur e,a. Et dialectica augẽdo nullis certis ſtatibus limitibuſque procedit. Mathematicæ autem non ſic in indeterminatum feruntur. Nimirum igitur in mathematicis reſoluere facilius eſt quam in dialecticis.

Cænei paralogiſmus cito gignitur.







De demonſtratione propter quid,& quod eſt. Cap·X.

92 Ed quia differt,& propter quid ſcire: primum in eadem ſcientia & in hac dupliciter . Vno quidem modo ſi non per immediata fiat ſyllogiſmus.non enim accipitur prima cauſa:ſed quæ propter quid ſcientia , eſt ſecundum primam cauſam. Alio modo ſi per immediata quidem : ſed non per cauſam, ſed per conuertentia & per notius : prohibet enim nihil æque prædicantium,notius aliquando eſſe non cauſa,quare per hanc erit,demonſtratio .

Vt quod prope ſit planetæ per illud quod non ſcintillare. ſit in quo c planetæ,in quo b non ſcintillare,in quo a prope eſſe.verum igitur eſt de c, b dicere.planetæ enim non ſcintillant.ſed de b.non ſcintillans enim prope eſt, hoc autem accipitur per inductionem,aut per ſenſum: neceſſe ergo a ipſi c ineſſe . quare demonſtratum eſt:quod planetæ prope ſunt. Hic ergo ſyllogiſmus non eſt propter
93 quid:ſed quia.non enim ex eo quod non ſcintillant prope ſunt: ſed propter illud quod prope ſunt, non ſcintillant. Poſſibile eſt autem & per alterum, alterum monſtrare : & erit propter quid demonſtratio. vt ſit c planetæ,in quo b prope eſſe , a non ſcintillare. eſt igitur b in c,quod eſt nõ ſcintillare.quare & a in c,& erit propter quid ſyllogiſmus. accepta eñ eſt prima cauſa. Iterum ſic lunam demonſtrẽt quod quidẽ circularis ſit per incrementa.ſi enim quod augetur ſic circulare quidẽ ſit , augetur autem ſic luna,mani-

festum quoniam circularis. sic igitur ipsius quia, factus est syllogismus. e conuerso autem posito medio: ipsius propter quid syllogismus fit. non enim propter augmenta ipsius. circularis est: sed quia circularis est, accipit augmenta huiusmodi. Luna sit in quo c, in quo b sit augmentum, sit in quo a circulare. ¶ In quibus autem media non conuertuntur & est notius quod non est causa: quia monstratur. sed & propter quid, non amplius in quibus medium extra ponitur. etenim in his non propter quid. sed ipsius, quia demonstratio. non enim dicitur causa. Vt propter quid non respirat paries quia non est animal. si enim non respirandi causa. est hoc: oportet ess animal causa respirandi. vt si negatio causa est ipsius non esse: affirmatio causa est ipsius esse. sicut si sine mensura esse calida & frigida causa est non sanandi, & mensura huius, causa erit sanandi. similiter autem, & si affirmatio est causa ipsius esse: & negatio ipsius non esse. in his autem sic demonstratis non contingit quod dictum est. non enim omne animal respirat. Syllogismus autem huius causæ: est in media figura, vt sit a animal, in quo b respirare, in quo c paries. in quo b quidem, igitur omni, est a. omne enim respirans est animal. in c autem nullo. quare neque b in c nullo est. non igitur respirat paries. Comparantur autem huiusmodi causę secundum excellentiam dictis. hoc autem est plurimum distans medium dicere. sicut enim illud est quod Anacharsidis: quod in Schytis non sunt sibilatores, neque enim vites. Secundum igitur eandem scientiam & secundum mediorū positionem: hæ differentiæ sunt ipsius, quia ad eum qui propter quid est syllogismum

Neque b in c nullo, auxesis negationum

¶ Alio autem modo differt propter quid ab ipso: quia, quod est per aliam scientiam vtrumque speculari, huiusmodi autem sunt quæcunque sic se habent adinuicem, quod alterum sub altero est, vt perspectiua ad geometriam, & machinatiua ad stereometriam, & harmonice ad arithmeticam, & apparentia ad astrologiam: fere quidem vniuocæ sunt harum quædam scientiarum. vt astrologia mathematica, & quæ naualis est & harmonica mathematica, quæ est & secundum auditum

¶ Hic enim ipsum quia, sensibilium est scire: sed propter quid, mathematicorum. hi enim habent causarū demonstrationes & frequenter nesciunt ipsum quia. sicut illi vniuersale considerantes: sæpe quædam singularium nesciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hæc quęcunque alterum quiddam sunt secundum substantiam, & vtuntur speciebus. Mathematicæ enim circa species sunt. non enim subiecto aliquo. si enim de aliquo subiecto geometrica sunt, sed non sunt secūdū quod geometrica sunt

¶ Habet autem se ad perspectiuā sicut hæc ad geometriam & alia ad istam, vt id quod est iride ipsum quidem quia est scire physici. sed propter quid perspectiui, aut simpliciter, ad secundum disciplinam. Multæ autem & non sub seinuicem scientiarum, habent sic. vt medicina ad geometriam. quod enim vulnera circularia tardius sanantur medici est scire quia: propter quid autem, geometriæ

Decimi cap. notæ


Primā causa: immediata, proximaque causa quę æqua est. vt primum vniuersale, proximum. immediatumque est atque æquum. In assignatis: non respirare, non animal respirare, animal.

De Anacharside Schyta ex Diogene Laertio: qui cum interrogaretur, essent ne apud Scithas fidicinæ: respondisse fertur, ne vites quidem, quasi id genus mulierculorum quę mimę fœminęque sunt vini sine affectatrices & ferę id histrionum proprium est non pauco se proluere mero, priusquam aut cantu aut gesticulationibus suis quempiam demulcere velint. Mediorum positione medium quandoque ponitur effectus quandoque causa, & id quandoque causa prima, quę affectioni æquatur, quandoque causa propensior. diffusionique & magis ampla, quandoque vero contractior, quam est affectus, cum causa aut latior aut contractior est: demonstrat quod est. cū autem æqua primaque & immediata, demonstrat propter quid est.


PARAPHRASIS CAP. DECIMI:

DEcimum Cap. conclusiones sex. Prima conclusio. Scire quod est, & propter quid est differunt. primo in eadem scientia, & in hac quidem dupliciter. Vno quidem modo si per causas sed non immediatas fiat sillogismus, scimus, quidem quod est, non autem propter quid. nam non accipitur prima. sed quæ propter quid est. scientia, secundum primam causam euadit. Altero quidm modo per prima


proximaq; & immediata scimus:sed non per causam,verum per eorum quæ cōuertuntur, nobis notius. Nam nihil prohibet eorum quę de se mutuo prædicantur; notius aliquando id esse quod non est causa,quare per id erit demonstratio. vt quod vagæ stellę prope sint:per hoc quod est nō scintillare. Sit c stellæ vagę. b non scintillare,a vero prope esse. verum est igitur b dici de c. nam stellæ vagæ sunt quæ nō scintillant,sed & a dicitur de b. nam quæ non scintillant prope sunt(huius autem:aut inductione aut sensu fides sumatur(necesse igitur per primam figurā & a dici de
109 c.quare demonstratum quod stellæ vagę prope sunt,hęc igitur demonstratio non propter quid est sed quod est. Scimus igitur quod est hoc modo;sed non propter quid est . non enim propter hoc quod non scintillant prope sunt:sed contra propter id quod prope sunt,non scintillant. Secunda conclusio. Fieri potest vt contra,alterum monstretur per alterum:& erit tūc propter quid demonstratio. Vt esto c stellæ vagæ.b prope esse.& a non scintillare . ei itaque quod est c inest b: & ei quod est b inest a,quod quidem a,positum est esse non scintillare.quare per primam figuram ei quod est c inest a.& erit hoc pacto,propter quid syllogismus.nā accepta est prima causa. Rursus sic monstrant lunam sphęricæ, rotundæq; esse formæ per incrementa . Nam si quid rotunde accrescit,rotundum est.luna autem,rotunda suscipit incrementa luna igitur rotunda est . Factus igitur est syllogismus quod est. At si medium econuerso ponatur rotundum:fit syllogismus: demonstratioque propter quid. Nā non propter rotunda accrementa,luna sphæricę formę ac rotūda est,sed augmenta suscipit rotunda propter id quod sphæroides,rotūdæque formæ est.
Sit c luna b rotundum,a tale incrementum. Tertia. In iis in quibus ipsa media non conuertun
110 tur, & id notius est quod non est causa: quod est ostenditur. at propter quid est,non monstratur etiam & in iis in quibus medium extra ponitur. Nam & in his non propter quid est, demonstratio est:sed ipsius quod est,nam id medium quod foris est:non dicitur causa. veluti si quis percontetur propter quid paries non respirat,& respondeatur propter id quod non est animal;non iusta adhibita est causa.nam si eius quod est non respirare causa est, nō animal:oportet animal causam esse eius quod est respirare.vt si negatio causa ipsius non esse,& affirmatio quoque causa erit ipsius esse.vt si calidorum,frigidorumq; intemperamentum:non potiundę sanitatis causa est:& eorundem quoq; contemperamentum eiusdem sanitatis habendæ causa erit . Verum non sic in assignatis contingit quod dictum est,animal scilicet primam causam esse eius quod est respirare. nam non omne aīal respirat. Et syllogismus huius causæ quæ transcendit , & foris est: in secunda est figura. Vt esto a animal,b respirare,& c paries. omni b igitur inest a.nam omne respirans,animal & nulli c inest a,quare per secundā figuram nulli c inest b nullus igitur paries respirat . Tales aūt causę his veniunt comparandæ,quæ per superabundantiam dicuntur. hoc autem est id medium dicere. quod multum semotum est,cuiusmodi id Anacharsidos est ;qui cum interrogaretur nunquid apud Scythas essent fidicinæ,respondit,nam ne vites quidem. In eadem igitur scientia & in mediorum positione,hę differentiæ sunt ipsius quod est, ad eum qui propter quid est syllo
111 gismum. Quarta conclusio. Altero vero modo differt scire propter quid, ab eo quod est scire qd' est;eo quod in altera & altera scientia vtrunque speculatur . Talia autem sunt quæ sic se habent adinuicem : vt alterum sub altero sit. vt ea quæ sunt in perspectiua ad geometriā, & ea quæ sunt in facultate extruendarum machinarum ad solidorum scientiam,& ea quæ melica sunt, auditūq; mulcentia ad arithmeticam,& phenomena apparentiaque ad astrologiam . & ferme synonimæ, cognominesque & eodem nomine consentientes harum scientiarum pleræque. vt astrologia mathematica est, & nautica quæ sub astrologia est mathematica, & musica quæ auditus arbitrio cōstat;identidem mathematica nam in his quæ ita se habent;est eorum scire quod est,qui sensuum adminiculatione vtuntur. at scire propter quid est ;ipsorum mathematicorum, qui mente & cogitatione a sensibilibus abstrahunt nam hi propter quid demonstrationes habent,causasque contemplantur,& frequenti euenit vsu vt nesciant ipsum quod est; perinde ac illi qui vniuersale considerant, persæpe nonnulla singulorum nesciunt,quia ad illa non intendunt animum . Et sunt hę quę propter quid considerant,alterum quidem secundum substantiam & intellectuale ;atque formis citra materiam,subiectumque vtuntur. Nam mathematicæ scientiæ circa formas versantur. non enim de subiecto aliquo illis cura est,nam etsi in subiecto aliquo geometrica sunt: id sane nō est secundum quod geometrica sunt. Quinta. Verum non solum earum quæ formas citra materiam,& cogitatione a subiecto seiuges considerant,est propter quid considerare; sed & interdum
112 aliarum quæ circa sensibiles,iunctasque subiecto versantur formas. Nam vt perspectiua se habet ad geometriam;ita & alia ad perspectiuam,vt ea scientia quæ est de cælesti arcu . Physici quidem est eiusce rei scire quod est;ipsius autem perspectiui scire propter quid est;aut omnino aut quantum suæ disciplinæ attinet. Sexta conclusio. Non solum harum disciplinarum quarum vna sub altera est,vna considerat quod est & altera propter quid:sed & multæ scientiarum sic se habent,
113 quæ sub se inuicem non collocantur. Vt medicina quæ minime sub geometria collocata est , sic ad geometriam se habet nam quod circularia vlcera tardius sanentur, medici est scire quod est;at propter quid est, ipsius est geometræ scire .




demonstratio qd' est




demōstratio ppt' qd



ꝙ est



propter quid est



¶ Primam figuram maxime scientiæ esse accommodatam. Cap. XI.

Figurarũ autem faciens scire, maxime: prima est. mathematicæ enim scientiarum per hanc demonstrationes ferunt, vt arith- 114
metica, & geometria, & perspectiua: & fere est dicere quæcun-
que propter quid speculari faciunt considerationem. aut eñ
omnino, aut sicut frequentius & in plurimis. & per hanc figu
rã, qui est propter quid, fit syllogismus. quare & propter hoc
erit maxime faciens scire. proprijssimum enim scire. propter
quid speculari. ¶ Postea ipsius quod quid est scientiam, per
hanc solam venari possibile est. In media enim figura non fit
prædicatiuus syllogismus, sed ipsius quod quid est scietia affirmationis est, in vltima au
tem fit quidem, sed non vniuersaliter. sed quod quid est, vniuersalium est, non eni quo
dam modo est animal bipes homo. ¶ Amplius hæc quidem illis nihil indiget, illæ autẽ
per hanc densantur, & augmentantur quousque vtique ad immediata veniant. manife
stum igitur est quod maxime propria scientiæ: est prima figura.

¶ Sicut autem a esse in b contingit indiuisibiliter: sic & non esse possibile est. dico au- 115
tem indiuisibiliter esse vel non esse: eo quod non est aliquid eorum medium. sic enim
non erit secũdum aliud esse. ¶ Cum igitur aut a aut b in toto aliquo sit, aut etiam am- 116
bo: non contingit a in b primo nõ esse. Sit enim a in toto c, igitur si b non est in toto c,
potest enim a quidem esse in quodam toto. sed b non esse in hoc, syllogismus erit q̃d
non sit a in b. si enim in a quidem omni est c, in b autem nullo est: in nullo b est a. Simi
liter autem & si b in aliquo toto est vt in d. d enim in omni b est, in a autem nullo d.
quare a, in nullo b erit per syllogismum. Eodem modo monstrabitur etsi vtraque in to 117
to aliquo sit. ¶ Quod autem contingit b non esse in quo toto est a, aut iterũ a in quo
est b: manifestum est ex coordinationibus, quæcunque non commutantur adinuicem,
si enim nihil eorum quæ sunt in a c d coordinatione, de nullo prædicatur eorum quæ
sunt in b e f, a autem in toto g, sic coordinatione existente: manifestum est quod b non
erit in g, commutarentur enim coordinationes: similiter autẽ est & si b in toto aliquo
est. ¶ Si vero neutrum sit: in toto aliquo nullo non sit autem a in b: necesse est indiui- 118
sibiliter non esse. si enim erit aliquod medium: necesse est alterum horum in quodam
toto esse. aut enim in prima figura, aut in media erit syllogismus. si quidẽ igitur in pri-
ma figura, b erit ĩ toto aliquo, affirmatiuam enim ad hoc oportet fieri propositionem.
Si vero in media: vtrunque contingit. ad vtrunque enim posito priuatiuo: erit syllogis
mus. cum autem vtraque priuatiua sit. non erit. manifestum igitur est quod contingit
& aliud in alio non esse indiuisibiliter: & quando contingit: & quomodo diximus.

Vndecimi cap. notæ.

Inesse indiuidue: est primo, immediateque inesse, quando prædicatum a subiecto, nullo medio 115 116
intercepto dirimitur, diuiditurque. In toto esse: in vniuersali, in prædicato quod vniuersaliter in 118
est. in toto non esse: in nullo esse: in prędicato quod omnino & vniuersaliter non inest. Nam fiet
syllogismus aut in prima figura aut in secunda non enim fiet in tertia, quia non concludit vni-
uersaliter. ponitur autem prędicatum subiecto non inesse: & non id solum particulariter, sed vni
uersaliter intelligendum. Primam partem secundæ conclusionis non monstrauit: sed eam suppo
nit quasi notam, quanquam id ex analogia oppositi: statim cognosci potest quando prædicatum
subiecto inest, & subiectum est in aliquo toto quod est in toto primo: prædicatum illud non indi
uidue subiecto inest. Et cum subiectum non sit in toto in quo non sit prædicatum: illi indiuidue
& proxime inest, interiacetque medium.

PARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.


Vndecimum cap. conclusiones quinque. Prima conclusio. Figurarum prima 114
maxime scientię accommodata est. Primo. Nam mathematicæ scientię per hanc
figuram suas afferunt demonstrationes: vt arithmetica, geometria, perspectiua.
Et propemodum possumus asserere eas omnes quæ propter quid consideratio
nem efficiunt: hac figura id efficere. Omnino enim aut vt plurimum qui ꝓpter
quid est: per hanc figuram coalescit syllogismus. quare vtique propter hoc erit
maxime scientiæ accommodata. nam proprijssimus & maxime præcipuus sciendi modus is est:


qui est propter quid est', contemplari. Secundo. Deinde ipsius quod quid est per hanc solam figuram vestigare scientiam possumus, per secundam enim non inuestigatur. nam in secunda figura nullus fit affirmatiuus syllogismus, at ipsius quod quid est scientia syllogismo comparatur affirmatiuo. Neque per tertiam figuram. nam tametsi in tertia figura syllogismus fiat affirmatiuus': non tamen vniuersalis, at diffinitio vniuersalium est, syllogimi quo vestigetur, eget vniuersalis adminiculo. nam non particulariter homo est animal bipes. Per primam igitur figuram relinquitur quod quid est esse vestigandum. Tertio. Hæc insuper figura secundæ & tertiæ non eget adminiculis: at contra illæ egent prima. nam secundę & tertię figuræ demonstrationes per primam increscunt & côaugentur: quosque propositiones ad immediatas perductæ sint. Manifestum est igitur primam figuram ad scientiam, fastigium primaturnque tenere atque esse accommodatissimam. Secunda conclusio. Sicut contingit prædicatum inesse subiecto indiuidue: sic


115 & prædicatum non inesse subiecto indiuidue possibile. vt sicut a contingit inesse ei quod est b indiuidue: ita quoque & non inesse. Dico autem prædicatum inesse subiecto indiuidue: aut indiuidue non inesse, eo quod eorum nullum medium quodque subiectum & prædicatum nullo diui-

116 duntur, dispescunturque medio interuallo. sic enim possibile non erit prædicatum subiecto secundum aliud inesse. Sed hæc conclusio ex sequentibus dilucebit. Tertia. Cum subiectum aut prędicatum est in aliquo toto aut vtrunque in aliquo toto, in quo non est reliquum: prædicatum subiecto indiuidue non inesse minime contingit. Vt si a aut b sit in aliquo toto, aut vtrunque, a inquam in toto & b in toto: dico non contingere vt primo, indiuidueque nulli b insit a. Nam primum ponatur vt prędicatum a sit in aliquo toto vt c. ergo si b in toto c non est (potest enim a esse in aliquo toto in quo b toto non est) erit syllogismus nulli b inesse a. Nam si omnia inest c & nulli b inest c, igitur per secundam figuram nulli b inest a, quare c medium est nulli b inesse a. non igitur a primo & indiuidue non inest b. Et simile eueniet si subiectum b sit in aliquo toto, in quo toto non sit a vt d. Nam omni b inerit d, & nulli a inerit d, igitur per secundæ figurę syllogismum nulli b inerit a. Erat igitur d medium ad concludendum ei quod est b non inesse a. quare falsum est a indiuidue non inesse b. Et idem est demonstrandi mo-

117 dus cum vtrunque & subiectum & prædicatum est in aliquo toto in quo toto non est alterum: prædicatum non indiuidue negari de subiecto. Quarta conclusio. Possibile est subiectum esse in aliquo toto in quo toto non est prædicatum & contra. Vt contingit b esse in aliquo toto in quo toto non est a, aut rursus a esse in aliquo toto in quo toto non est b. Id in præcedenti conclusione supponebatur quod hoc in loco demonstratur. Et id ita esse, manifestum est ex ordinatione simul earum rerum quæ non miscentur adinuicem. Nam si nihil eorum quæ in eadem serie a c d collocantur, de nullo prædicatur eorum quæ sunt in serie b e f, & a est in toto g quo ipsius sit coordinationis: manifestum est quod b non erit in g quare a prędicatum erit in aliquo in quo toto non erit b subiectum. Nam nisi sic: commiscerentur series, quod est contra hypothesin. Et simili argumento si subiectum b sit in aliquo toto suę seriei vt h, prędicatum a in illo toto non erit. Pro qua re hęc subdatur descriptio.







	Series prædicati			Series subiecti.
G	Substantia	N	H	Qualitas
A	Animatum	N	B	Habitus
C	Animal	N	E	Scientia
D	Homo	N	F	Musica

Quinta conclusio. Cum prędicatum subiecto non inest, si neutrum in aliquo toto est, prędica-

118 tum subiecto non inest, & id quidem indiuidue. Nam si erit medium: necesse est alterum eorum in aliquo toto esse. nam fiet syllogismus aut in prima figura aut in secunda. at si in prima figura, b subiectum erit in aliquo toto. nam in prima figura ad minus extremum oportet esse propositionem affirmatiuam. at vero si fiat in secunda figura, vtrumuis & subiectum & prędicatum contingit esse in toto. nam ad vtrumuis extremum sumpta propositione negatiua, fit syllogismus. Si igitur propositio negatiua sumatur ad maius extremum, subiectum quod quidem minus extremum est, erit in aliquo toto. Et si sumatur ad minus, prędicatum maiusque extremum erit in aliquo toto. Cum vero ambę propositiones fuerint negatiuę nullus erit syllogismus. a igitur non erat in b, & id quidem sine medio & indiuidue. Manifestum igitur est alterum in altero contingere indiuidue non inesse. & quando id contingit & quo modo iam diximus. Et pariter in hoc secunda conclusio manifesta dilucet.

De ignorantia & syllogismo imperitiæ eorum quæ primo immediateque insunt. Cap. XII.

Non sit em̄ a in nullo,b: supfluit negatio & duę id efficiunt ꝙ sola,ē quæ apo phaseon auxesis.

IGnorantia autem non secundū negationem, sed secundū dispositionē dicta,est quidem per syllogismum facta deceptio. Hęc autem in ijs q̄ insunt primo,aut non insunt, contingit dupliciter. aut enim est cum simpliciter accipiat esse vel non esse,aut cum per syllogismum accipiat opinionem.simplicis quidem ergo opinionis simplex deceptio:sed quæ est per syllogismum plures sunt. Non sit enim a in nullo b indiuisibiliter:ergo si syllogiset a esse in b medium accipiens c. deceptus erit per syllogismum. contingit 6
igitur vtrasque propositiones esse falsas:contingit autem alteram solum esse falsam. si enim neque a in nullum se erit,neque c in nullo b erit.accepta autem vtraque econtrario,vtræque enim erunt falsæ. Potest autem autem sic se habere c ad a & ad b quod neque c sub a sit,neque in b vniuersaliter. b quidem impossibile est esse in aliquo toto primum enim dictum est in ipso a, b non esse: a autem non necesse est omnibus inesse quæ sunt c vniuersaliter. quare vtræque falsæ sunt. Sed alteram contingit verā accipere:non tamen quamlibet contingit,sed quæ est a c. nam c b propositio semper falsa erit: propter id quod c, in nullo b est.sed quę est a c potest: vt si a & in c & in b indiuisibiter est.cum enim primum predicetur idem de pluribus: neutrum in neutro erit. Differt autem nihil:neque si non indiuisibiliter insit.ipsius quidem esse igitur deceptio per ista,& sic fit solum.non enim erat in alia figura ipsius esse syllogismus. qui vero ipsius non esse:in prima figura,& in media est.primum igitur dicamus quod modis in prima fit & quomodo se habentibus propositionibus.

¶ Contingit igitur vtrisque falsis. vt si a & in b & in c indiuisibiliter sit. si enim accipiatur a in c nullo esse,c autem in omni b:falsæ sunt propositiones. 120

¶ Contingit autē & altera falsa, & hac quacunque contingente. potest enī quæ est a c vera esse:quæ vero b c falsa. sed quæ est a c vera: quoniam non in omnibus quæ sunt inest a. sed quę est c b falsa esse, quoniam impossibile est esse in b c, in quo nullo est 121
a. non enim etiam vera erit,quæ est a c propositio. simul autem & si sint vtræque veræ:& conclusio vera erit,sed etiam quæ est c b.

¶ Contingit veram esse cum altera sit falsa. vt si b in c sit & in a, necesse est enim alte- 122
rum sub altero esse. quare si accipiatur a in nullo c esse:falsa erit propositio, palam igitur quoniam & cum altera sit falsa,in vtrisque:falsus syllogismus erit.

¶ Sed in media quidem figura:totas propositiones esse vtrasque falsas non contingit,
cum enim in omni b a sit:nihil erit accipere quod in altero erit omni,in altero vero nul 123
lo erit. oportet eutem sic in media figura accipere propositiones,& quod in hoc quidē sit & quod in hoc non sit. si quidem erit syllogismus. si igitur accipiantur sic falsæ: palam quod contrariæ econuerso se habebunt. hoc autem impossibile est.

¶ In aliquo autem vtranque propositionem nihil prohibet falsam esse, vt si c in a &
in b aliquo est. si enim a in omni c accipiatur esse,b autem in nullo:falsæ quidem vtræ 124
quepropositiones non tamen totę,sed in aliquo. econuerso autem posito priuatiuo similiter. ¶ Alteram autem falsam & quamlibet contingit. quod enim est in a om- 125
ni, & in b est. si igitur accipiatur in a quidem tota esse c. in b autem toto non esse: quæ quidem est c a erit vera,sed quę est c b falsa. ¶ Iterum quod in b nullo est, neque in a omni erit. si enim in a est,& in b:sed non inerat. si igitur accipiatur c in toto quidem a esse,in b autā nullo quidem:quę est b c propositio vera est,altera vero falsa. ¶ Similiter autem fit transpositio priuatiuo. quod enim enim in nullo est a, neque in b nullo erit. si igitur accipiatur c in toto quidem a non esse,in b autem esse toto: quæ quidem est a c proposino vera est,altera autem falsa. ¶ Et iterum quod in omni b est,in nullo accipere a esse:falsum est. necesse enim e . si in omni b,& in quodam a esse. si igitur accipiatur in omni quidem b esse c,in a autem nullo:quę quidem est c b,vera erit. quę autem est a c:falsa. manifestum igitur quod vtrisque falsis, & altera solum: erit syllogismus deceptiuus in indiuisibilibus.

Duodecimi Cap norę.

Ob id de ignorantia:quod numero. CII. quęstionem de syllogismo ignorantię mouerat, Primo ignorantia diducitur in ignorantiam negationis & affectionis: & ea quę est affectionis: in simplicem & multiplicem. ignorantia negationis, cum prorsus carentia est. vt puta

ri qui versantur in cunis, habent ignorantiam negationis omnium scientiarum. Ignorantia affectionis, cum praue affecti dispositive circa scientias sunt, & qui se scire putãt cum re vera nesciũt quales barbari, quales Gorgias Leontinus, Protagoras, Menedemus, Epicurus, Chrysippus, Pyroniani, & cætera sophistarum turba. Cum primum idem de pluribus prædicẽtur, de vno negatiue & affirmatiue de altero neutrũ in altero erit, vt esto, a prædicetur primo, & indiuidue negatiue de b & primo affirmatiue de c, dico neque c in b neque b in c esse. nam insit b in c, si possibile est. cum omni c insit a & omni b insit c, omni b inerit a at nulli etiam positum est inesse, quod est impossibile. & si c insit b particulariter, cum omni c insit a, & alicui b ĩsit c, igitur alicui c inest a. at vero nulli inesse positum est, non igitur fieri potest vt c insit aliquo pacto b, neque b ĩerit c. nam cũ omni c insit a, & omni aut alicui c inesse b, igitur per tertiam figuram alicui b ĩest a. at nulli ponitur inesse. Manifestum itaque est quod Aristoteles ex approbatione (in ĳs quæ primæ conclusionis sunt) adduxit. Ignorãtiæ syllogismus qui vtraque propositione aut altera quomodolibet falsa, falsum colligit. Propositio in toto falsa vniuersalis, cuius contraria vera est, nec ab re in toto falsa. nam pro singulo quoque & vniuersalis falsa est. Et contra propositio in parte falsa, vniuersalis falsa, cuius & cõtraria falsa est, neque enim propositio vniuersalis falsa est, sed pro aliquibus & aliquibus non. Quod omni a inest, & b quoque omni inest, hoc ideo quod omni b ponitur inesse

122 a etiam indiuidue. insit igitur c omni a, dico quod inest omni b. nam oĩ a inest c. & oĩ b inest a, igitur per primam figuram oĩ b inest c, quod erat monstrandum. Quod nulli a inest, nulli inest b, ponitur enim b inesse a. dico igitur si nulli a inest c nulli etiam b inesse c. & sit ita, vt hoc pacto c


123 non insit a facilis est ratiocinatio nulli a inest c, & omni b inest a. igitur per primam figurã nulli b inest c. propositio & assumptio positæ sunt. quare & illationem veram esse oportet quod ꝓponebantur. Quod omni b inest, falsum est nulli a inesse insit c omni b, argumentor sic, omni b inest c, & omni b ĩest a igitur per tertiam figurã alicui a inest c. falsum igitur est nulli a ĩesse c. Et possunt


124 hę sumi regulæ. Prima. Cũ prædicatum cuipiam subiecto vniuersaliter est, quicquid vniuersaliter conuenit prædicato conuenit & vniuersaliter subiecto. Secũda. Quod vniuersaliter a subiecto dimouetur, omni prædicato conuenire impossibile est. Tertia. Quod nulli prædicato inest, nulli inest & subiecto. Quarta. Quod omni subiecto inest, vt nulli insit prædicato fieri non potest. Subiectum hic vbique, prædicatum vniuersaliter, omninoque inest intelligimus.


¶PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

119 DVodecimum cap. conclusiones sex. Prima conclusio. Ignorantia aũt affectionis quędam simplex & quędam multiplex ac composita. Dicta est autem prius ignorantia non negationis, sed affectionis, deceptio quædam quæ per syllogismum efficitur. Verum hæc affectionis ginorantia, in ĳs quæ primo insunt vel nõ primo insunt accidere solet dupliciter. nam aut ea accidit; cum quis simpliciter opinetur quicquã esse aut simpliciter non esse, aut cum per syllogismum nanciscatur opinionem. simplicis igitur opinionis, simplex deceptio ac ignorantia, sed opinioni quæ per syllogismum efficitur deceptiones ac ignorantiæ plures erunt. Quod declaratur. nam nulli b insit a, & id indiuidue & sine medio. Si igitur colligat quis ei quod est b inesse a, sumens medium c hallucinatus erit per syllogismum, atque fieri potest vt vtræque propositiones falsæ sint. fieri etiam potest vt altera solũ sit falsa. Nã si nulli c inest a & nulli b inest c, cum sumpta esset vtraque propositio in syllogismo ignorantiæ contrario modo, vtræque propositiones syllogismi ignorantiæ erunt falsæ. at potest sic se habere c & ad a, & ad b. quod neque c sit sub a, neque insit c vniuersaliter ipsi b. nam impossibile est b esse in aliquo toto, quandoquidem dictum est, a primo & indiuidue non inesse ei quod est b, & non necesse est a inesse omnibus ĳs quæ sunt c vniuersaliter. quare vtræque propositiones falsæ sunt. Sed & possibile est alterã veram sumere, at non vtranuis contingit, sed quæ est ad maius extremũ, vt eam q̃ est oĩ c inesse. nã ea quæ inest oĩ b inesse c semper falsa erit ꝓpter id quod dictum iam est b non esse in aliquo toto. sed oĩ c inesse a nihil prohibet. vt si a indiuidue & sine medio inest & ei quod est c, & ei quod est b, hic quidẽ negatiue illic vero affirmatiue. Nã cum primũ idem de pluribus hoc mõ prædicetur, neutrum erit in altero. Neque refert si ponatur a non inesse b sed non indiuidue, eius sane quod est omni b inesse a, per vtranq; falsam aut altera solum vera fit deceptio, & hoc mõ solũ. nam nõ fit in alia figura eius q̃ est oĩ inesse syllogismus. Manifestũ est igitur cum per syllogismum ignorantia aggignitur, plerasque contigere ignorantiarũ & eius quæ est cõclusionis & vtriusq; propositionis aut saltẽ vnius, & quo pacto syllogismus ignorantiæ qui est omni inesse per solam primam fit figuram. Sed is qui est nulli inesse, in prima & secunda coalescit figura, primum igitur id expedire videtur, vt quot modis in prima figura & quomõ

120 se habentibus propositionibus fiat, explicemus. Secunda cõclusio. Contingit in prima figura pro








positionibus vtrisque falsis syllogismum imperitię eius quod est indiuidue nulli inesse fieri. Vt a omni b,& omni c indiuidue ac sine medio insit. Nam si accipiatur nulli c inesse a & omni b inesse c,ambæ propositiones falsæ sunt , hæc quidem , quia c medium esset ad colligendum a de b, sicq; non conueniret a ipsi b indiuidue quod est contra positum. illa vero ex hypothesi, sitq; hoc pacto ignorantię ratio nulli c inest a,& omni b inest c,nulli igitur b inest a. Tertia. Contingit altera propositione solum falsa,vtrauis ea sumatur,consimilis conclusionis fieri prime figurę syllogismum ignorantiæ. Nam potest in huiusmodi syllogismo quæ ad maius extremum vt nulli c inest a esse vera,& omni b inest c quæ est ad extremum minus falsa. Nulli quidē c inest a esse vera,vt si omnibus quæ sunt c non insit a,& omni b inest c falsa , quoniam impossibile est omni b inesse c,cui quidem c nulli inest a.nam non etiam nulli c inest a,ꝓpositio erit vera. simul aūt vtręque essent veræ,& si vtręque veræ,& conclusio quoque erit vera. Contingit etiam contra propositionem quæ ad minus interuallum est,veram esse,altera quę est ad maius falsa. Vt si b sit in toto c & in toto a.nam necesse erit alterum sub altero esse veraque erit omni b inesse c.Quare si sumatur nulli c inesse a,vt illa propositio falsa sit oportet. In huiusmodi igitur ignorantię syllogismo ad minus interuallum vera erit propositio,& ad maius falsa. Manifestum igitur quoniam & altera propositionum solum falsa:& vtrisque falsis erit huiusmodi ignorantiæ syllogismus.Quarta. At in secunda figura vtrisque propositionibus totis falsis, nullus contingit indiuiduę propositionis ignorantiæ syllogismus. Nam cum omni b insit a,nihil erit sumendum quod alteri eorū omni insit & alteri nulli atqui oportet sic in secūda figura sumere propositiones. & quod id medium sit vni quidem insit,alteri vero non insit,si certe ex totis falsis erit huiusmodi syllogismus, quod nequaq̄ fieri posse dictum est. Nam si sumptæ fuerint totæ falsæ,manifestum est quod contrario modo e diuerso se habebunt quodq; earum contrarię veræ erunt, ex quibus colligitur nulli b inesse a. & positum etiam est omni b inesse a,hoc autem impossibile.Quinta. Vtraque propositione in parte falsa nihil prohibet secundę figuræ,indiuiduę immediatęque propositionis syllogismum aggigni ignorantię. Vt si alicui a & alicui b duntaxat insit c. Nam si sumatur omni a inesse c & nulli b inesse c,falsa sane erit vtraque propositio non tamen tota falsa, sed quadātenus & in parte. Et si e diuerso negatiua ponatur propositio,erit identidem imperitiæ syllogismus. Sexta conclusio. Altera autem solum falsa,vtrauis ea sit, contingit immediatæ propositionis secundæ figuræ imperitiæ syllogismus. Nam quod omni a inest,& b quoque omni inest, ponatur omni a inesse c, Si igitur sumatur omni a inesse c,& nulli b inesse c , propositio omni a inesse c vera erit,& nulli b inesse c falsa,quare falsa duntaxat ad interuallum minus posita, fiet secundę figuræ ignorantiæ syllogismus. Rursus ꝙ nulli b inest,fieri non pōt vt insit oi a. Nam si omni a iest, & omni b quoque inerit,at non inesset ponatur nulli b inesse c. si igitur sumatur oi a inesse c, nulli inesse c propositio nulli b inesse vera erit. & omni a iest c,quę ad maius collocatur interuallū,falsa. Et simili mō fiet si ꝓpositio transponatur negatiua. Nā ꝙ nulli iest a : nulli etiā iest b,ponatur c nulli a inesse. Si igitur sumatur nulli a inesse c & oi b iesse c ꝓpositio nulli a inesse c,ad maius interuallū vera erit,& altera falsa. Rursus quod oi b iest:falsum est nulli a inesse nā necesse est si quicquā oi b insit,& alicui a inesse,ponatur oi b inesse c. si igitur sumatur oi b inesse a & nulli a inesse c,tunc oi b inest c, propositio ad interuallū minus posita vera erit, & nulli a inesse c falsa. Manifestum est igitur & vtrisque propositionibus,& altera solum falsa in iis quæ indiuidue insunt,tū in prima tū in secunda figura deceptoriū inscitiæ,imperitiæq; ac ignorātię fieri syllogismum .

De syllogismo imperitiæ eorum quæ insunt mediate. Cap. XIII.

IN ijs autem quæ non indiuisibiliter insunt aut non insunt,cum quidem per proprium medium falsitatis fiat syllogismus, nō possibile est falsas vtrasq; esse propositiones, sed solū quæ ante maius extremum.dico autem propriū medium per quod fit contradictionis syllogismus.sit enim a in b per medium c . quoniam igitur necesse est quæ est c b affirmatiuam accipi syllogismo facto, manifestū ꝙ semper hæc est vera.non enim conuertitur,sed q̄ est a c falsa:hac enī conuersa,e contrario fiet syllogismus. Similiter autem est & si ex alia coordinatione accipiatur medium. vt d,si & in toto a & de b prædicatur omni necesse est enī (quęquidem est d b)propositionem manere,alteram autem conuerti. quare hæc quidem semper vera, illa vera semper falsa.& fere huiusmodi deceptio,eadem est ei quæ fit per proprium me-



dium. ¶ Si vero non per proprium medium fiat ſyllogiſmus:cum quidem ſub a ſit medium,in b autem nullo eſt : neceſſe eſt vtraſque falſas eſſe . ſumendæ enim econtrario ſunt quam vt ſe habeant propoſitiones,ſi debet ſyllogiſmus eſſe.ſic autẽ acceptis vtręque

126 fiunt falſæ.vt ſi a quidem in toto d eſt,d autem in nullo b, conuerſis enim iјs:ſyllogiſmus erit,& propoſitiones vtræque falſæ . ¶ Cum vero non ſit ſub a medium vt d: quæ quidem eſt a d vera erit.quæ vera eſt d b falſa, quæ enim eſt a d vera eſt,quia non erit in a d,quæ vero eſt d b falſa:quia ſi eſſet vera & concluſio eſſet vera , ſed falſa erat.

127 ¶ Sed per mediam figuram facta deceptione, vtraſque quidem non contingit falſas eſſe propoſitiones totas,cum enim ſit b quidem ſub a nihil contingit in hoc quidem omni,in illo autem nullo eſſe.ſicut dictum eſt & prius . ¶ Altera vero poteſt eſſe falſa , & quæcunque contingit.ſi enim c & in b in a eſt,ſi accipiatur in quidem eſſe,in b vero nõ eſſe,quæ quidem a c vera erit,altera autem falſa . ¶ Item ſi in b accipiatur c eſſe. in a autem nullo eſt,quæ quidem eſt c b vera erit,altera autem falſa. ſi quidem igitur priuatiuus ſit deceptionis ſyllogiſmus:dictum eſt quando,& per quæ erit deceptio . ¶ Si vero ſit affirmatiuus,tunc cum per proprium medium , impoſſibile eſt vtraſque eſſe falſas.neceſſe eſt enim quæ eſt c b manere,ſi quidem erit ſyllogiſmus ſicut dictũ eſt & prius:quare c a ſemper erit falſa,hæc enim eſt conuerſa. ¶ Similiter autem eſt & ſi ex alia ordinatione accipiatur medium:ſicut dictum eſt & in priuatiua deceptione.neceſſe enĩ eſt quæ quidem eſt d b manere:quæ vero eſt a d conuerti . & hæc deceptio eadẽ eſt priori.

128 ¶ Cum vero ſic non per proprium, ſi quidem ſit d ſub a hæc quidem erit vera , altera vero falſa.poteſt enim a in pluribus eſſe,quæ non ſub ſeinuicem. ¶ Si vero non ſit d ſub a,hæc quidem ſemper manifeſtum eſt quoniam eſt falſa.affirmatiua enim accipitur,quę vero eſt d b,contingit & veram eſſe & falſam.nihil enim prohibet a quidem in nullo d eſſe,d autem in omni b.ut animal in ſcientia,ſcientia autem vt in muſica . neq; vtique a in nullo d,neque d in nullo b eſſe . manifeſtum igitur eſt quoniam cum nõ ſit medium proprium,& vtrę poſſunt ſimul eſſe falſæ,& quæcunque contingit, quod quidem igitur modis,& per quæ poſſunt fieri ſecundum ſyllogiſmum deceptiones , & in iјs quę ſunt ſine medio,& in iјs quæ ſunt per demonſtrationem,manifeſtum eſt.


Decimitertij cap.notæ.


125 Alterius ordinis.ſuperiora & inferiora:eiuſdem ſunt ordinis.at ea quorum vnum alterius ſuperius non eſt:alterius ordinis eſt.

Eiuſdem ordinis.	Alterius & inter ſe & ad ea quæ ſunt primi ordinis.
Subſtantia	per ſe
Corpus	Dimenſum
Corpus animatum	Vegetabile
Animal	Tangibilium qualitatũ perceptiuũ.
Homo	Riſibile
Primus ordo	Secundus ordo


¶ PARAPHRASIS CAP. DECIMITERTII.


125 DEcimumtertium Cap. concluſiones ſex. Prima concluſio. In iis autem aut quæ non indiuidue inſunt aut quæ non inſunt indiuidue: cum in prima figura per proprium medium fit ſyllogiſmus falſi atque ignorantiæ, minime poſſibile eſt vtraſque propoſitiones eſſe falſas,ſed eam ſolam quæ eſt ad maius extremum . id appello pro priũ medium: per quod fit is ſyllogiſmus qui ſyllogiſmo ignorantiæ aduerſatur, Nam omni b inſit a per medium c,quod quidem ſit coordinationis eorum. Quia igitur neceſſe eſt propoſitionem affirmatiuam omni b ineſt c ſumi ſi fiat ſyllogiſmus peritiæ hoc pacto , omni c ineſt a & omni b ineſt c:igitur omni b ineſt a, manifeſtum eſt q ea ſemper in ſyllogiſmo ignorantiæ erit vera,nam non demutatur . ſed ea quæ in ſyllogiſmo peritiæ ad maius extremum collocatur vt a c:in ſyllogiſmo ignorantiæ imperitię quæ falſa erit. nam ea in ſuum contrarium verſa:fit ignorantiæ ſyllogiſmus. Simile autem eueniet ſi alterius ordinis








fumatur medium, vt d. si etiam illi omni inest a, & omni b illud inest. Nam necesse est in syllogis-
mo imperitiæ propositionem omni b inesse d (quæ ad minus est interuallum) manere & alteram
omni d inesse a verti in contrariam. Quare illa quidem semper vera, ista vero semper falsa. Et
fere huiusmodi deceptio atque error illi concidit ac idem est qui per proprium ex eadem coor-
dinatione medium est. Secunda conclusio. Cum primæ figuræ diuiduæ vniuersalis negatiuę syl
logismus ignorantię non per proprium medium: vtrasque propositiões falsas & alteram solum 126
esse falsam contingit. Vt cum id sumitur medium quod sit sub a & quod nulli b insit, necesse est
vtrasque propositiones falsas esse. Nam contrario sumendæ sunt modo quam se habeant ipsæ
propositiones, si fieri debeat ignorantię syllogismus hoc pacto nulli d inest a. & oĩ b inest d, nulli
igitur b inest a. sic autem sumptis propositionibus vtræque sunt falsæ. vtpote si omni d inest a.
& nulli b inest d. nam his in oppositas conuersis erit ignorationis syllogismus, & vtræque pro-
positiones falsæ. Cum vero medium vt d subiectum nõ est ipsi a: ꝓpositio nulli d inesse vera erit,
& omni b inesse d falsa. nã uera est nulli d inesse a: ob idipsum quia positum est d non esse in a, at
omni b inesse d falsa, quia si etiam vera esset: & conclusio quoque vera esset. at ex hypothesi falsa
erat. Tertia conclusio. Verum per secundam figuram si fiat ex diuiduæ vniuersalis negatiuæ syl
logismo ignorantiæ deceptio: non contingit vtrasque propositiones totas falsas esse. Nam cum 127
b diuiduæ subijciatur a: nihil offendere contingit, quod huic quidem omni, illi vero nulli insit,
quemadmodum & dictum prius est. Quarta. Per secundam figuram huiusmodi ignorantiæ syl-
logismus altera solum propositione tota falsa (vtrauis ea sit) fieri contingit. Nam si omni b inest 128
e, & omni a inest e, id fiet si sumatur omni a inesse e, & nulli b inesse e, erit quidem propositio om
ni a inesse e vera, & nulli b inesse e, ad minus extremum tota falsa. Rursus si e diuerso sumatur om
ni b inesse c, & nulli a inesse c, erit vera omni b inesse e, & tota falsa nulli a inesse c, quæ est ad ma
ius extremum. Et eodem modo ostenderetur propositionibus in parte falsis. Si igitur ignorantię
syllogismus negatiuus sit, quando fit & per quæ huiusmodi deceptio dictum est est. Quinta. Cum
syllogismus ignorantiæ diuiduæ, mediatæque propositionibus fit in prima figura affirmati-
uus: tunc cum per proprium medium surgit: impossibile est vtrasque propositiones falsas esse.
Nam necesse est assumptionem vt omni b inesse e, semper manere, si fieri debeat ignorantię syllo 129
gismus, quemadmodum & prius dictum est, quare semper ea quę ad maius extremum est omni
c inesse a, falsa erit. nam ea quę in oppositam est conuersa. Et simile est si medium sumatur alterius
seriei, quemadmodum in negatiuo ignorãtiæ syllogismo dictum est. nam necesse est propositio-
nem qua est omni b inesse d, in vtroque syllogismo & peritiæ & ignorantiæ manere: & omni d
inesse a mutari. Et hæc deceptio priori eadem est. Sexta. Cum diuiduæ vniuersalis affirmatiuæ
fit syllogismus ignorantiæ per medium non proprium: contingit id altera solum falsa, & vtraq;
falsa fieri. Vt si medium d subijciatur a, propositio omni d inesse a quæ est ad maius extremum 130
est vera. & altera omni b inesse d falsa. Nam potest a enunciari pluribus inesse: quorum alterum
alteri nõ subijcitur. fit igitur ignoratiæ syllogismus altera solum falsa. Sin vero d non subijcitur
a: manifestum est quoniam ea propositio omni d inest a quæ est ad maius extremũ, semper est fal
sa. quę vero omni b inesse d: contingit esse veram, cõtingit & falsam esse. nam nihil prohibet nul-
li inesse a & omni b inesse d, vt nulli scientiæ inest animal & omni musicæ inest scientia quare ꝓ-
positione quę est ad maius interuallum in suam contrariam versa, & semper ea quę est ad minus
seruata, erit ignorantiæ syllogismus prima propositione falsa, & secunda vera. Neque sane vetat
nulli d inesse a, & nulli b inesse d, quare tunc ambæ affirmatiuæ propositiones falsæ erunt. Ma-
nifestum igitur: cum medium proprium non est, contingere in syllogismo ignorantiæ vtrasque
propositiones esse falsas & alteram solam, vtrauis ea contigerit. Quot igitur modis & per quas
ꝓpositiones fieri possunt per syllogismum inscitiæ ignorantiæq; deceptiones cum in his q̃ medi
um non habent tũ in his quę medium quidem hñt, ac demonstrari possunt exploratũ iam euasit.














Si sensus a natura deficit: & scientiam propriorum sensibilium illius deficere. Cap. XIIII.

MAnifestum est autem, & si aliquis sensus defecerit, necesse est ali-
quam scientiam deficere, quam impossibile esse accipere. siqui-
dem discimus aut per inductionem, aut per demonstrationem. est 131
autem demonstratio ex vniuersalibus, inductio autem ex ijs quæ
sunt particularia. impossibile autem est vniuersalia speculari: nisi
per inductionem, quoniam & quæ ex abstractione dicuntur: est
per inductionem nota facere, siquis vult nota facere quia sunt in







quia ſunt in vnoquoque genere quædam:& ſi non ſeparabibia ſint ſecundum quod huiuſmodi vnumquodque eſt. Inducere autem non habentes ſenſum. impoſſibile eſt. ſingularium enim ſenſus eſt. non enim contingit accipere ipſorum ſcientiam. neque enim eſt ex vniuerſalibus ſine inductione, neque per inductionem ſine ſenſu.

Decimiquarti cap. notæ.

131 Cum prius diſcuſſerit de ignorantia affectionis: hic paucis, de ea quę eſt negationis exequitur. Senſus: ſentiendi potentia. vt viſus, auditus, odoratus, guſtus, tactus. Vnde fit vt ignorātia negationis duplex ſit. quædam cuius perititiæ oppoſitę naturalia principia ſunt incolumia (vt pueri in cunabulis grammatices inſcitia) & peritiam oppoſitam: nobis aſciſci poſſumus. alia vero eſt cuius oppoſitæ peritiæ principia labefacta ſunt, quæ ſi penitus ſint vitiata. vt peritia illa ſemper deſtituamur oportet, ſimulque perpetim ignorantes. Senſus qui poſſunt nobis natura deeſſe tres ſunt, auditus, viſus, odoratus. Nam tactus deeſſe animantium cuiquam non poteſt, neque guſtus, cum tactus quidam ſit, & vterque vitæ neceſſarius. Si auditus natura defuerit: vt muſicam emodulandique ſcientiam ſibi comparare non poſſit, neceſſe eſt. Si viſus: pingendi ſcientia illi deerit. Si odoratum: pimentorum agnoſcendorum peritia. Et dictum eſt guſtum non deeſſe. quod ſi deeſt nullos Epicurei haberent cocos qui culinariam artem, iuriū pulmētariorumque callerēt. quod magnopere non eſſet dolendum. Rideas ſane ſurdum, perinde ac inſanum qui artem cantilandi doceri poſtulat, aut orandi. & cæcum: qui diſcere geſtit perſpectiuam, artemve pingendi, ꝙ vterque ſibi impoſſibile petat. & hoc ideo: quia ſi quiſpiam a natura deficit ſenſus, & propriorū ſenſibilium illius ſenſus ſcientiā deficere neceſſe eſt. Et vis Ariſtotelicę argumentationis eſt huiuſmodi ſine ſenſu: non eſt ſingularium ſenſus illius inductio. ſine autem eorum inductione: non eſt vniuerſalis cognitio. ſine hac autem, non eſt demonſtratio. & ſine demonſtratione, neutiquam ſcientia eſt ſine igitur ſenſu, non eſt ſingularium eius ſcientia. ſi igitur aliquo ſenſu ſumus orbati a natura: & ſcientiam accomodatorum ſenſibilium illius ſenſus, nobis deficere neceſſe eſt, ſunt enim ſenſui accommodata ſenſibilia, ipſius ſenſus ſingularia.

¶PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVARTI.

132 DEcimumquartum cap, concluſio vna. Concluſio. Perſpicuum ſane eſt ſi quiſpiam ſenſus nobis a natura, ipſoque natiuitatis ortu defecerit, aliquam nobis ſcientiam deficere quam & nobis comparare impoſſibile eſt. Id proculdubio oportet, ſi aūt inductione aut demonſtratione diſcimus, & demonſtratio eſt ex vniuerſalibus, & inductio ex iis quæ ſingularia ſunt. Diſcimus autem & inductione & demonſtratione, eſtque demonſtratio vniuerſalium & inductione ſingularium. At impoſſibile eſt vniuerſalia dinoſcere, niſi per inductionem, quandoquidem & ea quæ abſtracta, ſeiunctaque a materia dicuntur per inductionem noſcenda ſunt ſi quis ea voluerit nota facere. quia vnicuique ſpeciei rerum inſunt aliqua quorum intelligentiam abſtrahimus, tametſi nō ſeparabilia ſunt ſecundum ꝙ ſubiectis rebus inſunt, inductionique ſunt accommodata. At vero ii quibus aliquis ab ipſo ortu defuerit ſenſus, in ſenſibilius illius inducere ipoſſibile eſt, nam ſenſus ſingulariū eſt. ſi igitur hoc pacto defuerit ſenſus, deerit & ſcientia ſingularium illius ſenſus. non enim contingit illorum accipere ſcientiam, nam neque ex vniuerſalibus illam ſumere poſſumus, quia id fieri non poteſt ſine
133 inductione, neque ſumemus per inductionem ſine ſenſu. Manifeſtum eſt igitur ſi quiſpiam ſenſuum nobis a natura defuerit, & neceſſe eſt aliquam ſcientiam nobis deficere, vt eam quæ eſt accōmodatorum ſenſibilium illius ſenſus: quam & nobis aſciſcere impoſſibile eſt.

¶Ex quot & qualibus conſtet ſyllogiſmus, & an ſurſum deorſumve fiat in infinitum abitio. Cap. XV.

134 135 IStautem omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & quidē monſtrare poſſibilis eſt: quoniam a eſt in c. propter id quod eſt in b & hoc in c. ¶Sed priuatiuus, eſt quidem in alterām propoſitionem habens quoniam eſt aliquid aliud in alio, alteram autem quoniam non eſt. manifeſtum igitur eſt quod pricipia & ſuppoſitiones dicta hæc ſunt. accipientem enim hæc ſic, neceſſe eſt monſtrare. vt quod a ſit in c per b, iterum autem quod a ſit in b per aliud medium, & quot b ſit in c ſimiliter. ¶Secundum igitur opinionē ſyllogiſantibus, & ſolū dialectice, manifeſtū eſt quod hoc ſolum intendendū, ſi ex quibus cōtingit maxime probabilibus fiat ſyllogiſmus. ¶Quare & ſi eſt aliquid in veritate eorum quę ſunt a b medium, videtur

autem non esse per hoc syllogisans : syllogisat dialectice : ¶ Ad veritatem autem 136
ex ijs quæ sunt oportet intendere:habet autem se sic. 137
Quoniam autem est quod ipsum quidem de alia prædicatur . non secundum accidens, dico autem secundum accidens. vt album aliquando dicimus illud esse hominem, non similiter dicentes & hominem album. cum enim non sit alterum, aliquod album est. album autem est homo, quoniam accidit homini esse album. sunt igitur quædam huius- 138
modi: quæcunque secundum se prędicantur. ¶ Si igitur c huiusmodi quod ipsum quidem non in alio sit, in hoc autem b sit, primo, & non per aliud medium. iterũ e de d sit. & similiter & hoc in b: nunquid igitur hoc necesse est stare, an contingit in ĩfinitũ ire?
139
¶ Et iterum si de a quidem nihil prædicatur per se, a autem in f est primo, medium autem in nullo priori & f in a & hoc in b, nunquid & hoc stare necesse est ? an & hic contingit in infinitum abire? Differt autem hoc a priori intãtum, quoniam hoc quidem est nunquid contingit incepturum ab huiusmodi quod in nullo est altero sed aliud in illo, in sursum in infinitum abire : alterum autem incepturum ab huiusmodi quod ipsum quidem est de alio, illo autem nihil prædicatur, in deorsum intendentem si contingit in infinitum ire. 140
¶ Amplius media nunquid contingit infinita esse determinatis terminis ? dico autem vt si a in c sit, medium, ipsorum sit b . ab ipso autem b & ab a altera, sed horum alia : nunquid & hæc in infinitum contingit abire ? an impossibile est? est autem hoc quidem intendere idem & si demonstrationes in infinitum veniunt, & si est demonstratio omnis rei, an adinuicem concludantur. Similiter autem dico & in priuatiuis syllogismis & propositionibus: vt si a non inest b nulli, aut primo, aut est aliquid medium cui priori non inest a . vt si sit g quod omni b inest, & iterum hoc non etiam alij priori. vt si h est quod sit in omni b . & nanque in his aut infinita sunt in quibus non est in prioribus aut statur. Sed conuertibilibus non similiter se habet. non enim est in æque prædicabilibus de quo primo prædicatur aut vltimo. omnia enim ad omnia sic similiter se habent siue sunt infinita de ipso prædicata, siue vtraque sunt dubitata infinita : nisi similiter conuerti contingat : sed hoc quidem, sed quidem sunt accidens: illud vero sicut prædicatum.

Decimiquinti cap. notæ.

Manifestum vtique est hæc esse quæ principia . non sunt principia & suppositiones simpliciter. 136
sed hoc in loco: quia hic non monstranda sunt, sed sunt ex prioribus analyticis accipienda . 137
Sunt quæ de alio secundum id quod est, cum aliud de alio prædicatur, fieri potest vt aliud de alio secundum id quod est, solum prædicetur, vt homo est albus. & aliud secundum id quod est: prædicetur de alio, vt album est homo & vt aliud secundum id quod est: de alio itidem secundum id quod est prædicetur, vt homo est animal, album est coloratum . primo modo dicitur prædicari de alio secundum se: secundo autem modo secundum accidens sed maxime prædicatur secundũ se: quod secundum subiectum & secundum prædicatum, ceu tertio modo & ideo substantiales essentialesque nominari solent prędicationes: primas autem iam accidentales verum cum eas accidentales nuncupamus, prædicta respicimus cum autem secundum se respicimus subiecta . Iuxta 140
id quod non similiter ea conuerti contingit. Conuertitur vt accidens: cum propositio secundum accidens sit, vt cum subiectum: de eius affectione prędicatur. vt habens tres duobus ęquos, est triangulus. Conuertitur prędicationi accommodatę: quando propositio secundum se est. vt cum affectio de subiecto dicitur, veluti triangulus habet tres duobus rectis æquos.

¶ PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVINTI.

Decimumquintum cap suppositiones quinque. quęstiones tres. corollarium vnum, conclusio vna. Prima suppositio . Omnis syllogismus ex tribus terminis est, atque ostendere potest primum de tertio per medium . Vt a inesse ei quod est e propter id quod a ei inest quod est, & b ei quod est c. Secunda. Omnis vero negatiuus syllogismus alteram propositionem affirmatiuam habet & quippiam aliud de alio significantem ; & alteram negatiuam & quod nõ sit aliud in alio. Manifestum vtique est hęc esse, quę principia & suppositiones dicuntur . nam hęc sumentem, necesse est hunc in modum mõstrare. vt quoniam ei quod est c inest a per medium b . & rursus a ei quod est b per medium aliud . & ei quod est c similiter inesse b per aliud medium. Ter

tia.Qui secundum opinionem ratiocinantur,& solo differendi modo:proculdubio explorandũ illis esse debet,vt ex quam maxime probabilibus conficiatur syllogismus Corollarium. Quare si eorum quæ sunt a b aliquid re vera medium est,non autem esse videatur:qui per a b vt imme
114 diatum syllogisat,ratiocinatur dialectice,soloque differendi modo.Quarta suppositio.Qui ad ve
115 ritatem ratiocinatur:vt ex ijs quæ vera sunt syllogismum constituat,intendere oportet habet
116 autem se res hoc modo.Quinta suppositio.Sunt quę de alio secundum id quod est atque secundum se, prædicantur;quoniam & id est quod de alio non secundum accidens prædicatur. Dico secundum accidens.vt cum nonnunquam dicimus id albũ est homo;nõ perinde dicentes ac cũ
117 dicimus,homo est quid album nam homo cum non aliud quicquam sit quam homo,quid albũ
118 est,album autem homo est non quod album sit ipsum quod est:sed quod homini accidit esse album.quare sunt huiusmodi nonnulla quæ de alio secundum se prædicantur. Prima quæstio. Esto igitur vt c tale sit & secundum se quod etiam de nullo alio dicatur:de ipso autem primo di
119 catur b,& non sit inter ipsa medium vllum.& iterum e dicatur de d,& similiter d de b.nonne igitur necesse est hoc modo stare?an id in infinitum contingit abire?Secunda quæstio.Et rursus si de a secundũ se nihil prædicatur ,& a primo insit ei quod est f nullique priori intermedio insit,& insit f ei quod est e,& e enim quod est d:nonne huius progressionis statum esse necesse est?an &
140 hunc progressum contingit in infinitũ demeare?Et hæc a priori quæstione hoc ipso differt:quod prima inquirit nunquid contingit eum qui a tali subiecto incipiat ꝙ alii insit nulli,sed aliud illi insit:nunquid (inquam)sursum pergendo abire cõtingit in infinitum? Altera vero quærit verũ eum qui a tali incipiat prædicato,quod quidẽ de alio prædicetur sed nihil de ipso,& ea quæ deorsum sunt consideret:vtrum inquam deorsum deuergendo eum contingit abire in infinitum, neque stationis modum vllum finemque reperire? Tertia quæstio. Nonne determinatis extre
141 mis contingit media infinita esse? Dico autem hoc pacto vt si a insit ei quod est c & inter a & c & medium sit b,& inter b & a alia,& inter illa & a,alia nonne & hæc in infinitum prodire contigit an id quidem impossibile?Est autem id considerare idem,ac si consideretur an demonstrationes in infinitũ proruant?& si cuiusuis demonstratio est an ad inuicẽ claudãtur terminenturq;?Eadẽ de syllogismis negatiuis et negatiuis propositionibus est dicendũ,similesq; suggelari possunt quęstiones. Vt si nulli b inest a,aut illi primo non inerit,aut quippiam medium,cui priori non insit.
142 Vt si id sit g quod quidem omni b insit.et si a etiam non insit alii priori vt h quod quidem insit omni g.Et enim in ijs.aut infinita sunt ea priora quibus non inest a:aut tandem finis occurrit,statur que. Conclusio.In ijs quæ conuertuntur hæ quæstiones locum non habẽt. Nam non est in ijs quę mutua prædicatione recurrunt:id de quo primo prædicatur aut vltimo nam cuncta similiter si se habent ad cuncta,siue infinita sint quæ sunt secundum se predicata:siue vtraque dubitentur esse infinita iuxta id quod non similiter ea conuerti contingit, sed hoc quidem tanquam accidens,illud vero tanquam prædicationi accommodum.

¶ Determinatis extremis,summo imoque media non esse infinita. Cap.XVI.

[Q]Voniam igitur media nõ contingit infinita esse:si sursum & deorsum stent prædicata:manifestum est dico autem sursum quidem.quod vniuersale magis est deorsum autem:quod particulare est.si enim a prædicante de c infinita sunt media in quibus est b manifestum est quod cõtinget vtrique.vt ab a in deorsum alterum de altero contingit prædicari in infinitum:antequã enim in c veniat infinita.sunt media:& ab c in sursum infinita,antequam in a veniat. quare si hæc impossibilia sunt:& ipsius a & c impossibile est infinita esse media.Neque enim si aliquis dicat quod hæc quidem quæ sunt a b c cõtin
142 gentia sunt adinuicẽ vt & non sint media,illa vero non esse accipere:nihil differt;quodcunque enim accipio eorum quæ sunt b:erunt ad a aut c infinita media .an non a quo iam prima sint infinita siue statim siue non statim:nihil differt quæ enim sunt post hęc infinita sunt.


Decimisexti Cap.notæ.

Cõclusione:tertia dubitatio diluitur.Et dubitatiões illę ijs quę in demonstrationibus cadũt sunt applicandæ.Et id notum esse facit:si extremorum alicuius propositionis media essent infinita, prorsus scire non possent Nam a subiecto ascendendo nunquam posset in immediata re solui: quod non esset intelligentem,infinita resoluendo pertransire,et a prædicato deorsum tradendo nunquam diuideremus ad immediata. Nam non esset illa media pertransire:siue etiam statim et continuata seriæ:siue non statim atque discontinuata.

Qualitas Corpus Viuens Animal Homo
a i h g b


Substantia f Corpus e Viuens d Animal b Homo c
Substantia b Socrates c

aludi dicitur. Si igitur hæc ita erunt, futurum est vt & in negatione stetur. Nam tribus modis ostenditur negatiua. Primus enim est cum omi c inest b, & nulli b inest a: & per primam figuram colligitur nulli c inesse a. Propositionem igitur omni c in esse b & semper alterum interuallum, ad immediata reuocare necesse est: nam alterum interuallum: semper affirmatiuum. At alterum interuallum, nulli scilicet b in esse a: ad immediata reuocatum iri patet. quoniam si a alii priori non inest vt d: id oportebit omni b inesse. & si iterum a alii priori medio quam d non insit vt e: oportebit & e illud, omni d inesse. quare quoniam in affirmatiua via quæ versus ima est statum, finemque habet, & etiam quæ sursum stabit, & in negatiua, & erit aliquid cui primo non inerit a. Secundo autem modo monstratur vniuersalis negatiua,




169


vt nulli e iesse a si omni a inest b, & nulli e inest b: igitur per secundam figuram nulli e insit a. Rursus si oportet monstrare nulli e inesse a ad immediata decumbere, tandeque stare: manifestum



161 quoniam per modum supra positus est monstrabitur, aut per hunc secundum, aut per tertium. At primus dictus est ad immediata tandem reuocare, secundus autem monstrabitur hoc pacto, sane monstrari possit: vt quoniam si medium habet negatiua nulli c inesse b: sit illud d. omnique b insit d & nulli c insit d si necesse est aliquid inesse b. & rursum, si hoc: nulli c ierit b, quod si adhuc medium aliud sit quod insit d: illud non inerit c, ergo quoniam inesse semper superiori hoc pacto, tandem statum nanciscetur: stabit & non inesse, negatiuaque (vt intenditur) propositio. Tertius autem modus monstrandæ negatiuæ est: si omni b insit a & nulli b inest e, igitur per tertiam figuram non omni a inest e. id autem rursus per eos modos qui supradicti sunt, aut per hūc similiter ostendetur. Illic autem vt monstratum est stabitur: superest igitur monstrandū & hoc tertio modo esse statum.



Si vero sic mōstretur & sint media iterum sumetur omni e inesse b & omni e nō inesse e, & e iterum sumetur inesse omni f. & quia suppositum est in affirmatiuis vergendo deorsum esse statū: manifestum est quoniam status in aliquo ostendetur quod ipsi e non inest. Corollarium. Vnde fit exploratum si non vna sola via monstretur sed omnibus:



145 aliquando id ex prima figura, aliquando ex secunda, & interdum ex tertia id fieri, & hoc etiam pacto statum finemque esse oportere. Nam finitæ sunt viæ finita autem finities necesse est vniuersa esse finita, manifestum igitur est in negatiua statum esse si certe in affirmatiua status vllus est.

PROPOSITIONIS AFFIRMATIVAE MEDIATAE MEDIA NON ESSE IN FINITA CAP. XVIII.

SEd quod in illis qui quidem logice speculantur: sic manifestum fit in iis quidem igitur quæ quidem in eo quod quid est prædicantur manifestum est si est enim diffinire, aut si notum est q᷑ quid erat esse. infinita autem non est transire, necesse est finire in eo quod quid est prædicata. Vniuersaliter autem sic dicimus. est enim vere dicere album ambulare. & magnum illud lignum esse. & iterum lignum magnum esse, & hominem ambulare: sed alterum est sic dicere aut illo modo. cum enim album quidem esse dico lignum: tunc dico quod cui accidit album esse: lignum est. sed non quod subiectum ligno, album sit, & namque neque quod album est neque quod quidem album aliquod est, factum lignum est. quare non est aliter quam secundum accidens. cum autem lignum album esse dico non quod aliquod alterum sit album: illi autem accidit lignum esse. vt cum musicum album esse dico, tunc enim quoniam homo est albus cui accidit esse musicum dico, sed lignum est subiectum quod quidem & factum est, non cum alterum aliquid sit quam quod quidem lignum est: aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina ponere. sit sic dicere prædicari sed illo modo, aut nullo modo prędicari, aut prædicari quidem non simpliciter, sed secundum accidens prędicatur. est autem tanquã album quidem quod prædicatur: sed sicut lignum est de quo prædicatur. supponatur ergo prædicatum prædicari semper de quo prædicatur simpliciter, sed non secundum accidens. sic enim demonstrationes demonstrant. quare in eo quod quid est; aut quoniam quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando, cum vnum de vno prædicabitur. Amplius substantiam quidem significanna quod quidem illud est, aut aliquod illud quidem significant de quo prædicantur. Quæcunque vero non substantiam significant, sed de aliquo subiecto dicuntur, quod non est, neq; quod illud est neque quod quidem illud aliquid est, accidentia sunt. vt de homine album. Neque enim est homo; neque quod quidem album est, neque quod quidem album est aliquid, sed animal forsan, quod quidem enim animal est, homo est. Quæcunque vero non substantiam significant, oportet de aliquo subiecto prędicari: & non esse quid album, quod non cum alterum aliquod sit, album est. Species enim valeant & genera. monstra enim sunt. & si sint, nihil ad rationem sunt. demonstrationes enim de huiusmodi sunt. Alius si non est hoc huius qualitas, & illud huius, neque qualitatis qualitas, impossibile est æque prædicari adinuicem sic, sed verum quidem contingit dicere sic. æque autem vere prædicari non contingit. An enim sicut substantia prædicabitur aut vt genus aut vt differentia prædicati? hæc autem ostensa sunt quoniam non erunt infinita, neque in sursum neque in deorsum. vt homo bipes, hoc animal, hoc autem alterum est, neque animal de homine, hoc autem de Gallia, hoc aũt de alio in eo quod quid est, substantiam enim omnem est diffinire huiusmodi, infinita autem non est trãsire intelligentem. quare neque in sursum neque in deorsum infinita sunt illam enim nõ est diffinire: de qua infinita prædicantur. Sic igitur genera adinuicem non æqualiter prædicantur. erit enim ipsum, quod quidem ipsum aliquid est. neque tamen de qualitate aut aliorum nullo, nisi secundum accidens prædicabitur, omnia enim hæc accidunt, & de substantiis prædicantur, sed quoniam neque in sursum infinita sunt. de vno quoque enim prędicatur quod significat. aut quantum aliquid aut quale aliquid, aut huiusmodi, quæ sunt in substantia. hęc autem finita sunt: & genera prędicamentorum finita, aut enim quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut facere, aut pati: aut vbi, aut quando. suppositum autem est vnum de vno prædicari, ipsa autem de ipsis quæcunque non ad aliquid sunt prædicari non dicimus, accidentia enim sunt omnia, sed hæc quidem secundum seipsa, alia vero secundum alterum modum. hęc autem omnia de subiecto quodã prædicari dicimus: accidens autem non esse subiectum aliquod. nihil enim talium ponimus esse, non quod alterum aliquod esse dicitur: sed ipsum de aliis & alia quidem de alio, neque in sursum. ergo vnum de vno neque in deorsum esse dicetur. de quibus enĩ dicuntur accidentia, quæcunq; in substantia vniuscuiusq; sunt hęc aũt non sunt ĩfinita, sed sursum ipsa quoque & accidẽtia vtraque nõ ĩfinita sunt. necesse est ergo esse aliquid

de quo primum prædicetur & de hoc aliud:& hoc ſtare, & eſſe aliquid quod non am-
plius,neque de alio priori:neque de illo aliud prius prædicetur. Vnus quidem igitur
modus demonſtrationis:dicitur hic. ℂAdhuc autem alius ſi de quibus priora quædã
147 prædicantur eſt horum demonſtratio : quorum autem eſt demonſtratio neque potius
habere poſſibile eſt ad ipſa quam ſcire,neque ſcire eſt ſine demonſtratione.ſi autẽ hoc:
per hæc ſit notum.hæc autem neſcimus:neque melius habemus ad ipſa quam ſcire ne-
que per hęc notum ſciemus.Si igitur eſt aliquid ſcire per demõſtrationem ſimpliciter
& non ex aliquibus:neque ex ſuppoſitione,neceſſarium eſt ſtare prædicationes medi-
orum.ſi enim non ſteterint ſed eſt ſemper acceptio in ſuperius : omnium erit demon-
ſtratio.quare ſi infinita non poſſibile eſt pertranſire, quorum eſt demonſtratio:hæc nõ
ſciemus per demonſtrationem.ſi igitur neque melius habemus ad ipſa quam ſcire,non
erit ſcire per demonſtrationem ſimpliciter,ſed ex ſuppoſitione. Logice quidem igitur
148 ex his vtique aliquis credat:de eo quod dictum eſt. ℂAnalytice autem manifeſtum eſt
per hęc velocius:quod neque in ſurſum neque in deorſum infinita prędicata contingit
eſſe in demonſtratiuis ſcientijs de quibus intentio eſt.demonſtratio em̄ eſt ex his quę-
cunque ipſa quidem inſunt ſecundum ſeipſa rebus.ſecundũ ſeipſa vero dupliciter.quę
cunque em̄ in illis inſunt in eo quod quid eſt:& in quibus ipſa in eo quod quid eſt in-
ſunt ipſis.vt in numero,impar quod ineſt quidem numero.eſt autem ipſe numerus in
ratione ipſius:& iterum multitudo aut diuiſibile.in ratione numeri.horum autem neu
tra contingit infinita eſſe:neque vt impar numeri.iterum enim ſi impari aliud inſit:cui
inerat exiſtenti hoc:ſi eſt primum numerus,erit ijs quæ inſunt ipſi. ſi igitur non con-
tingit infinita huiuſmodi eſſe in vno,neque in ſurſum erunt infinita.atvero neceſſe eſt
omnia ineſſe primo:vt numero,& in illis numerum.quare conuertibilia erunt,ſed nõ
excedentia. ℂNeque tamen quæcunque ſunt in eo quod quid eſt, neque hæc infinita
ſunt.neque enim eſſet diffinire,quare ſi prædicata per ſe quidem omnia dicũtur,hęc au
tem non infinita ſunt,ſtabunt vtique in ſurſum. quare & in deorſum. ſi autem ſic eſt,
& quæ ſunt in medio duorum terminorum ſemper ſunt finita. ℂSi vero hoc eſt:ma-
nifeſtum iam eſt,& demonſtrationum quod neceſſe eſt principia eſſe,& non omnium
eſſe demonſtrationem,quod quidem diximus quoſdam dicere iuxta principium.ſi em̄
principia ſunt non omnia ſunt demonſtrabilia, neque in infinitum poſſibile ire. eſſe
149 enim horum quodlibet,nihil eſt aliud,quam eſſe nullum ſpacium ſine medio & indiui-
ſibile,ſed omnia diuiſibilia.intus enim immittendo terminum, ſed non aſſumendo de-
monſtratur quod demonſtratur.quare ſi hoc in infinitum contingit ire. contingit vti-
que duorum terminorum infinita eſſe interius media,ſed hoc impoſſibile eſt, ſi prædi-
cationes ſteterint in ſuperius & in inferius,quod autẽ ſtent monſtratũ eſt logice prius,
analytice vero nunc.

Duodeuiceſimi cap. notæ.

146 Logicæ ſunt hæ rationes.Nam egrediuntur ſubiectæ materiæ limites,& vndecunque ſibi præſi-
dia quærunt,ſiue phyſicam ſiue mathematicam habentia intelligentiam. ſermonemque inſeris
de ideis quas valere iubet tanquam demõſtrationis artificio ineptas.nullus igitur miretur,ſi ple
raq; non parentem habeant intelligentiam,cũ minus huic loco ſint accõmodata,ſed alijs ex locis
intellecta pateãt,vt ex metaphyſicis.Quod eſt,quod quid erat eſſe,oratio quid eſt dicẽs,diffinitio
Nam cum album dico eſſe lignum.album cum ſolam vocem attendimus propoſitionis ſubie-
ctum eſſe poteſt,cum autem rei proprietatem,non fieri poteſt vt album ligno ſit ſubiectum.ſed
contra ſemper lignum albo ſubiectum.& hæc ſecundum ſe & quaſi naturalis predicatio eſt li-
gnum eſt album,hęc autem eſt ſecundum accidens & innaturalis album lignum eſt.Qui enim fie
ri poteſt vt forma ſubiecta ſit,& materia prædicata & formę ſuperueniens,finiens atque formãs?
Album formam nominat,non ſola ratione,ſed reipſa ab hoĩe ſeiunctam,& idipſum quod eſt al
bũ formale eſt, ſed accidẽtariũ. idipſum aũt quod eſt homo,ſubiectũ,nunquã aũt quod idipſum
quod eſt ſubiectũ eſt,formale idipſum quod eſt eſſe poteſt.& aĩal tametſi vt forma ſit, & homo
vt ſubiectus,reipſa tamẽ & id quod eſt aĩal ſubiectũ eſt.quare homo idipſum dici poſſit,quod
eſt aĩal,non autem idipſum quod eſt album.vt neq; materia idipſum quod forma eſt. Valeant
ſpecies. χαιρέτω abeãt enim & gaudere & valere ſignificat,quod & transfertur tranſſumiturque
pro abire.nam altero abeunte,aut cum eum.aut nos ipſi abire volumus, docent grammatici di-
cendum vale.& περὶ τῶν ἰδεῶν τοῦ πλάτωνος hoc eſt de ideis,ſpeciebuſque platonicis,id dictum

est Τερατίσματα quæ interpres monstra vertit,potius lasciuos,poeticosque cantus designant. ꝙ & Argyropilus innuens. fidium enim sunt, inquit,attrectationes. Si non est hoc illius qualitas. Omnis forma qualitatis nomine censetur, & prædicatum forma est id de quo prædicatur subiectum est & vt materia.Ideo si cum dicitur homo est albus simili prędicatione recurreret hæc oratio,& æque simpliciter prædicaremus albũ est homo.profecto vt cum dicitur homo est albus, album hominis est forma,ita quoque & cum diceremus album est homo,homo est forma,esset albi,& esset hoc illius qualitas, & illud huius qualitas,& qualitatis qualitas, hoc album illius hominis,illud homo huius albi qualitas,forma.vere tamen dicimus homo est albus,& album est homo non tamen vere mutuo simpliciter prædicamus. Vt si genus sit aut differẽtia de quo prædicatur prædicamenti omne genus aut differentia cuiuscunque generis existat, vt substantia de eo cuius genus est aut differentia prædicatur,nec iniuria. nam de eius ratione substãtiali est,& quid est dicente,quare color & substantia albedinis dici potest & coloratum albi,sed non simpliciter substãtia.nam id simpliciter substantia est:quod respectu cuiuscunque substantia est, vt animal. etenim respectu hominis,& qualis & quanti,& ad aliquid & reliquorum. semper substantia est, substantiaque dicitur.at vero genus coloratum(& si respectu albi substantia dicatur quodãmodo) respectu tamen substantiæ,vt hominis aut aĩalis accidens. Quo fit vt ꝙ vere substantia est, nulli accidat vnquam quod autem secundum quid substantia accidat. Quod est idipsum quod est,est substantia.Quid est. Accidentia de se simpliciter prædicãtur, cum prædicatum ad rationem quid est subiecti (vt album coloratum est,& triangulus lineis terminatur)aut subiectum ad rationẽ quid est,prædicari pertinet,vt numerus par est aut impar,verum id quodammodo est, ratione substãtiæ nam hæc inuicem vt substantia de substantia,coloratum enim albo substantiale,& collimari lineis subantiale triangulo,quod & vsurpatius essentiale appellant, sed cũ dico numerus par est, numerus est impar,numerus vt substantia est,impar autem,vt eius per se affectio.non tamen vnquam dicantur simpliciter substantia, sed ad hæc aliter aũt non est accidens,simpliciter de accidẽte prædicari sed hunc sensum Argyropilus literam conuertens quæ est ἀυτὰ Δὲ ἀυτῶν ὅσα μέτι ἔξι μὴ κατηγορεῖσθαι,quæ obscura satis est,& sonat.ipsavero de ipsis quęcunque non quid est nõ prædicari,innuit hoc pacto,& item ipsa non prædicari de seipsis, nisi ratio ipsius quod est prædicentur. Et hæc & accidentia,neutra sunt infinita. Et hæc,scilicet de quibus accidentia prędicãtur, & talis est huius sententiæ intellectus. vtraque & substantias & accidentia non abire sursum infinita.nam de substantia præostensum est.de accidentibus autem vt accidentia sunt, idem euenit. nam habent vltimum & summum de quo vt subiecto dicuntur. & id est primum & supremum substantiarum prædicatum,in quo substantię quiescunt,sed vltimum accidentium subiectum deorsum autem,vltima substantiarum prædicata,sunt prima accidentium subiecta.in quibus vt in infimis & substantiæ & accidentia quiescunt.suumque sistunt progressum. Demonstratio affirmatiua ea dicitur,quæ conclusionẽ collegit affirmatiuam. Negatiua vero quę colligit negatiuã. Hic dicuntur vniuersa,hic de vtrisque & q̃ per se isunt primo & quæ per se secũdo modo,hoc est cum sunt in ratione quid est subiecti,& cum subiectum est in ratione prædicati. 149

PARAPHRASIS CAP. DVODEVICESIMI

DVodeuicesimum cap.conclusio vna,monstrandi modi tres,corollarium vnum Cõclusio.In demonstrationum affirmatiuis propositionibus status est, neque progreditur in infinitum.Quia & ĩis qui de huiusmodi rationaliter,disserẽdiq; modo cõtemplantur,fit hoc modo manifestum. In ĩis vtique quæ in ratione quid est dicente ponũtur.id manifestum est.nam si possibile est diffinire aut notum esse quod quid erat esse,& impossibile est infinita, pertransire,necesse est quæ in ratione quid est ponuntur prędicata finita esse. Atqui diffinire possibile est,& rationem quid est notam esse. & impossibile infinita transitu conficere.Quæ igitur in ratione quid est ponũtur statum hñt, neque in hisce progredimur,in immensum. Primus monstrãdi modus. Sed vniuersaliter & in omnibus hoc pacto astruimus. Nã vere dicere quis potest album ambulare,& id magnũ esse lignum, & rursus vere dicere hoĩem esse magnũ,& hoĩem ambulare.at variũ est atq; differens hoc mõ aut illo mõ dicere.nã cũ albũ dico esse lignum,tũc dico ꝙ idipsum cui accidit esse album lignum est, non aũt quia album subiectũ ligno est nam neq; quod simpliciter album est neque idipsum quod est album. factũ est lignum:subiectum autem id est,quod præstiturum præiacensque quippiam fit. quare non est album lignum,nisi secundum accidens. At vero cum lignum,album esse dico. tunc non dico aliqd aliud cui quidem accidit lignum esse,esse album,quemadmodum cum dico musicum esse album. Nam cum dico musicum esse album,id tunc dico quoniam homo cui accidit esse musicum albus est. Sed cum dico lignum est album,lignum albi subiectum est,quod quidem & factum est albũ, non aliud quip piã existẽs quam ꝙ simpliciter lignum,aut lignum aliquod. Si igitur licet videre noĩa,fit(hoc mõ dicere vt lignũ est albũ)prædicari:illo vero vt albũ est lignũ, aut nullo mõ prædicari aut non simpliciter,sed secundum accidens prædicari. Est certe ꝙ prædicatur vt albũ,ꝙ ve 165

ro subijcitur,& de quo quippiam prædicatur vt lignum. Supponatur igitur prædicatum sem-
per de eo de quo prædicatur prædicari simpliciter:non autem secundum accidens.nec ab re qui
dem id nobis hoc loco supponendum nam sic & ex ijs quæ simpliciter prædicantur demonstra-
tiones ipsæ demõstrant.quare cum vnum de vno simpliciter prædicabitur:aut in eo quod quid
& substantia est prædicatur,aut vt quale,aut quantum,aut ad aliquid,aut agens aut patiens,aut
vbi,aut quando,aut aliquid aliorum prædicamentorum. Cæterum quę quid est, & substantiam
significant:id quod aliud est,aut quod illud quiddam est de quo prædicantur,significant. At ve
ro quæ substantiam non significant, sed quæ de subiecto aliquo dicuntur quod quidem non est
neque quod simpliciter illa,neque quod illa quædam:accidentia sunt. Vt album de homine dici
tur:& accidens est.nam homo non est quod simpliciter album est, neque quidam quod album
quoddam est,sed forte recte asseras,hoc modo hominem esse animal.nam id quod animal est: ho
mo est,quæcunque vero non substantiam significant;de subiecto aliquo prædicari oportet, &
non esse quippiam album,quod non aliud quicquam est quam album Valeant enim ideæ:quo-
niam cantilenis aptiores sunt.& si sunt:nihil profecto ad præsentem sermonem faciunt, nam de-
monstrationes de huiusmodi rebus sunt:species scilicet separatas,ideasque non esse. Præterea si
non est hoc illius qualitas,& illud huius,& qualitatis qualitas:fieri nequit vt mutuo prædicētur
adinuicem simpliciter,sed verum contingit hoc modo dicere;mutuo autem deinuicem prædica-
ri non contingit. Nunc autem ostendendum non procedere in affirmatiuis prædicationibus in
infinitum.nam autvt substantia prædicabitur.vt si genus sit aut differentia eius de quo prædica
bitur. At hæc ostensa sunt non abitura in infinitum,neque sursum pergendo, neque remeando,
deorsum sursum quidem,vt homo bipes est,bipes autem animal:& animal aliud quippiam. neq;
hoc euadet in immensum.deorsum vero:vt neque animal dicetur de homine & homo de Callia,
& Callias de alio quopiam,& hoc pacto sine vllo fine,metaque ac termino. Nam omnem talem
(quæ scilicet media est & infra terminos est)substantiam diffinire possumus, atqui infinita per
transire impossibile est Intelligentem,quare neque sursum neque deorsum euadunt infinita.nam
tunc fieri non posset,vt ea substantia diffiniatur de qua infinita prędicarentur. hoc pacto igitur
ac finite adinuicem genera,non mutua versaque prædicatione prædicabuntur.nam erit inter il
la ipsum,quod quidem idipsum aliquid est,quod neq; de quali neque de cæteris quicquam nisi
secundum accidens prædicabitur. nam hęc omnia accidunt:& de substantijs prædicantur, sed ne
que ea sursum versus euadunt infinita nam id quod de quocunque prædicatur: aut id est quod
significat,aut quale quippiam,aut quantum,aut ad aliquid, aut aliquid talium quæ sunt in sub
stantia.hæc autem finita sunt:& prædicamentorum genera finita,quandoquidē ea sunt aut qua
le,aut ad aliquid,aut quantum,aut facere,aut pati,aut vbi,aut quando, & reliqua quæ in prædi
camentis sunt determinata.& Et suppointur vnum de vno prędicari, & ipsa de ipsis non prædi
cari quęcunque non quid est,& ratione substantiæ de se non prędicantur. nā hęc accidentia sunt
omnia. Verum accidenrium,hęc quidem sunt per se:illa vero altero modo, & non per se: & hæc
omnia de subiecto,quodam prædicari,asseueramus. & accidens non esse subiectum vllum. nam
nihil talium ponimus id esse,quod non aliud quippiam cum est dicitur id qđ dicitur,sed accidēs
alterius esse dicimus,& eorū alia quędam de alio prędicari neque igitur vnū de vno sursum neq;
deorsum in infinitum prędicari dicetur. deorsum quidē & ad subiectū vergendo. nam de quibus
accidentia dicuntur,ea sunt quæ cuiusque sunt substantia.illa autem non sunt īfinita, sursum au
tem,& hæc accidentia,neutra sunt infinita necesse est igitur esse a liquod tale subiectum: de quo
primum dicatur aliquid,& de illo aliud & huius progressionis esse statū: tandemq; occurrere ali
quid, q etiam neq; de alio priori,neque de illo aliud prius prędicetur. Et vnus hic ad id quod mo
limur:est demonstrationis modus. Secundus monstrandi modus Adhuc aūt & alius modus est:
147 qui sit hmōi. Si eorū est demonstratio de quibus priora quędā prędicātur,& neq; ad ea quorum
est demonstratio possibile est q̄piam melius se habere q̄ ea scire, neq; ea scire, possibile est sine de
mōstratione,si aūt hoc per hęc notum esse debeat,hęc aūt demonstratiōe nescimus,neque melius
affecti sumus ad ipsa q̄ si hoc mō illa sciremus:neq; quoque per hęc notum sciemus. si igitur pos
sibile est quippiam scire per demonstrationem simpliciter, & non ex quibusdā & ex suppositio
ne:necessarium est mediorum prędicationes stare. nam si non steterint, sed est semper superiori
sumpto procedere:omnium similiter erit demonstratio. quare si impossibile est infinita pertrāsire
ea quorum est demonstratio nunq̄ per demonstrationem simpliciter sciemus. si igitur nō melius
habemus ad ipsa priora q̄ si ea demonstratione sciremus: possibile non erit scire per demōstratio
nem simpliciter,melius igitur quam demonstratione scientes ad ea ipsa priora afficimur. quare
148 eorum non quærimus demonstrationem,sed in ipsis quiescimus,fitque status. Et ex his,differen
di modo:eius rei fidem sibi quispiam arroget. Tertius modus analyticus,analytice autem per
ea quę sequuntur concisius breuiusque dignoscetur,neque sursum neque deorsum in demonstra
tiuis scientiis (quarum pręsens incumbit consideratio) contingere prędicata esse infinita. Nam
demonstratio,eorum prędicatorum est: quę subiectis rebus per se insunt.per se autem insunt du
pliciter. nam illis insunt per se:quęcunque illis insunt in ratione quid est,& per se etiam insunt:

quæ in ratione quid est illa suspiciunt, quibus insunt. vt impar numero qui quidem per se inest numero: & est ipse numerus in ratione quid est eius, & insuper multitudo. & diuisibile per se insunt numero. nam sunt in ratione quid est numeri. At horum neutra contingit infinita esse, neque quidem in iis quæ sic per se insunt, vt impar numero. nam si rursus impari aliud hoc pacto per se insit: si numerus primum esi cui per se inerat impar, erit in ratione eorum quæ insunt impari. quare per se inerunt omnia numero. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in vno (& certe non contingit) non euadent sursum infinita prædicata. Sed certe necesse est omnia illa (inesse ipsi primo vt numero, & numerum illis. quare simul vniuersa quæ hoc pacto per se insunt & ipsum primum reciproca erunt, & conuertibilia & sese non superantia. quare non infinita. Qui enim fieri potest vt infinita simul, vni æquentur? Neque identidem infinita erunt quæ rationem quid est ingrediuntur. Nam minime possibile esset diffinire. quare si quæ per se prædicantur hæc dicuntur vniuersa, hæc autem non sunt infinita: stabunt proculdubio euadendo sursum quare & recidendo deorsum. si autem id ita fuerit: & quæ mediastima, queve in duorum medicullio terminorum collocabuntur, semper finita erunt. Corollarium. Si vero res ita se habet: exploratum iam est, quoniam necesse est & demonstrationum esse principia, & non omnium esse demonstrationem: quod quidem nonnullos asserere, circa initium diximus. Nam si principia sunt: non omnia demonstrari queunt: neque fieri potest vt habeatur in infinitum. Nam horum vtrumuis statuere, omnia (inquam) demonstrabilia esse, aut in infinitum abire, nihil aliud quam nullum esse interuallnm sine medio ac indiuiduũ, sed omnia diuidua. nam quod demonstratur num foris sumpto sed interiecto, intermissoque terminoque demonstratur. quare si hoc in infinitum abire contingit: continget & re vera duorum terminorum infinita esse intermedia. hoc aũt impossibile: si prædicationes statum vllum sursum, deorsumve sint habituræ. At vero quod statum habeant, ratione dissertoria monstratum est prius: nunc vero resolutoria, atque analytica.

¶ Elementa monstrandarũ mediatarũ non infinita esse. Cap. XIX.

MOnstratis autem his, manifestum est si aliquid idem insit duobus vt a & in c & in d non prædicante altero de altero, aut nullo, amõ ut non de omni: quod nõ semper secundũ cõmune aliquid inerit. vt isosceli & scaleno: æquales duobus rectis habere, secundum commune aliquid inest. secundũ eñ quod figura quædam sunt & non secundum alterum. hoc autem non semper sic se habet. sit enim b secũdum quod a, in c & d, erit. manifestum igitur quod b in c d secundum aliud commune est. & illud secũdum alterũ. quare duorum terminorũ medii infiniti vtique incidunt termini. sed hoc est impossibile. secundum igitur aliquid cõmune inesse non necesse est semper idem pluribus. quoniam quidem erunt immediata spacia. ¶ In eodem tamen genere, & ex eisdem atomis necesse est terminos esse. siquidem iis quæ per se sunt: erit commune. non enim erat ex alio genere in aliud genus descendere quæ demonstrantur. ¶ Manifestum est autem quoniam & cum a in b sit: si quidẽ est aliquid mediũ, est demõstrare quod a in b sit & elemẽta huius sunt hæc & tot, quod media sunt, immediatæ enim propositiones sunt elementa, aut omnes aut vniuersales. si vero nõ est medium: non amplius erit demonstratio, sed in principia via est hæc. ¶ Similiter autem erit & si a in b non sit. siquidem enim aut medium est, aut, prius cui non inest: erit demonstratio. si vero non sit medium: non est demonstratio, sed principia & elementa sunt tot, quot sunt termini. horum enim propositiones: principia demonstrationis sunt. & sicut quædam principia sunt indemonstrabilia quod sit hoc illud & quod sit hoc in illo: sic quod non erit hoc illud, neque quod sit hoc in illo.

¶ Quare hæc quidem esse aliquid, alia non esse aliquid: erunt principia.

¶ Cum ergo indigeat monstrare aliquid: accipiendum quod de b primum prædiceretur. sit c, & de hoc similiter a, & sic semper eunti nunquam extra, erit propositio, neque si esse ipsius a accipiatur vt demonstretur: sed semper medium densetur quousque indiuisibilia fiant, & vnũ, est aũt vnũ: cum immediatum fiat. & vna propositio simplex est ĩmediata: & queadmodũ in aliis est prĩcipiũ simplex. hoc aũt nõ idẽ vbique est sed in graui quidẽ vncia. in melodia autem diesis, aliud autem in alio. sic est in syllogismo vnum: propositio immediata. in demonstratione autem & scientia, intellectus. In ostensiuis igitur syllogismis eius quod est. nihil cadit extra. ¶ Sed in priuatiuis vbi quidem quod oportet esse, nihil cadit extra hoc. vt si a in b per c non inest. si enim


Substantia Corpus Corpus animatum Animal Homo

a b c d e

in b quidem omni,c:est autem a in nullo c.Iterum si indigeat quod in c. a nullo sit. medium accipiendum est ipsius a & c,& sic semper procedet. Si vero indigeat monstrare quod d in e non sit,eo quod est c in d,quidem omni,in e autem nullo aut non in omni: e nunquam extra cadit.hoc autem est:cui nõ oportet inesse.In tertio autem modo:neque a quo oportet neque quod oportet priuati,nequaquam extra ibit.


Vndeuicesimi cap.notæ.

Elementa:in quaque re sunt minima,& simplicissima.immediatæ autem & indiuiduæ ,ppositiões
150 minimæ & simplicissimæ,vt quæ sint irresolubiles ideo non ab re:elementa appellãtur. Tot sunt
153 elementa,quot sunt & termini.de medijs terminis:d intelligendum est id eñ est quod & supradi
155 ctum est.& quot erunt media,tot erunt & elementa . Minam hi vnciã, illi vero libram appellant, quę δίεσις gręce dicitur.Quod semitonij minus(q & diesis appellatur. quodq & relinquitur ex sectione apotomes a tono)ex musicis amplius est expetendum. Et id aduertendum est:q principium vbicunque statuitur,in illo genere maxime vnum,simplicissimũ, neq in alia secatur , sed oĩa alia ipsum continent ,& in id resoluuntur,vt vnitas principium est in numero: ideo maxime vnum,simplicissimum,& minimũ & oĩs numerus illã continet,in eamq resoluitur . & punctum principiũ magnitudinũ,& id maxime vnum,& simplex , & minimum, neque magnitudo vlla a puncto euadit immunis ac exors,& prima magnitudo quæ est linea:& spacium porrigitur , neq simplex neque simpliciter minima,& secunda magnitudo:magis discedit , fitque compositior & tertia:adhuc euadit cõpositior,& magis resolubilis,quia principio semotior. hunc in modũ ,ppositio ĩmediata:maxime vna,simplicissima,& minima est sui generis. vt esto a substãtia,b corpus c animatum corpus,d animal,e homo. vides e d,d c,c b,& b a , adinuicẽ nullum facere interuallũ (vt neq inter binariũ & ternariũ vllũ interuallũ est)& esse sibi proxima,immediataq, & indiuidua:Ideo eius generis maxime vna,simplicissima,& minima . sed oratio e c constituit interuallũ, cõposita iam,ex e d & d c,in illa resolubilis,ex quibus & ipsa fit. si enim dico oẽ c d , & omne d c: efficitur per primam figurã interuallum e c,assimilaturque lineæ,& binario & e b protensius est interuallum,vt quod iam constet,interuallo e c & indiuiduo c b,in eaque resoluatur & ex illis cõponatur.siquidem omne e c & oẽ c b,efficitur p primã figurã interuallum e b,assimilaturq ternario & superficiei & e a iam longe multiplex,cõpositum maximũ constituit interuallũ , cõpositũ ex e d,d c,c b,& b a,sed proxime resoluitur in interuallũ e b & minimum b a.Nã ex illis cõponitur, vt & reliqua suo modo:estque vt quaternarius & corpus . vnde fit vt a conclusione ad principia procedere sit resoluere.estque conclusio vt totum,vt e c conclusio,& principia vt partes. Nam e d,& d c principia,ex quibus cõponitur vel ad oculum e c. sed a principijs ad conclusionem procedere est cõponere.cõponitur ei conclusio ex principijs.vt e c,ex e d & d c, vides igitur quo modo scientiarũ principia sint.quantitate minima,vtpote nullum cõtinentia interuallũ, sed potestate maxĩa,vt q̃ cõponant cõclusiones oẽs,& in quæ conclusiones dissipentur. Neque impendio difficile est agnoscere totũ sensus ad totum intellectus opposito se habere modo . Non ĩtellectui:tota & composita sunt ignota,partes aũt & minima sunt cognita. In sensu autẽ contra cõposita nota sunt,partes aũt & minima ignota imo nisi nos fallit analogia,quod est minimũ in intellectu,id maximum est in sensu, & quod minimum in sensu,maximum in intellectu.Sed de his tãtilla nũc
156 Duæ vltimæ cõclusiones id volunt prima,cũ affirmatiua demõstratur ,mediũ non cadere extra prędicatũ cõclusionis.Nã si extra caderet esset latius,& secundã efficeret figuram, vbi nihil colligitur affirmatiuum,verum mediam in prima & tertia figura , infra conclusionis prædicatũ semper cadit.sed in prima figura:medium cadit extra subiectũ,in tertia vero infra. Et secunda conclusio id intendit,cũ demonstratur non inesse in prima figura & in secunda,nihil extra mediũ cadere qđ aliquam propositione sumitur inesse.at cũ non inesse monstratur tertio modo , hoc est per tertiã figurã:medium,neque cadit extra subiectũ,neq extra prędicatum,et non tam difficilia sunt vt intelligantur,'quam obscuro sermone sunt hęc ab Aristotele tradita.



PARAHPRASIS CAP. VNDEVICESIMI

150 VNdeuicesimi cap. Conclusiones sex corollarium vnũ.Prima cõclusio. Si aliquid idem duobus insit, cum alterum de altero nullo modo prædicetur aut non vniuersaliter:non semper aliquid de illis p aliquod cõmune inerit. Id ex his q̃ mõstrata sunt statim manifestum erit.vt si a duobus insit,c scilicet et d, nõ insit omnino c ipsi d aut contra , aut non omni insit,non continuo illis aliquid per aliquod cõmune inerit. Verbi causa æquipedo et scalario,



Indiuidua proxima: que interualla q̃ sunt et elementa.

f c

e f

b e

a b

Interualla mediata

c d b c

f d a c

e d b f

b d a f

a d a e

e c

Propositiones imme diatę et pricipia q̃ de monstrari nequeũt.

c b elemẽtum affir.

d e elemẽtum affir.

e d elemẽtum affir.

f e elemẽtum affir.

a f elemẽtum nega.


Negatiuę mediatę & q̃ demonstrari queũt

a e


a d

a c


a b




inest habere tres duobus rectis æquos secundũ aliquid cõmune . nã vt quædã figura sunt ,& non vt aliud quidam, at hoc non semper ita se habebit, vt quicquid inerit, p̃ aliquid cõmune insit. Nã sit b per quod a tunc c tum d inerit. si non est vt pponitur, manifestũ igitur est q̃m b inerit c & d per aliud cõmune vt e, & c per aliud . quare duorũ terminorũ mediastimi vtique infiniti incidũt 191 termini. Ad hoc ĩpossibile vt monstratũ est ,non igitur necesse sc̃dm aliquid cõe semper inesse plu ribus, quia tandẽ erunt ĩmediata interualla. Secunda conclusio. In eodẽ tñ genere , & ex ipsis in- diuiduis proximeq; hærentibus: ipsos cõmunes terminos esse necesse est . Siquidem ipsum com- mune ex his erit quæ per se insunt, nã fieri non potest, vt ea quæ demonstrantur , ex alio genere in aliud genus demigrẽt. Tertia. Dilucidum euadit cum prædicatum subiecto insit & aliquod est medium prædicatum subiecto inesse demonstrari posse, atq; eius monstrandæ rei hæc totidem es se elementa, quot & media. Vt si a insit b, sitque mediũ aliquod, monstrari potest iesse b, & quot erunt media toterunt elementa. nam propositiones immediatę sunt elementa, aut omnes aut quę sunt vniuersales. atqui quot media, tot immediatæ propositiones, & quæ vniuersaliter inerunt, monstrari igitur poterit, & tot habebit elementa, quod & media . Si vero prædicatum insit sub 192 iecto & non sit medium, non amplius illius demonstratio vlla est , sed via hæc est in principia. Quarta. Simile etiam euenit si prædicatum subiecto non inestvt si a non inest b. Nam si est me



dium, aut prius cui non inest prædicatum: demonstratio conficitur. Sin vero nõ est me dium, minime fit sed & principia, elementa que tot sunt, quot & termini. nam proposi 193 tiones quæ ex hisce constant, demonstratio nis sunt principia. Et quemadmodum quę dam sunt aientia principia quę demonstra ri non possunt, vt qđ hoc est illud. & q̃ hoc inest illi hunc in modũ & quædã negantia inficiantiaq;, vt q̃ hoc nõ est illud, quodq; hoc non inest illi. Cum igitur prędicatũ sub 194 iecto non inest, simile euenit atq; cũ prędica tum inerat subiecto. Corollariũ. Quare principia hęc quidẽ erunt eius quod est esse aliquid, illa ve ro eius q̃ non est aliquid esse. Quinta cõclusio . In demonstrationibus quæ aliquid esse monstrãt:



nullũ mediũ cadit extra prędicatũ, sed sem- 195 per infra ipsum cõtinetur. Vt cum opus est monstrare aliquid esse, vt cum omni b inesse a, sumendũ est aliquid quod primum prædi cetur de b, & esto illud c. & de hoc idẽtidem prædicetur a & sic semper proficiscenti: nun quã exterior erit propositio, neq; q̃ inest ip- si asumitur vt demonstretur a inesse. sed sem 196 per medium increbrescat quousq; ĩdiuidua fiant & vnum. est autem vnũ: cum immedia tum fiat. vna propositio simplex ea est quæ immediata est, vt & in cæteris rebus, princi pium simplex est. Verum id principium non vbiq; idem est, sed in pondere, mina, in modulatio ne vero semitoniũ minus, atq; aliud in alio. sic in syllogismo vnum est imediata ppositio: & in demonstratione a c scientia, intellectus. In syllogismis igitur qui monstrãt q̃ est esse , nullum me- dium cadit extra. Sexta conclusio, In negatiuis aũt vbi est quod oportet inesse : nihil extra id ca



dit vt si a ei qđ est b non inest per c. Nam si oĩ b iest c, & nulli c inest a nulli b inerit a . Et si iterũ opus est ostẽ dere nulli c inesse a, mediũ sumẽdum est ipsius a et c, et ita semper procedendũ. At vero si opus est mõstrare ip si e non inesse d, eo q̃ omni d inesse c, et nulli e iest c, aut non omni e inest c, nunquã e extra c cadit, hoc autem est id cui non oportet inesse d. At vero si tertio modo ostenderur , ostenderur a non inesse b hoc pacto nulli c inest a, et omni c inest b, igitur b non inest a. neque id a quo negare neque quod negare oportet , terminus su- mendus vnquam egreditur.

❡Quod demonstratio vniuersalis præstantior sit particulari. Cap. XX. 197

CVM AVTEM sit omnis demonstratio , alia quidem vniuersalis, alia vero particularis . & hæc quidem cathegorica , illa vero & priuatiua dubitabitur qualis potior sit , similiter autem & de ea quæ demonstrare

dicitur:& deducenti ad impoſſibile demonſtratione. primum quidem igitur intendamus de vniuerſali & particulari,oſtendentes autem hoc: & ea quæ demonſtrare dicitur,& quæ eſt ad impoſſibile dicemus.

158 ¶Videbitur igitur fortaſſis vtique quibuſdam ſic intendentibus,quod particularis eſt potior.ſi enim ſecundum quam magis ſcimus demonſtrationem:potior demonſtratio eſt.hæc enim virtus demonſtrationis,magis autem ſcimus vnumquodque cum ipſum cognoſcimus ſecundum ipſum,quam ſecundum aliud.vt muſicum Coriſcum, quando cognoſcemus quod Coriſcus muſicus eſt.quam quod homo muſicus ſit. Similiter autem & in aliis.ſed vniuerſalis quoniam aliud,non quoniam ipſum fortaſſe demõſtrat: vt quoniam iſoſceles habet tres angulos duobus rectis:non quoniam iſoſceles, ſed quoniam triangulus, ſed particularis quoniam ipſum eſt. ſi igitur potior eſt quæ eſt ſecundum ipſum, huiuſmodi autem eſt particularis, vniuerſalis magis & potior vtique ſecundum partem demonſtratio erit.

159 ¶Amplius ſi vniuerſale quidem non eſt aliquid præter ſingularia, demonſtratio autem opinionem conficit eſſe aliquid hoc de quo demonſtrat:& quandam naturam eſſe hanc in iis quæ ſunt(vt trianguli præter quoſdam.& figuræ præter quaſdam,& numeri præter quoſdam numeros)potior autem eſt quæ eſt de eſſe quam de non eſſe,& propter quam non errabitur quam propter quam errabitur: eſt autem vniuerſalis huiuſmodi procedentes autem demonſtrant vniuerſale quemadmodum de eo quod eſt proportionale vt quod ſit tale:erit proportionale quod neque linea neque numerus neque ſolidum neque planum eſt,ſed pręter hæc aliquid:ſi igitur vniuerſalis magis hęc eſt & de eo quidem quod eſt minus vniuerſalis quam particularis, & facit opinionem falſam,indignior vtique erit vniuerſalis particulari.

160 ¶Et primum quidem nihil magis in vniuerſali quam in particulari alteratio eſt. ſi eñ quod duobus rectis ineſt non eſt ſecundum quod eſt iſoſceles, ſed ſecundum quod triangulus eſt:cognoſcens quoniam iſoſceles habet tres inquantum ipſum eſt. minus cognouit quam cognoſcens quoniam triangulus eſt.& omnino ſi non quidem ſecundũ quod ſit triangulus, & poſtea monſtrat, non vtique demonſtratio. ſi vero ſit cognoſcens vnumquodque ſecundum quod vnumquodque eſt,magis cognouit.ſi igitur triãgulus in plus eſt,& eadem ratio & non ſecundum æquiuocationem triangulus eſt, & ineſt omni triangulo,quod eſt duobus rectis ęquales habens,non vtique eſt ĩtriangulus in quantum iſoſceles ſecundum quod triãgulus huiuſmodi habet tres angulos quare vniuerſaliter ſciens magis cognouit ſecundum quod eſt,quam particulariter. potior eſt ergo vniuerſalis quam particularis.

161 ¶Amplius ſi quidem ſit quædam ratio vna & non æquiuocatio:vniuerſale erit vtique nil minus ſecundum partem quibuſdam,ſed magis eſt quanto incorruptibiliora ſunt, illis quæ vero ſecũdum partem ſunt corruptibilia magis. Amplius nec vna neceſſitas eſt opinari aliquid eſſe hoc pręter hæc, quoniam oſtendunt vnum nihil magis quam in aliis quæcunque non aliquid ſignificant,ſed aut quale aut aliquid aut agere. ſi ergo non demonſtratio cauſa eſt,ſed audiens.

162 ¶Amplius ſi demonſtratio eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus qui ſit cauſæ & ꝓpter qd' vniuerſale magis cauſa:cui enim per ſe ineſt aliquid:hoc idem ipſi cauſa eſt. vniuerſale autem primum.cauſa ergo vniuerſale eſt:quare & demonſtratio dignior eſt. magis enim cauſæ eſt vniuerſale & eius quod propter quid eſt.

163 ¶Amplius vſque ad hoc quærimus propter quid.etenim tunc opinamur ſcire,cũ non ſit ad aliquid aliud quam de hoc aut quod fiat aut quod ſi.finis enĩ & terminus vltimus iam ſic eſt,vt cuius cauſa venit: vt acipiat argentum. hoc aũt eſt quatenus reddat cui debuit.hoc autem:,vt non iniuſte agat.& ſic procedentes cũ nõ ſit amplius propter qd nec alterius cauſa,propter hoc ſicut propter finem dicimus venire,& eſſe & fieri,& tũc eſt ſcire maxĩe propter quid venit.ſi igitur ſe habet ſimiliter & in oĩbus cauſis & quæ ſunt propter quid,in iis autem quæcunque ſic ſunt cauſæ ſicut quæ eſt cuius cauſa ſic ſcimus maxime.& in aliis igitur tunc maxime ſcimus,cum non amplius ſit hoc quoniã aliud eſt.cum igitur cognoſcimus quidem,quod quatuor qui extra ſunt, æquales ſunt quoniam iſoſceles,adhuc deeſt propter quid iſoſceles.quia triangulus, & hoc: quia eſt

figura rectis lineis contenta. si autem hoc non amplius propter quid aliud: tunc maxi me scimus, vniuersale est autem tunc, vniuersalis igitur potior.

¶ Amplius quantocunque vtique magis secundum partes est, in infinita cadi. vniuers le autem in simplex & in finem: sunt autem secundum quod infinita non scibilia, sed secundum quod finita scibilia sunt. secundum vtique quod vniuersalia magis scibilia sunt, quam quae sunt secundum partem demonstrabilia, ergo magis vniuersalia. de ma gis demonstrabilibus autem: magis est demonstratio. simul enim magis ad aliquid sunt, dignior igitur vniuersalis est quoniam quidem & magis demonstratio est. 164


¶ Amplius si magis eligenda est secundum quam hoc & aliud, quam secundum quam hoc solum cognouit: vniuersale autem habens, cognouit particulare: hoc autem, vni uersale non sciuit. quare & sic vtique magis eligenda erit vniuersalis. 165

¶ Amplius autem & sic. vniuersale enim magis scire est eo quod est per medium de monstrare, cum propius sit principio, proxime autem immediatum est. hoc autem est principium. si igitur quae ex principio est ea quae non ex principio. quae magis ex prin cipio ea quae minus est, certior est demonstratio.: est autem huiusmodi vniuersalis ma gis: dignior vtique erit vniuersalis. vt si oporter monstrare a de d, media autem sint in quibus est b c, magis autem sursum sit b quam c. quare si per b magis est vniuersalis. sed eorum quae dicta sunt. quaedam logica sunt. 166

¶ Maxime autem manifestum est quod vniuersalis magis praecipua sit: quoniam pro positionum quidem hanc priorem habentes, scimus quodam modo & posteriorem, & habemus potentia. vt si aliquis cognouerit quod omnis triãgulus habeat tres duobus rectis aequales: sciuit quodam modo & quod isosceles duobus rectis potentia sit, & si non cognouit isoscelem quod triangulus sit. hanc autem habens propositionem, nul lo modo vniuersale cognouit, neque potentia, neque actu. 167

¶ Et vniuersalis quidem intelligibilis est: sed particularis in sensu perficitur, quod igi tur vniuersalis dignior sit particulari, tot nobis dicta sunt. 168

¶ Vicesimi cap. notae.



SI igitur quicquam est, qui huiusmodi quicquam cognoscit quatenus ip sum est. Vt si habere tres alicui competit quatenus ipsum triangulus est: magis cognoscit habere tres alicui competere, quãdo cognoscit ei compe tere quatenus triangulus est, quam si quo alio modo illi competat. imo si alio modo cognoscat, id secundum accidens est. & vt sophistarum mo ris est cognoscere. Et postea monstret aequipedum habere tres, non vt tri angulus, sed quo modo id effici possit: profecto vt sophistae faciunt, vt dato quadrato a c b d, ducunt diagonum a d, factique sunt duo triangu li a b d, & a c d. & quia latus a b & b d aequalia (nam eiusdem quadra ti, latera) & diagonum a d, vt supponunt longius: erit triangulus a b d aequipedus, & pari ra tione a c d aequipedus, & quia triangulus b rectus (nam quadrati angulus) & totus a rectus quẽ diameter a d quae eadem est & diagonos, secat per medium. ergo partialis angulus est, a dimidia tus rectus, & pari ratione d partialis dimidiatus rectus. constat igitur aequipedus a b d ex vno an gulo recto, & duobus dimidiatis rectis, at duo dimidia rectorum, vnum explent rectum, vnique recto aequiualent. quare tres anguli b totus, & duo partiales a d, simul aequantur duobus rectis & de aequipedo c a d similiter monstrant, & quanuis haec ostensio nihil ambiguitatis relinquit, at tamen demonstratio non est, neque scire facit nisi per accidens & sophistarum more. sed tamẽ sim pliciter scimus aequipedum habere tres; cum ea affectio ei conuenire agnoscitur quia triangulus est.






Cui per se aliquid inest hoc ipsum ipsi causa est, vniuersale primum causa est: vt affectio illi insit, vt triangulus habet tres duobus aequos quatenus triangulus non alia ratione. sed aequipe dus habet tres, non sua, sed trianguli ratione. Haec affectio multilaterae rectilineae figurae (quae & & poligonia multiangulaque dicitur) habere omnes exteriores angulos aequales quatuor rectis, monstratur a Campano in ostensione. xxxij. primi Euclidis. quod ex resolutione in triangulos fa cile dinoscitur. Vt pentagoni resoluti in triangulos: in summa anguli exteriores & interiores si mul, decem recti demptis igitur sex interioribus, quod in tres resoluatur trigonos: exteriores si mul relinquũtur quatuor, & ita quaecunque data fuisset poligonia mõ fuisset in triãgulos resoluta. 161 163

¶ PARAPHRASIS CAP. VICESIMI.

Vicesimum cap. Dubitatio vna, quod particularis demonstratio præstabilior. rationes duæ, dilutio, quod demonstratio vniuersalis sit potior, rationes septem. Dubitatio. Cum autem demonstrationem alia quidem sit vniuersalis, alia ꝑticularis, alia affirmatiua, & alia negatiua, dubitari possit, quænam earum præstabilior sit. Simili quoque modo irrepit dubitatio de ea demonstratione; quæ ostensiua iusta, assertoriaque dicitur, & de ea quæ deducit ad impossibile vtra potior, præstabiliorque sit. Et prim͏̄ id disquiramus de vniuersali particularique, subinde de ea demonstratione quæ iusta, rectaque est & demonstrare dicitur, & ea quę ad impossibile est id patefaciemus. Rationes quod particularis demonstratio sit præstabilior. Prima. Videbitur forsitan nonnullis hunc in modum considerantibus, particularis demōstratio potior esse vniuersali. Nā ea demonstratio secundum quam magis scimus; pręstabilior atque potior, id enim demōstrationis virtus, perfectioq; est. aut secundum particularem magis scimus: nam tum vnumquodque magis cognoscimus, cum ipsum per semetipsum cognoscimus, quam cum per aliud, vt magis cognoscimus Coriscum musicū, quando cognouimus ꝙ Coriscus musicus est, quā cognoscentes ꝙ hō musicus sit, & simili modo in cæteris. Vniuersalis aūt ostendit quippiam secundum aliud: non autem vt ipsum est, demonstratio vniuersalis monstrat æquipedum habere tres duobus rectis æquos, non vt æquipedus est, sed vt triangulus. Si igitur potior ea demonstratio est, quæ quippiam secundum seipsum scire facit, & particularis eiusmodi est, particularis sane & magis demonstratio fuerit, & potior q̄ ea quæ vniuersalis est. Secūda. Præterea si vniuersale nō sit quicquam ꝑter res singulas, & demonstratio vniuersalis opinionem efficit esse aliquid tale de quo demonstrat, & quandā esse hmōi vniuersalem naturam in rerum vniuersitate (vt naturam quandā trianguli præter singulos & triangulos, & quandā figuræ præter singulas figuras, & quandam nūeri ꝑter singulos numeros) & ea demonstratio potior est quæ est de iis quę in rerum natura cōperiuntur, q̄ ea q̄ est de iis quæ non sunt, & a natura rerum præscribuntur, & propter quam non inducetur error, ea per quē error deceptioque inducitur, at vniuersalis demonstratio est eorum, quæ natura non admittit, & q̄ decertare facit. nā pergunt demonstrare volentes tale esse vniuersale; q̄admodum de eo ꝙ est cōmutatī ꝓportionabile, scilicet ꝙ tale vniuersale est, quod neq; linea, neq; superficies, neq; corpus, neq; numerus est, sed quippiā præter hæc. si igitur vniuersalis magis hanc subit conditionem atq; de eo quod minus est, vniuersalis demonstratio est quā particularis, magisque opinionem aggignit falsam, minus præstans profecto erit demonstratio vniuersalis, ea q̄ particularis est. Dilutio primæ rationis. Et primū non magis aduersus vniuersalem demonstrationē q̄ particularem, prima ratio militat. Nam si duobus rectis æquos habere non inest, æquipedo vt æquipedus, sed vt triangulus est, is certe qui cognoscit æquipedum habere tres vt ęquipedus est, minus cognoscit q̄ cognoscens ęquipedum habere tres vt triangulus est. Et omnino si nō nouit ęquipedum habere tres vt est triangulus, & postea monstret ęquipedum habere tres non vt triangulus nulla erit demonstratio, si igitur quisquam est qui eiusmodi vnūquodque cognoscit quatenus ipsum est, vt ꝙ tres duobus ęquos habere triangulo competit quatenus triangulus est magis cognoscit. Si igitur triangulus in plus se fundit quam ęquipedus & illi ratio eadem est, & non homonymo ratione triangulus est & omni triāgulo inest habere tres duobus rectis ęquales, non re uera triangulus tres huiusmodi duobus rectis ęquos habet. vt æquipedus, sed æquipedus vt triangulus, tres huiusmodi duobus rectis habet. Quare qui vniuersali demonstratione scit, magis scit vnumquoque vt est, quam demonstratione particulari. pręstātior igitur valentiorq; ac potior, demonstratio vniuersalis, q̄ particularis. Dilutio secundæ. Pręterea si vniuersale rō quędam vna est, & non sola nominis cōmunio, vniuersale proculdubio erit, & nihil minus ipsis singularibus, verum etiā magis, quanto in illis sunt ea q̄ non intereunt, quę vero particularia sunt, magis corruptibilia sunt. Nulla etiam necessitas cōpellit, aliquid esse præter singulas res, qa ostendunt nihil magis in substantiis, q̄ in aliis q̄cunq; non aliquid & substantiā significāt, sed significant aut quale, aut ad aliquid, aut agere. Sed quonā pacto accidentium naturę per se erūt vniuersales; cuiusmodi effingunt? Si ergo id putant non demonstratio in causa est, sed is qui figmento obaudit atque acquiescit. Rōnes quod vniuersalis demonstratio pręstabilior. Prima. Cęterum si demonstratio syllogismus est qui per causam fit, & propter quid vniuersale, sane magis causa, nam cui per se aliquid inest, hoc ipsum ipsi causa est. at illud vniuersale primum est, causa igitur vniuersale est. quare demonstratio vniuersalis; ea quę est particurarıs. potior est, nam magis causa est, & eius quod est propter quid. Secunda. Pręterea ad vniuersale vsque propter quid quęrimus & tunc arbitramur scire cum non sit aliquid aliud quam hoc propter quod aut fit, quippiam aut est. nam finis & vltimus terminus, iam sic est. Vt si pręcontetur cuius gratia quis accessit? idque adhibeatur responsi, vt argentum accipiat. Rursum cuius rei gratia argentum accepturus sit vt reddat quod mutuo accepit. propter quid autem mutuatum reddit? vt nihil iniuste agat, nullumque lacessat iniuria. Sic autem proficiscentes, cum non amplius occurrat propter quid, nec vlterior causa, propter hanc vt finem, metamque, dicimus accessisse, & esse, & quicquam fieri & cum illam causam cognoscimus; tunc maxime scimus propter quid accessit. Si igitur simili



ter res se habet in omnibus causis,& quæ sunt propter quid,& in his quæ sic sunt causæ vt hanc
gratia,cætera sint ac fiant,sic cū has scimus,scimus maxime & in alijs igitur tunc maīe scimus,nō
sit amplius hoc ob id ipsum,quia aliud est .cum igitur cognoscimus quicq̄ externos āgulos qua
tuor rectis æquos habere quia id sit ęquipedus,adhuc superest inquirendum propter quid ęquipe
dus externos illos angulos quatuor rectis æquos habeat,reddiq; potest quia triangulus est .& rur
sum restat quærendū ꝓpter quid triangulus illos,quatuor rectis æquos habeat,reddendumq; est 164
quia figura rectilinea. si autem hoc non vlterius propter aliud quippiam est,tunc id cognoscēdo
maxime scimus,vniuersale aūt tūc est,demōstratio igitur vniuersalis potior. Tertia. Insuper quā
to magis demonstratio particularis , tanto magis ad infinita deuergit,& quo magis vniuersalis,
eo magis simplex,& finem quendam ac terminum.at res vt infinite cōprehendi neque unt sentē- 165
tia,sed vt finitæ sunt,sciri possunt.vt igitur quæpiam sunt vniuersalia , magis sciri queunt q̄ vt
particularia. Vniuersalia igitur magis demonstrabilia at eorum quæ magis demōstrabilia sunt,
magis est & demonstratio.nam magis demonstrabile & magis demōstratio,simul ac mutuo sunt 166
ad aliquid. præstantior igitur vniuersalis demonstratio,quoniam & magis demonstratio. Quar
ta.Si ea demonstratio magis expetenda est,secundum quam quispiam hoc & aliud nouit , quam
secundum quam hoc solum nouit,profecto vniuersalis magis erit expetenda . Nam qui habet
vniuersale nouit & particulare.at ille qui particulare nouit,nō ideo nouit & vniuersale. quare vni
uersalis demonstratio expetibilior,præstabilior igitur atque potior. Quīta Amplius autem hoc
pacto idem ostenditur demonstrationem scilicet vniuersalem esse potiorem. Nam omnino magis
scire possumus,eo quod per medium quis monstret quod principio vicinius ac propinquius est. 167
propinquissimum autem quod est immediatum,estque id principium . si igitur ea demonstratio
constituitur ex principio exactior ea est,quæ non est ex principio,& ea quæ ex magis principio,
illa quæ est ex minus.& talis est ea quę magis est vniuersalis,proculdubio potior est magis vniuer
salis.Vt si oportet monstrare omni d inesse a & media sint e & b,superius autem & vniuersalis
sit b quam c,quare & per b demonstratio magis vniuersalis erit . potior igitur ea demonstratiōe
quæ fit per e.Et harum rationum quæ dictæ sunt,quędam disserendi legem subeūt ,& commu-
nes,logicæque sunt. Sexta. Maxime autem id exploratum est demonstrationem vniuersalem pri
cipaliorem esse quoniam cum propositionum habemus priorem,scimus quodammodo & poste
riorem,atque illam potestate habemus at habendo demonstrationem vniuersalem , habemus &
propositionem priorem,scimus igitur & posteriorem Vt si quispiam cognouerit omnem trian
gulum habere tres angulos duobus rectis æquos , scit quodammodo & ęquipedum habere tres
duobus rectis ęquos,potestate videlicet tametsi nescit æquipedum esse triangulum. At vero qui 168
nouit æquipedum habere tres duobus rectis æquos, nullo pacto ea causa vniuersale nouit,neque
potestate quidem,neque actu . Septima. Demōstratio vniuersalis,intelligibilis est,particulari au
tem sensu absoluitur,pręstantius autem quod intellectu,quam quod sensu completur ,pręstātior
igitur demonstratio vniuersalis,particulari.Quod igitur vniuersalis demonstratio particularum
excellentia,dignitateque pręcellant, tot a nobis dicta sunt .



¶ Quod demonstratio affirmatiua præstantior euadat negatiua. Cap. XXI.

169

QVod autem monstratiua sit dignior priuatiua:hinc manifestum
est. sit enim hæc demonstratio dignior(alijs eisdem existētibus)
aut ex minoribus quæstionibus,aut suppositionibus ,aut pro-
positionibus. si enim notæ sunt similiter . velocius cognoscere
per hæc erit.hoc autem appetibilius est.ratio autem propositio
nis quod melior sit ex minoribus,vniuersaliter est sic.si em̄ con
tingit similiter cognita esse media , priora autem notiora sunt.
sit autem per media demonstratio eorum quæ sunt b c d quod
a in e sit:altera autem demonstratio quod a in d sit per b c,simi
liter igitur se babet hoc quod a in d sit,& quod a in e sit,sed quod a in d sit prius est :&
cognoscibilius,quā quod a in e. per hoc enī illud demonstratur , credibilius aūt est per
quod . ¶Et quę per pauciora demonstratio: potior:alijs eisdem existētibus, vtraque
quidem per terminos tres & propositiones duas monstrant: sed hęc quidē esse aliquid
accipit,illa vero & esse & non esse aliquid: per plura itaque,quare indignior est.
¶Amplius quoniam ostensum est impossibile per vtranque priuatiuarū propositio-
num fieri syllogismum , sed oportere quidem huiusmodi esse vnam , aliam vero quo-
niam est. ¶Amplius præter hoc oportet & hoc accipere. prædicatiuas enim augmē
tata demōstratione necesse est fieri plures:priuatiuas autem impossibile plures vna in
omni syllogismo esse:sit enim in nullo esse a in quibus est b,in c autē oī, sit b, si igitur


opus est rursus augere vtrasque propositiones medium iniiciendum est huius quidem a b sit d, sed b c sit e igitur manifestum est predicatiuum esse. sed d de b quidem predicatiuum a autem de d tanquam priuatiuum ponitur d enim de omni b sed a oportet ĩ nullo d esse. sit ergo vna priuatiua propositio, idem autem modus est et in aliis syllogismis. semper enim medium prędicatorum terminorum prædicatiuum in vtraque est sed priuatiui in altera prædicatiuum necesse est esse. quare hæc vna huiusmodi fit propositio alię vero prædicatiuæ. ❡Si igitur notius est per quod demonstratur. & credibilius, demonstratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam, hæc autem per illam non demonstratur, prior ergo & notior & credibilior cum sit, melior itaque erit.

❡Amplius si principium syllogismi propositio vniuersalis sit immediata, est autem vt in monstratiua prędicatiua, in priuatiua autem negatiua propositio vniuersalis, affirmatiua autem negatiua prior & notior (per affirmatiuam enim negatiua nota) & prior affirmatiua est sicut esse prius est non esse. Quare potior est principium monstratiuæ quam priuatiuæ, dignioribus autem principijs vtitur dignior.

❡Adhuc principalior est. sine enim monstratiua non est priuatiua. Quodquidem prædicatiua. priuatiua dignior sit, manifestum est.

169 Vicesimiprimi cap notæ.


Interimmediata & minima, constat alia si ad alia conferamus esse minora, & minimorum rationem magis participare. vt si affirmatiuæ immediatæ propositiones natura notæ, ad negatiuas immediatas similiter notas conferuntur, affirmationes rationem minimorum magis participare videntur, perinde ac ignis in natura minimi rationem & elementi potius habere videtur quã terra. Similiter sint notæ, id est aut notæ simpliciter & natura, aut notæ quo ad nos. Nam hoc per illud hoc a inesse d. illud a inesse e.



❡PARAPHRASIS CAP. VICESIMIPRIMI.

VIcesimumprimum cap. conclusio vna, approbationes septem. Conclusio. Demonstrationem affirmatiuam, potiorem esse negatiua: hinc dilucere potest. Primo, nam ea demonstratio potior, præstabiliorque sit (modo
169 cætera paria sunto) quæ minoribus postulatis, suppositionibus, propositionibusque constat. at demonstratio affirmatiua eiusmodi est. nam si similiter & in affirmatiua & in negatiua propositiones sint notæ, citius tamen assequenda cognitio est per eas quæ affirmatiua collocantur & hoc quidem expetibilius. Ratio autem quod ea propositio quæ ex minoribus est, præstabilior sit: summatim hoc pacto esse potest. Nam si euenit vt ipsa media similiter nota sint, priora sane notiora sint, at minora priora. Vt si vna demonstratio qua per media b c d, a monstretur inesse e: altera autem demonstratio quod a insit d per f g. similiter igitur se habet a inesse d & a inesse e, sed a inesse d prius cognoscibiliusq; q̃ a iesse e. nam hoc per illud demonstratur, magis autem credibile, per quod aliud monstratur. Atqui illi demonstrationi qua demonstratur a d assimilatur demonstratio affimatiua, & ei qua demonstratur, a e assimilatur negatiua. Demonstratio igitur affirmatiua quæ ex minoribus constat præstabilior est, modo cætera eadem sint ac paria. Secundo. Ea demonstratio potior quæ per pauciora fit. Affirmatiua aũt euadit per pauciora. Vtraq; revera tribus terminis & duabus propositionibus manifesta faciunt: sed plura igitur negatiua coalescit quare impræstantior est. præstabilior igitur affirmatiua demonstratio, quam negatiua. Tertio. Ostensum prius cum vtræque propositiones negatiuæ sint, non fieri syllogismum, sed alteram negatiuam, & alteram affirmatiuam esse oportet, at cum vtræque sint affirmatiuæ fit syllogismus. potior igitur valentiorque ad demonstrationem propositio affirmatiua quàm negatiua. quare demonstratio affirmatiua, potior est quam negatiua. Quarto. Insuper præter id si argumentatione est opus, oportet affirmatiuam sumere, quasi demonstrationi magis accommodatam necessariamque. nam vtraque ex propositione augmentata demonstratione, necesse propositiones affirmatiuas increbrescere, pluresque fieri, negatiuas autem in omni syllogismo prosyllogisamus, coaugmentamusque, plures vna esse impossibile est. Nam sit vt nulli b insit a, & omni c insit b. si igitur denuo vtræque propositiones hæ sint augendæ; medium interponendum est. & eius quod est, nulli b inesse a. medium sit d, eius autem quod est omni c inesse b, medium sit e. Manifestum igitur est e & cum c & cum b, affirmatiuum esse. sed d vt affirmatiuum prædicatur de b. subijcitur autem vt negatiuum ipsi a nam de omni b dicitur d, sed vt de nullo d dicatur a, oportet. fit igitur vna duntaxat negatiua propositio, & affirmationes plures. Et idem modus in cæteris syllogismis qui augmentantur. nam semper medium affirmatiuorum terminorum: in vtraq; propositione affirmatiuum

est. sed negatiuæ propositionis medium. in altera tantum negatiuū esse necesse est quare hæc sola negatiua sit propositio, cæteræ autem affirmatiuæ, vt subter adiecta commonstrat descriptio. lapis animatum animal pipes homo. Quinto. Si notius, credibiliusque est id per quod demonstratur, & negatiua per affirmatiuam demonstratur (monstratur autem vt modo visum est) affirmatiua autem nunquam mōnstratur per negatiuam: proculdubio affirmatiua notior, credibiliorque quam negatiua.



Cum igitur prior, notior, & credibilior affirmatiua propositio sit quā negatiua, igitur & demonstratio affirmatiua præstabilior. Sexto. Præterea si principium demonstrationis ea sit propositio vniuersalis, quæ est immediata, & est hæc immediata propositio in determinatione affirmatiua, propositio vniuersalis affirmatiua, & in ea quæ negatiua est, propositio identidem vniuersalis negatiua, & affirmatiua (vt dictum est) prior & notior negatiua (nam per affirmatiuam negatiua fit nota) & prior etiam affirmatiua est: sicut esse prius non esse. præstabilius igitur principium demonstrationis affirmatiuæ quam negatiuæ, quare cum pręstabilius sit principium affirmatiuæ, & ipsa quoque affirmatiua præstabilior erit negatiua. ea profecto dignior probabiliorque est: quæ præstabilioribus vtitur principiis. Septimo insuper ea demonstratio præstabilior: quæ principatum tenet, & est antiquior, affirmatiua autem primatior antiquiorque nam sine affirmatiua non est negatiua, præstabilior igitur affirmatiua. Quod igitur demonstratio affirmatiua dignitate, excellentiaque pręcellat negatiuam, his rationibus est manifestum.

¶Demonstrationem ostensiuam potiorem esse ea quæ ducit ad incommodum. Cap. XXII.

ET ad impossibile ducere. oportet autem scire quæ differentia sit ipsarum. si igitur a in nullo b, ī c autem omni b, necesse est in nullo c esse a: sic igitur acceptis, ostensiua priuatiua erit demonstratio: quoniam a in c non erit. quæ vero est ad impossibile sic se habet, si opus est demonstrare quod a in b non sit. accipiendū est a esse in b, & b in c: quare accidit a in c esse. hoc autem sit notum & concessum quod ipsum est impossibile esse. non igitur possibile est a in b esse. si ergo b in c concessum est īesse, a in b impossibile est esse. termini igitur similiter ordinantur. Differt autem quo, qualis sit notior priuatiua propositio: vtrum igitur quia a, b non inest. an quia a, c. cum igitur est conclusio notior quoniam non est, quod est impossibile fit demonstratio. cum autem in syllogismo fit: demonstratiua est. 107


¶Natura autem prior est quæ est quod a in b non sit quam a in c non sit. priora enim conclusione sunt, ex quibus est conclusio. est autem quæ est a in c non esse. conclusio: a autem in b ex quibus est conclusio. ¶Non enim si contingit remoueri aliquid, hoc conclusio est, illa autem ex quibus sunt. sed hoc quidem ex quo syllogismus est vtique sic se habet, vt aut sicut totum ad partem, aut vt pars ad totum se habet. sed quæ sunt a c & a b propositiones, non sic se habent adinuicem.

¶Si igitur ex dignioribus & credibilioribus dignior est. sunt autem vtræque ex non esse aliquid, credibiles. sed hæc quidem ex priori, illa vero ex posteriori. potior vtique simpliciter erit ea quę est ad impossibile, priuatiua demonstratio. quare & hac dignior prædicatiua. manifestum est ergo quod & ea quæ est ad impossibile potior est.

Vicesimisecundi cap. notæ

Simili ordine disponuntur. Nam in in vtraque demonstratione medius terminus, medius est, & maius extremum, maius, & minus, minus. Nulli c inesse a: ideo notior est in syllogismo ad impossibile, quod eius oppositum omni c inesse a, in falsitate notius. in ostensiua autem nulli b inesse a, notior. Vnde fit vt demonstratio ostensiua: a principiis ad conclusionē recto, iustoq; ordine procedat. ea autem quæ est ad impossibile: potius a conclusione ad propositionem, quæ aut principium est, aut principii loco euadit. & ex adiecta figura circa paraphrasin id facile intelligitur. Aut vt totum ad partem: vt facto syllogismo omne animal est substantia, & omnis homo est animal: omnis igitur homo substantia, prima ꝓpositio totum est, & secunda vt pars. si contra sumas propositiones: ea quæ primo loco ponetur, habebit partis rationem, & quæ secundo, totius. 171

PARAPHRASIS CAP. VICESIMISECVNDI.



VIcesimumsecundum cap. conclusio vna, approbationes tres. Conclusio. Demonstratio recta quæ & iusta ostēsiuaque: ea quæ ad impossibile deducit pręstabilior est. Et primum quæ differentia harum demonstrationum sit: agnoscere par est. Esto igitur vt nulli b insit a, & omni c insit b, euenit ex necessitate per primam figuram nulli c inesse a & sic propositionibus sumptis efficietur negatiua demonstratio: quæ recta, iusta atque ostensiua dicitur, colligens nulli c inesse a. At vero ea demonstratio quę ad impossibile deducit: se habet hoc pacto. si opus sit demonstrare nulli b inesse a, & sumitur oppositum omni b inesse a, & insuper omni c inesse b, & colligitur omni c inesse a & hoc notum sit & confessum esse impossibile, & confessum etiam omni c inesse b falsum igitur erit oī b inesse a, siquidem conceditur omni c inesse b: fieri nequit vt omni b īsit a quare statuitur propositum. Et hæc demonstratio, ad incommodum & impossibile deducens nuncupatur. Et cōueniunt hę demonstrationes: quod sui termini simili ordine disponuntur. Differunt autē in hoc, vtra propositionum negatiuarum sit notior, vtrum videlicet nulli b inesse a, quæ est prima propositio, an nulli c inesse a quæ est conclusio. Cum igitur conclusio notior est quod nulli c inest a: ea demonstratio sit quæ deducit ad impossibile. at vero cum nulli b inesse a, prima propositio in syllogismo sit notior, ea sit demonstratio quæ recta, ostensiuaque est. Sed nunc ꝙ ostēsiua demōstratio potior sit ostenditur. Primo. Nam natura prior est propositio nulli b inesse a q̄ nulli c inesse a, quandoquidem prioaa natura sunt conclusione, ea ipsa ex quibus emergit conclusio, & nulli c inest a, conclusio est nulli autem b inest a, vna propositionum ex quibus enascitur. Demonstratio igitur ostensiua potior ea est quæ ad impossibile deducit. Secundo. Nam non si contingit aliquid interimi, ideo hoc est cōclusio, & illa ex quibus cōclusio emergit. Sed illa ex quibus emergit conclusio & ex quibus syllogismus procedit, sic se habent adinuicem vt aut totum ad partē aut vt pars ad totum in demonstratione ad impossibile non sic se habent adinuicem omni c inesse a, & omni b inesse a: ex quibus interemptis colligitur ꝙ intenditur. igitur demonstratio ostensiua: ex his procedit ex quibus est conclusio, quæ autem ducit ad impossibile: non potior igitur, præstabiliorque ostensiua, quam ea quæ ducit ad impossibile. Tertia. Si ea demonstratio quæ est ex notioribus & prioribum p̄stabilior est, & harū demonstrationum vtraq; ex eo ꝙ negatiua creditur, pendet, ostensiua tamen ex priori (nam ex huius nulli b inest a fide atque credulitate) & quæ ducit ad impossibile ex posteriori (nam ex credulitate huius, nulli inest a) manifestū est ostēsiuam demonstrationem potiorem ea esse quæ ducit ad impossibile. Pręstabilior igitur demōstratio ostensiua negatiua, ea negatiua quæ ducit ad impossibile, quare affirmatiua ostēsiua quę hac quoque negatiua prior est, longe præstantior est ea, quæ ducit ad impossibile.

¶ Quæ scientia certior, quæ vna, quæ altera, & eiusdem plures esse posse demonstrationes Cap. XXIII.

171 CErtior autem est scientia, scientia & prior. quæ ipsius quia & propter quid eadem est quam non, extra eam quæ est propter quid. Et quæ nō est de subiecto: ea q̄ est de subiecto. vt arithmetica: harmonica. Et quæ est ex minoribus: eam quæ ex appositione. vt arithmetica. geometria. dico autem ex additione. vt vnitas substātia est sine positione. punctū
172 autem substantia posita. hoc autem ex appositione. ¶ Vna autem scientia est: quæ est vnius generis quæcunque ex primis componitur & partes sunt, aut passiones horum quæ sunt per se. ¶ Altera autem scientia est ab altera quaruncunq;
173 principia neque est eisdem, neque ex alteris sunt. Huius autem est signum cum indemonstrabilia veniant. oportet enim in eodem genere esse cum ijs quæ demonstrantur signum autem est & huius. cum demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt & pro-
174 xima. ¶ Plures autem demonstrationes eiusdem possibile esse, non solum ex eodem ordine accipienti non continuum medium, vt eorum quæ sunt ab, e & d & e, sed & ex altero. vt sita transmutari. in quo autem d mouerit, sed lætari sit in quo b, & iterum e quiescere, verum igitur est & d de b & a de d prædicari, lætans enim mouetur, & quod mouetur transmutatur. iterum a de, & e de b, verum prædicari. omnis enim lætās quiescit, & quiescens transmutatur. quare per altera media & non ex eodem ordine syllogismu sest: non tamen est neutrum de neutro dici mediorum: necesse est enim eidem alicuivtraque inesse. intendere autem est per alias figuras: quot modis contingit eiusdem fierisyllogismum.



Vicesimitertii cap. notæ.

173 174 Non eisdem ex rebus sunt; non eisdem sunt monstrandis conclusionibus, & minime circa eadem versantur. Ex eadem ferie media sunt, quorum vnum supra: & alterū infra est. vt corpus sub substātia, & animatū corpus sub corpore, & aīal sub animato corpore. Sed eiusdē feriei nō sunt quæ



hoc modo naturalis subiectionis prædicationisque legem non seruant. Et media continua & cohærentia sumuntur, cũ continue in argumentatione sumuntur, vt b de c, discontinua autem: cũ tribus in argumentationibus seorsum desumuntur. Quietem assequi: in quietem tendere.


PARAPHRASIS CAP. VICESIMITERTII.




Vicesimumtertium cap. exactioris & prioris sciẽtiæ, modi tres quid sciẽtia vna, quid scientia altera, conclusio vna. Tres modi scientiæ exactioris, scientia autem altera scientia exactior priorque est. Primoque ipsamet eadẽque est ipsius, quod est & propter quid: exactior ea est quę est ipsius ꝙ est non etiam propter quid. Secundo ea scientia quę non est de subiecto exactior atque prior illa est quę subiecto, sensibilique materiæ addicta est, vt arithmetica prior, exactiorque musica est. Tertio ea sciẽtia quæ est ex minutioribus simplicioribusque prior est ea quæ ex additione vt arithmetica prior ac præstabilior geometria. Dico autem ex additione hoc pacto. vt vnitas sine appositione subsistit, at punctum cum positione subsistit, & id dico ex adiunctione & appositione. Quid scientia vna. Scientia vna est, quæ est vnius generis earum conclusionum quæ ex primis principiis efficiuntur, & earũ partes aut effectus per se sunt. Quid altera scientia. Altera autem ab altera scientia est, quarum principia non eisdem ex rebus sunt, neque ex vnius principiis alterius principia proficiscũtur. Et an scientia vna an altera sit, signum cum ad principia quæ demonstrari nequeunt peruentum sit. nã oportet principia eodem ex genere eorum quæ demonstrantur, si scientia futura sit vna, & rursum signum huius, cum a quæ demonstrantur per ipsa principia, in eodem genere sint & affinia, cum igitur ita se habuerint & principia & conclusiones quę monstrantur, erit scientia vna. cum vero secus non, sed altera & altera. Conclusio. Eiusdem conclusionis plures demonstrationes afferre possibile est, non solum si ex eadem serie medium non cohærens ac continuum accipiatur. sed ex altera serie. Ex eadem quidem, vt si eorum quæ sunt a b sumantur media nunc c, nunc d, nunc e. Et altera vero vt sit a transmutari, d moueri, & b voluptate affici. & iterum e quietem consequi. Verum enim est d de omni b prædicari, & a de omni b. nã quicquid voluptate afficitur, mouetur, quiquid autem mouetur, transmutatur. quare per primam figuram, quicquid voluptate afficitur, transmutatur. Vbi per medium d monstratum est a de b, & per medium e alterius ordinis monstratur eadem conclusio. Nam verum est a de omni e & e de omni b prędicari Quicquid enim voluptate afficitur, quietem assequitur, quicquid autem quietem assequitur, transmutatur nimirum igitur (vt prius) quicquid voluptate afficitur, transmutatur. Quare fieri potest, vt conclusionis eiusdem plures afferantur demonstrationes, non solum si ex eadem serie media sumantur, sed & si ex altera. Veruntamen non vsq; adeo media illa diuersa erunt, vt neutrũ de altero dicatur, nam vtraque alicui eidem vt b inesse necesse est, quare per tertiam figurã alterum alteri inesse oportet. Et vt in prima figura visum est possumus & per reliquas figuras, quot modis eiusdẽ conclusionis ratiocinatio fieri queat considerare. 171 172 173 174 175












¶ Non esse scientiam fortuitorum neque in sensuum functione. Cap. XXIX.



Sed eius quod est a fortuna non est scientia per demõstrationem. Neque enim sicut necessarium. neque sicut frequenter quod est a fortuna sed extra hoc fit. sed demonstratio alterius horũ. Omnis enim syllogismus aut per necessarias, aut per eas quæ sunt tã quam frequẽter propositiones. & si quidem propositiones necessariæ sunt, & conclusio erit necessaria. si vero sint sicut frequẽter & conclusio huiusmodi. quare si id quod est a fortuna, neque est sicut frequenter neque necessarium, neque vtique erit ipsius demõstratio. ¶ Neque per sensum est scire, si enim est sensus talis huius & nõ huius alicuius. sed sentire hoc aliquid est necesse & vbi & nunc, vniuersale autem quod est in omnibus: impossibile est sentire, neque enim hoc aliquid est neque nunc neque vbi, neque enim vtique esset vniuersale, quod enim semper est & vbique. vniuersale dicimus esse. qm̃ igitur demonstrationes vniuersales sunt, hæc autem non est sentire: manifestum est quod neque scire per sensum est. ¶ Sed manifestum quoniam si esset sentire triangulum quod duobus rectis haberet æquales angulos: quæreremus vtique demõstrationem & non sicut quidam fatentur, sciremus: Sentire enĩ necesse est singulariter scientia autem est in cognoscendo vniuersale. Vnde & si super lunam essemus & videremus obiectam terram non vtique sciremus causam defectus: sentiremus enim quoniam deficeret: sed non propter quid omnino non enim vniuersalis sensus. Sed ex cõsiderare hoc multotiens accidere vniuersale venantes demonstrationem habemus. ex singularibus enim pluribus, vniuersale manifestum est. 176 177





¶ Vniuersale autem honorabile est, quoniam ostendit causam, quare de huiusmodi 178

vniuersalis honorabilior est sensibus & cognitione quorumcunque altera causa est. sed
79 de primis alia ratio est. ¶Manifestum igitur est quod impossibile sit sentiēdo scire ali-
80 quid demonstratorū: nisi aliquis dicat sentire, scientiā habere per demonstrationem.
¶Sunt tamē quædā reducta ad sensus defectum in ꝓpositis. quædam enim si videremus nō vtique quęreremus. Sed nō tāquā scientes in vidēdo: sed tanquam habentes vniuersale ex eo quod videmus. vt si vitrum foratum videremus & lumē pertransiēs, manifestū vtique erit & propter quid illuminat, propter id quod videremus quidem seorsum in vnoquoque. intelligere autem simul est: quoniam in omnibus sic est.

Vicesimiquarti Cap. notæ.

De casu & fortuna, in secundo physicorum. Et vult Aristoteles de ĩs enuntiationibus quæ for-
175 tuitos euentus, & quæcunque casu temereq; eueniunt, designant (vt fodiens agrū, thesaurū repe
riens: quęrens tuū equum reperies debitorem, & similibus) non esse demonstratiuā scientiam. & ideo vaticulis calamitoso hominum generi (q fortunas hominum dicere volunt: quasi de fortuitis euentibus scientiam habentes) fidem aliquam dare stultissimum est. Prima ratio primæ cō-
177 clusionis, a conclusione sumitur & secunda, a propositionibus. Deliquiū, eclypsis. Prima, princi-
178
180 pia. Si quęrat quispiam cur per vitrum illucescit: causa non est, quia rimis hiet, pateatque: sed quia diaphanū, translucidūque sit: sed si de pariete id quæreretur, forte id in causa esset. Et si rursum quęreretur quamobrem si vitrum ex aduerso solis retineatur, accendat: miraculi huius causa non est quia per translucidos meatus commeet lumen: sed refracti luminis ad cathetum, perpendiculumque multiplicatio. Verum hęc alienæ disciplinæ sunt vt catopricę, specularisque disciplinę. & proinde missa fiant hęc impræsentiarum.

¶PARAPHRASIS CAP. VICESIMIQVARTI.

175 Vicesimumquartum Cap. conclusiones duæ, corollaria tria, obiectio. vna dilutio
Prima conclusio. Eius quod a fortuna, temereq; euenit: minime scientia demonstratiua est. Primo, nam id ꝙ temere & a fortuna contingit: neque necessariū est, neque frequenter euenit, sed rarenter admodū fit. demonstratio aūt omnis, alterius horū est: necessarii inquā, aut eius quod frequenter euenit. Eius igitur quod a fortuna euenit minime statuētur demōstratiua scientia. Secundo. Neq; eius ꝙ a fortuna fit scientia demonstratiua esse potest. Nam omnis demonstratiuus syllogismus per ne-
176 cessarias fit propositiones, aut eas quę sunt vt frequenter. atqui si propositiones necessariæ sint: & conclusio erit necessaria, & si propositiones sint vt frequenter, & conclusio quoque vt frequēter erit. Quare si id quod temere fortunaque euenit, neque frequenter neque necessarium est eius sane nulla erit demonstratio, quare neque scientia demonstratiua. Secunda. Neque in perceptione sensus est scientia. Primo. nam si sensus huius singularis est, & non huius alicuius talis, sed quod sentitur tale sit. vt hoc aliquid sit & singulare: & aliquo in loco & nunc, nulla profecto in sensuum functione consistet scientia atque sensus, huius & non huius alicuius talis est. & quod sentitur, hoc aliquid, & in loco, & nunc est. vniuersale autem quod in omnibus est, vt sentiatur impossibile est, quippe quod non hoc aliquid est, neque nunc, neque aliquo in loco, non enī esset vniuersale. nā quod semper est & vbique: id vniuersale esse dicimus. Cum igitur demonstrationes vniuersalium sint, & vniuersalia sentiri nequeant manifestum est in sensus perceptione scientiam non consistere. Secundo. Cæterum & id exploratū esse debet, si fieri posset vt sentiremus triangulum tres angulos duobus rectis æquos habere, nos adhuc vestigare sciscitarique demonstrationem, neque (vt aiunt nonnulli) sciremus. nam singulare sentire necesse est, at scientia in vniuersalis cognitione consistit. Corollarium. Vnde fit vt si in luna collocaremur, & videremus terram lunæ obiectam: non sane sciremus causam deliquii. Nam sentiremus lunam deliquium pati, sed non propter quid omnino nam non ipsius vniuersalis est sensus, Verū tamē ex cōsideratiōe quod hoc frequenti accidat usu, vniuersale cōparātes, demōstrationē tandē nanciscimur, nam ex pluribus singularibus, vniuersale manifestum euadit. Secundum corollarium. Hinc & vniuersalium cognitio, perceptione sensus honorabilior est. Vniuersale nimirum honorabile est, qnquidē causam ostendit, sensus aūt nō ostendit quare talium ea q̄ vniuersalis cognito est, cognitione sensus, honorabilior est. & non mō sensus sed & eorum intellectione, quorumcunque alia causa est. Dico autem quorumcunque alia causa est propter principia. nam de primis alia ratio est.
179
180 Tertium corollarium. Manifestum etiam est fieri non posse. vt sciendo quicquā eorum quæ demonstrabilia sunt, sciamus, nisi dicat quis sentire idem esse, & scientiam per demonstrationem suscipere. quod sane perabsurdū est. Obiectio. Sunt nōnulla in problematis atque ĩs in īquisitionis examē suscipere veniunt q̄ reducuntur ad defectū apprehēsionis sensus. vtpote q̄ non īgreremus si sensus vt visus, apprehēderet, & idcirco ea īgrimus quia sensus nō apprehēdit. Videmus igitur sentiēdo scire nō enī aliquorū deficiēte sēsu, deficeret & nobis sciētia. Dilutio. Tāetsi ita, vt si quędē videremus, nō illa rimaremur, q̄reremusve, id tn̄ nō ideo fit, q videndo sciamus, sed q videndo sępiuscule nāciscimur vniuersale. Vt si videremus vitrū patere rimis & lumē subire manifestū nimirum nobis esset propter quid per vitrum illucescit, ob idipsum quia exploratum haberemus, id seorsum ī vnoquoque fieri. Et intelligere promptū simul est, in vniuersis id hoc pacto euenire


¶ Non omnium syllogismorum eadem principia esse posse. Cap. XXV.

EAdem autem esse principia omnium syllogisorum impossibile est. 181 primum quidem logice speculantibus. hi enim veri sunt syllogismi: alij autem falsi. Et si enim sit verum ex falsi syllogizare: sed semel hoc fit vt si a de e verum. sit medium autem b falsum. neque enim a in b, neque b in c, sed si harum media accipiantur propositionum, falsæ erunt, ex eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris: altera autē sunt vera & falsa. ¶ Postea neque falsa ex eisdem sunt. est enim falsa adinuicem & contraria & impossibilia simul esse. vt iustitiā esse iniustitiam, aut timorem audaciam. aut hominē equum aut bouē, aut æquale, maius & minus. ¶ Ex oppositis autem sic est. neque enim verorum eadem principia omnium sunt. altera enim multorum genere principia sunt & neque conueniunt. vt vanitates punctis non conueniunt. hæ enim non habent positionem: illa autem habent. ¶ Necesse autem est aut in media conuenire, aut in sursum aut deorsum. aut hos interius habere, illos autem exterius terminorum. ¶ Sed neque communium principiorū possunt esse aliqua ex quibus omnia demonstrabuntur, dico autem communia, vt omne affirmare aut negare genera enim eorum quæ sunt: altera sunt. & alia quidem in quantitatibus, alia vero in qualitatibus sunt solum, cum quibus demonstrantur per cōmunia. ¶ Amplius principia nō multo minora sunt cōclusionibus. principia eñ propositiones sunt: propositiones aūt, assumpti termini, aut īmissi termini sunt. ¶ Adhuc conclusiones sunt infinitæ, termini autem finiti. ¶ Amplius principia hæc quidē ex necessitate: illa contingētia. ¶ Sic igitur considerantibus īpossibile est eadē prīcipia esse, aut finita: cum infinitæ sint conclusiones. ¶ Si vero aliter quodammō dicat quis ꝙ hęc quidem geometriæ, illa vero numerorū, illa aūt medicinæ, quid vtique erit aliud ꝙ dicitur nisi quod sunt principia scientiarū diuersa sed eadem dicere derisio est: qm̄ eadē eisdem eadem erunt. oīa nanque sic fiunt eadem. ¶ At vero neque quod ex oībus demōstrare quodlibet: est quærere omnium esse eadem principia. multum eñ inspiciens est. neque eñ in manifestis doctrinis hoc fit, neque in resolutione hoc est possibile: immediate eñ propositiones sunt principia: altera autem conclusio fit accepta propositione immediata. ¶ Si aūt dicat aliquis prima immediatas propositiones eadem esse principia, vna in vnoquoque genere est. ¶ Si vero neque ex oībus vt opus est demonstrari contingit quodlibet, neque sic ex altero tanquam erunt vniuscuiusque scientiæ altera: relinquitur quod proxima sint principia omnium. & ex his quidem, hæc ex illis autem illa manifestum autem & hoc est quoniam non contingit. mōstratum est enim quod altera principia genere sunt differentium genere. principia enim duplicia sunt, ex quibus & circa quod ex quibus quidem igitur, communia sunt. quæ autē sunt circa quod, propria sunt vt numerus magnitudo.

Vicesimiquinti cap. notæ.

Ex falsis, vna vel pluribus. In sursum, in secunda figura, in deorsum, in tertia, aut interius & exterius, in sursum & deorsum in prima figura. Hos minores terminos, illos maiores. Nam in prīa figura maior terminus supra, & minor infra. Adiungitur terminus prædicando solum, aut subiiciendo solum, vt in secunda & tertia figura. inseritur alteratim subiiciendo, prædicādoque, vt in prima. Necessaria principia sunt syllogismorum scientiæ, contingentia vero syllogismorum opinionis. Principia ex quibus suppositiones & proloquia. Principia circa quod, sunt subiecta scientiarum genera, & existimo Aristotelem circa quod potius quam circa quæ dixisse. quod vniuscuiusque disciplinæ vnum duntaxat tale, ac totum habeatur. vt Arithmetice habet numerum, & geometria magnitudinem.

¶ PARAPHRASIS CAP. VICESIMIQVINTI.



VIcesimumquintum cap. conclusio, vna, rationes tredeci. Conclusio. Easdem omnium syllogismorum principia esse, īpossibile est. Et id primum disserendi modo contēplandū est. Nā syllogismorū hi veri sunt, illi vero falsi, at qui verorū & falsorum eadē esse principia, impossibile est. Nam tametsi ex falsis fieri possit vt verum colligatur, id tamen mediis vtrinque sumptis semel fit. Vt si a de c verum sit, sitque oē c, a & b, medium vtrique

nulli b inest a & nulli c inest b. Verum si harum propositionum media sumantur:non iam verũ ex falsis;sed ex falsis falsum colligetur:ob idipsum quo omnis conclusio falsa ex falsis p.conclusio autem vera etiam ex veris. At altera,diuersaque principia vera,& principia falsa,non eadem igitur omnium syllogismorum principia. Secundo. Denique neque falsa ipsa ex eisdem coalescunt sed hęc quidem ex contrarijs:vt iustitiam esse iniustitiam & timorem esse fiduciam. hæc autem ex impossibilibus simul compingi:vt hominẽ esse equum aut bouem:aut æquale maius esse aut minus quare & illa ex quibus colligentur:similiter se habebunt:vt nanque ex ijsdem coalescunt eademque sint. Tertio ex ijs etiam quæ ponuntur:veraque sunt,similiter enenit,nam neque verorum oĩm principia eadem sunt. Complurium enim principia genere discrepantia sunt & neq; consentiunt vt neque vnitates consenriunt punctis.non hæ quidem positionem non habẽt:puncta autem habent. non igitur omnium syllogismorum etiam verorum:eadem principia:erunt. Quarto. Quæ habitura sunt eadem principia:necesse est in media conuenire,aut supra aut infra aut hos terminos infra:illos autem supra medium habere.atqui impossibile est omnia hũc in modum:ad eadem media se habere.non igitur oĩm eadẽ sunt pricipia. Quinto. Quia dixerit forte q̃s piã oĩm eadem esse cõmunia principia. Verum neque cõmuniũ principiorũ esse queant aliqua ex quibus cũcta mõstrentur(dico aũt cõmunia:vt quodq; affirmare aut negare verum esse)nam gñra eorũ quæ in demõstrationẽ cadũt:diuersa sunt:& hæc quidẽ solis quãtitatibus:illa vero solis qualitatibus cõpetũt:cũ quibus nihilosecius p communia demonstrationes efficiuntur.non oĩbus igitur sufficient cõmunia principia. Sexto. Principia insuper:nõ paulo pauciora sunt cõclusionibus. nã principia sunt propositiones aũt sunt:cũ adiungitur inseriturve terminus. Nõ oĩm igitur eadẽ principia. Septimo cõclusiones in immesũ euadere possunt: terminis quidẽ existentibus finitis;quare & in immensum variari possũt principia. Nõ igitur omniũ eadem. Octauo. Amplius principiorum hęc quidem necessaria:illa vero cõtingentia. Non igitur syllogismorum oĩm eadem principia. Nono qui ita cõsiderauerint;impossibile occurrit eadem esse pricipia:aut oportet esse finita;cum cõclusiones euadãt intermine. Sed quomodo interminatarũ:innumerarũque cõclusionũ finita erunt principia. Decimo. Si vero alio quodam mõ dicat quis omnium eadẽ esse pricipia:vt q̃m hæc quidẽ principia geometriæ sunt:hæc arithmeticæ:illa medicinæ quid nam aliud huiusmodi sermone dicitur quam principia scientiarum esse diuersa, Sed forte dixerint omnium eadem esse principia,quod principia sibiipsis eadem sint.verum enimuero astruere eadem omniũ esse principia:q̃m ipsa sibiipsis eadem erunt,deridicula captio est,omnia nanq; sic eadem euadunt. Vndecimo. Neque quærere ex omnibus quodque monstrari id quærere est omniũ eadem esse principia. Nam id valde insanum est quandoquidem neque manifestis in doctrinis fit vt ex omnibus omnia monstrentur:neque in resolutione id fieri potest.nam propositiones immediatæ & quæ medio vacant:principia sunt & propositione immediata sumpta alia sit conclusio Duodecimo. Si quispiam dicat propositiones immediatas omnium eadem esse principia,id nosse debuit vnã in vnoquoque genere esse.diuersæ igitur essent & nõ eædem. Decimotertio. Si neque ex omnibus opus est mõstrari quodlibet,neque sic ex alieno principio vt cuiusque scientiæ alia sint principia:restat sane si omnium eadem erunt principia vt omnium scientiarum principia sint affinita & genere proxima:& ex his quidẽ hæc, & ex illis illa monstrari .at manifestũ est & hoc esse non posse. Nã mõstratũ est q̃m differentiũ genere,& principia differentia sunt genere q̃nquidem principia duplicia sunt,videlicet principia ex quibus demonstrationes coalescunt & circa quod quæque disciplina versatur. Esto igitur vt principia ex quibus cõmunia sint ea tamen circa quod,propria sunt:& genere dissidentia,vt numerus & magnitudo.

¶ Quod scientia & scibile:ab opinatione & opinabili discrepent. Cap. XXVI

182 SCibile autem & scientia differunt ab opinabili & opinione:quoniã
scientia vniuersalis & pernecessaria est necessarium autem non con-
tingit aliter se habere.sunt autem quædam vera quæ contingit aliter
se habere.manifestum est igitur quod circa hæc , scientia non est.es-
183 sent enim vtique impossibilia aliter se habere.at vero neque intelle-
ctus,dico enim itellectum principium esse scientiæ.neque scientia in
demonstrabilis.hæc autem est acceptio immediata proprositionis:verus enim est intel
lectus & scientia & opinio,& quod per hæc dicitur. Quare relinquitur opinionem esse
184 circa verum quidem aut falsum:contingens aũt est & aliter se habere. ¶ Hoc aũt est ac
cepto immediatæ propositionis,& nõ necessariæ. ¶ Certũ aũt est sic apparentibus. opi
nio enim incertum est:& natura huiusmodi est. ¶ Adhuc autem nullus arbitratur opi
nari cũ opinetur impossibile aliter se habere:sed scire.sed quando esse quidem sic,sed
tamen aliter .nihil prohibet,& tunc opinari tanquam huiusmodi quidem opinionem
esse, necessariam autem scientiam, Quomodo est igitur non idem opinari & scire? &
quare non erit opinio scientia,si quis posuerit omne quod scit contingere opinari? con

ſequetur enim hic quidē ſciens,ille vero opinans per media quouſque ad immediata ve
niat.quare ſi ille quidem ſciuit & opinans ſciuit . ſicut enim & quia opinari , & propter
quid,hoc autem medium eſt. ¶An ſi quis ſic arbitrabitur non contingēria aliter ſe ha- 125
bere,ſicut ſe habent diffinitiones per quas ſunt demonſtrationes , non opinabitur ſed
ſciet:ſi autem vera quidem eſſe,non tñ hæc ipſis ineſſe ſucundū ſubſtantiam & ſecun-
dum ſpeciē opinabitur:& non ſciet vere . & quia & propter quid ſiquidem per imme- 126
diata opinabitur.ſivero non per immediata opinabitur,ſolum ipſum quia opinabitur.
¶Eiuſdem aūt opinio & ſcientia non penitus eſt, ſed ſicutvera & falſa eiuſdem quodā
modo eſt, ſic & ſcientia & opinio eiuſdem . & opinionem enimveram & falſam (ſicut
dicunt quidam)eiuſdem eſſe,inconuenientia accidunt,appetere aliaque,& non opinari 127
quæ opinantur falſe. ¶Qm̄ autem.idem multipliciter dicitur , eſt aūt ſicut contingit,
eſt aūt vt non.cōmenſuratam eīn diametrum eſſe vere.opinari inconueniens eſt: ſed ꝙ
diameter(circa quam ſunt opiniones)idem,ſic eiuſdem eſt, ſed quod quid erat eſſe vni
cuique ſecundum rationem non eſt idem. ſimiliter autem & ſcientia & opinio eiuſdē
eſt.hæc enim ſic animalis eſt,quod non eſt contingere non eſſe animal , ſed illa quidem
quæ eſt contingere.vt ſi hæc quidem quod hominis quidem eſt, illa vero hominis qui-
dē,non aūt quod quidem hominis eſt.idem enim eſt,quia homo . hoc autem ſicut non 102
idem . ¶Manifeſtum autem ex his quod eſt neque opinari ſimul idem & ſcire contin-
git,ſimul enim haberet vtique opionem aliter habendi,& non aliter idem . quod quidē
non non contingit.in alio enim vnumquodque eſſe contingit eiuſdem, ſicut dictū eſt.
ſed in eodem nihil ſi poteſt eſſe.haberet enim opinionem ſimul vt quod homo eſſet ſe
cundum quod animal,hoc enim fuerit non contingere eſſe non animal, & non ſecun-
dum quod eſt animal,hoc enim ſicut cōtingere. Reliqua autem quomodo oportet di-
ſtribuere in rationem & intellectum,& ſcientiam,& artem,& prudentiam,& ſapientiā,
hæc quidem phyſicæ eſt,illa vero ethicæ ſpeculationis magis .

Vicesimiſexti cap.notæ.

Tametſi omnis exiſtimatio non neceſſariæ propoſitionis quæ vacat medio,opinio ſit,non tamē
remeat conuertiturve.ſed hæc ſecunda concluſio:de opinione ſimplici intelligenda eſt. Nam eſt cō 125
poſita opinio.quæ per medium aggignitur.Quæ per ſe inſunt:ſecundum ſubſtantiam atque for
mam inſunt.nam ſecundum diffinitionem quæ ſubſtantia,& foma dicitur.:Eſſet omnino eiuſdē
opinio vera & falſa. ſimiliter opinio & ſcientia:ſi ſimul ab eodem & ſecundum idem . hæc habe 127 126
rentur.Quodam modo eſt,a diuerſis ſcilicet ſimul aut ab eodem in diuerſis tpībus . Verum erit
cōiter opinio:cum infirmus, inconſtanſque fuerit aſſenſus cuiuſcunq꜄ ꝓpoſitionisid fuerit,ſiue va
cet medio ſiue non ſiue neceſſaria fuerit,ſiue non,nā ſumitur vt nō neceſſaria ſed vt poſſibilis ali
ter ſe habere.Homo eīn putat opinari ſe q̄ credit aliter eſſe non poſſe q̄ ſunt (vt inquit Hermola
us)ſed ſcire opinatur,adiecit inſuper.Si credunt aliter eſſe propoſitiones non poſſe q̄ ſunt nō opi
nio,ſed ſcientia hæc dicetur,ſin vero neceſſaria quidem credunt,ſed quæ neceſſaria eſſe nō putēt, 103
hæc opinio non ſcientia fuerit.Quædā naturali intellectus & ſcientia,naturali philoſophiæ ſunt
accommodatiora,ſapientia metaphyſicæ prudencia & ars ethicæ.

¶PARAPHRASIS CAP. VICESIMISEXTI.

VIceſimum cap̄.condu tres quæſtio vna,dilutio,corollarium vnum.Prima conclu- 110
ſio.Scibile & ſcieentia ab opinabili & opinione diuerſa ſunt Nam ſciētia ipſius vni
uerſalis eſt.& perneceſſarias cōparatur propoſitiōes neceſſarium aūt aliter ſe habe
re non poteſt at ſunt quædā vera q̄ & cōtingit aliter ſe habere exploratū igitur eſt
circa huiuſmodi non eſſe,ſcientiam.nā ſi circa eſſet ſcientia impoſſibile eſſet illa ali-
ter ſe habere,quæ tamen dicta ſunt aliter ſeſe habere poſſe. At vero ne ꝙ intellectus,circa ea vera
quæ aliter ſeſe habere poſſunt,verſatur(nam dico intellectum,principium eſſe ſcientiæ)neque ſci
entia quæ propoſitionis eſt indemonſtrabilis , quæ quidē eſt exiſtimatio immediatæ propoſitio
nis atqui verus eſt intellectus,vera ſcientia,& vera opinio & id circa quod hæc verſantur . quare
reliquū eſt.vt opinio ſi circa verum,quod aliter ſeſe habere contingit . quare circa verum aut fal
ſum.poteſt aūt aliter ſeſe habere. Secunda.Opinio eſt exiſtimatio non neceſſariæ propoſitionis 43
quæ vacat medio.Conſentaneum aūt eſt hoc & ījs quæ apparent. Nam opinio inconſtans , incer
taq; eſt,& ea natura de qua opinio eſt incerta,non igitur neceſſarium id eſt,& ſuæ cognitionis ha
bens mediū.Secundo.Nullus inſuper quicquam tum opinari arbitratur, cum opinetur illud im
poſſibile eſſe aliter ſe habere,ſed ſe ſcire arbitratur. Verum quando eſſe quidem ſic poſſe tamen
eſſe aliter exiſtimat,nihil prohibet tunc ipſum opinari, quaſi illius quod eiuſmodi eſt opinio ſit,
neceſſarij autem ſit ſcientia. Quæſtio . Quomodo igitur non idem eſt opinari & ſcire ? & cur
nouerit opinio ſcientia , ſi quiſpiam admiſerit omne ꝙ ſcit contingere opinari:vt ſi vnus ſcit,&

id omne alter opinetur. Nam proficiscetur tum is qui scit, tū is qui opinatur ꝑ media quoadusque ad immediata veniat. quare si ille scit, & qui opinatur scit. nā sicut quid est, ita erit & propter quid, opinari aūt (propter quid inquā) mediū est. Dilutio An si quis sic arbitrabitur ea quæ non contingunt aliter se habere perinde se habere atque se habent diffinitiones, ex quibus demōstrationes coalescunt, non opinabitur sed sciet: sane, Si autem vera esse existimabit. nō tamē sibi inesse secūdum substantiam scilicet atque formam: is opinabitur. & nō verē sciet, & quid est, & ꝓpter quid opinabitur. Propter quid quidem opinabitur: si per immediata opinabitur. si vero nō opinabitur per immediata, ipsum solum quid est opinabitur. Secunda conclusio. Fieri nō potest vt omnino eiusdem opinio, scientiaq; sit. Nā vt opinio & vera & falsa eiusdē quodā modo est, ita scientia & opinio eiusdē fuerit. atqui nō omnino eiusdem est opinio vera & falsa. nā opinionē veram & falsam (vt aiunt quidā) eiusdē esse expetere concomitantur absurda alia. & non opinaria aiunt, quæ falso opinantur. non igitur omnino eiusdē fuerit opinio & scientia. Tertia conclusio. Quoniam idem multipliciter dicitur, fieri potest vt aliquo modo eiusdē sit opinio vera, & falsa, aliquo autem modo non sit. nā opinari vere diametrum commensurabilem esse, absonū est: & incōmensurabilem esse, verum quod diametrus eadem res est, circa quam sunt opiniones, sic eiusdem est opinio vera falsaque: verum alia ratione eiusdem dicitur esse opinio vera, & alia ratione opinio falsa, estq; vnicuique eorum ratio substantiæ diuersa. Similiter autem eiusdem & scientia & opinio est. nam scientia erit de animali quod non potest nō esse animal; & opinio ꝙ potest nō esse aīal. vt sciā de hoīe ꝙ per se de hoīe dicitur aīal, opinio vero ꝙ aīal dicitur de hoīe sed nō per se de hoīe, eiusdē quidē sciētia & opinio. nā idē hō circa quā versentur, hoc aūt modo (rōne

169 scilicet) nō idem, si quidē aliud ratione est qua eius scientia est, & aliud qua eius est opinio. Corollariū. Ex his dilucidū euadit, fieri non posse vt quisquā idē simul opinetur & sciat. Nā simul arbitraretur idem aliter se habere posse, & se aliter habere nō posse, quod quidē fieri nō pōt. Nō igitur contingit quēpiam idem simul opinari & scire, quēpiam dico. Nā fieri potest vt in alio & in alio eiusdē sit scientia & opinio eo quo dictum est modo. sed in eodē nihil hoc pacto fieri potest nā: idē simul existimationem haberet ꝙ homo secūdū ꝙ homo & per se esset aīal. hoc aūt est non posse hominem non esse animal. & quod homo non per se esset animal: quod fieri nequit. nā hoc erit hominem posse non esse animal. Et de opinione hactenus. Reliqui vero habitus qui solum verorum sunt, quonam pacto distribuendi, diducendique sunt in mentem ac intellectum, in scientiam, artem prudentiam, & sapientiam, missum impræsentiarum faciamus, cum horum quędā


169 naturali, quædam morali accommodata contemplationi sunt potius.

¶De solertia. Cap. XXVII.

Solertia autem est subtilitas quædam in non perspecto tēpore medij, Vt si aliquis videns quod luna splendorē semper habet ad solē, statim intellexit ꝓpter quid hoc sit, quia propter id quod illustratur a sole. aut disputantē cum diuite cognouit quoniam commodatum est. aut propter id quod amici sunt, quia inimici eiusdem sunt, omnes enim causas medias videns, cognouit & vltima splendidū esse ad solē sit. in quo a: lucere a sole: b, luna, c, inest igitur lunę quid c ipsi c, b, quod quidem est lucere a sole: ipsi autem b, a: quod est ad hoc esse splendidū, a quo splendet. quare & ipsi c, inest a per b.

Vicesimiseptimi Cap. notæ.

Extrema continet conclusio: medias autem causas ipsæ continent propositiones. Nam medium conclusionem non subit. Et pauperem diuiti dissertantem. sic Græce Aristoteles ἢ διαλεγόμενον πλουσίῳ, ἔγνω διότι δανείζεται. Pro quo Argyropilus. aut si viso paupere diuitem adeunte, hoc illum propterea facere, quod muto argentum accipit, intellexerit. id tamen litera designat aut disputantem cum diuite, agnouit propter id quod mutatur. δανείζομαι enim mutuor significat. mutuor autem mutuum accipere.



PARAPHRASIS CAP. VICESIMISEPTIMI.

Vicesimumseptimum cap. diffinitio solertię & declaratio Diffinitio Solertia est perspicacitas quædam, bona q; medii cōiectatio in tēpore haud præmeditato. Vt si quis vidē s lunam, semꝑ eā partē quæ solē versus deuergit lucidā habere, & statim intellexerit ꝓpterea idipsum esse quia luna splēdorē mutuat a sole, hæc coniectatio solertia est. Aut si uidēs quēpiam diuiti dessertātē, cognouerit ꝓpterea id esse ꝗa mutuū accipit, id etiā solertia est. Aut si uidens duos factos amicos, & subinde intellexerit propterea idipsum esse quia facti sunt eiusdem inimici, hæc insuper coniectatio, solertis est. Nā qui omnes causas medias vidit, & extrema quoque cognouit. causæ autem mediæ splendorem mutuare a sole, mutuum accipere, inimicos eiusdem esse. Esto igitur a eam partem quæ ad solem vergit illustratam habere. b autem splendorem mutuare a sole. & c luna. b igitur (quod quidem esse splendorem mutuare a sole) inest c, ipsi inquam lunæ. & ipsi b inest a: quod quidem est eam partem quæ ad solem vergit prospectatque, illustratam habere. quare per primam figuram & a inest c per b. Erat igitur splendorē mutuare, præca-

rioque a solerecipere, medium, & hæc medii coniectatio atque solertia. Et de solertia hactenus.

PARAPHRASEOS PRIMI POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS FINIS.

¶SECVNDI POSTERIORVM ARISTOTELIS

¶QVOT QVAERI SOLENT IN DISCIPLINIS. Cap.I.

QVæstiones æquales, sunt numero ijs quæcunque vere scimus.
Quærimus autem quatuor: quia, propter quid si est, & quid est. 1
Cum enim vtrum hoc insit, aut hoc quærimus: in numerum po
nentes. vt vtrum sol deficiat aut non: ipsum quia quærimus.
Signum autem huius. inuenientes enim quia deficit pausamus
& si in principio sciremus quia deficeret, non quæreremus vtrũ
Cum autem sciamus ipsum quia, ipsum ꝓpter quid quærimus.
vt scientes quia deficit sol, & quia mouetur terra. & propter ꝗd
deficit, & propter quid terra mouetur, quærimus hæc quidem
sic. Quædam autem alio modo quærimus vt si est aut non est centaurus. aut deus. hoc
autem si est aut non, simpliciter dico: sed non si albus est aut non. Cognoscẽtes autem
quoniam est: quid est quærimus vt quid igitur est deus. aut quid est homo. Quæqui-
dem igitur quærimus, & quæ inuenientes scimus, hęc & tot sunt.

Primi cap. secundi posteriorum notæ.

Ea quæ quæruntur de ijs intelligendum, quæ in scientijs quæruntur. His ipsis quæ & non sci-
mus. scimus extendimus ad principiorum & conclusionum agnitiones. Nam si est, & quid est ple 1
runque ad principia pertinent.

PARAPHRASIS CAP. PRIMI.

PRimum cap. conclusio vna. Conclusio. Ea quæ quęruntur ęqua sunt
numero ijs, quæcunque profecto scimus. Quę autem quęrimus qua-
tuor sunt, quid est. propter quid est, si est & quid est. nam cum de quo
piam quærimus vtrum hoc sit an hoc, ad numerum adiicientes, com- 1
plectentesque plura (vt vtrum sol deliquium patiatur, an secus) tunc
quid est quęrimus. Indicium autem huius est. nam comperientes qđ
deliquium patitur, desistimus, & si a principio exploratum habemus
quod patitur deliquium, haudquaquam sciscitamur vtrum deliquiũ
patitur sol. At vero cum scimus quod est, sciscitamur propter quid
est. vt scientes quod sol delinquit, aut quod terra succurritur, tremis-
citque, sciscitamur propter quid sol delinquit & propter quid succurritur terra? Et hęc quidem se
habent hoc pacto. Quędam autem alio quęrimus modo: non plura scilicet in quęstione complectẽ
tes. vt si est centaurus aut non est? si est deus? Hoc autem inquam si est aut non est, simpliciter &
non plura cõplectens dico, & nõ perinde ac si percontaret si centaurus albus est aut nõ est albus?
At vero cum cognoscimus si quippiam est, sciscitamur quid est. vtcũ cognoscimus si est deus aut
si est homo, quęrimus quid igitur deus est? quid homo est? hęc igitur quatuor sunt quę quęrimus
et totidem sunt, quæ inuenta scimus. nimirum igitur ea quę quæruntur, ęqua profecto sunt nu-
mero, his ipsis quæ et nos scimus.

¶Omnem quęstionem medij esse. Cap.II.

QVærimus autem cum quærimus quia est, aut si est simpliciter, vtrum sit
medium ipsius aut non. cum autem cognoscentes aut quia est aut si est, 2
aut in parte aut simpliciter, iterum propter quid quęrimus aut quid est:
& tunc quærimus quid sit medium. Dico autem quia est aut si est. aut
in parte aut simpliciter: in parte quidem: vt vtrum deficit luna aut auge
tur, si eñ est aliquid aut non est aliquid in hmõi quærimus, simpliciter aũt, si est aut nõ
est luna aut nox. Contingit itaq; in oĩbus q̃stionibus quærere: aut si est mediũ, aut ꝗd
est mediũ. ¶Causa eñ est mediũ. in oĩbus aũt hęc quęritur, vt vtrum deficit luna, vtrũ
est aliqua causa aut non, post hęc scientes quia est aliqua, quid igitur hęc sit, quærimus.
Causa enim ipsius esse non hoc, aut hoc, sed simpliciter substantiam aut non simplici-
ter, sed aliquid eorum quę sunt per se, aut secundum accidens, medium est. Dico autem
simpliciter quidem subiectum, vt lunam, aut terram, aut solem, aut triangulum.

quid autem esse defectum, æqualitatem aut inæqualitatem, si in medio sit aut non. In omnibus enim his manifestum est quod idem sit quod quid est, & propter quid est. Vt quid est defectus? priuatio lumis a luna a terræ obiectu. propter quid est defectus, aut propter quid deficit luna? propter defectum luminis obiecta terra. Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto & graui? & propter quid consonat acutũ graui propter id quod rationẽ habet numerorum & graue & acutum. vtrum est cõsonare acutum & graue? vtrum sit in numeris ratio eorum? accipientes autem quid est: quid igitur est ratio quærimus: Quod autem sit medij quæstio, ostenditur quandocunque medium est sensibile, quęrimus enim non sentientes. vt defectu si est, si vero essemus super lunam non vtique quæreremus neque si fit neque propter quid fit, sed simul manifestum vtique esset vtrunque, ex eo enim quod sentimus, & vniuersale factum est nobis notum, sensus enim quod nunc obijcitur, & manifestum est quod nũc deficit: ex his autem vniuersale vtique factum est. sicut igitur diximus quod quid est scire idem est, & propter quid est. hoc autem aut est simpliciter & non eorum quæ insunt aliquid est, aut quæ insunt vt quoniam duo recti sunt, aut quoniam maius aut minus est. Quod igitur omnia quæ quæruntur medij quæstio sint manifestum est.

Secundi cap. notæ.

Quæstio scibilis. Quæstio ꝙ est, & etiam propter quid est cõplectitur prædicatũ ꝙ quærit de subiecto. quæstio vero si est & quid est solum subiectũ tenent. quare superiores adiiciunt ad numerũ, duæ vero posteriores non. & quæstio ꝓpter qd sequitur quæstionẽ, quod est & quæstio quid est sequitur quęstionem si est. seq; mutuo respiciunt quęstio qd' est & ꝓpter quid est. & quęstio si est & quid est. De luna & sole prędicatum deliquiũ quęritur; vt verũ luna delinquat? & æqualitas & inæqualitas de triangulo, vt vtrum triangulũ cuipiã alteri æquale sit, an inæquale? & de terra, an in medio sit necne? Quonã pacto concentus, cõsonantiæque musicæ consistant in rõne nũerorũ, phthongorũ, sonorumq; inter se acutorum & grauiũ (vt diatessarõ in epitrito, diapente in hemiolo, & diapason in diapasio, hoc est sesquitertia, sesquialtera & ratione dupla) musica consulẽda est.

PARAPHRASIS CAP. SECVNDI.

2 SEcundum cap. conclusio vna. rationes tres. Conclusio. Omnis quæstio, medij quæstio est. Nam cum quęrimus quod est, aut si est simpliciter & non plura complectentes: quærimus sane vtrum eius quod quæritur medium aliquod sit, quod id mõstrari possit. Cõperto aũt quod est, aut si est seu partibiliter cõplectentesq;, seu simpliciter & non complectentes: rursum propter quid, aut quid est quærimus. & tunc quoque quęrimus quidnam id sit medium. Dico autem quod est, aut si est aut partibiliter aut simpliciter. partibiliter quidem, vt si sciscitamur vtrum luna deliquium patiatur vtrum luna concrescit? nam in huiusce quęstionibus quęrimus si quippiam est aliquid aut si ipsum non est aliquid. Simpliciter autem dico, vt si sciscitamur vtrum luna est, aut vtrum nox est? In omnibus igitur euenit quæstionibus quęrere aut si est medium, aut quid ipsum est medium. Omnis igitur quæstio: medij quęstio est. Secundo. Nam causa medium est, in omnibus autem quæstionibus causa sciscitatur. vt cum quęritur vtrum delinquit luna? sciscitari profecto intendimus sitne huius aliqua causa an non sit, postea vero cognoscentes aliquam causam esse. quę igitur ea sit quęrimus, oĩs igitur quęstio medij est. nam causa tum eius ꝙ est quippiam esse, non hoc quidẽ aut illud sed simpliciter vt subsistat: tum eius quod est quippiã esse non simpliciter: sed esse aliquid eorũ quę per se aut secundum accidens insunt: mediũ est dico aũt ipsum subiectum simpliciter esse, vt lunam aut solẽ, triangulumve aut terram. Non simpliciter aũt sed aliquid esse pręd icatũ, vt deliquium, ęqualitatem, inęqualitatem, an in medio sit an non. in his omnibus causa petitur, nam manifestũ est in his vniuersis idem esse quid est, & propter quid. petitur autem quid est causa igitur vt quid est deliquium lunę hoc ipsum est subtractio luminis a luna, ob terrę interuentum, & idem propter quid est. vt propter quid est deliquium, siue propter quid delinquit luna? accommode sane respondeamus, propter subtractionem luminis a luna. interueniente interceptaque terra. Similiter si quæritur quid est concentus? ratio sane numerorum in voce acuta atque graui & idem quid est causa est. & propter qui quæpiam concinunt? vt propter quid vox acuta graui concinit? propter id certe quod vox grauis & acuta numerorum rationẽ habent. Et cum quęritur vtrum cõcinunt soni vt acutus grauisque? vtrum ĩ numeris sit acuti grauisque ratio? cum accipimus quod ita est, quærimus quid igitur est acuti grauisque in numeris ratio? & hoc sane ideo est, quia quid est, causa est manifestum est igitur omnem quæstionem medij quęstionem esse. Tertio. Verum quæstionem medii esse manifesto deprehenditur iudicio, quandocunque medium sensu perceptibile est. nam tum sciscitamur, cum non sentimus. vt de deliquio lunæ quærimus si est, cum medium ipsum ad trihiculo sensuum non attingimus. si vero in luna consisteremus, & videremus terram solique &

lunæ e directo interceptam,nequaquam profecto quæreremus, neque si est deliquium lunæ neq; propter quid est,sed simul proculdubio vtrunque nobis innotesceret.non quod in sensu locanda sit scientia;verum in vniuersalis cognitione.nam eo ipso quod sentimus ;factum est.vt vniuersale sciamus.sensus quidem singularis est,nam sensus est quod nunc intercipitur terra, & sensu manifestum est quod nunc deliquium patitur luna,atque ex hoc ipsum vniuersale emersit,aggenitã que est.vt igitur dicebamus;idem est scire quid est & propter quid est.& quæstio revera quid est simplex est,non eorum quæ substantia insunt.aut quæ insunt non substantia sed vt ęquum duobus rectis habere,triangulo:aut quoniam triangulum maius est,aut minus. Verũ id iam perquã perspicuum euasit,omnia quæ quæruntur,quæstionem medii esse.

¶Disceptatio quod demonstratio & diffinitio non eiusdem sint. Cap.III

QVomodo autem quod quid est demonstratur, & quis modus introductionis, & quid est diffinitio ; & quorm dicemus , primum opponentes de ipsis.principium autem sit futurorum , ꝙ quidem maxime proprium habitis rationibus. ¶Dubitabit autem aliquis,vtrum sit idem & secundum idem diffinitione scire & demonstratione scire.aut sit impossibile. Diffinitio enim ipsius quod quid est esse videtur,quod autem quid est . omne vniuersale & prædicatiuum est.syllogismi autem sunt, alij quidem priuatiui,alij vero non vniuersales, sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt,in tertia vero non vniuersales . ¶Postea neque eorum quæ sunt in prima figura prædicatiuorum omnium est diffinitio . vt quoniam omnis triangulus duobus rectis habet æquales. ¶Huius autem ratio est,quoniam scire demonstrabile, est demõstrationem habere.quare si in talibus est demonstratio est manifestum quod non vtique erit eorum diffinitio. Sciet enim vtique aliquis & secundum diffinitionem: non habens demonstrationem.nihil enim prohibet non simul habere . Sufficit autem fides & ex inductione. nihil enim diffinientes aliquando cognoscemus neque eorum quæ per se sunt , neque quæ secundum accidens. ¶Amplius si diffinitio, substantiæ quædam cognitio est,huiusmodi manifestum est quod non sint substantiæ.quoniam quidẽ igitur non est diffini
[illegible]o omnis cuius est demõstratio,manifestum est. ¶Quid autem cuius est diffinitio. nũ 4
[illegible]id omnis demonstratio est aut non.vna quidem iam ratio & de hoc eadem est. vnius
[illegible] inquãtum vnum:est vna scientia,quare si vtrique scire demonstrabile,est demonstrationẽ habere,accidit quoddã impossibile.diffinitionem enim habens,sine demõstratione sciet. ¶Amplus.Principia demonstrationum sunt diffinitiones,quorum non esse demonstrationes monstratum est prius.aut enim erunt principia demonstrabilia. & & principiorum principia,& hoc in infinitum abibit:aut primæ diffinitiones erunt indemonstrabiles. ¶Sed vtrum sit non omnis eiusdem , sed alicuius eiusdem sit diffinitio.diffinitio quidem ipsius quid est,& substantiæ est,sed demonstrationes omnes videẽ supponere & accipiẽtes quod quid est vt mathematicæ quid vnitas,& quid impar,& similiter aliæ. ¶Amplius. Omnis demonstratio aliquid de aliquo monstrat . vt quia est, aut non est.in diffinitione autem nihil altero prædicatur, vt neque quod animal de bipede,neque hoc de animali,neque de plano figura.neque enim est planum figura . ne- 5
que figura planum. ¶Amplius alterum quod quid est & quia monstrare, diffinitio enim quid est ostendit,sed demonstratio quia hoc de hoc,aut non est . ¶Alterius autẽ altera demonstratio est,nisi sit tanquam pars quædam totius,hoc autẽ dico quod ostensum est duobus rectis ęquales habere de isoscele,si omnis ostensus est triangulus . pars enim hoc est illud totum,hæc autem adinuicem non sese habent sic,& quia est & quid est,non enim alterum est alterius pars. Manifestum itaque quoniam neque cuius diffinitio,omnis huius demonstratio,neque cuius omnis sit demonstratio , & huius omnis sit diffinitio.quare omnino eiusdem nullius contingit vtraque habere. Manifestum est itaque quod neque diffinitio & demonstratio,neque idem erunt neque alterũ in altero, & nanque subiecta similiter se haberent, & hæc ergo vsque huc addubitata sunt.

Tertij Cap. notæ.

Vniuersale affirmatiuum solum per primam figuram monstrari syllogismo, ex primo priorum analyticorum satis cognoscitur. & quomodo omnis triangulus habere tres duobus rectis æquos in prima figura demonstrari debeat, facile est ex Euclide coniici. vt si hoc pacto ratiocinaremur: omnis figura cuius tres anguli æquantur duobus angulis ex eadem parte circa punctum vnum lineæ rectæ consistentibus: habet tres duobus rectis æquos. atqui omnis triangulus, eiusmodi figura est. habet igitur omnis triangulus tres duobus rectis æquos. propositio ex iij. primi Euclidis cognoscitur. & assumptio ex. xxix. &. xxxii. eiusdem colligitur. cognoscere igitur facile possis (consulto tamen Euclide) quonam pacto id in prima monstraretur figura Quare per se sunt, propositiones per se. quæ per accidens sunt, propositiones per accidens quare non sunt diffinitiones. nam non enunciationum diffinitiones sunt: sed simplicium incomplexorumque.

PARAPHRASIS CAP. TERTII.

3 TErtium cap. quæstiones tres, earum dilutiones. Quonam pacto quid est mõstre
tur, & quis reductionis modus: quid diffinitio & quorum est diffinitio nobis
vt dicamus operæprecium videtur primum de his ipsis dubitando disquiren
tes, idque dicendorum sit initium, quod iis quæ de ipsis habentur: rationibus
sit accommodatissimum. Prima dubitatio. Dubitauerit autem quispiã, vtrum
sit idem & secundum idem diffinitione demonstrationeque scire: an id quidem
sit impossibile? Et videtur impossibile plane. Nam diffinitio ad ipsum quid est, attinere videtur.
quid est autem omne, & vniuersale: & affirmatiuum est. At demonstrationum aliæ negatiuæ, &
aliæ non vniuersales: sed particulares duntaxat . ceu in secunda figura negatiuæ sunt oẽs, & in
tertia particulares solũ, & non vniuersales. Nõ igitur idẽ & scd'm idẽ est: diffinitiõe & demõstra
tione scire. Secundo. Deinde neq; oĩm quæ in prima figura vniuersaliter & affirmatiue demon
strantur; diffinitio est, vt q omnis triangulus duobus rectis tres æquos habet hoc pacto demon
stratur in prima figura, cuius nulla profecto est diffinitio . Tertio. Huius(inquam non esse idem
& secundum idẽ diffinitione & demonstratione scire) ratio etiam est q̃m scire id q demõstratur
nihil aliud est nisi eius demõstrationẽ habere. quare si in talibus quod scire facit esse demõstratio,
manifestum certe est q non id, eorũ efficiet diffinitio. Nã si id efficit diffinitio, sciet vtiq; diffini
tionẽ hñs per hypothesim & non habens demonstrationẽ: q est ĩpossibile. nã nihil ꝓhibet non si
mul diffinitionẽ & demonstrationẽ q̃piam habere: sed & prius haberi potest diffinitio . Quarto.
4 Sufficere videtur & ea fides quæ ex inductione paritur ad id ostendendum . nam nihil vnq̃ eorũ
quæ per se aut per accidens. sunt. diffinientes cognouimus. Quinto. Præterea si diffinitio quæ
dam est substantialis notificatio, & q̃ demonstrantur manifestum est substantias essentialiaq; nõ
esse, non erit idem & secundũ idem diffinitione & demonstratione scire. neq; igitur cuiuscunque
est demonstratio. eiusdẽ erit & diffinitio. Secunda dubitatio. Sed nunquid cõtra omnis cuius est
diffinitio, erit & demonstratio, an secus? At non videtur. nam vna eadẽq; de hoc etiam q̃ & su
praerit ratio. quandoquidẽ vnius quatenus vnum est vna est scientia. quare si re vera scire id
q demonstrari põt: nihil aliud est q̃ eius demõstrationẽ habere: euenit aliquid ĩpossibile. nã vt pri
us diffinitionẽ sine demonstratione hñs sciet, q est ĩpossibile. Secundo . Demonstrationũ princi
pia, sunt diffinitiones. principiorũ aũt non esse demonstrationes: monstratũ est prius. nã aut erũt
principia demonstrabilia & principiorũ principia, sicq; in infinitum erit abitio, aut primę diffini
5 tiones erunt absq; demonstratione, quare non oĩs cuius est diffinitio erit & demõstratio. Tertia
dubitatio. Vtrũ si non oĩs eiusdẽ sit diffinitio & demonstratio, alicuiusve eiusdẽ est diffinitio &
demonstratio? an id ĩpssibile est? Videtur sane. Nã nullus cuius est demonstratio est diffinitio q̃ñ
quidẽ diffinitio ipsius quid est, & substantię notificatio atqui demonstrationes oẽs supponere &
sumere videntur ipsum quid est, & non demonstrare. Vt mathematicæ quid vnitas quid impar
cæteræque hunc in modum. Nullius igitur cuius demonstratio est, erit & diffinitio , quare non
alicuius eiusdem est diffinitio & demonstratio. Secundo. Præterea omnis demonstratio aliquid
de aliquo demonstrat vt quod est: aut non est . at in diffinitione nihil alterum de altero prædica
tur, veluti in diffinitione hoĩs, neque animal prædicatur de bipede. neque bipes de animali : neq;
in diffinitione trianguli, de plano prædicatur figura aut contra. nam in ea neque planum figurã
esse, neque figuram planum esse dicimus. Tertio. refert insuper ostendere quid est, & quod est. nã
diffinitio, quid est ostendit, sed demonstratio quod quippiam cuipiam inest aut non inest non igi
tur alicuius eiusdem: est diffinitio & demonstratio Quarto. Alterius & alterius altera diuersaque
demonstratio est, nisi vnum sit vt pars et alterum vt totum, dico aũt vnũ vt pars, et alterum vt
totũ: q̃m cum ostensum est oẽm triangulũ tres duobus rectis æquos habere: pariter monstratũ
est & æquipedum tres duobus rectis æquos habere. nam hoc pars: illud vero totum . at quid est
cuius est diffinitio, & quod est cuius est demonstratio, non ita sese habent . nam non est alterũ al
terius pars, non est igitur alicuius eiusdẽ, diffinitio atque demonstratio . Perspicuũ igitur euasit
non eius omnis cuius est diffinitio, esse & demonstratio, neque eius omnis cuius est demõstratio,

esse & diffinitio,& cur omnino nullius eiusdē contingit diffinitionem demonstrationemque habē re quare etiam dilucidum est;diffinitionem & demonstrationē non esse idem neq; alterum sub altero esse.nam si ita se haberent:& quid est,& quod est quæ illis subiiciuntur, hunc in modū sese haberent,quod monstratum est non esse.Sed hæc hactenus;dubitationis modo sint inquisita.

Syllogismo duplante non demonstrari quid est de eo cuius est. Cap.IIII.


IPsius autem quid est vtrum syllogismus sit & demonstratio aut nō 6
sicut nunc ratio supposuit. Syllogismus enim aliquid de aliquo mōstrat per medium.sed quid est: proprium quidem est & in eo quod quid est prædicatur.hoc autem necesse est cōuerti.si enim ipsi c, proprium est a:manifestū quod & ipsi b.& hoc ipsi c.quare omnia sunt adinuicem.at vero & si a in eo quod quid est omni b inest & vniuersaliter b de omni c in eo quod quid est dicitur: necesse est a in eo qđ quid est de c dici.si vero non sic accipit aliquis duplicans:non necesse erit a in eo quod quid est prædicari de c. sed si a de b in eo quod quid est, nón autē b de quocunque in eo quod quid est.ipsum autem quid est vtraque habebunt. hoc erit vtique & b de c in eo quod quid est.Si igitur quod quid est & quid erat esse vtraq; habent:in medio termino erit prius quod quid erat esse,& omnino si est monstrare quid est homo,sit c homo a vero quod quid est:siue animal bipes:siue aliquid aliud.si ergo syllogizatur a de c:necesse est a de omni b prædicari. huius autem erit alia media ratio: .quare & hoc erit qđ quid est homo.accipit igitur quod oportet ostendere:etenim b est quod quid est hominis. Oportet autem in duabus propositionibus & primis & immediatis considerare.maxime enim manifestum quod dicitur, fit per conuersionem quidem igitur monstrantes quid est anima,aut quid est homo,aut aliud quodlibet eorum quæ sunt: quod est ex principio petunt.vt si quis putet animam esse eandem sibiipsi causam viuendi. hoc autem numerum eundem seipsum mouentem.necesse est enim petere, animā hoc esse quod numerum esse seipsum mouentem sic sicut idem. Non enim si consequitur a b,& hoc c:erit in ipso c,a quod erat esse sed verum erit dicere c solum. Neque si est a quod quid est,& de b prędicatur omni.& nanque animalis esse prædicatur de hominis esse.verum enim est de omni hominis esse,animalis esse:sicut & de omni homine, animal.sed non sic sicut vnum esse.Siquidem igitur non sic accipiat:non syllogizatur qđ a sit in c.quod quid erat esse & substantia.si vero sic accipiat,prius erit accipiens quod in c.quoniam est quod quid erat esse b,quare non demonstratum est, quod enim erat in principio accepit.

Ex secundo priorum numero. 99.

Quarti cap. notæ.


In eo quod quid est,quatenus quid est. Proprium æquale, quod neque plus neque minus. quod que oī solique conuenit atque recurrit.Pro prima ratiocinatione Aristotelis qua dicit si oī b inest a in eo quod quid est, & b ipsi c in eo quod quid est,& a ipsi c in eo quod quid est inesse: elemētum est si quicquam esset diffinitio diffinitionis,& ipsum quoque diffinitio est,diffiniti. & syllogismum,huiusmodi particulam in eo quod quid est in propositionibus bis resumentem, scilicet semel ad maius extremum,& semel ad medium:duplantem syllogismum appellat Hermolaus. Verum proprie syllogismus non est;nec p principia syllogismorum tenens,neque duplans vt in primo priorum Quanuis quid est in eo quod quid est analytice syllogismo monstrari nō possit vt recte differit Aristoteles:potest tamen quid est,vt quid est monstrari de eo cuius est topice, locali,differtoriaque argumentatione,vt ex sexto Topicorum Aristotelis facile dinosci potest. 6


PARAPHRASIS CAP. QVARTI.



QVartum cap.quæstio vna & eius dilutio. Quæstio. Vtrum ipsius quid est ratiocinatio demonstratio ve est, an non:vt paulo ante disceptatio supponebat: Et videtur quid est diffinitioque non posse syllogismo monstrari de eo cuius est in eo quod quid est. Nam syllogismus aliquid de aliquo per medium monstrat & diffinitio ei cuius est proprie propria est,& in eo quod quid est prædicatur quæ aūt sunt talia:necesse est si syllogismo monstrantur ipsi medio cōuerti. nā si a proprium est ipsi c,extremū scilicet extremo & b sit medium ; manifestum est & a proprium b esse ipsi b.& b ipsi c. quare omnia adinuicem,propria sunt atque recurrentia. At vero si a omni b inest in eo quod quid est, & identidem b vniuersaliter de omni c dicitur in eo quod quid est,necesse est a de de omni c dici ī eo quod quid est.Quod si nō quis hoc modo particulā in 6

eo quod quid est accipiens bis sumat, duplexque: non necesse erit a prędicari de c in eo quod quid est, ceu si a de b in eo quod quid est, non autem b prædicetur in eo quod quid est quodcunque id sit de quo prædicatur. sin autem particulam in eo quod quid est vtraque habebant interualla, hoc erit sane, & tum a quonque de c in eo quod quid est prædicabitur. Si igitur quod quid est, & quidditatis diffinitionisque notam vtraque tanent interualla, particula quidditatis diffinitionisque priusquam colligitur, medio adiungetur termino, peteturque quod demõstrari proponitur. Et omnino si fieri potest, vt hoc pacto demõstretur quid sit homo, esto homo c & a animal bipes aut aliud quippiam hominis diffinitio Si igitur syllogismo colligetur a de c in eo quod quid est: necesse est a de b prædicari in eo quod quid est, & b de c in eo quod quid: eritq; quędam alia media ratio ipsius c, quare & b erit quod est c, Accipit igitur qui sic ratiocinatur quod oportet demõstrare. nam sumit b esse hominis esse, quod quid est, atque diffinitio. at quippiam sane esse hominis quid est ac diffinitio, monstrari petebatur.. Manifestum igitur esse videtur, quid est in eo ꝙ quid est de eo cuius est, per syllogismum duplantem monstrari non posse. Verum operæpreci um videtur in duabus propositionibus primisque & immediatis id considerare. sic enim maxime quod dicium est euadit exploratum, qui igitur per ea quæ conuertuntur demõstrare moliuntur quid anima, quid homo, aut quiduis aliud eorum quæ sunt quod est ex principio petunt. Vt si quis existimet animam ipsam esse, quæ sibiipsi causa viuendi est, causam autem sibiipsi viuendi esse numerum seipsum mouentem, quare & animam esse numerum seipsum mouentem vt quid est. Nam necesse est vt petat animam esse numerum seipsum scientem sic, vt idẽ diffinitione sint. quod ex ratiocinatione minime necesse est. Non enim si a consequitur ad omne b, & b ad omne c ita vt omni b insit a & omni c ĩsit b, idcirco euenerit a ipsius c quid est, diffinitionemque esse, sed vere solum dixeris quispiam omni c inesse a. neque si est a diffinitio, ꝙ de omni b prædicatur. cõtinuo euenit vt sit & diffinitio c. nam & animalis diffinitio de hominis diffinitione prædicatur (verum enim est omne animal rationale, corpus sensitiuum esse) sicut & de omni homnine animal sed non sicut vna eademque diffinitio. Manifestum igitur est si quispiam non eo quo supradictũ est modo bis quidditatis notã acceperit, syllogismo colligi non posse a inesse c in eo quod quid est & vt substantialis ratio. at vero & si ita acceperit, vt prius profecto accipiet b diffinitionẽ esse ipsius c quare non demonstrabit sumit enim quod ab initio monstrari petebatur. Manifestum igitur est syllogismo monstrari non posse quid est, diffinitionemve de eo cuius est, vt quid est.





¶ Neque idem effici posse per diuisionem, syllogismo. Cap. V.

AT vero neque per diuisionem via est syllogisare, sicut in resolutione circa figuras dictum est. Nequaquam enim necesse fit rem illam esse cum hęc sint: sed sicut neque inducens demonstrat. nõ enĩ oportet conclusionem interrogare, neque in concedendo esse: sed necesse est esse cum sint illa, & si non dicat respondens. vtrum homo animal est, aut inanimatum: postea accipit animal, non syllogisat. iterum omne animal, aut gressibile aut aquaticũ: accepit gressibile, & hominem esse totum animal gressibile, non necesse erit ex dictis, sed accipit & hoc. Differt autem nihil in multis aut in paucis sic dicere. idem enĩ est. Non syllogisticus quidem igitur & vsus fit sic procedentibus: & de contingentibus syllogisari. ¶ Quid enim prohibet & hoc verum quidem omne esse de homine. nõ tamen quid est, neque quod quid erat esse ostendẽs. ¶ Amplius quid prohibet aut apponere aliquid aut auferre, aut excellere substantias, hęc quidem igitur dimittuntur. ¶ Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, & quod est consequenter diuisionem facere quæsitum prius, & nihil relinquere. hoc autem necessariũ est. si omne in diuisione cadit & nihil relinquit. indiuiduum enim specie oportet esse. ¶ Sed syllogismus tamen non inest. sed siquidem alio modo cognoscere facit, hoc quidem non fuit inconueniens, neque enim inducens forte demonstrat. sed tamen ostendit
9 aliquid.. ¶ Syllogismum autem non dicit, ex diuisone eligens diffinitionem. sicut enĩ in conclusionibus quæ sine mediis sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse. contingit ĩterrogare propter quid sit. sic & in diuisis terminis. vt quid est homo: animal mortale pedes habens. bipes sine pennis. propter quid scit vnamquamque appositionem. & dicet enim & mõstrabit diuisione, sicut opinatur quod omne animal aut mortale, aut immortale sit. huiusmodi autem oratio omnis, non est diffinitio. quare quamuis diuisione monstrauit, sed tamen diffinitio non syllogismus fit.

Quinti cap. notæ.

Ostensio quæ fit per diuisionẽ;similis est inductioni, quod videamus inducere per omnes differẽ
tias,donec vltimã habeamus q̃ aliis iuncta totũ cũ eó cuius differẽtię quęrũtur ,efficiat ꝓpriũ ac
remeans.Quæ diuisiones addent,quæ auferant , q̃ omittant;ex sequentibus facile intelligitur.

PARAPHRASIS CAP. QVINTI.

Vintum cap.cõclusio vna,obiectio vna,dilutio.Conclusio.Neque quid est diui
sionis via,syllogismo demonstrari potest , vt & in prioribus analyticis circa fi 7
guras dictum iam est.Nam cum quispiam diuidit, nequaquã ex necessitate eue
nit rem esse,cum positis quibusdam ea ipsa sint sed(perinde atque is qui indu-
cit)non demonstrat,nam non demonstrat,non oportet conclusionem interroga
re,neque ob id quod tribuatur,esse,sed cum sint illa,necesse est hanc quoque es-
se tametsi is qui respondet nõ tribuit.vt in diuisionis artificio si quispiam roget est ne homo ani
mal.an inanimale est?dabitur anima.& subinde accipit animal;nõ syllogismo colligit Et rursum
estne omne animal gressibile an aquatile?dabitur.vtrum igitur homo gressibile an aquatile?dabi
tur gressibile & accipit hominem esse gressibile.& hominem esse id totum,animal,inquam.gressi
bile non ex necessitate eueniet ex dictis.sed & etiam hoc accipit. Et nihil refert siue in multis siue
in paucis hoc pacto quis faciat.nã idem subit iudicium . Manifestum est igitur eos qui hoc pacto
diuidendo procedunt;non vti syllogismo,etiam circa ea quorum contingit esse syllogismus. Se
cũdo quidam prohibet id totum quod ex diuisionis interrogatione datum fuerit de homine, ve
rum esse,non tamen diffinitionem esse,hominisque quidditatem declarans?Nihil profecto.nõ igi
tur diuisionis via sufficit, ad demonstrandum quid est. Tertio. Quid præterea prohibet aliquid
addere aut auferre,aut omittere eorũ quæ sunt substantiæ,diffinitionisque?non igitur idonea di
uisio ad demonstrandum quid est. Verum hæc nunc missa fiant.Obiectio. At dexerit forte quis-
piam,contingit sic diuisione resoluere , vt accipiantur omnia quæ in eo quod quid est prædican
tur& eius quod prius quæsitum,est diuisionem facere,& nihil omittere,hoc autem oportet;si om
ne in diuisionem cadit;& nihil deest.id autem necessario est quid est.nam insectile vlterius secun-
dum speciem esse oportet. Dilutio. Tametsi necessarium sit,vt sic procedendo,quid est & diffini-
tio eliciatur;non tamen id syllogismo fit . Verum enim vero alio modo diuisio cognoscere facit;
& id nihil est incommodi.nam neque qui inducit,fortasse demonstrat,nonnihil tamen ostendit.
Insuper syllogimum non dicit ex diuisione diffinitionem,eliciens: quanuis contigat interrogare
propter quid.nam vt in conclusionibus quæ sine mediis syllogismoque colliguntur ,?si quis di-
cat quoniam quibusdam existentibus necesse est conclusionem esse;contingit iterrogare propter
quid sit , & in diffinitionibus quæ diuisione eliciuntur , vt cum hæc hominis diffinitio texitur,
animal mortale,pedatum bipes,sine pennis,quæri propter quid scit , vnamquanque additarum
particularum, nam is respondebit,mõstrabitque id diuisione. vt arbitrabitur omne animal mor
tale aut imortale esse.Et cum de homine dabitur mortale, rursum arbitratur omne mortale pe- 8
des habere aut non habere dabitur autẽ de homine pedes habere.Et quod pedes habet; aut bipes
esse aut quadrupes,aut quopiam alio numero. Verum talis oratio non omnis diffinitio est.Qua
re si quispiam diuisione quicquam monstrauerit , minima fit vt id diffinitio sita, attamen si diffi
nitio,non syllogismus quidem fit.

¶Non monstrari diffinitionem sumendo diffinitionem diffini-
tionis neque diffinitione contrarii. Cap. VI.

Eed vtrum sit demonstrare quod quid est secundum substantiã 01
ex conditione accipientem quod quid erat esse,quod ex iis quæ
sunt in eo quod quid est propriis.hæc autem in eo quod quid est
sola,& proprium est omne.hoc enim est esse illi . ¶An iterum
accipit quod quid erat esse & in hoc?necesse est enim per mediũ
monstrare. ¶Amplius sicut neque in syllogismo accipitur quod
quid est syllogisare,semper enim tota aut pars est propositio ex
quibus est syllogismus.sic neque quod quid est esse oportet esse
in syllogismo: sed seorsum hoc a positis esse. ¶Et addubitantur an syllogisatum
est,an non,est hoc obuiandum , quoniam.hoc enim erat syllogismus . & adhuc quod
nec quod quid erat syllogisatum est quoniam vtique . hoc enim positum est nobis ꝗ
quid erat esse.quare necesse & sine eo quod quid est sit syllogismus : aut ꝗ quid erat
esse syllogisare aliquid.

¶Et si ex cõditiõe mõstret,vt si malo iest diuisibile esse:i cõtrariũ esse,in quibuscunq;
est aliquid cõtrarium,bonũ autẽ malo cõtrariũ est,& indiuisibile diuisibili.est itaq; bo-
ni & indiuisibile esse. ¶Et enim hic accipiens quod erat esse,mõstrat. Accipit autẽ ad
monstrandum quod quid erat esse.alterum tamen fit. Etenim in demonstrationibus

est hoc quidem de hoc:sed non ipsum neque cuius est eadem ratio:& conuertitur. Ad vtrosque autem & secundum diuisionem demonstrantem & ad sic syllogismum:est eadem dubitatio, propter quid est homo animal gressibile bipes, sed non animal & bipes ex acceptis enim neque vna necessitas est vnum fieri quod prædicatum, sed vtique sicut idem homo erit & musicus & grammaticus.

Sexti Cap. notæ.

Syllogismum qui orationem hanc (proprium ex iis quæ in eo quod quid prædicantur) mediū accipit: appellat Hermolaus syllogismum finitiuum. quod forte diffinitionis, diffinitionem pro medio sumat. Tota aut pars: maior aut minor propositio assumptione. Et proinde assumptio pars appellatur: quę minor propositio dicitur. minus enim: maioris pars dicitur. Et quod conuertitur. nā quo iure mōstraueris diffinitionem vnius contrarij: eodem iure recurrit: vt ecōuerso mō
13 stres diffinitionem primi contrarij per diffinitionem secundi, sicque demōstrationes erūt reciprocæ, obambulatoriæ & circulatoriæ euntes: quod nimirum absurdum, & impossibile est.


PARAPHRASIS CAP. SEXTI.

Extum cap. quæstiones duæ, dilutiones, dubitatio vna Quæstio Fieri ne potest vt
10 quis substantialem diffinitionem monstret: hac sixa conditione, vt accipiat id diffinitionē esse quod coalitū est ex iis quæ ex æquo: & in eo quod quid prędicantur Sunt autem quædam quæ sola de aliquo hoc ipso quod quid est prædicatur: quorum tamen illi proprium æqualeque est, nec ab re. nam illi esse, ratioque ac diffinis
11 tio est. Dilutio. An ne rursum accipit in hoc monstrandi modo, quod quid est: vt in superioribus accipit sane nam hac conditione posita: necesse est per medium, quod quidem quid est claudat monstrare. Verbi causa hoc pacto. Omne id hominis proprium quod de eo in eo quod quid est dicitur: eius est, quid est. at animal bipes rationis particeps proprium hominis est, quod de eo qd' quid est dicitur. igitur animal quid bipes rationis particeps: hominis quid est, est. Assumitur igitur sic raciocinando quod monstrari intenditur. non igitur licet hoc pacto monstrari quid est de eo cuius est. Secundo. Prętterea vt in syllogismo cum quicquam colligimus: non accipitur diffinitio syllogismi. verbi causa hoc pacto. Omnis ea oratio in qua quibusdam positis aliud quippiā ex necessitate euenit eoipso quod illa sint: est syllogismus. at omne b est a. & omne c b. omne c b, est oratio eiusmodi: omne igitur b est a, omne c b omne a: est syllogismus, ita cum demonstratur quid est, eo non sumenda est diffinitio ipsius. non sumitur autem quid est, diffinitioque syllogismi cum ratiocinamur nam semper aut tota aut pars est propositio ex quibus coallescit syllogis-
12 mus, neque igitur quid est, diffinitioque ipsius quid est oportet in syllogismo esse: cū ostenditur quid est de eo cuius est, sed id esse ex tra ea quæ ponuntur. Non igitur fieri potest vt quis syllogismo demonstret quid est: ea lege vt sumat quid est, id proprium esse quod coalescit ex iis quæ in eo quod quid est prędicantur. Dubitatio. Et si quis addubitet an id sumendo medium: conficiatur syllogismus an secus occurrendum illi est quoniam est. id enim erat syllogismus. & adhuc si quis dicat diffinitionem non esse syllogismo collectam dicendum illi est esse quidem (nā id nobis supponebatur: quid, est & diffinitio esse) non tamen vt dictū est demonstrabatur quare si mō
13 strandum sit quid est, necesse est sine nota quid est esse syllogismum: vt sine ipsius quid est diffinitione, de quopiam syllogismum constituere. Secunda quæstio. Et si quispiam ex conditione syllogismo hypothetico diffinitionem monstret (vt hoc pacto: si diffinitio mali est esse diuisibile. quibuscunque autem contrarium est: contrarij diffinitioni contraria est, & bonum malo contrarium & indiuisibile diuisibili. diffinitio igitur boni est, indiuisibile esse (nonne accommode monstrat quid est? Dilutio. Non videtur. Nam & hic diffinitionem accipiens. monstrat. sumit enim quid est, ad demonstrandum quid est. Sed forsitam dices: est aliud quid est quod sumitur. Esto. sit aliud (nam & in demonstrationibus aliquid de aliquo sumi dicitur) non tamen idipsum est quod sumi deber neque id sumendum cuius eadem ratio est, ut & eius quod monstratur & quod conuertitur. Secundo. Eadem dubitatio est ab vtroque eorum: quorum alter diuisione, & alter tali hypotetica ratiocinatione ostendit, vt cum quæritur cum homo animal bipes rationale fieri potest in quibusdam vt disiuncta, seorsumque sumptæ particulę non vere de homine dicatur. Verbi causa si sciscitetur cur quispiam bonus sit cytharædus, & etiam ex seorsū sumptis nō semper ex necessitate euenit coniunctum nonnulla necessitas compellit, ex seorsum sumptis, vnū effici prædicatum, sederit forte perinde atque idem homo seorsum musicus est, & grammaticus,

41 Contendit quid est non posse monstrari, Cap. VII

Valiter igitur diffiniens demonstrabit substantiam: aut quod quid est neque enim sicut demonstrans ex certis: manifestum esse faciet, quod necesse est cum sicut illa, alterum aliquid esse demonstratio enim hoc est, neque sicut inducēs per singularia: cum manifesta sint. quoniam omne sic est: eo quod nihil aliter est. non enim quid est demonstrat: sed quoniam est aut non est. quis

id hoīs p aīal bi
hōi priū qd' pes ra
nis de eo, i eo, tiōis
gd qp gd est parti
ese dicitur ceps.



igitur est alius modus reliquus:non enim demonstrabit sensu aut digito. ¶Amplius quomodo monstrabit quod quid est homo? necesse est enim scientem quid est homo? aut aliud quodcunque scire quia est. Quod enim non est, nullus scit quod quid est, sed quid significat: oratio quidem aut nomen cum dico tragelaphus, quid autem est tragelaphus: impossibile est scire. ¶Atvero si demonstrabit quid est, & quia est & qualiter eadem ratione demonstrabit. diffinitio enim vnum aliquid, & demonstratio. id autem quod est quid est homo & esse hominem: aliud est.

¶Postea per demonstrationem dicimus necessarium esse demonstrare omne quia est nisi substantia sit, esse autem non substantia vlla est. non enim est genus quod est. demonstratio itaque erit quia est, quod quidem & nunc faciunt scientiæ. quid enim significat triangulus, accipit geometra: quia autem est, demonstrat.

¶Quid igitur monstrabit diffiniens. quid est triangulus, sciens itaque aliquis diffinitione quid est: si est non sciet, sed impossibile. manifestum est & secundũ nunc modos terminorum: quod non monstrant diffinientes, quia est. si enim & est ex medio aliqd' æquale: sed propter quid est, quod diffinitur, & propter quid est circulus quæritur. esset enim vtique & montis ænei dicere ipsum, neque enim quia possibile sit esse quod dicitur assignant termini, neque quod illud est cuius dicunt esse diffinitionem: sed semper licet dicere & propter quid.

¶Si ergo diffiniens monstrabit: aut quid est, aut quid significat nomen. sed non est vllo modo eius quod quid est: erit vtique diffinitio. ratio nominis idem significãs, sed nõ conueniens est. Primum quidem quia & non substantiarum esset diffinitio, & eorum quæ non sunt. significare enim est & quæ non sunt.

¶Amplius omnes orationes, diffinitiones erunt. esset enim vtique nomen ponere cuilibet orationi. quare terminis vtique disputabimus omnes: & Ilias diffinitio erit. Amplius neque vna scientia demonstrat vtiq; quia hoc nomẽ eius quod quid est esse ostendit. neque igitur diffinitiones hoc assignant. Ex his igitur neque diffinitio & syllogismus idem videtur esse: neque eiusdem syllogismus & diffinitio, adhuc autem quod neque diffinitio, nihil demostrat neque monstrat, neque quod quid est neque diffinitione neque demonstratione cognoscere est.

Septimi cap, notæ.

Quid est homo & quod est homo, aliud est. nam aliud est terminare quæstionem quid est de homine, & aliud terminare quæstionem quod est. Non enim genus est ens, sic enim Aristoteles οὐ γὰρ γένος τὸ ὄν, quanuis manifestum est ens, genus non esse, non tamen id prætendere videtur. sed id ideo dictum est, quod quæstio quid est substantiam quærit, & quæstio quod est proprietatẽ quod est igitur non aut substantiam pertinet: sed ad proprietatis qualitatem, quare quod est, nõ genus, neque identidem substantialis qualitas, differentiaque ea nanque differentia, vt in topicis dicitur, generi annexa est & generis nuncupatione haud obscure intelligitur. Orichalcos nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ χαλκοῦ hoc est a monte & ære, quod proinde æs montaneum interpretari potest, & mons æreus, primum quid rei, & quid nominis habet, secundum quid nominis habet tantum fictumq; est, & secundam acceptionem secutus est interpres. Ilias historia Troiæ, quã scripsit Homerus, vt Aeneis historia Aeneæ, q̃ edidit Virgilius, & Achilleis quã Statius. 14

PARAPHRASIS CAP. SEPTIMI.

SEptimum cap. quæstio vna. Quæstio. Quonã pacto igitur qui diffinit, substantiam ipsumque quid est monstrabit? Et videtur id esse nõ posse. Nam neque vt is quid monstrat, ex cõcessis ipsam diffinitionẽ notã efficiet, vt cũ illa sint, ex necessitate sit aliquid aliud, id autem demonstratio est Neq; etiam vt is qui inducit per singula q̃ cum manifesta sint, totum ac vniuersale colligis sic esse, eo quod in singulis nihil aliter sese habet nã id non est demonstrare quid est sed quippiam esse aut non esse. Quis igitur modus alius demonstrandi quid est, reliquus est nullus videtur, non enim ipsum quispiam aut sensu aut digito demonstrabit. Secundo. Quonam modo præterea mõstrabit quid est homo? Nam necesse est eum qui scit quid est homo, aut quiduis aliud etiam scire quod est, nã eius quod non est, nemo scire potest quid est, sed quid oratio aut nomen significat cũ dico hircoceruus, scire potest, at quid est hircoceruus, scire impossibile est. Tertio. Cæterum & si quis demonstrabit quid est 14

eadem quoque ratione monstrabit quod est, & quonam pacto est. at quomodo id fuerit? nam diffinitio vnum quiddam ostendit: & demonstratio vnum. siquidē diffinitio quid est ostendit. & demonstratio quod est atqui quid est homo, & quod est homo aliud est. non igitur demonstrari potest, quid est. Quarto. Deinde etiam dicimus necesse esse quoduis demonstrari esse: modo substantia: diffinitioque non sit. esse autem nulli rei substantia est. non enim genus est ens. demonstratio igitur erit ipsius quod est: & id quidem etiam, nunc obseruant scientiæ. Namque geometer quid triangulus significet accipit: quod est autem demonstrat. Quinto. Quid igitur monstrabit qui diffinit: quid est ne triangulus? si ita fuerit: sciens igitur quis diffinitione quid est, nesciet si est. id autem impossibile quod sciens quid est, nesciat si est. manifestum quidem est etiam secundum diffinitionem modos qui nunc afferentur: quod non monstrant diffinientes: si est. Nam tametsi id ꝙ diffinitur vt æquale ex diffinitione vt medio sit: tamen propter quid sit id quod diffinitur, quæritur: & propter quid est circulus. nam fieri potest vt orichalci: æneique montis dicat quid diffinitionem esse. quæ si est: cognoscere, non facit. quandoquidem nihil est. non enim si id esse possit ꝙ dicitur ipsæ diffinitiones indicant, neque illud esse cuius aiūt esse diffinitionem, verū semper propter quid est, afferre licet. non igitur diffinitio ostendit si est, quare neque quid est. Sexto. Si itaq; is qui diffinit, monstrat: aut monstrat quid est res, aut quid significat nomen. atqui diffinitio nullo pacto monstrat, quid est res. monstrabitur igitur quid nomē significat: erit ergo diffinitio, oratio nomini idem significans. At id absurdum. primo quidem: quia & non substantiarum, & eorum quæ in rerum natura subsistere nequeunt, esset diffinitio nam ea quæ non sunt (vt inane & infinitum) significare possumus. Secundo, erunt præterea orationes omnes vllo sine discrimine diffinitiones. nam cuilibet orationi nomē ponere possumus, quare diffinitionibus loquemur omnes, & Ilias Homeri, diffinitio erit quæ nimirum absurda sunt. Tertio nulla insuper scientia demonstrare possit aliquod nomen rem quampiam significare, neque igitur diffinitiones id īdicāt. Ex his igitur quæ iam allata sunt videtur diffinitio, syllogismusque non idem esse: neque eiusdē syllogismus ac diffinitio esse ac insuper diffinitio nihil demonstrare neque mōstrare, neque quid est diffinitione: neque demonstratione non agnoscere posse.

Quid est, monstrari per aliud quid est. Cap. VIII.

15 Iterum autem speculandum est quid eorum dicitur bene &
quid non bene, & quid est diffinitio, & eius quod quid est, nūs
quid quodam modo est demonstratio aut diffinitio, aut nullo
modo. Quoniam (sicut diximus) idem est scire quod quid est,
& scire causam ipsius si est. ratio autem huius est: quoniam est
aliqua causa. & hæc aut eadem, aliā est. & si vtique alia est: aut
demonstrabilis est aut indemonstrabilis. si igitur est alia, &
contingit demonstrari, necesse est mediam causam esse, & in fi
gura prima monstrari. vniuersale enim & prædicatiuum est ꝙ
demonstratur, vnus quidem modus nunc exquisitus est per aliud quod quid est mon
16 strare. horum enim quod quid est necesse est medium esse quid est: & propriorum pro
prium. Quare hoc quidem monstrabit, illud vero non monstrabit eorū quod quid
erat esse eiusdem rei, hic quidem igitur modus quod non sit demonstratio dictum est
prius: sed est syllogismus logicus ipsius quid est.

Octaui cap notæ.

Ceu diximus, in fine secundi capitis huius.

PARAPHRASIS CAP. OCTAVI.

Octauum cap. cōclusio vna, corollarium vnum Conclusio. Fieri potest vt demonstre
15 tur quid est. Iterum autem consentaneum est considerare quid eorū quæ dicta sunt
probe. & quid secus dicatur: & quid est diffinitio, & verum aliquo modo ipsius quid
est sit demonstratio diffinitiove: an nullo modo. Et quoniam ceu diximus idem est
scire quid est, & scire causam si est, nunc ostendendum est aliquo modo fieri posse,
16 vt ratiocinatione monstretur quid. Cuius hæc ratio est. Nam alicuius quid est aliqua causa est: &
hæc aut eadem est ipsi quid est, aut alia. & si alia est, aut demonstrari aut non demonstrari potest
siue igitur hoc vel illo modo alia est. contingit demonstrari quid est. nā necesse est eā causam me
dium esse: & in prima figura monstrari quid est. Nec ab re quidem, nam id quod ostenditur, vni
uersale ac affirmatiuum est. Et hic modus vnus est qui nunc quoq; exquisitus est demonstrandi
quid est: per aliud quid est, ipsorum enim mōstrandorum quid est: & eorum quæ propria æqua
que sunt proprium. Corollarium. Quare diffinitionum eiusdem rei, hæc quidem quid est mōstra
bit, illa vero minime monstrabit. Et hic modus quod non sit demonstratio quod quid est dictū
prius, sed syllogismus ad quid est disserendum accommodus.

¶De quid est,& quod est. Cap.IX.

QVo autem modo contingat dicemus. iterum dicentes ex prin- 17
cipio. Sicut enim propter quid quęrimus: habentes quia est, ali
quando autem & simul manifesta fiunt, sed neque prius pro-
pter quid possibile est cognoscere, quam quia manifestum est
quod similiter & quod quid erat esse non sine quia est, impossi
bile est em̃ scire quid est: ignorãtes si est. ¶Hoc aũt si est aliquã 18
do quidem, sed secundum accidẽs habemus, aliquando vero ha
bentes quid ipsius rei. vt tonitruum, quoniam sonus quidam
est nebularum, & defectum: quoniam priuatio quædam lumi-
nis, & hominem quoniã animal quoddam est & animam, idem seipsum mouens. Sed
quæcunque quidem secundum accidens scimus quia sunt: necesse est illa nullo modo
se habere ad quid est. neque enim quia sunt scimus, quærere autem quid est, non haben
tes quia est nihil quærere est. secundũ quæcunque autem habemus quid. facile est. qua-
re quemadmodum habemus quia est: sic habemus & ad quid est. Quorum igitur habe
mus aliquid, quod quid est: primum quidem sit defectus in quo a. luna in quo c opposi
tio terræ in quo b. vtrum quidem sit an nõ b, quærere est, nunquid est aut non. hoc au-
tem nihil differt quærere quam si est ratio ipsius, & si sit hoc: & illud dicimus esse, aut
vtrius contradictionis est ratio: vtrum habendi duos rectos. aut non habendi?
¶Cum autem inueniamus simul ipsum quia, & propter quid scimus, si per media sit, 19
si vero non, quia scimus, propter quid autem non. sit ergo luna c: defectus a; lunam ple
nam, vmbram non posse facere, nullo nostrum in medio existente manifesto in quo b.
sit ergo in c est b, quod est non posse facere vmbrã cum nullus nostrum in medio sit. in
hoc quidem a, quod est deficere, quia deficit manifestum est, sed propter quid, nondum:
sed quia defectus quidem est scimus, quid autem est, nescimus. Cum autem manifestũ
est. quia in c sit, sed propter quid est? quærere b quidem est, vtrum obiectio aut conuer
sio lunæ, aut extinctio luminis. hoc autem ratio alterius termini. vt in his, ipsius a. est
enim defectus, obiectio terræ. Quid autem est tonitruus? ignis extinctio in nube, pro-
pter quid tonat? propter extingui ignẽ in nube sit nubes c, tonitruum a. extĩctio ignis
b. in c igitur nube est b. extinguitur em̃ in ipsa ignis. huic autem inest a, & est ratio b, ip
sius a primi termini, si autem iterum huius aliud medium sit. ex reliquis erit rationibus
vt igitur accipitur quid est & sit notum, dictum est.
¶Quare syllogismus quidem ipsius quod quid est non fit neque demonstratio, mani- 20
festum tamen est per syllogismum, & demonstrationem. quare neque sine demonstra-
tione est cognoscere. quid est cuius est causa alia, neq; est demonstratio ipsius. sicut &
in dubitationibus diximus.

Noni cap. notæ.


Conuersio lunæ. quia crediderunt nonnulli lunam: partem vnam, medietatemque habere opacã,
& alteran lucidam. cum autem ea pars quæ opaca esset & tenebricosa ad nos conuerteretur aie- 19
bant esse deliquium. Hoc autem rarius alterius extremi est, maioris extremi, prædicati, videri ta
men possit aliquando medium causa & ratio esse maioris extremi. vt cur delinquit luna quia ob
iectu terræ: priuatur luna lumine cur tonat? quia sonus ex vehementi nubium concussione illidi
tur, aliquando etiam ratio esse minoris extremi, vt cur terra præceps se dedit ad centrum mũdi?
quia corporum grauissimum est, Cur ignis emicat ad summa? quia leuissimum corpus est. Verũ
& hic (qui diligentius obseruat) medium maioris extremi. nam & leuissimum esse, causa est eius
quod est ad summa emicare & corpus esse grauissimum: causa identidem eius quod ad mundi cẽ
trum præceps se dedere. Syllogismus & demonstratio: non est ipsius quid est, vt quid est. 20

PARAPHRASIS CAP. NONI.


NOnum cap conclu. tres, corollarium vnum. Prima conclusio. Quomodo autem con
tingat monstrari quid est, adhuc sermone (sumpto aliquo principio) explicandũ est 17
id primum monstrantes, non contingere mõstrari quid res est, nisi agnoscatur si est:
Nam vt propter quid quærimus, prius habentes. quod est, aut saltem simul haben
tes (fiunt enim nonnunquã si est & propter quid est simul manifesta) cõtra aũt fieri
non potest vt quid propter quis est agnoscat, & nesciat quod est, dilucidũ est quod simili quoq;

pacto quærimus quid res est, habentes si est. nā īpossibile est scire quid res est: si ignoramus si est. Non monstrabitur igitur quid res est, si non cognoscatur si est. Secunda conclusio. Aliquādo prius quoquo pacto cognoscimus si est, & aliquando simul si est & quid est res. Prius quidem. nā aliquando secundum accidens, mediaque accidentaria, babemus si est, aliquando vero habentes substantiam ipsius rei ceu tonitruum esse, quia est nubium fragor, strēpitusque & deliquium esse quoniam sit luminis priuatio & hominem, quoniam sit animal quoddam vt rationis particeps & animam esse, quoniam sit quod idem seipsum ciet, agit atque atque mouet. Atqui quęcunque si sint secundum accidens cognoscimus. necesse est vt nullo pacto id, ad quid res est attineat nam neque re vera si sunt scimus: neque ex illo putandum est nos habere quid res est. Quærere autē quid res est non habentes si est: nihil prorsus quærere est. At de quocunque si est, quid substantiamque habemus, promptum est habere quid res est. quare quemadmodū habemus si est, sic & nos habemus afficimurque ad habendum quid res est. Quorum igitur habemus quid, substātiāque ipsius quid est, hæc subdantur exempla. Vt esto deliquium a, luna c, interpositio terræ inter solem & lunam
30 b. Quærere autem vtrum deliquium est an non est: quærere profecto est, vtrum b est an non est. hoc autem quærere nihil refert, quam quærere si ratio ipsius deliquij est quæ! si & illud quoque est. vel vtrius contradictionis partis est ratio. vtrum ne huius, triāgulus duobus rectis æquos habet, an huius non habet triangulus duobus rectis æquos? Tertia conclusio. Aliquando cum comperimus si est, simul & propter quid est scimus. Aliquando etiam reperto si est: nequaquam scimus propter quid est. Nam cum comperimus si est per media causasque simul atque cognoscimus & propter quid: sin vero non per media si est non cognoscimus, propter quid autem est minime, Vt esto luna c, deliquium a, plenam lunam vmbram nō porrigere (cum nullius nostrum in
31 medio existentis vmbra sit manifesta) b. Si ergo b inest c, hoc est plenam lunam non posse porrigere vmbram, cum nullus nostrum subdio vmbra sit manifestus, insit lunę, & a hoc est delinquere insit b, quod deliquium est, manifestum est. at propter quid est: nōdum manifestum est & deliquium quidem esse cognoscimus, quid est autem nescimus. atvero cum a inesse ipsi c manifestum
32 fuerit, & quæritur propter quid est: nihil aliud est quam quærere b, ipsumque medium, vtrum scilicet b sit terræ interpositio an conuersio lunę, luminisve eius extinctio? hoc autem ratio alterius extremi est. vt in his exemplis ratio causaque est ipsius a. nam deliquiū est obiectu terræ proueniens. Præterea & in his, quid: tonitruum est? extinctio ignis in nube., propter quid tonat? qa in nube restinguitur ignis. Sit nubes c, tonitruum a, extinctio ignis b. igitur c nubi, inest b. nam ignis restinguitur in nube, & a tonitruum ipsi c īest, & b ratio est ipsius a primi, extremi. Et si huius rursus aliud medium sit, id ex reliquis rationibus atque causis erit. quo igitur pacto sumitur quid est ac fit notum: dictum. Corollarium. Quare syllogismus demonstratioque non fit ipsius quid, innotescit tamen syllogismo demonstrationeque. Quocirca neque sine demonstratione fieri potest vt sciatur ipsum quid est cuius causa alia est, neque ipsius demōstratio est, eo quo in ijs quę adqubitata sunt diximus modo.


interpositio terræ deli- inter solē quiū atq; lunā luna



in plenilunio nō porrigitur vm deli- bra quiū luna



extinctio toni- ignis in truū nube nubes



¶De diffinitione quid est & propter quid. Cap. X.

ESt autem quorundam quædam causa altera, quorundam autem non est quare manifestum quoniam eorum quæ sunt quid est, alia quidem sine medio vt principia sunt. quę quia sunt, & quæ quid sunt supponere oportet: aut aliomodo facere manifesta. quod quidem arithmeticus facit. Et nanque quid est vnitatem supponit: & quia est. sed habentium medium & quorum est quædam altera causa substantiæ & ipsius esse: est per demonstrationē sicut diximus ostendere non demonstrare. ¶Diffinitio autem quoniam quidem, ratio ipsius quod quid est, manifestū est quoniam aliqua erit ratio ipsius quod quidem significat nomen: aut ratio altera, nomina ponens. vt quid significat quod quid est secundū quod triangulus est. quod quidem habentes quia est, quærimus propter quid est? difficile autem sic est accipere quæ nescimus quia sunt. causa autem dicta est priuš difficultatis, quia neque si est neque si non est scimus: sed aut hoc secundum accidens.

¶Oratio autem vna est dupliciter, hæc quidē coniunctione, vt Ilías. alia vero vnū de vno ostendens non secundū accidens. vna quidē igitur terminus est termini, quæ dicta est. ¶Alius vero terminus est oratio demonstrans propter quid est, quare prior significat quidē, demonstratio aūt non. ¶Quæ vero posterior est: manifestū est qm̄ erit vt demonstratio eius quod quid est, positione differens a demonstratione. ¶Differt enim dicere propter & quid tonat: quid est tonitruus. dicet enim sic quidem propter id quod extingunt ignis in nubibus. quid est tonitruus? sonus extinctionis ignis in

corollarium.Quo fit vt eadem oratio alio modo,& alio nuncupetur.& hoc quidem modo conti
nua demonstratio dicitur: illo autem diffinito. Secundo. Est præterea tonitrui diffinitio, sonus
in nubibus,& hæc est ipsius quid est,demonstrationis conclusio. quæ autem est eorum quæ me-
28 dio vacant diffinitio:positio est ipsius quid est,& quæ demonstrari non potest. Est ergo diffini-
tionum vna oratio ipsius explicatiua quid est,indemonstrabilis:alia vero ratiocinatio ipsius quid
est:a demonstratione situ differens,& tertia ipsius declaratiua quid est, demonstrationis conclu
sio.hæ igitur inter se differunt diffinitiones. Epilogus. Manifestum igitur est quomodo ipsius
quid est demonstratio est & quomodo non est,& quorum est:& quorum non est. Insuper au-
tem,& quot modis diffinitio dicitur. & quomodo quid est ostendit, & quomodo non. & quo-
rum est & quorum non. Insuper & quo modo quid est sese ad demonstrationem habet & quo
pacto contingit eiusdem esse,& quomodo non.

¶Per quodlibet genus causæ demonstrari posse. Cap. XI.

QVoniam autem scire opinamur cum sciamus causam:causæ autem qua
29 tuor sunt.vna quidem quod quid erat esse. vna vero cum hoc sit, ne-
cesse est hoc esse.altera autem quę aliquid primo mouit.quarta vero cu
ius gratia,omnes hæ per medium monstrant. ¶Et hoc enim quod cum
sit hoc.necesse est esse, vna quidem accepta propositione non est, dua
bus autem ad minus.hoc autem est: cum vnum medium habeant. hoc
ergo vno accepto:conclusionem necesse est esse.Manifestum est autem & sic, propter
quid est rectus in semicirculo:aut quo existente rectus est: sit ergo rectus in quo a,
media duorum rectorum in quo b. qui est in semicirculo in quo c.ipsius a igitur recti
esse in c,qui est in semicirculo, causa est b.hoc enim ipsi a æquale est.qui vero est c. ipsi
b.duorum enim rectorum dimidium est.existente igitur dimidio duorum rectorum: a
in c est. hoc autem erat in semicirculo rectum esse. ¶Hoc autem idem est ei quod
quid erat esse:cum hoc significaret oratione.at vero & ipsius quod quid erat esse:causa
monstrata est media.¶Hoc autem propter quid Medorum bellum factum est Athe-
niensibus: quæ causa est præliari Athenienses: quoniam in Sardes cum Eretrijs com-
miserunt propter hoc enim motum est,primum sit bellum in quo a, priores commit-
tentes in alios b.Athenienses c.est igitur b in c, prius enim est committere Atheniensi
bus autem in b.debellauerunt enim prius iniustos, est itaque b in a,debellari prius in
34 cipientes.b autem in c,siue Atheniensibus. priores enim inceperunt. medium itaque
hic causa est primum mouens. ¶Quoruncunque vero causa est cuius gratia. vt
propter quid ambulat: vt sanus fiat. propter quid domus est: vt saluentur vasa. hoc
quidem gratia huius, quod est sanari: illud vero gratia huius quod est saluari & pro
pter quid oportet post cœnam ambulare,& cuius gratia oportet nihil differt, sit ambu
lare post cœnã in quo c,non eminere cibos in quo b sanari in quo a. sit igitur in eo ꝙ
est post cœnam ambulat esse facere non supereminere cibos, iuxta os ventris: & hoc
esse sanũ.videtur enim inesse ipsi ambulare quod est c,b non eminere cibos. in b autẽ
a hoc quod est sanatiuũ.quæ igitur causa est: in c quod a sit quod est gratia cuius: b nõ
eminere.hoc autem est sicut illius ratio,a enim sic reddetur.propter quid b inest c: quo
niam hoc est sanari,hoc sic habere.oportet autem commutare rationes, & sic singula
magis apparebunt. Generationes autem econtrario hic & in his causis secundum mo
tum,ibi enim medium oportet primum fieri:hic autem ipsum c extremum. vltimum
30 autem gratia cuius. ¶Contingit autem idem & gratia cuius esse & ex necessita-
te, vt per lucernæ pellem lumen egredi. etenim ex necessitate disgreditur: quod in
parua est partibilius & per maiores poros, siquidem lumen fit disgrediendo, & gra-
tia cuius: vt non offendamus, nonne igitur si esse contingit & fieri contingit: sicut si
tonat extincto igne: necesse est sizire & sonare, & quemadmodum Pythagorici di-
cunt minarum causa ijs qui sunt in tartaro:quatenus timeant. plurima autem huius- σίζιν est
modi sunt:& maxime in ijs quę natura subsistunt. & in constantibus hæc quidem pro sonare vt
pter hoc natura facit:illa vero ex necessitate. cum exti
31 ¶Necessitas autem est duplex hæc quidem secundum naturam & aptitudinem, hæc guitur fer
vero violenta & contra aptitudinem. sicut lapis ex necessitate & sursum & deorsum rũ ĩ aqua.
fertur, sed non propter eandem necessitatem. ¶Sed in ijs quæ sunt ab intelligen-

tia:alia quidem nequaquam ſunt ab eo quod per ſeſe fruſtra eſt,vt domus aut effigies neque ex neceſſitate ſunt:ſed propter hoc. Alia vero a fortuna ſunt,vt ſanitas & ſalus, maxime in quibuſcunque contingit & ſic & aliter:cum non a forma generatio ſit.quare finis bonus alicuius gratia fit, aut natura aut arte.a fortũa autẽ nihil propter aliquid 32
fit. ¶Eadem autem cauſa eſt & in ijs quæ fiunt , & in factis,& futuris,quæ vere eſt ijs quę ſunt.medium enim cauſa eſt,veruntamen in ijs quæ ſunt: quæ eſt . in ijs autem quę fiunt:quæ ſit,factis autem facta,& futuris futura. Vt propter quid factus eſt defectus:propter id quod in medio facta eſt terra . fit enim propter id quod fit , erit autem & propter id quod erit in medio,& eſt autem propter id quod eſt , vt quid eſt cryſtallus:accipiatur quoniam aqua congelata eſt,aqua in quo c.congelata in quo a,cauſa media in quo b:defectus caloris penitus.eſt igitur in c quidem b . in hoc autem congelatum eſſe:quod eſt in quo eſt a. ſit autem cryſtallus:cum fiat b , factus eſt autem facto: erit autem futuro, b.ſic quidem igitur cauſa & cuius cauſa eſt , ſimul fit cum fit, & eſt cum eſt,& in eo quod factum eſt,& in futuro eodem modo .

¶Vndecimi cap.notæ.


Perſæ ſunt maris rubi magna ex parte accolæ. Medi populi Aſiæ,Parthis,Aſſyrijs,Perſis , & mari Hircano vicini, olim regi Perſarum tributa pendebant. Athenienſes ab Athenis nobiliſſima 29
ſtudiorum & philoſophorum alumna. Atticæ regionis ciuitate dicti ſunt. Eretrienſes: populi Euboiæ inſulæ σάρδεις Sardis pluratiue:ciuitas Lydiæ ad latus Tmoli montis olim regia Crœſi. hiſtoriam ex Herodoto Iuſtinoque agnoſce. Materia,forma,& efficiens:cauſæ dicuntur ſecundum morum:quia efficiens mouet formam,eamque inducit & forma materiam : vtpote quæ motum ſuſcipit. Modo fiat lumen penetrando. quia non pro veritate:ſed opinione id dictum eſt , imo fit illuminatio:quod lucidum per diaphanes tranſluceat . Neceſſitas materiæ ſecundum naturam vt plurimum eſt. Quid caſus & fortuna:ex ſecundo phyſicorum. temere res eueniunt:cũ non gratia illius quod euenit,homines agunt. vt morſus eſt quis a vipera : impatiens ſitis acetum quod ſecum portat bibit non ſanandi ſpe,ſanatur perdidit quis diu equum,ambulat ſecus flumẽ recreandi gratia,ad fluentia ducantur equi,inter quos offendit ſuum illa ſanitas,& hæc equi ſalus: a fortuna & temere eueniunt. Cryſtallus glaciẽ ſignificat,& eius nominis lapidem hic aũt pro glacie:quomodo vertit & argyropilus. vt etiã apud Gellium lib. xviij. id ex Ariſtotele διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαῦλά ἐστι. propter quæ a niue & glacie aquæ ſunt, vitioſæ ſunt.



ãgulus medietas in ſemi ãgu duorũ ã circulo lus re gulorũ deſcriptus rectorũ ptus.

¶PARAPHRASIS CAP. VNDECIMI.


Vndecimum cap. concluſiones quatuor,neceſſitatis modi duo. Prima cõcluſio. Per quodque genus cauſæ:demonſtrate cõtingit. Id autem eſt:quoniam ſcire arbitramur:cum cauſam ſciamus. cauſæ autem quatuor ſunt. 29
Vna quidditas & forma vna materia:quę(cũ forma ſit)vt ipſa ſit neceſſe eſt. alia vero efficiẽs:q̃ primum quippiã mouet. & quarta finis:cuius gratia quicquam eſt. Et hę oẽs per medium monſtrant. Nam materia(quam cum forma ſit,neceſſe eſt eſſe)non vna propoſitione ſumpta manſtrat:ſed duabus ad minimum,hoc autem euenit cum vnum medium illæ habeãt: hoc vno in propoſitionibus accepto,concluſionem eſſe neceſſe eſt quomodo manifeſtũ eſt propter quid angulus in ſemicirculo deſcriptus,rectus eſt:quove exiſtẽte rectus eſt. Eſto ergo rectus a medietas duorum rectorũ b & angulus in ſemicirculo deformatus c. huius igitur quod eſt a rectum ineſſe c angulo videlicet qui in ſemicirculo delineatur, cauſa eſt b . nam duorum rectorum medietas ipſi a,recto videlicet æquum & angulus qui eſt c,æquum eſt ipſi b. nã ipſe duorum rectorũ dimidium eſt:cum ſit igitur c duorũ rectorum medietas: & a inerit c, id autem eſt angulum in ſemicirculo deformatum, rectum eſſe. & hoc de materia. Hæc autem cauſarum(forma inquam)ipſi quid eſt eadem:cum id oratio explicet,atqui ipſum quid eſt cauſam eſſe mediam;prius monſtratum eſt. monſtramus igitur per formam. Idipſum fit & per efficientem. Vt cum quæritur propter quid perſicum bellum Athenienſibus illatum eſt? quæ cauſa fuit vt Athenienſes bello apperterentur? quia ipſi in Sardas cum Eretrienſibus irruerunt . id enim primum mouit. Eſto bellum a. qui priores irruerunt in alios b. & Athenienſes c. Ineſt igitur b ipſi c nam prius irruiſſe Athenienſibus ineſt. & a quoque ipſi b ineſt . nam Medi bello laceſſiti:bellum in eos mouerit,qui priores iniuriam intulere. Ineſt itaque a ipſi b(debellari inquã) ĩs qui priores cepere, b aũt ipſi c, hoc eſt Athenienſibus. nam Athenieñſes priores inceperunt hic igitur medium:eſt ea cauſa quæ primum mouit . Ea vero quorumcunque cauſa eſt finis & grat



ꝓpoſitio, elementũ eſt aſſũptionẽ monſtrat Euclides xxx. tertii. Cum id,cum quid eſt priores ir athe bellũ ruerũt. niẽſes.




tia cuius: idem subeunt iudiciũ vt propter quid ambulat? vt sanus euadat. propter quid domus
test? vt saluentur vtensilia, ambulatio quidem sanitatis, bonæque valitudinis gratia: domus autẽ
saluandæ supellectilis gratia. Et dic e propter quid oportet super cœnam ambulare, & gratia cu
ius id oportet; nihil refert. Esto ambulare post cœnam c, non supernatare cibos b, sanum esse a. In
sit igitur b ipsi c hoc est non supernatare cibos in ore stomachi, ei quod est deambulare post cęnã
atque hoc (non supernatare inquam) sit sanum esse. nam videtur ei quod est ambulare quod qui-
dem est c inesse non supernatare cibos hoc est b, & a hoc est sanum esse inesse ipsi b. Quænã igitur
causa est, vt a quod est gratia cuius insit ipsi c? b profecto non supernatare cibos, & a est tanquã
ratio. finisque ipsius b, nam a sic assignabitur propter quid inest c? quia sanum est id ita sese habe
re. Verum mutentur ratiocinationes oportet: & sic singula quæque magis elucebunt. Generatio
nes autem econtrario fiunt in fine & alijs causis quæ quidem secundum motum sunt, nam in his
medium causaq; primum fit: illic vero ipsum c postremum, primum fit, & gratia cuius vltimum,





Secunda conclusio. Fieri potest vt idem sit, tum ob finem, tum ob materiæ necessitatem. Vt pro
30 pter quid laternam penetrat lumẽ? etenim ob necessitatem, materiamque digreditur, q id tenuio
res subtilioresque partes habet; per latiusculos poros penetrat, modo fiat lumen penetrãdo. Et si
quæras gratia cuius est laternæ lumen? ut nullo offendiculo lædamur. Sed nonne si ita esse cõtin
git in ijs quæ sunt, itane etiam contingit in ijs quæ fiunt? Contingit plane, vt si tonat quia ignis
extinguitur: ex materiæ necessitate prouenit stridor ille, & in nube strepitus. & quemadmodum
Pythagorici dicunt, exauditur strepitus ille, stridorque tonitrus minarum gratia quo ŋ qui in tar
taro sunt, pertimescant, & plurima sunt huiusmodi & præcipue in ijs quæ natura constant. In ijs
enim quæ natura constant: quædam natura cuius gratia facit & ob finem quædam autem mate
31 riæ necessitate. Modi necessitatis. Veruntamen duplex est necessitas: hæc secundum naturam &
illa vero violenta & præter insitam pronitatem atque appetitionem. Vt ex necessitate lapis sur
sum pellitur, & necessitate ruit deuoluiturque deorsum: sed id non ob eandem necessitatem. nam
illa violenta, hæc secundum naturam est. Tertia conclusio Finis bonus, & cuius gratia fit: aut na
32 tura aut arte, non autem a natura proficiscitur. Nam eorum quæ a mente proficiscuntur: quædã
sunt quæ nequaquam a fortuna temereque eueniunt (vt domus & statua) neque ex materię neces
sitate, sed alicuius gratia, quædam etiam a fortunę temeritate contingunt. vt sanitas & salus in
ijs maxime quibuscunque conuenit vt sic alioque modo sese habeant: cum eiusce rerum genera
tio, consecutioque natura nõ fortuna fieri soleat. Manifestũ est igitur hmõi finem & cuius gratia
fieri aut natura aut arte, a fortuna autem nihil alicuius gratia fieri. Quarta conclusio. Eadẽ cau
33 sa est in ijs quæ sunt, quæ fiunt, quæ fuerunt, quæve futura sunt. Nam in his omnibus medium
causa est. Id tamen interest, quia in ijs quæ sunt ipsa causa est, & in ijs quæ fiunt fit, & in ijs quę fa
cta sunt fuit in iis vero quæ erunt, erit. Vt propter quid est, fit, fuit eritve deliquium? propter id
quod terra soli lunæque intermedia est, fit, fuit, aut erit. Quid est glacies? id supponatur esse aquã
gelatã. Et sit glacies c, gelata aqua a, & causa mediũ ipsum defectus caloris penitus b, b igitur ipsi
sit c inest, & gelatum esse quod est a, ipsi b, igitur & a ipsi c inest. Et simili mõ fit c glacies, cũ fit b, &
fuit cum fuit b, & erit cum erit b. Quę igitur hoc pacto est causa, & id ipsum cuius est causa, ipseq;
effectus simul est cũ est ipsa, & fit cum fit, et fuit cum fuit, et erit quoque cum erit eodem modo.




¶ De fieri & facto esse. Cap. XII.

IN ijs autem quæ non simul sunt: nunquid sunt in continuo tempore, sicut videtur nobis alia aliorum causa esse. vt facti esse altera facta, & futuri futura, & eius quod fit: si aliquid antea factum est.

¶ Est igitur a posterius facto, syllogismus: principium autem & horum quæ facta sunt. vnde & in ijs quæ fiunt similiter. a priori autem non est. vt quoniam hoc factum est, quod hoc posterius factum est. & in futuro similiter est. neque enim infinito aut finito erit tempore, quare quoniam hoc verum est dicere factũ esse, hoc verum est dicere factum esse posterius in medio autẽ falsum esset dicere hoc iam altero facto. eadem autem ratio est & in futuro. Neque quoniam hoc factũ est, hoc erit. medium enim simul genitum oportet esse, factorum factum, futurorum, futurum cum ijs quæ fiunt fieri. cum ijs quæ sunt esse, sed futurum esse & esse. non contingit simul esse genitum. ¶ Amplius neque infinitum contingit esse tempus medium, neque finitum. falsum enim erit dicere in medio.

¶ Speculandum ergo quid est continens? vt post id quod factum est, sit fieri in rebus? an manifestum est quod non continuum cum facto esse, quod fit? neque factum post facto esse? termini enĩ sunt atomi. sicut igitur neque sunt pũcta adiuicẽ copulata, neq; quæ facta sunt. vtraque enim indiuisibilia sunt. Neque igitur quod fit cum eo quod

factum est: propter idem. quod enim fit, diuisibile est. quod autem factum est: in diuisibile est. sicut igitur linea ad punctum se habet: sic quod fit, ad quod factum est. sunt enim infinita facta in eo quod fit. manifestum autem magis est in vniuersalibus de motu oportet dicere de his. ℭ De eo igitur quomodo cum eo quod consequenter sit generatione se habeat media causa: in tantum acceptum sit, necesse enim & in his mediam & primam immediata esse. vt a factum, quoniam c factum est, posterius autem c factū a autem prius, principium igitur est c: propter id quod proximum est ipsi nunc. quod est principium temporis. sed c factum est si d factum est. cum igitur d factum est: necesse est & a factum esse. causa autē est c. d enim facto: necesse est c factū esse. c autē facto necesse est a prius fuisse. si autem accipiens aliquod medium, stabit alicubi immediatū an semper extra cadet propter infinitum: non enim continuum factum cū facto, quēadmodum dictum est: sed incipere tamen est necesse a medio. & ab ipso nunc primo. Similiter autem est & in eo quod erit. si enim verum est dicere quoniam erit d, necesse est prius verum dicere quoniam a erit, huius autem causa est c. si quidem enim d erit: prius c erit, si uero c erit: prius a erit. Similiter autem & infinita est decisio & in his. nō enim erunt quæ erunt, continua ad inuicem principium autem & in his sine medio accipiendum est. Habent autem sic se in operibus. si facta est domus, necesse est decisos esse lapides, & factum esse hoc propter quid est, quoniam necesse est fundamentum factum esse: si quidem & domus facta est, si vero fundamentum est prius lapides esse factos necesse est. iterum si erit domus: similiter prius erunt parietes (demonstratur autem per medium similiter) erit enim fundamentum prius.



Duodecimi Cap. notæ

Ab eo quod posterius factum est: hoc est ab affectu ad causam nectitur argumentatio vt domus est: oportet igitur parietes esse sunt parietes: igitur est fundamentum, sed contra a causa quæ prior facta est, non remeat argumentatio. est fundamentum: nulla necessitas cogit esse parietes. sunt parietes: minime fit esse domum. & in ηs quæ fiunt similiter. vt fiunt parietes: prius igitur fiebat fundamentū, neque id recurrit Et in futuris simili modo Et in his magis hypotetica ratiocinatio locum habet. vt si sunt parietes: & fundamentum atqui sunt parietes: fundamentum igitur. Factū esse mutatū esse & ex cap. quinto sexti physicorum cognoscitur quicquam factum esse momento, fieri autem omne in tempore. tempus autem ipsi atomo: momentoque continuum nō est quare neque fieri ipsi facto esse: aut contra. Necesse est in his mediā aliquam: & primam causam immediata esse. Nam si in mediis semper procederetur, & nunquā decumberetur ad primā: abitio fieret in infinitū & si prima datur, aliquam mediarum illi primæ esse proximam: illasque duas sibi immediatas atque sine medio iungi & cohærere. necesse est, alioqui a media ad primam: abitio euaderet in immensum quod impossibile est. & argumentationes hæ (vt dictum iam est) magis conditionales quam prædicatiuæ esse solent. vt si domus facta est: paries prius factus est & si paries factus: prius factum est fundamentum & si fundamentum factum: prius facta: lapides: calx: & cęmētum, prima causa: lapides: calx & cęmētum prius facta. medię causæ: paries factus: fūdamentum factum. sed fundamentum media causa: & lapides: calx: cæmentum prima: immediatę sunt: & nullo medio sibi agglutinantur: ac cohærescunt. Dilutio cauilli de infinitate causarum mediarum ex cap quinto sexti physicorum cognosci debet: ideo illam exactæ non curauit Aristoteles ponere. Nam quamuis sint infinita esse incompleta, non tamen infinita incompleta a completis aūt hę argumētationes sumēdæ, vt a cōpleta domo: a cōpleto pariete a cōpleto fundamēto. Nā si ab icōpletis: & secundū idefinitas partes (quas proportionales vocant) procederetur: Zenonis calumnia subreperet: orireturque, vt si fundamentum factum est: eius medietas facta est, & si est facta medietas: & illius quoque medietas facta & id in infinitum: secundum eiusmodi indefinitas partes abibit. Et simile est de futuris esse. vt est de factis esse. futura em̄ esse iperfecta finita sunt, perfecta aūt & absoluta: finita a quibus ratiocinationes sumuntur: & in illis simili modo causæ sunt mediæ & causę primę quæ amplius in medio non cadūt Quare & partes indefinitæ, & facta esse: & futura esse incōpleta, absurda, irrationaliaque sunt. completa aūt, & partes definitæ, determinatæque quantitatis rationales. vtpote quæ ratiocinationi sunt accommodatæ.

PARAPHRASIS CAP. DVODECIMI.

DVodecimum Cap quæstiones duæ conclusio vna. Prima quęstio. Cum causa & effectus nō simul sunt, nūquid in continuo sunt tēpore, quēadmodū videtur nobis quędā aliorum causa esse? ceu facti aliud factū, et futuri aliud futurū, et eius quod fit ꝙ āte fiebat. Dilutio. Ab eo ꝙ posterius factū est, necti potest ratiocinatio, atqꝫ principium ipsum ac causa, ea erunt quæ facta sunt, quare et ījs quæ fiunt idē euenit, sed ab eo ꝙ prius factū est nō fit ratiocinatio, vt minime colligitᵹ

qui prius factum est,& ipsum posterius factum esse. Et in ijs quæ futura sunt similiter euenit. nã neq; indeterminato neque determinato erit tempore:vt vnq̃ qm̃ vere dicimus prius factum esse, vere asseramus & posterius factum esse. neque in tempore, priori posteriorique intermedio: verũ erit dicere posterius esse priori iam facto. Eadem aũt ratio & in futuro est. neque enĩ quia prius factum colligi potest:& posterius fore. verbi causa, vt quia fundamẽtũ iactum est, ipsam quoque domum fore. Nec iiuria, nam in ijs quibus a priori ad posterius, a causaque ad effectum hoc modo colligitur rõcinatio, oportet medium ipsum, ipsamque causam simul esse genitam: vt factam factorum,& futuram futurorum,& cum ijs quæ fiunt fieri,& cũ ɛ.s quæ sunt esse. atqui in ijs de quibus sermonem in præsentiarum agitamus. fieri nequit vt quod factum est,& quod erit, simul ortum habeant, non igitur in talibus rõcinatio a priori ad posterius colligitur. Secundo. Fieri præterea id nequit: siue detur tempus intermedium definitum siue ĩdefinitum. nam in ĩtermedio illo tempore: falsum erit asserere ipsum posterius esse. Secunda quæstio. Sed irrepsit forsitan dubiũ, & considerare operæprecium est: quidnam in rebus ipsis continuet vt post factum esse, sit fieri? Dilutio. An id dilucidum esse debet: facto esse, continuum non esse quod fit, neque facto esse factum esse, nam hæc fines: colliminiaque sunt & insectilia. Et sicut punctum puncto continuum non est, neque quoque fectum esse, facto esse continuum. nam vtrunque ĩdiuisibile est. quare propter idem. neque quod fit, cum facto esse continuum. nam quod fit indiuisibile est, factum autem esse, indiuisibile. Vt igitur linea ad punctum sese habet: sic & quod fit ad factum esse. insunt enim infinita facta esse in eo quod fit: perinde ac infinita puncta in linea. Verum manifestum est: hæc vlterius dilucidiora facere, pertinere potius ad eos libros vbi vniuersaliter de motu agitur. Cõclusio. Per causas medias necesse est ad aliquam primam decumbere: cui aliqua mediarum sine intercepto medio adiungitur. De eo igitur quod posterius generatione fit quomodo se habeat cum media causa in tantum sumptum sit:& nõ adhuc penitus. nam & necesse esse in his mediarum aliquam & primam causam immediatam esse,& sine medio sibijnuicem cohærere.

lapis funda- des ex mẽta domus eiß iacta ex- fuere sunt tructa
a c d



Vt esto a factum cum sit factum c,& c posterius. factum & a prius ratiocinationis siquidem initium est ipsum c: eo quod est ipsi nunc quod est principium temporis vicinius, sed & factum sit c cum factum sit d. Cum igitur d factum est:& a factum esse necesse est, causa autem c. Nam si d factum:& c factum esse necesse est.& si c factum: necesse est & a prius factum esse. si autem hoc pacto mediam aliquam acceperis causam: ad eam tandem perueneris quæ media amplius non fuerit; sed omnium prima. In his igitur:& mediarum aliquam,& primam ĩmediatam esse,& sine medio cohærere necesse est. Sed quæres forte an ne semper media causa sese offeret alia extra aliam cadens ob ipsum infinitum? non enim factum cum facto, quemadmodum dictum est continuum est, quod si fuerit: minime prima dabitur causa,& quæ media non intercedat. Quanuis ita sit, tamen in his ipsis quæ fuerunt incipere oportet ab ipso effecto quod ipsi primo nunc vicinius est,& a media ipsi viciniore causa,& tandem prima sinmediataque alicui mediatarum occursura est, Et vt in his quæ facta sunt: simile quoque & in ijs quæ erunt reperitur. Nam si verum est astruere d fore: necesse est verum esse & a prius fore. huius causa media c. nam si d erit: prius c erit,& si c erit,& a quoque prius erit. Et simili modo in futuris esse, vt in factis esse: infinita diuisio est. nã futura esse futuris esse continua non sunt. Attamen & in his auspicandæ argumentationis initiũ est,& ad primam causam cui aliqua mediarum nullo interstite medio hæreat, tandem decumbendum. Huius quod dictum est simile reperiri potest in ipsis operibus. Vt si extructa est domus:& lapides icisos fuisse necesse est.& causa media est, fundamẽta iacta fuisse quia si domus est & fundamenta iacta fuisse necesse necesse ese. si vero iacta fuere fundamenta,& lapides prius fuisse decisos est necesse. Itẽ & in futuris, similiter. si erit domus, prius erunt parietes,& si erunt parietes, prius iactum erit fundamentum. Demonstratur autem per mediam causam, vt & in his quæ facta fuerunt, media autem causa, parietes. nam prius erit fundamentum.

lapis paries ex es e domus cidentur rit. erit.



In ijs quæ circulo gignuntur, demonstrationem esse circularẽ. Cap. XIII.

Quoniam autem videmus in ijs que fiunt, circulo quãdã generationem esse,& contingit hoc esse, si quidẽ consequãtur ad inuicẽ mediũ & termini. in his enim conuerti est, ostensũ autẽ est hoc in primis quod conuertuntur cõclusiones, circulo autẽ hoc est. In operibus autẽ videtur sic depluta terra necesse est vaporẽ fieri hoc aũt facto, nubẽ. hac autẽ facta aquã. hac vero facta, necesse est terrã deplutã esse. hoc autẽ erat ex principio quare circulo circuiuit. cũ em̃ vnũ horũ quodlibet est alterum est.& cũ illud alterũ,& cum hoc primũ. Sunt aut quædã quę fiunt vniuersaliter. semper em̃ & in omni aut sic se habent aut fiunt. alia vero quidẽ semper non, sed sicut frequenter sunt. vt non omnis homo masculus habet barbam, sed est sicut frequẽter. Talium igitur necesse est & medium sicut frequenter esse. Si enim a de b prædicatur vniuersaliter,& hoc de c vniuersaliter, necesse est & a de c semper & de omni prędicare. hoc enim est vniuersaliter,& de omni & semper. sed suppositum est sicut frequenter esse necesse est. ergo medium

Ex secũdi priorũ cap. v


ſicut frequenter eſſe quod eſt in quo b.erunt ergo & eorum principia frequenter ſine
medio,quæcunque vt plurimum ſic ſunt aut fiunt.

Decimitertij cap.notæ.


Cum in ijs quæ fiunt:videamus quandam reciprocam in prædicatiuis ratiocinationibus qñ me- 38
dius terminus & ex tremi termini ſe mutuo conſequuntur & remeant:euenit, illam argumẽtatio
nem. obambulatoriam(vt Hermolaus ait)remeantemque & circularem eſſe. at ſi ratiocinatio cõ
ditionalis eſt:medium ea propoſitio dicitur quæ vnius comes conſequenſque eſt,& alterius dux
atque.antecedens:extrema vero mediæ illius propoſitionis:antecedens & conſequens , & ſi plu
res ſint alternatim antecedentes & conſequentes:& plura quoque erunt media vt ſi terra deplu
ta eſt:vapores attollentur.ſi autem attollentur vapores:concreſcent denſabunturque in nubem.
& ſi concreſcet,denſabiturque nubes:pluet.ſi autem pluet,& terra proculdubio erit depluta. me-
dia ſunt vapores attolli , nubem denſari: & pluere extremã terram deplutam eſſe, & terram fore
deplutam,quę oĩa inter ſe cõmeant ac recurrunt.Inſtar circuli circũferentia circuli : a puncto in
punctum remeat,quocunque in ea deſignaueris.Cum horum quoduis ſiue primum ponas terrã
eſſe deplutam:reditus ad ipſum fit.ſiue vapores attolli:ad ipſum reditus fit. ſiue nubes gigni : ad
nubium generationem circulatio redit,ſiue pluuiam decidere,ad id,pluuiæque eruptionem con-
uertitur ambitus.Eſto a terram eſſe deplutam,b vapores attolli,c nubem gigni , d pluuiam deci-
dere: circuitus omnes hac deſcriptione deprehenduntur .

a	l	b	l	c	l	d	l	a
b	l	c	l	d	l	a	l	b
c	l	d	l	a	l	b	l	c
d	l	a	l	b	l	c	l	d

¶PARAPHRASIS CAP. DECIMITERTII.



Ecimumtertium cap. concluſiones tres.Prima concluſio.Cum in his quæ fiunt,vi- 38
demus quandam reciprocam,circuloque eſſe generationem : hoc euenit cum medi
um & extrema ſe mutuo conſequuntur. Primo quia in his medium & extremæ
ſe mutuo conſequi : eſt ea ipſa conuerti atqui oſtenſum hoc prius eſt cum con
uertũtur concluſiones.id eſſe circulo.nimirum igitur eſt reciprocam,circuculoque
generationem fieri:cum medium &extrema ſe mutuo conſequũtur.Secundo.Id ex
ipſis naturæ operibus:ita eſſe deprehẽditur. Vt ſi depluta eſt terra:neceſſe eſt vaporẽ gigni.& ſi
gignitur vapor:& nubẽ quoque concreſcere neceſſe eſt.concreta aũt nube. pluuiam erumpere ea
vero erumpente,& terram deplutã eſſe neceſſe.Hoc aũt terram eſſe deplutam :idipſum eſt quod 39
ab initio ſumpſimus.quare inſtar circuli:conuerſio facta eſt. Nam & cum horũ quoduis eſſe ſta-
tueris:alterum eſt. & cum illud ;& alterum & hoc : tandem eſt primũ.Secunda Quędam vniuerſa
liter ac oĩno. ſunt aut fiunt eodẽ mõ. q̃dam vero non vniuerſaliter eodem aut fiunt mõ . Nam



quædam ſunt quę ſemper eodem ſeſe habent aut fiunt pacto. vniuerſaliter igitur ac omnino. Et 40
alia non ſemper eodem modo ſed plerunque,vt quod omnis homo maſculus barbã emittat non
ſemper fit:ſed & plerunque, Tertia.Eorum quæ plerunque ſunt aut fiunt, & mediũ plerunq; eſſe
& non vniuerſaliter eſſe oportet.Nam ſi a d b medio vniuerſaliter prædicatur,& ipſum b vniuer
ſaliter prædicetur de c:& a de c ſemper prædicabitur.nam id eſt vniuerſaliter prædicari: & de oĩ
ſemper prædicari. id aũt eſt contra hypotheſin. poſitum nanque eſt:non ſemper ſed plerunque
prædicari.Neceſſe eſt igitur mediũ b vt plerunque eſſe.Erũt igitur eorũ q̃cunque ſunt aut fiunt
vt plerunque,principia ea ĩmediata quæ ſunt,fiuntve vt plerunque, nota igitur eſt concluſio.

¶Quo pacto diffinitio veſtiganda ſit. Cap. X IIII.

Vomodo quidem ſit quod quid eſt in terminos aſſignadũ, & qualiter de-
monſtratio aut diffinitio ſit ipſius aut non,dictum eſt prius. ¶Quomodo
autem oportet venari in eo quod quid eſt prædicantia nunc dicemus. Eo-
rum igitur q̃ inſunt vnicuique quædã ſe extendunt in plus non tamen extra
genus.dico autem in plus eſſe quæcunque inſunt quidẽ vnicuiq; vniuerſa
liter,at vero & alij. vt eſt aliquid quod oĩ trinitati ineſt , ſed & non trinitati , ſicut qđ
eſt,ineſt trinitati,ſed non nũero.ſed ĩpar ineſt oĩ trinitati,& in plus eſt:& nãque ipſi quĩ
nario ineſt,ſed non extra genus,quĩnarius quidẽ numerus eſt.nullũ aũt extra numerũ,
ĩpar eſt.Hmõi igitur accipienda ſunt vſque ad hoc quouſque tot accipiantur primum,
quorũ vnũ quoque in plus ſit,oĩa aũt non in plus:hanc eñ neceſſe eſt ſubſtantiam rei
eſſe,vt trinitati ineſt omni , numerus impar primus vtrobique : & ſicut quod eſt non
menſurari numero,& ſicut non cõponi ex nũeris.hoc itaque iã trinitas, eſt nũerus im-

par primus:& sic primus. horum enim vnumquodque illa quidem imparibus omnibus insunt, vltimum autem & dualitate:omnia autem nulli. Quoniam autem ostensum a nobis in superioribus, quod necessaria quidem sunt in eo quod quid est prædicantia:vniuersalia autem necessaria sunt. trinitati autem & cuilibet alij sic accipiuntur in eo quod quid est accepta:sic ex necessitate quidem erit trinitas hæc. Quod aūt sub stātia sit:ex his manifestū est.necesse est em̄ nisi hoc sit trinitatis esse: vt genus aliquod esse.hoc aut nominatum est aut non nominatum.erit igitur in plus quam trinitati existens.concessum enim huiusmodi sit esse genus: vt quod insit quidem secundum potentiam in plus.si igitur nulli inest alij quam atomis trinitatibus:hoc vtique erit trinitatis esse.supponatur enim hoc substantia vniuscuiusque esse:quæ in atomis vltimum prædicatum, quare similiter & alij cuilibet, sic demonstratorum quidem illi esse erit.

42 ¶Congruum autem est cùm totum aliquod negotietur aliquis:departiri genus in atomo specie prima. vt numerum in trinitatem & dualitatem. postea sic illorum diffinitiones accipere tentare:vt rectæ lineæ & circuli & recti anguli. Post hæc autem accipientem quod genus sit & vtrum quantitatum aut qualitatum:proprias passiones speculari per communia prima. compositis enim ex atomis conuenientia, ex diffinitionibus erunt manifesta; propterea quod principium est omnium diffinitio & quod simplex est.& simplicibus per se inesse conuenientia solis.alijs autem secundum illa.

¶Sed diuisiones quę sunt secundum differentias vtiles sunt ad hoc sic adeundum vt tamen monstrant:dictum est prius. vtiles autem erunt sic vtique solum ad colligēdum quod quid est.& uidebitur vtique nihil monstrare: sex mox accipere omnia tanquam

43 si ex principio acceperit aliquis sine diuisione. Differt autem aliquid primum & posterius prædicamentorum prædicari. vt est dicere animal mansuetum, bipes: vel bipes animal mansuetum. si enim omne ex duobus est: & vnum quid sit animal mansuetum iterum ex hoc & differentia homo aut quodlibet vnum fit, necesse est diuidentem petere. ¶Amplius nihil relinquendum in eo quod quid est si solummodo contingit. cum enim primum accipiatur genus:si quidem alicuius inferiorum aliquam diuisionem accipiat non incidet omne in hoc. vt non omne animal, aut totum pennatum est aut diuisum pennis: sed pennatum, animal omne. huius enim differentia hæc est. prima autem differentia est animalis: in quam omne animal incidit. Similiter autem & in vnoquoque aliorum, & in ijs quæ extra genera & quæ sub ipsis sunt. vt in aue, in qua est omnis auis & in pisce, in quo est omnis piscis, sic igitur vadenti promptum est scire quoniam nihil relictum est, aliter autē relinquere necesse est & nō scire.

¶Nihil autem oportet diffinientem & diuidentem, oīa scire quę sunt, & tamē impossi-

44 bile dicūt esse quidam differentias cognoscere quæ sunt ad vnumquodque non cognoscentem vnumquodque. sine autem differentijs non esse vnumquodque scire. a quo enim non differt, idem esse huic. a quo enim non differt, alterum ab hoc. Primum quidem hoc falsum est. non enim secundum omnem differentiam, alterum est. multæ em̄ sunt differentię in eiusdem specie, sed non secundum substantiam neque per se. Postea cum accipiantur opposita & differentia & quod omne incidit hinc aut inde: & accipiat in altero quod quæritur esse & hoc cognoscat, nihil differt scire aut nō scire de quibus cunq; prædicantur alijs differentiæ manifestum enim est quod si sic vadens veniat in hæc quorum non est amplius differentia: habebit rationem substantiæ. omne autem incidere in diuisionem, si sint opposita quibus nihil interest, non est petitio. necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si quidem illius differentia est.

¶Ad probandum autē terminum per diuisiones, tria oportet coniecturare: vt accipiantur prædicata in eo quod quid est. & hæc ordinate quid primum est aut secundum, & quoniam hæc omnia sint. Est autem vnum horum & primum per id quod possumus sicut ad accidens syllogisare, q̄m est & per genus ꝓbare. Ordinare aūt sicut oportet erit. si primū accipiat. hoc autem erit si accipiatur quod omnibus sequitur: illi autē non omnia. necesse est enim aliquod esse huiusmodi accepto autem hoc iam idem in inferioribus modus. secundum enim aliorum primum erit, & tertium continuorum. remoto enim quod est sursum: continuum aliorum primū erit. similiter autē & in alijs.

Quod autem omnia hæc sint.manifestum ex hoc quod recipimus,primum quidem se
cundum diuisionem.quoniam omne aut hoc aut illud est.est autem hoc & iterum hu-
ius totius differentiã.extremi autem non amplius esse differentiam . vel etiam statim
cum vltima differentia a toto non differre specie.hoc manifestum enim est , quoniam
neque plus hoc apponitur.omnia enim in eo quod quid est accipiuntur horum: neque
deficit nihil.aut enim genus aut differentia vtique erit.genus quidem igitur est primũ,
& cum differentijs hoc acceptum est .differentiæ autem omnes habentur . non enim
amplius est posterior . specie enim vtique differret & vltimum hoc autem dictum est 46
non differre . ¶ Quærere autem oportet intendentem in similia & indifferentia.
primum quod omnia idem habeant.postea iterum in altera,quæ in eodem quidem ge-
nere sunt cum illis:sunt autem ipsis quidem idem specie,ab illis autem altera . cum au-
tem in his accipiatur quid omnino idem , & in alijs similiter:in acceptis iterũ intenden-
dum est si idem sit,quousque in vnam conueniãt rationem . hæc enim erit diffinitio . si
vero non vadit in vnam sed in duas aut plures : manifestum est quod vtique non est
vnum aliquod quod prædicatur,sed plura . Vt dico si quid est magnanimitas quæri-
mus:intendendum est in quosdam magnanimos,quos scimus quid habeant vnũ oẽs in
quantum sunt huiusmodi . vt si Alcibiades magnanimus aut Achilles & Aiax : quid
vnum omnes habent: non tolerare iniuriã.hic enim dimicauit:ille insaniuit . hic autẽ
interfecit seipsum.iterum idem est in alteris.vt Lysandro & Socrate,si iam indifferen-
tes esse & fortunati & infortunati : hæc duo accipiens intendas quid idem habent aut
impossibilitas quæ est circa fortunas, aut non tolerantia cum iniuriantur .si vero nul-
lum sit commune duæ species erunt vtique magnanimitatis. ¶ Semper enim est om-
nis diffinitio vniuersalis, non enim in quodam oculo dicit sanabile medicus,sed aut in 47
omni aut in specie determinans.

Decimiquarti cap notæ.

¶ Numerus primus:idem est.qui ab arithmeticis incompositus appellatur : & bifariam dici so- 48
let.primo quod nullus numerus ipsum metiatur Numerus numerat;qui aliquoties sumptus , il
lum præcise reddit. vt binarius ter sumptus;præcise reddit senarium. secundo quod non compo
natur ex pluribus numeris, & id solum conuenit binario atque ternario . Nam binarius ex dua-
bus vnitatibus :& ternarius ex vnitate & binario componitur. vnitas enim numerus nõ est.hinc
aperte dinoscitur ternarius quod impar numerus sit vtroque modo primus , Per hanc secun
dam regulam sic peruestigatur diffinitio generis vt lineæ :per diffinitiones suarũ indiuiduarum,
infimarumque specierum quæ sint linea recta & linea curua. Nam linea recta est longitudo citra
latitudinem cuius media puncta non prominent,subsultatve ab extremis , & linea curua : longi
tudo citra latitudinem cuius media prominent puncta in omnibus his diffinitionibus : longitu
do citra latitudinem vt quiddam comune adijcitur , & quia linea in genere est quantitate : ge
nus quantitas illi communi adiectum,lineæ diffinitionem complet.eritque linea quantitas quæ
longitudo est citra latitudinem . Refert tamen id dictum esse propter negationem . nam cum mi
nora præcedunt maiora: maiorum eis intellectus habetur , superfluitque quasi vnum non esset ,
sed perinde ac plures orationes Diffinitio omnis ex duabus constat, genere & differentia. & quã
quam plures quandoque sunt differentiæ, illæ tamen vnum efficiunt , perinde atque vna essent
differentia. sic igitur ex vno genere & vno quod differentia simplex est, aut quod ex differentijs
coalescit:constat diffinitio. Totipennes continuarumque alarum sunt:vespertilio & muscæ . scis
sipennes autem discretarum diuisarumque alarum vt coruus & cæteræ volucres . Quæ in quid
est prædicantur: sub quid est,quale quid est comprehenditur , vt & essentialis differentia :generi
annectitur,seu cognoscitur in topicis. Per diuisionem, ita hominis diffinitionem collige.
Primo agnito quod genus eius substantia sit : deducitur substantia in corpoream & incorpore
am. quare homo:corporeum aut incorporeum: perspectum autem est non esse incorporeum,cor
poreum igitur. Rursus omnis substantia corporea aut animata aut inanimata . quare in hæc ca
dit homo,at inanimatus non est:animatus ergo. Rursum animata substantia:aut sensitiua aut
sensus immunis. igitur & homo:& sensitiuus quidem . rursus omnis substantia sensitiua : aut ra
tionalis,aut rationalis expers.alterum igitur homo. & cum constet quod non sit expers rationis
rationalis igitur est, & ex his tota hominis substantiæ,rationeque colligitur,substantia,corporea
animata sensitiuaque,atque rationalis. Similia & indifferentia, indiuidua eiusdem speciei. Vt si
Alcibiades magnanimus . De Alcibiade ex quinto Iustini , qui cum dux Atheniensium fuisset

lis igitur est. & ex his tota hoīs substātia, ratioq́; colligitur, substātia, corporea, animata, sensitiua
que, atq; rōnalis. Similia & indifferentia, indiuidua eiusdē speciei. Vt si Alcibiades magnanimus.
46 De Alcibiade ex quinto Iustini, qui cum dux Atheniensium fuisset re parum faustę gesta in Sici
liam, vt audiuit se non mō damnatum, sed per oīm sacerdotum religiōes dījs deuotum, impatiēs
iniuriæ totum conuertit ingenium, vt Atheniensibus bellum inferret conciliato sibi Tisapherne
Darij regis præfecto. De Achille autem, quod iniuria offensus ab Agamennone ob raptam Bri
seida, suppetias socijs aduersus Troes negauerit, ex Homero habetur. cuius rei itē meminit Oui
dius inducens Briseida scribentem, vt arma quæ propter ipsam dimiserat, capessat hoc pacto.

Quid tamen expectas? Agamennona pœnitet iræ,
Et iacet ante tuos Græcia mæsta pedes
Arma cape Aeacide (sed me tamen ante recepta)
Et preme turbatos Marte fauente uiros.
Propter me mota est, propter me desinat ira.
Simque ego tristitiæ causa, modusque tuæ.

Et quanq̄ vetus latina lectio habet de Achille, ille insaniuit. Aristoteles habet οδ'ε εμηνισεν quod
magis designat, ille autem succensuit, iratus, infensusque est quod exprimens Argyropilus (cum
hunc locum non ad verbum sed ad sententiam verteret) scripsit. secundus iratus se a socijs defen
dendis seiunxit. De Aiace autem, quod mortem sibi consciuerit iniuria affectus ab Vlysse, deci
motertio Metamorphoseon sic scribit. Ouidius.


Hectora qui solus, qui ferrumque, ignemque, Iouemque.
Sustinuit totiens, unam non sustinet iram.
Inuictumque uirum uicit dolor, arripit ensem.
Et meus hic certe est, an & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc (ait) utendum est in me mihi, quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit.
Nec quisquam Aiacem possit superare, nisi Aiax,
Dixit & in pectus tum demum uulnera passum
Qua potuit ferro, letalem condidit ensem.

De Lysandro de quo Cicero in primo officiorum, quo in genere patientissimum Lysandrum La
cedæmonium accepimus, ex quinto Iustini pariter agnoscas. fuit enim præfectus classis Lacedę
moniorum. De magnanimitate tolerantiaque & patientia Socratis faceta magis quam seria legū
tur in Laertio, at in Phedone & Menexeno magnanimus ac patientissimus legitur, vt etiā æquo
animo pariquevultu (collachrymāte lectore) e manu famuli qui venenum miscuerat desumpserit.
Specie determinans, specie, vt oculo humano.

❡PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVARTI.

Decimumquartum cap. regulę quatuor, præcepta tria. Annotationes cauillorū duę.
Prima regula. Cum indiuiduę speciei tot eorum (q̄ de ea vniuersaliter & sp prædicā
41 tur & singulum ad plura se fundit) accipiuntur, vt oīa simul illi sint æqua, neque in
plus se porrigant illa simul accepta speciei illius diffinitio, substantiaque sunt. Quo
nam sane mō quid est ratiocinationis terminis sit adiiciendum, & quo modo diffi
nitio aut demonstratio sit aut non sit ipsius quid est, dictum est prius. quanamvero lege inuestiga
re oporteat ea q̄ in quid est prædicantur, nunc differamus oportet. Igitur eorum q̄ semper cuiuis
speciei insunt, quædam latius se fundunt q̄ species, non tamen in plus quā suum genus. Dico autē
latius se fundere, in plusque esse, quæcunque cuique vniuersaliter insunt, attamen & alijs etiam in
sunt. ceu est aliquid quod omni ternario inest, & etiam non ternario, quēadmodum esse ens om
ni ternario inest & etiam non numero, latiusque se fundit quam ternarij genus. at impar inest &
omni ternario & in plura se porrigit. nam ipsi quinario inest, sed genus ipsum non excedit. siqui
dem quinarius numerus est, & nullus impar extra numerum est. Huiusmodi igitur prædicata eo
usque sumēda sunt, quousque primum tot accepta sint vt singulum quodque in plus sit, at vero
omnia simul non in plus sed illi speciei æqua. Et hanc necesse est esse ipsius finiendæ speciei sub
stantialem rationem vt omni ternario inest numerus impar, vtroque modo primus. Vtroq; mo
do dico, & quia nullo metitur numero, & quia ex pluribus non coalescit numeris. Hoc igitur ter
narius est. hoc inquam numerus impar primus, & hoc pacto primus, vtroquevidelicet modo. Ho
rum enim omnium prima cunctis imparibus insunt, vltimum vero & binario. at vniuersa simul,
nulli præterquam ternario insunt. Cum autem a nobis superiore libro ostensum sit ea quæ in eo
quod quid est prædicantur necessaria esse. nam vniuersalia, vniuersalia autem necessaria sunt. de
ternario autem & quouis alio sic accipiūtur prædicata in eo quod quid est desumpta. sic igitur
ex necessitate quidem ternarius ea erit, quæ supra attulimus. Quod autem illa ternarij substantia.
diffinitio quæ sint, ex his dilucere potest. nam nisi id ternarii diffinitio sit. necesse idipsum quasi
genus quoddam ipsius esse, & hoc aut nomine vocitatum: aut cui simplex nomen minime sit in
ditum, erit igitur pluribus quam ternario competens. nam huiusmodi supponatur esse genus, vt
quod possit in pluribus se fundere, si igitur id nulli alii īest præterq̄ īdiuiduis singularibusq; ter


oo
ooo



Linea recta.



Circularis.



Angulus rectus.



Angulus hebes obtususque.



angulus acutus.

nartis,erit profecto id ternarii diffinitio. Nam & hoc etiam supponatur, id substantiã diffinitio-
nemq; cuiusq; esse,quæ de ĩdiuiduis vltĩa ipsa prædicatio est, quare similiter & de alio quocunq;
id illi erit diffinitio,ꝙ hoc ostensum fuerit mõ. Secunda regula. Par est autem cum qspiã totum
aliquod studeat,nauetque operã diffinire genus, ipsum ĩ indiuiduas primasque species partiri, 42
vt numerum ĩ binarium & ternarium,& reliquas species,& lineam ĩ rectam & circularem & an-
gulum ĩ rectum,hebetem & acutum Deinde vt dictum est, eniti illarum diffinitiones accipere,vt
diffinitionem lineę rectę,& diffinitionem lineę circularis,& diffinitionem anguli recti,& simili-
um. Post hoc autẽ sumere quodnã illius totius sit genus,vt vtrum quantitas sit, an qualitas.&
ipsius totius ꝓprias affectiones per primas speciebus indiuiduis cõmunes contemplari.nam con
uenientia ipsis totis,gñibusque & cõpositis ex ipsis indiuiduis specie, ex illarum specierum diffi
nitionibus nota erunt,ob idipsum ꝙ diffinitio principium est oĩm & simplex,& ea quæ simplici
bus conueniunt,per se quidem illis solis conueniunt,cæteris autem per illa. Indiuiduæ autem spe
cies simplices,genus autem cõpositum. quare non absurdum fuerit hoc modo diffinitiones inue
stigare generum. Tertia. At diuisiones quæ per differẽtias ꝓcedunt,vt vtiles,accõmodęque sunt 43
ad id negotii sic ꝓsequendum,vt diffinitiones tum generum,tum indiuiduarum specierum per-
stringentur. Quo pacto tamen ad demonstrandum quid est se habeant dictum prius est, vtiles ni
hilominus esse possint solum ad sic colligẽdum quid est. Et videbitur sane ipsa diuisio nihil mon
strare,sed statim vniuersa accipere,perinde ac si quis ab initio sine diuisione sumeret. Refert tamẽ
nonnihil eorum quæ prædicantur quod primo loco,quodve posteriore prædicetur. Verbi cau-
sa,refert dicere animal mansuetum bipes,vel bipes animal mansuetum. Nam si omnis diffinitio
ex duobus coalescit,& animal mansuetum sit quidvnum ex quo & differentia sit homo vel quid
uis vnum quod efficitur,necesse tamen est diuidentem illam differentiam petere vt bipedem,aut
quiduis aliud. Refert igitur quo loco illa differentia prædicetur,sed eo loco prædicari par est,quo
venit petenda. Præterea hoc pacto duntaxat, nihil omittere contingit eorum quæ in diffinitio-
ne sunt ponenda.nam cum primum accipitur genus, si aliquam inferiorum diuisionum accipiat
quis, non totum id genus cadet in illam, vt non omne animal continuarum aut diuisarum ala-
rum est,sed id solum omni animali volatili conuenit nam & illius,hæc differentiæ diuisio est.
Prima autem differentiæ animalis diuisio ea est,in qua omne animal comprehenditur. Simili au
tem modo,& in quouis aliorum generum, siue ea genera summa sint, siue inferiora, & sub aliis
generibus collocata,ceu volucris ea est differentiæ diuisio prima,in quam omnis volucris cadit,
& piscis diuisio prima, in quam omnis cadit piscis. sic igitur procedenti,promptum est cognosce
re,nihil omissum esse secus autem facientem,& quasi per saltum,seriemque interrumpendo,neces
se est aliquid omittere,& nesciẽter,ĩsciteque id facere. Amotio cauilli. Nequaquam oportet eum
qui diffinit, ac diuidit omnia ea quæ sunt scire, tametsi impossibile esse cauillentur nonnulli(vt 44
Pseusippus)cognoscere differẽtias quę sunt ad vnumquodque,q nõ cognoscat vnunquodque,sine
aũt differẽtiis ad vnunquodque,fieri nõ posse vt quodque diffinitiõe sciatur. nã a quo nõ differt
quippiã,idem illi esse aiunt,a quo aũt differt,ab eo esse alterũ,a quo diuersum. Primo igitur id vl
timum falsum est.nam nõ scd'm oẽm differentiam res altera,diuersaque est. qñquidem cõpluscu
lę sunt differentię,in rebus ipsis,quæ specie sunt eędem,at nõ secundum substantiam,neque p se.
Non igitur differentię illę,res alteras diuersasque esse faciũt. Deinde cum quispiam acceperit op
positas esse differentias,& oẽ quod finiendum suscipitur in hunc aut illam partem cadere,sum-
pseritque eã rem quam quęrit in altera esse parte,& id agnouerit,nihil refert si sciat necne de qui
buscunque aliis prędicentur illæ differentiæ. Verum enimuero manifestum ꝙ si eo quo dictum
est mõ proficiscens,ad ea tandem perueniat quorum nulla vlterius differentia est, denique ipsum
rationem substantiæ diffinitionemque habiturum. omne autem finiendum in diuisionẽ cadere,
si diuidentia ipsa opposita sint inter quæ non cadit medium,minime petendum est. nam necesse
est id omne ĩ altero esse. si quidẽ illius differentia est. non igitur eum qui diuisione diffinitionem 45
colligit,omnia scire oportet. Tria pręcepta diuisionum. Ad præparandã autem ac instruendam
per diuisiones diffinitionem,tria coniectare oportet. Primum vt ea sumantur,quę in quid est prę
dicantur. Scd'm vt hęc suo ordine disponantur,ceu primum primo loco, & scd'm scd'o colloce-
tur,& ita deinceps Tertium vt illa,oĩa sint. Vnum autem primumque horum ex Topicis per id
efficietur,si valebimus per gñis considerationes inesse probare,vt & accidens per locos suos vale-
mus ratiocinari. Erit autem vt quis recte ordinet, si primum accipiat. Id autem erit si accipiatur
id,quod omnia sequantur,at illud non sequantur omnia.nam aliquid esse tale necesse est. Quan-
doquidem primo accepto,idem iam erit in subsequentibus obseruandus modus. Nã quod scd'o
loco venerit,erit subsequentium primum,& tertium,quod illi attiguum est nam sublato illo sur-
sum,quod attiguum est scd'o aliorũ,erit illorum primum Et in aliis q̃ subsequitur,simili mõ res
ipsa sese hẽbit. Tertiũ autẽ qđ'que ꝑdicata illa oĩa sint,dilucidum ex hoc euadet, si sumpserimus
primã diuisionem(quia oẽ quod finiẽdum est,aut hoc,aut illud est, ẽ autẽ hoc)& iterum sumpse
rimus illius totius differẽtiam,donec ad vltimã decumbemus, vltimi autẽ dilucidum est nõ vlte-
rius esse differẽtiam,aut illo id etiã vltimę differẽtię adiunctum,nihil a toto efficere specie diffe-
rens,sic oĩa quę finiẽdę speciei necessaria erunt,sumpta erũt.nã manifestũ est neque plura par est.

Ex quarto Topicorum Ex secundo, & tertio,

quicquam appositum esse.nã oĩa quæ in quid,est de specie dicuntur,accipiuntur , neque illorum quicquam deest.nã id aut genus aut differentia esset.at genus est primum , & cum differentiis ipsum aceptum est , & differentiæ etiam oẽs comprehensæ sunt non enĩ vltima posterior est vlla, nam efficeret vt specie differet vltimum, id autem dictum est specie. differre non posse.erunt igitur omnia quæ necessaria diffinitioni speciei sunt aggregata,& nihil exuberans,nihilque maneũ atque omissum.Quarta regula.Oportet autem & aliter diffinitiones quærere.inspiciendo primũ

46 ad ea quæ similia differentiaque sunt,quid omnia talia idem cõmuneque habeant deinde iterum ad alia;quæ sub eodem quidem genere cum illis collocata sint,& inter se eadem sint specie a primis autem specie sint diuersa.Cum aũt in primis sumitur quippiam penitus idem , & in aliis aliquid idem simili mõ:rursus considerandum est si in his q̃ sumpta sunt sit aliquid idem ac cõmune,quousq; ad vnam deueniatur rõnem.nã ipsa erit ipsius rei diffinitio .sinautem illa diuersa ex parte accepta singularia in vnã conspirãt rõnem,sed in duas pluresve itur exploratũ tum esse debet,id cuius diffinitio quæritur non vnũ esse prædicatum sed plura,atq; homonymũ . Vt si inquid sit magnanimitas quærimus. inspiciendum est ad quosdam quos scimus esse magnanimos, quidnam habeant vnũ quatenus tales sunt.ceu si Alcibiades magnanimus &, Achilles & Aiax: quid vnum omnes habent:& id sane est:sed affici iniuriis non proferre.Nam primus iniuria affectus:bellum intulit.secũdus ira percitus:sociis suppetias negauit. . Et Aiax semetipsum letho dedit:Rursum in ãliis magnanimis idipsum est inspiciẽdum.vt in Lysandro & Socrate. Vnum aũt in ipsis id est æquanimes cum fortunatos tum infortunatos ipsos esse.Sumens igitur hæc duo:cõsidero quidnam idem habeant hæc:æquanimitas inquam imperturbatioque circa fortunæ prospera: ad diuersa,& tolerandi impotentia cum hi contumeliis lacessuntur.Quod si nihil vnum cõmuneque habeant,duæ proculdubio magnanimitatis species modique erunt, eritque magnanimitas homonymum atque æquiuocũ. Amotio secundi cauilli. Nam videtur ad singula sit aspiciendũ ad ipsas diffinitiones hñdas singularium igitur oportere esse diffiniones . Qđ si id non est ne quicq̃ ad singula fit inspectio. Verũ non ita res sese habet.nã oĩs diffinitio vniuersalis semper est.Neque enim medicus definit salubre huic oculo:sed aut omnia aut specie determinans .

¶Species facilius quam genera finiri. Cap.XV.

Facile autem est magis singulare diffinire quam vniuersale.vnde oportet a singularibus in vniuersalia ascendere. ¶Et nanque æquiuocati-

47 ones magis latẽt in vniuersalibus quam in indifferentibus. ¶Sicut autem in demonstrationibus oportet syilogisari inesse. sic & in terminis clarum.hoc autẽ erit si per ea quæ secundum vnumquodque dicuntur sit in vnoquoque genere diffiniri separatim.vt simile non omne sed in coloribus & figuris,& acutum quod in voce,& sic in commune erit ire,timentem ne æquiuocatio contingat. ¶ Si autem non oportet disputare in metaphoris,manifestum est neque diffinire metaphoris,neque quæcunque dicuntur in metaphoris , disputare enim erit necesse in metaphoris.

Decimiquinti cap. notæ.

Æquiuocationes minus aperte , sunt in vniuersalioribus,magisque latent vt magis latet an acutum homonymum:quã quando specialia attendimus.vt ad acutam vocem, acutum saporem:& acutum gladium. in his enim homonyma , æquiuocatioque statim percipitur : & per hæc quod acutum homonymum,æquiuocumque est. Acutum in voce, vox tinula: quæ fortiter perpellit, & quasi penetrat auditum Acutum in sapore, quod pungit gustum. vt acor,& aromata. Acutũ in magitudine;quod pungit,penetratque tactum vt stillus vt acus .

PARAPHRASIS CAP. DECIMIQVINTI.

Decimiquintum cap. conclusiones duæ. Prima conclusio. Facilius est species quod-

48 que minus vniuersale fuerit diffinire : quam quod magis vniuersale. Primo quia vt modo visum est: oportet in colligendis diffinitionibus a singularibus ad vniuersalia scandere. Secundo. quia homonymiæ:æquiuocationesque: minus apertæ sunt in vniuersalibus quam in iis quæ genere nũ dissident . Tertio vt in demonstrationibus oportet ratiocinationis bonitatem inesse:sic & in diffinitionibus diluciditatem claritudinemque Hoc autem erit:si diffiniatur seorsum quod quod in vnoquoq; genere est,per ea quæ in figu vnoquoque genere dicuntur. Vt si finiatur simile,non omne: sed simile in coloribus & simile in ris:acutum,non oẽ: sed acutum in voce,& in rel. quis.& sic qui diffinit,ꝓficisci debet : id cauens ne offendatur æquiuocatio.Facilius igitur cum ad singula inspicitur, diffinire minus comunia q̃ communia vniuersaliaque magis.Secunda.si non est translatitiis disserendum , manifestum esse debet neq; esse eiusce translatitiis orationibus aut iis quæ per translatitionem dicuntur,diffiniẽdum. Nam translationibus diffiniatur & translationibus disserere necesse est.subeunt enim diffinitiones,ipsas differendi argumentationes·

¶ Annatomen & analogiã terminandis problematis momentum habere. Cap. XVI. 50
V T habeamus proposita: eligere oportet decisiones & diuisiones. sic autem eligere secundum subiectum genus commune omniũ. vt si animalia sint quæ considerantur: qualia omni animalia insunt. acceptis autem his reliquorum primo qualia omni sequantur. vt si hoc est auis: qualia omni sequantur aui, & sic semper illi proxima. manifestum enim est quoniam habebimus iam dicere propter quid insunt sequentia ijs quæ sunt sub communi. vt propter quid homini aut equo insunt. sit autem animal in a.b autem sequentia omni animali in quibus autem sunt, c d e sicut quædam animalia. manifestum igitur est propter quid est b in d. propter a enim. similiter autẽ & in alijs & semper in alijs eadem est ratio. nunc quædam secundum ea quæ assignantur communia nomina dicimus. Oportet autem non solum in his considerare: sed & si aliud aliquid videtur commune existens accipientem, postea quibus hoc inhereat: & qualia huic se
quantur. ut cornua habentibus habere ventres, & non vtrobique dentes esse, item ha 51
bere cornua quibus sequitur. manifestum. enim propter quid in illis est quod dicitur,
propter id enim quod cornua habent, inest. ¶ Amplius alius modus est secundum ana 52
logum eligere. vnum enim accipere non est idem: quod oportet vocare seipsum & spinam & os. sunt autem quæ sequũtur & his: tanquam natura vna huiusmodi existente
¶ Eadem autem proposita sunt: quæ quidem idem medium habent, vt quoniam omnia contrarij status. hora autem quædam genere eadem sunt quæcunque habent differentias, ex quo aliorũ aut aliter sunt vt propter quid resonat, aut propter quid apparet & propter quid iris. omnia enim hęc quidem vnum propositum sunt genere. omnia enim repercussio sunt: sed specie altera. Alia autem ex eo quod medium quidem subalternum medium est, differunt propositorum. vt propter quid Nilus finiente mense magis fluit: propter id quod hybernior est finiens mensis. propter quid autem hybernior est finiens mensis: propter id quod luna deficit. hæc enim sic se habent adinuicem.

Decimisexti cap. notæ.


ἐχῖνον dicit dicit Aristoteles. interpretatur Argyropilus ericium: Hermolaus omasum, & est oma 50
sum (vt inquit) boum & ruminantium venter. Vnde & Aristoteles tertio de partibus animalium cornigera quanquam vtraque parte dentata sint ponit ruminare, & quæ superne dentata non sunt: identidem ruminare omnia, & propter inopiam dentium minus explent ventres nam
horum singula multiplices habent ventres quibus aut nomina indita, aut indere licet venter reti 51
culũ omasum abomasum, vt ex Theodori traductione amplius agnoscas. Quid iris & quid echo: & cur proueniant (ex reflexione enim proueniunt) naturalis philosophiæ curæ est ostendere. Nilus fluuius aluens Ægyptum: septem ostijs discretus, & vt ait Virgilius, septem discurrit in ora. Vsque coloratis anni deuexus ab Indis. nec iniuria vnus in tres maximos orbis fluuios, cuius, vt poetæ volunt, arcanum natura caput non prodidit vlli. quotannis sole solstitium æstiuum occupante totam sinuadat ægyptum. Et de inundatione Nili liber vnus Aristoteli tribuitur. Et de mense lunari hic intelligitur qui a luna silente ad silentem attenditur siue a coitu lunæ ad proximum eius cum sole coitum, coitus autem lunæ intelligitur: cum sol atque luna in eodem signo & eadem signi parte conueniunt. non autem de mense solari qui Romanus & nobis notus est, quo annum ab æquinoctio verno ad proximum æquinoctium vernum in duodecim partimur æquinoctium autem vernum cum sol æquinoctialem lineam subit ad arcturum se conuertens, sed hęc alienæ sunt disciplinæ. Sepium est, vt inquit Hermolaus, quiddam insitum sepiis validiusculum latiusculum fungosum ac friabile, inter spinam & os naturam mediam referens. Sepia piscis notus, attramento quod secum portat, ne deprehendatur, aquas inficiens atque turbans. Os in terreno animali spinam in pisce, & sepium in sepia comitatur partes molles fulcire, sustẽtareque per inde atque si natura eadem, vniuoca esse. Vere niues, grandines aũt non crebrescere ęstate puteales aquas algidas esse, hyeme feruidas, feruidã calcem accendi & id genus omnia facit antiperistasis, contrariorumque vallatio alique circũstantia.

Paraphrasis cap. decimisexti.


D Ecimũsextum cap. conclu. tres. Prima conclusio. Vt ꝓblemata discutere valeamus anatomiæ defectionesque & diuisiones eligendæ sunt: & sic quoq; eligẽdæ supposi
to gñe cõmuni oĩm. Ceu si aĩalia sint ea quę cõsiderãtur, quęnã oĩ insint animali. 50
quibus sumptis rursus peruestigare oportet quænam primum reliquorũ oĩno comitantur. Vt si id sit auis: quænã oĩ in comitẽtur aũt & sic semper quęnã sequãtur ea quæ illi fuerint proxima. Nam maifestũ est nos iam habituros. vnde dicere valeamus ꝓpter quid insint ijs, quæ sub ipso communi sunt collocata, vt ꝓpter quid insint, aut homini aut equo

Esto igitur a animal, b vero ea q̄ oē comitatur aīal, c d e quædam aīali species. Manifestum itaq;
est propter quid b inest d. nā ꝓpter a & similiter propter quid cæteris iest. semper aūt in alīs ea
dem est ratio, & nunc quidē de ijs dicimus, quæ indita sunt cōmunia noīa. Oportet aūt non solū
in his ipsis considerare, sed etiam si quid aliud videatur existere cōmune tametsi inditum nomē
non sit, & idipsum accipere, deīde quæ ipsum comitatur. & non minus ea quæ comitātur ipsum,
vt cornigerum pecus comitantur omasum habere: & non vtrinq; dentata esse. Rursus sumantur
ea q̄ cōitantur habere cornua nā manifestū est: ꝓpter quid illis insunt, ea q̄ dicta sunt. ob idipm
nanque ꝙ cornua gerunt, illis inerunt. Secunda. Alius insuper est peruestigandi modus, quo ea
9 quæ ꝓposita fuerint discutiantur per analogiam. s. similitudinisque proportionem. Nā fieri nō
potest vt vnum. idemque atque synonynum sumatur: quod quidem & sepium, & sapiētia, & os
appelletur sunt tn̄ quæ illā sequuntur, tanquam talis sit vna quædam natura. Tertia. Problema
tum quæ eadem dicuntur quædā dicuntur eadem, specie, quædam vero genere eadem. Eadem au
10 tem specie ꝓblemata proposita quæ dicuntur, quæcunq; idem medium sunt sortita. Vt quæcū
que ob id sunt quia sit antiperistasis contrariorumque circunstantia. Eadem etiam dicuntur ge
nere q̄cunque gn̄is eiusdem. differentias hn̄t, quo sunt aliorum, vel quo eiusdem, sed alio modo.
vt propter quid reboat echo aut propter quid quippiā apparet: vt imago in speculo, & propter
quid existit iris. Vniuersa enim hæc vnum propositum genere existit nam omnia ꝑ lane reflexio
ne fiunt sed alia reflexionis specie. Quædam aūt ꝓblematum quæ genere eadē sunt: id differunt
quia problematis vnus medium. sub alterius medio continetur vt propter quid Nilus deficien-
te mense magis æstuat: propter id quod mensis finiens hyemantior est. Propter quid autē finis
mensis hyemantior est: quia luna deficit, hæc enim problemata, hoc modo inter se habent.

De causis & effectis, & an vnius plures sint causæ. Cap. XVII.



11 DE causa autem & cuius causa est dubitabit aliquis: nunquid cum causa-
tum est, & causa est, vt si folia fluunt: aut deficit luna, & causa deficiendi
vel folia cadendi erit, vt si huius est: lata habere folia deficiendi autem,
terram in medio esse. Si enim non: aliqua alia erit causa ipsorum, si vero
causa sit: & causarū simul, vt si in medio est terra: deficit, aut si latum est
folium, folia fluunt, si autem sic est: simul vtique erunt & demonstrabū-
tur per inuicem. Sit enim folium fluere in quo a, latum autem folium in quo b. vitis ve
ro in quo c, si igitur in b est a. omne enim latum folium habens folia fluit. c autem in-
est b: omnis enim vitis habet lata folia. & a in c est omnis vitis folio fluit: causa est b me
dium. Sed & quoniam latis folijs vitis sit: est propter id ꝙ folio fluit demōstrare, sit em̄
d latum quidem folium, e autem folio fluere, vitis vero in quo f. in f igitur est e. etem̄
folio fluit omnis vitis, in e autem: d est omne enim fluens folio, latum est fólium habēs
omnis itaque vitis, latum est folium habens, causa enim autem est folio fluere. Si
autem non contingit causas esse ad inuicem, causa enim prius est eo cuius est causa. &
deficiendi quidē est causa. terrā esse. i medio cius aūt quod in medio terram non est cau
sa deficere. Si igitur per causam demonstratio est: propter quid est, si vero non per cau-
sam ipsius quia quoniam quidem terra in medio est cognouit, propter quid autem nō.
Quod aūt non deficere causa sit in medio esse: sed hoc deficiendi manifestum est, in ra
tione enim deficiendi, inest quod est in medio, quare manifestum est quod per hoc il-
12 lud cognoscetur, sed non hoc per illud. An contingit vnius plures esse causas, &
nanque si est idem de pluribus primi prædicati primo, sit a in b primo existens, & in c
alio primo, & hoc sit in d: hoc vero sit in e, erit itaque a in d & in e causa autem quod a
sit in d, quidem b, in e autem, c. quare cum causa sit necesse est rem omnē esse, sed res
cum sit, non necesse est esse omne quodcunque, sit causa, sed causam quidem necesse
est esse, non tamen omnem. An si semper vniuersale propositum, & causa totum
quiddam est, & cuius est causa vniuersale, vt folio fluere in toto quodam determina-
tum est, & si species ipsius sint, vniuersaliter igitur aut plantis aut huiusmodi plantis
quare & medium æquale oportet esse in his & cuius est causa, & conuerti. vt propter
quid arbores folio fluunt: si ergo propter densitatem humidi. siue folio fluit arbor
oportet esse densitatem, siue densitas est non in qualibet, sed in arbore, est folio
fluere. Vtrum autem contingat non eandem esse causam eiusdem in omni-
bus sed alteram an non, an si quidem per se demonstretur, aut non secundum signū
aut accidens, non potest esse, ratio enim extremi medium si vero non sic, contingit, est
autem & cuius causa & cui, considerare secundum accidens. non tamen videtur pro-





posita esse.si autem non:similiter se habebit medium,si quidem sunt æquiuoca æqui
uoci. medium est.si vero sicut in genere:similiter se habebit.vt propter quid commu-
tabiliter,analogum.alia enim est causa in nũeris:& in lineis,& cadẽm, quidem inquã
tum lineæ,alia:inquantum autem habens augmentum huiusmodi.eadem:sic in omni
bus.similem autem esse colorem colori,& figuram figuræ:aliam esse causam alij.æq-
uocum enim:est simile in his. hic quidem est fortassis secundum analogiam habere la
tera & æquales angulos,in coloribus autem vnum sensum esse,aut aliquid aliud huius
modi,quæ autem secundum analogiam sunt eadem:& medium habent secundum ana
logiam. ¶ Habet autem sic consequi causa adinuicem:& cuius est causa,& cui est cau-
sa.vnumquodque quidem accipienti:& cuius est causa in plus est.vt quatuor æquales 58
qui sunt extra,in plus sunt quam triangulus aut quadrangulus:in omnibus autem vt
in æqualibus est.quæcunque enim,quatuor æquales qui sunt extra.& medium simili-
ter est.est autem medium ratio primi extremi,ex quo omnes scientiæ per diffinitionẽ
fiunt,vt folio fluere similiter sequitur viti & excellit,& ficui & excellit sed non omnia
sed æqualia sunt.si vro accipias primum medium,ratio fluendi folijs est,erit enim pri-
mum quidem in altera medium quoniam huiusmodi sunt omnia.deinde huius mediũ
quoniam succus densatur.aut quidam aliud huiusmodi,quid autem est folio fluere.dẽ-
sari in contactu seminis succum.in figuris autem sic assignabit quærentibus consecu-
tionem causæ & cuius est causa,sit a quidem in b omni , b autem in vnoquoque eorũ
quæ sunt d,in plus autem,b igitur vniuersale vtique ipsis inerit d.hoc autem dico vni-
uersale,quod non conuertitur.primum autem vniuersale.cui vnum quodque quidẽ
non conuertitur,omnia autem conuertuntur & non excedunt:ipsis d igitur causa ipsi-
us a:est b:oportet itaque a in plus quã b extendi.si vero nõ:quid magis causa erit hoc
illius? Si igitur in omnibus e est a erunt aliquid illa vnum omnia aliud quam b. si enĩ
non quomodo erit dicere quoniam in quo est e:sit a:omni in quo autem a,omni,sit e?
propter quid enim nõ erit causa aliqua vt a sit in omnibus d. sed nunquid & quæ sunt
e,erunt aliquod vnum:considerare oportet hoc,& sit c. contingit igitur eiusdem plures
causas esse sed non eisdem specie.vt longævitæ quadrupedia:non habere cholerã cau-
sa est.volatilia autem , sicca esse aut altera aliqua si autem in atomum non statim ve-
niunt,& non solum vnum medium sed plura,causæ plures sunt. ¶ Vtrum autem cau
sa mediorum quod ad vniuersale primum est aut quod ad singulare singularibus.
Manifestum igitur est ea esse.quæ proxma vnicuique cui causa est.primum enim sub
vniuersali esse,hæc est causa.vt in d sit quod est a,causa est c. in d quidem igitur esse a,
causa est c.in c autem b.in hoc autem,eadem est.de syllogismo igitur & de demonstra-
tione,quidque vnumquodque est & quomodo fit,manifestum est.simul autem & de
scientia demonstratiua,idem enim est.

Decimiseptimi cap.notæ.

Causæ actu cum suis effectis simul sunt:potestate non,aut si simul, id accidit de causis ex secundo
physicorum vberius Causa est deciduo esse folio. causa quidem est illationis, ac conclusionis,sed 59
non causa rei.verum latifolium esse aut potius arescentia succi,causa est tum illati,tum rei. In de
monstratione igitur propter quid,medium causa est, & cõclusionis & rei in demonstratione aut
quod est solum medium causa est conclusionis, non etiam rei . Fieri nequit vt aliqua sint sibi mu
tuo causę secundum idẽ genus. Nam idem seipso secundum idem esset prius ac posterius . fieri ta
men potest vt interdum sint sibi mutuo causę:secundũ diuersa causarum genera,vt numero. 29.
huius monstratum est. In ratione deliquii.Nam lunæ deliquium est priuatio luminis in luna,ter
ra in medio solis atque lunæ constituta. tunc enim terræ opaca crassities: vibratus radiorum so
lis in lunam,in se quidem illos excipiens ,adimit Id cuius est causa,est maius extremum . Id vero
cui est causa,minus extremum. Itaque cum causa huic dicimus subiectum conclusiõis respicimus,
nisi torta:obliquaq; & indirecta esset demonstratio.& cum diximus causa, huius causa eiusdẽ, id
cuius est causa & similia,ipsum intelligimus prædicatum. est enim medium , causa subiecto alicu
ius vt scilicet prędicatũ soli insit. Diuersæ causę:q̃ de se non prædicantur. vt si ponatur b & c p se
cunda quæstione esse rõnale & irrationale & insuper a esse animal, & d homo & e equus . Atta-
men demonstrationes illæ eiusdem quodam modo per accidens sunt . nam neque rationale neq;
irrationale quodam modo per se animali conueniunt . non enim sunt de eius ratione. Itaque me
dia illa causæ per se aliquibus sunt,non per se alicuius,sed per accidens. nam si per se causæ alicu
ius essent.oporteret eas rationẽ aut de ratione esse maioris extremi.ipsiusque prædicati.

46 inter se eiusdē sunt sensus, in specie aūt, qui eiusdē speciei sunt, vt albedo albedini, & nigritia nigritiæ. Similes autem figuræ, quæ sunt proportionales. vt triāguli æquiāguli: quorū latera sunt proportionalia, similes sunt ex sexto Euclidis. Qđ oīs multangula figurę oēs extrinsecos angulos quatuor rectis ęquos habeat, demōstrat Cāpanus ex. xxxii. i. elemētorū Euclidis & id cognitu q̄ facillimū est. nā in triāgulo oēs anguli intrinseci & extrinseci simul sunt sex, q per. xii. primi elemētorū ter sumptā, æqui sunt sex rectis, dēptis igitur tribus intrīsecis, qui per. xxxii. ęqui sunt duobus rectis, extrinseci ęquātur quatuor rectis. Et in quadrāgula figura intrīseci & extrinseci trianguli sunt octo recti, per eādē. xiii. quoties oportet sumptā. sed ea resoluta in duos triangulos, oēs intrinseci sunt quatuor recti, q igitur supersunt extrinseci sunt quatuor rectis Et pentagonę figuræ per eandē. xiii. oēs intrinseci & extrinseci æquātur. x. rectis resoluta igitur illa in tres trigonos, oēs intrinseci sunt æqui sex rectis. residui igitur extrinseci æquātur quatuor rectis. & vt vniuersali id demonstratione intelligatur, detur quæcunq; recti linea figura, resoluatur que in triangulos, & statim adminiculo. xiii. & xxxii. primi elemētorū Euclidis collegimus propositum. Vt in figuris quidē, de figuris argumentādi, id intelligitur. Quonā pacto asserere valebimus. Id per quintā vicesimisecundi cap. secundi priorū (quę est quādo idē prædicatum duobus
58 subiectis inest & nullis aliis, & alterū subiectorū de altero vniuersaliter dicitur prædicatū cū subiecto quod vniuersaliter dicitur, cōuertitur) agnoscitur. Nam a solis b & c conuenit. ergo si c omni b inesset ipsum a igitur per dictā regulā, cū c conuerti necesse est. Arbores latifolias defluere ex naturis stirpium plantarū q; dinoscitur, in primo nāq; libro de stirpibus & plantis inquit Theophrastus omnia tum in generibus herbarū suffructicūque & plātarum quæ coma perpetua virēt foliis angustioribus esse, & pinguedinē quandam suauēque olentiā reddere. Ex quo consequens vt quæ latifolia sunt, cito perdant frondis honorē, folioque fluant atque defrondescāt. cuius causam reddit infra Aristoteles: arescētiā succi. cito enim in talibus exarescit, desiecaturque succus. quo desiccato, vt folia decidua sint necesse est. Vt lōgæua esse quadrupedia causa est vacare bile. bilis, fel, cholera. Nō modo quadrupedes animātes carere felle testatur Aristoteles (vt equū, mulum, asinum, ceruum, damam) sed & hoīes quosdā. neque fel, coleram, bilemve ponit animali necessariam. Inquit enim in principio quarti de partibus animalium, fel igitur non alicuius gratia, sed purgamentum atque inutilē esse materiam constat quamobrem pulchre a veteribus dicitur illis, qui causā cur diutius viuatur, fellis vacuitatem esse aiunt, argumento ex solipedum, ceruorumque genere deducto, hæc em̄ & felle vacant, & diu viuunt, & de hominibus paulo ante dixerat quod idē homini etiā accidit. aliqui em̄ fel in iecore haberi visuntur, aliqui carent. & ex hoc intelligas, cur vacare bile, causa sit lōgęvitæ, & volucres siccas, longęuas esse, ex eodē libro, deducto quidē ex coruorum cornicūque vita argumento haud difficile est vt etiam intelligatur.






PARAPHRASIS CAP. DECIMISEPTIMI.


53 Decimūseptimū Cap. quæstiones sex, & dilutiones. prima quæstio. Ambiget aūt quispiā de causa, & de eo cuius est causa nunquid tunc causa est, cū & id cuius causa est existit veluti cū arbores defrōdescūt, aut luna deliquiū patitur, nūquid tum delinquēdi defrōdescendive causa erit? Vt si defrondescendi causa est, esse latifolium, & delinquendi, terrā mediastimam esse, soli lunęque interceptam, nunquid hę causæ simul erūt cū superioribus effectis? Nam si id non fuerit causa. aliqua alia ipsorum erit causa, de qua idē subibitur iudicium, si etiā id causa fuerit, causa & id cuius causa est, simul erunt. Vt si terra in medio sit intercepta luna delīqt. aut si arbor latifolia, cito defrōdescit. Quod si ita est, simul itaque & erūt, & vt reduce, mutua reciprocaque demōstratione mōstrabunt. Sit em̄ defrōdescere a, latifolium b, vitis vero c, siquidē omni b, inest a. nā omne latifolium defrondescit, & omni c, inest b. omnis enim
54 vitis latifolia. & a quoque omni c inerit, eritque omnis vitis caduco folio ac defluenti. causa aūt est medium b. Sed etiā vitē latifoliā esse demōstrare possumus ob idipsum q; folio defluo caducoque sit, Nā esto d latifoliū, e defluo esse folio, f vero vitis, ergo oī f inest e. nā oīs vitis folio est deciduo, defluoque & oī e inest d, siquidē omne q; defluo est folio, latifolium est. oīs igitur vitis latifolia est causa autē hic, est defluo esse folio Dilutio. At vero si id vltimū nō vere dictū est &
55 fieri nequit vt b e sint sibiinuicē causæ. nā causa prior est eo cuius est causa. Etiam terrā in medio cōsistere deliquii causa est. at deliquium minime causa est vt terra in medio cōsistat, aliter nobis dicendum videtur. Si igitur demonstratio per causā euadat, ea demōstratio propter quod est dicitur. Sin vero non per causā: demonstratio quod est. Vt super deliquium mōstretur terra, soli lunæque esse media, q; terra quidem in medio est cognouit, propter quid aūt nō cognouit. Et q; deliquium causa non sit vt terra sit in medio, sed cōtra terrā in medio esse. causamq; esse deliquii, hic dilucidū esse pōt, qa in ratiōe, finitioneque deliquii inest terrā in medio esse, quare dilucet per terrā in medio esse, deliquiū innotescere, nō aūt cōtra per deliquiū, terrā in medio esse. Secunda quęstio. An contingit vnius plures esse causas? Enim vero contingit si fieri potest vt vnū atque idē de pluribus primo prædicetur, esto igitur a quod primo insit b & alteri c etiam primo insit, & b insit d, & c insit e, inerit a ipsi d pariter & ipsi e. At qui causa q; a insit b, est b, & causa quod idē
56 a insit e, est c. Vnius igitur (a inquā) plures causę sunt b scilicet & c, Quare si huiusmodi causa est necesse est & rē cuius causa est, esse. At re existēte nō necesse est esse quodcunque cā fuerit. sed causam quidem esse necesse est, non tamen omnem. Tertia quęstio, An cum semper id q; proponitur






a Animal
b Rationale
c Irrationale
d Homo
e Equus

esse videtur. Vt folio deciduo esse:tori cuidā inest determinatio, cu . i : sispecies sunt,etiā illis vniuersaliter inest,aut plantis,aut huiuscemōi plantis. quare in harum specierum ꝓblematis (ceu cū quæritur vtrū vitis deciduis sit folijs,vtrū defluat folijs,ficus)medium(hoc est causa) & id cuius, est causa vniuersale est. & oportet causam &id cuius causa est,ęqua esse & conuerti. Vt ꝓpter qd arbores defrondescunt,folijsque defluūt⁏si ꝑfecto id est propter arescentiā humoris: siue folijs defluit arbor oportet arescentiā humoris,succique esse, siue arescentia humoris est nō in re qualibet sed in arbore:oportet identidē & arborem defluis folijs esse,illaq; remeare. Quarta quæstio. Vtrū in vniuersis contingat non vnā eandēq; eiusdem esse causam sed diuersas,an secus⁏ An si id cuius est causa ꝑ se monstretur & nō per signum aut per accidens,fieri non pōtvt tali demōstratiōe eiusdem diuersæ sint causę⁏ Non pōt sane,nam eiusmōi causa ratio est extremi,summiq; termini. At si talis demonstratio nō fuerit,cōtingit eiusdem non vnā sed diuersas esse causas. Possumus aūt causam,& cuius & cui,per accidens cōsiderare. Sunt tñ nonnulla taliū vbi vnius plures causas afferimus,q̄ non videntur esse ꝓblemta esse. vtpote quæ multiplicia homonymaq; sint & nō simplicia. Quod si simplicia sint,simili quoq; mō & medium ipsum habebunt nā si æquiuoca sint,& medium quoq; habebunt æquiuocū. Si vero vt in gñe,& medium simili mō habebūt. vt ꝓpter quid permutatim quippiam medietatem rationum subit⁏ id problema multiplex & ęquiuocum, & idcirco medium identidē ęquiuocum, nā aliud medium, aliaque causa in numeris & alia in lineis,& eadē quidē quatenus lineę sunt alia,quatenus aūt tale hñt proportionis incrementum,eadē. Eodem mō & in cæteris oībus,vt ꝙ color colori sit similis,& figura similis figuræ, alia alij causa est,nā simile in his æquiuocum est. In figuris quidem forsan simile dicitur,ꝙ laterū vnius ad latera alterius ꝓportionū similitudo habeatur,& angulorū ęqualitas. In coloribus aūt simile dicitur ꝙ eiusdem sint sensus,aut ob aliquid aliud hmōi Quæ aūt secundum proportionis similitudinē sunt eadem:& illa quoq; scd̄m proportionem,rōnumq; similitudiuem hñt mediū. Quinta q̄stio. 58
Quonam pacto causa,& id cui est causa,atque id cuius est causa,sese sequela comitentur⁏ Causa certe & id cuius est causa & cui est causa,ita se habent vt mutuo consequantur. Attñ qui singula sumit,id cuius causa est ad plura sese extendit, velut externos angulos oēs,quatuor rectis æquos esse,latius se fundit q̄ triangulum,atque quadratum,omnibus aūt simul adæquatur. nam omnia sunt,q̄cunque quatuor rectis externos angulos æquos hñt,& similiter sesehabet medium ipsū:atque causa.est autē mediū ratio primi termini, maiorisque extremi quocirca sciētiæ omnes per diffinitionem fiunt. Eiusdem rei aliud itē sumatur exemplum,vt defrōdescere sequitur vitē & excedit,et ficum etiam sequitur atq; excedit,sed non simul hmōi arbores superat,verū illis æquatur. Si igitur sumas primum mediū et causam primam,ratio est primi termini atque defrondescendi. nā primum ad alia medium et causa erit,vt talia sunt vniuersa,folijsq; decidua. et primi termini, denique medium est succum exarescere,aut aliquid tale. Si quis aūt roget quid est folia defluere, respondere debemus marcescere succum,qui ex seminis origine contrahitur substantificusque est



a Longæuum
b Vacans bile
c Sicca
d Voluçres
Cornix aquila
e Qadupedes
ceruus equus



Et in figuris itidem hoc pacto assignari valebit,si qui quærūt quonā pacto causa et id cuius est causa se sequuntur Et esto vt a oī b insit.b autem īsit vnicuiq; eorum q̄ sunt d,at in plusq̄ singulū,qđ q; ipsū igit b vniuersale erit ipsis d. Id autem dico vniuersale quod cum in plus sit,non cōuertitur. et id primum vniuersale,quo cum nō singulum quodque conuertitur ,at oīa simul conuertuntur,neque latius se fundūt. b igitur causa est ipsis d eius quod est a. Oportet igitur ipsum a,ad plura se extēdere quā b. Quod si ita non est,cur magis b causa erit ipsius a quam contra⁏ recurrent enim. si igitur oībus e inest a, erunt illa simul vniuersa aliquid vnum aliud ab b. nam si ita non fuerit, quonam pacto asserere valebimus omni e inesse a. at non omnia inesse e⁏ quam em̄ ob causam non erit aliqua causa a nō inesse omnibus e,vt ipsum a inest omnibus d⁏ Sed nonne vniuersa quę sunt e,erunt aliquid vnū⁏ erunt sane:& id considerare par est. sitque ipsum c. Fieri igitur potest vt eiusdem sed non eisdem specie plures diuersæq; sin causæ. Ceu lōgæuas esse quadrupedes,causa est vacare bile,& lōgæuas esse volucres causa est ipsas esse siccas,aut quæuis alia. Si vero non statī ad induiduā spēm accedunt & non solū vnum,sed plura sunt media,nihil refert eiusdē eti a plures sunt causę Sexta. Cū 59
plura sunt media,vnum quidē qđ magis ad primum vniuersale vergit, & alterum magis ad singula,verum inquā singulis causa id est qđ ad primum vniuersale, an quod deuergit ad singula⁏ Dilucet sane ea media ;causas esse quæ singulo quoq; cui causa est,viciniora sunt. nā vt primū sub iectū sub vniuersali sit causa. est id mediū qđ illi primo vicinius est. Vt esto primum subiectū d vicinius mediū c. eminus aūt medium ad vniuersale collocatū b,ipsum aūt vniuersale a,vt a insit d,causa est c. ꝙ igitur a īsit d. vniuersale.s.primo subiecto,causa est c,ꝓpinquius medium at quod insit c,causa est b,quod aūt a,insit b,causa est id ipsum immediate que inest. De syllogismo igitur

demonſtratione quidnam vtunque ſit & quonã fiat mõ, perſpicuum iam euaſit. Atq; ſimul etiã
de ſcientia demonſtratiua perſpectum eſt. nã de ea & de demonſtratione idem fuerit iudicium.

¶Quomodo principia cognoſcãtur & quis principiorũ ſit habitus. Cap. XVIII.

DE principijs autem qualiter fiunt cognita & quis eſt cognoſcens habitus:
60 hinc eſt manifeſtum: dubitantibus primum. Quod quidem igitur non cõ
tingit ſcire per demonſtrationem, non cognoſcentem prima principia im-
mediata: dictum eſt prius. immediatorum autem cognitionem vtrum ea-
61 dem eſt an non eadem: dubitabit vtique aliquis. ¶Et vtrũ ſcientia in vtro
62 que eſt an non: an huius quidem ſcientia; illius autem alterũ aliquod genus ſit. ¶Et
vtrum cum non inſint habitus: fiant, an cum inſint lateant. Si quidem igitur habemus
ipſos, inconueniens eſt. contingit enim certiores habere cognitiones demonſtrationes
& latere. ſi autẽ accipiamus non habentes prius, qualiter vtique cognoſcamus & addiſ
camus ex non præexiſtenti cognitione: impoſſibile enim eſt, ſicut in demonſtratione
diximus. manifeſtum igitur eſt quoniam neque habere poſſibile eſt, neque ignoranti
63 bus & neque non habentibus habitum fieri. ¶Neceſſe eſt itaque habere quandam
quidem potentiam, non huiuſmodi autem habere, quæ eſt his honorabilior ſecundũ
certitudinem. Videtur autem hæc omnibus ineſſe animalibus, habent enim connatu-
ralem potentiam iudicatiuam, quam vocant ſenſum.
64 ¶Cũ inſit autẽ ſenſus, in ijs quidem animalium fit manſio ſenſibilis, in alijs autẽ non fit. in
quibuſcunque igitur non fit aut omnino, aut circa quæ non fit, nec eſt in his cognitio
extra quod ſentiunt in quibus autem ineſt ſentientibus, habere vnum quiddam in ani
ma multis quidem factis huiuſmodi, iam differentia quædam fit, vt in his quandam ſit
fieri rationem ex talium memoria: in alijs vero non. Ex ſenſu igitur fit memoria ſicut
dicimus. ex memoria autem multoties eiuſdem facta, experimentum. Multæ enim
memoriæ numero, experimentum eſt vnum. ex experimento aut ex omni quieſcente
vniuerſali in anima, vno præter multa, quod cum in omnibus vnum ſit illud idẽ artis
principium & ſcientiæ. ſiquidem igitur circa generationem, artis, eſt. ſi vero circa ens:
ſcientiæ. Neque igitur inſunt determinati habitus. neque ab alijs habitibus fiunt noti
65 oribus: ſed a ſenſu. ¶Vt in pugna euerſione facta: vno ſtante, alter ſtetit, poſtea alter,
quouſque in principium veniant: anima autem huiuſmodi, cum ſit qualis poſſit pati
hoc ſtante. Quod autem dictum eſt ante, ſed non clare dictum eſt, iterum dicamus ſtã
te enim vno indifferentium, primum quidem in anima vniuerſale eſt. & nanque ſenti
re quidem ſingulare ſenſus autem vniuerſalis eſt, vt hominis non Calliæ hominis. ite
rum in his ſtatur: quouſque vti impartibilia ſtent & vniuerſalia vt hmõi animal quouſ
que animal & in hoc ſimiliter. manifeſtũ igitur eſt qm̃ nobis prima inductione cogno
ſcere neceſſarium eſt. & nanque & ſenſus ſic vniuerſale facit. ¶Quoniam autem circa
intelligentiam habituum quibus verum dicimus, alij quidem ſemper veri ſunt: alij re-
cipiunt falſitatem vt opinio & ratio. vera autẽ ſunt ſemper ſcientia & itellectus, & nihil
eſt ſcientia certius aliud genus q̃ intellectus. pricipia autẽ demonſtrationibus notiora
ſunt. ſcientia autem omnis cum ratione eſt principiorum ſcientia quidẽ, non vtiq; erit,
qm̃ autem nihil verius contingit eſſe ſcientiã q̃ intellectũ, intellectus vtique erit prin-
cipiorum. ¶Ex his conſiderationibus & quoniam demonſtrationis principium non
demonſtratio, quare neque ſcientiæ ſcientia. ſi igitur nullum aliud præter ſcientiam ha
bemus genus verum: intellectus vtique erit ſcientiæ principiorum, & principium qui
dem principii erit vtique. omne autem ſimiliter ſe habet ad rem omnem.

Duæ primæ quæſtiones, ex tertia quæſtione diluuntur. tertia autẽ quæſtio ex ſecũda cõcluſione. Aut totaliter aut circa q̃ non manet totaliter vt muſcis & vermibus, & id genus ĩperfectis aĩali bus: facto ſenſu nullum ſpectrũ manet, circa quodcũq; verſentur ſenſibile. Sed pfecta aĩalia circa aliquavnq̃ verſantur: quorũ ſpectra nõ allinuntur anteriori ſenſui neq; manẽt, & cũ formę ſenſi biliũ nõ manent, tũc circa ſenſibilia illa solũ ſentiũt, neq; quicq̃ vltra hñt. Ratio q̃dã fiat quibuſ dam etiã non fiat: ratio experientia q̃dam, & vniuerſalis, artis aut diſciplinæ notio. fit etiã ijs qui dexteriore ſunt ĩgenio, & ad artes & diſciplinas habiliores aptioreſque, hebetibus autem & qui nihil de artibus aut diſciplinis cogitant (& ſi memoria rerum quæda ſuperſit) nihil tamen ad ex perientiã & diſciplinæ cuiuſq̃ cognitionem proficit. Aggignitur artis principium & ſcientię, ar tis principium & ſcientiæ intellectus eſt, qui eſt habitus principij artis, aut principij ſcientiæ quod quidem eſt vniuerſale memorijs experientijſque aggenitum. & intellectum eſſe huiuſmo- di principium: etiam ex numero. xviij. præcedentis libri intelligas. Senſus autem ipſius vni

perpetuo veri quidem vero falsum admittunt, vt opinio & subducendi ratio, falsum admittunt ad scientia & intellectus iugi perpetuaque veritate sunt subnixa, & nullum aliud notionum genus certius exactiusque scientia est, quam intellectus & scientiarum principia: demonstrationibus notiora sunt, scientia autem demonstratione patitur. Iure igitur euenit: vt scientia, principiorum non sit habitus. Atqui quoniam nihil verius esse scientia contingit quam intellectum: intellectus igitur non ab re fuerit principiorum habitus Secundo. Et id adhuc dilucere potest quis ex his considerans quia demonstrationis principium, non est demonstratio: quare neque scientię scientia principium est, si igitur præter scientiam nullum aliud habituum genus perpetuo verū habemus, quam intellectum: intellectus sane erit principium scientiæ, eritque is habitus qui principiū scientię est, ipsius pricipii, ppositionisq; imediatę habitus, principiūq; principii. Sic aūt scientia omnis ad id oē quod scitur sese habet: vt habitus principium intellectusq; ad ipsa pricipia.

¶PARAPHRASEOS SECVNDI POsteriorum Aristotelis finis, & secundæ partis logices Aristotelis, quæ resolutoria & iudicatiua est, nunc autem de parte tertia quæ localis, disserioriaque atque inuentiua dicitur determinandum.

*

ABsolutas nostris vtcunque vigiliis duas priores disciplinæ differendi partes (quam logicen, rationalemque nuncupant) primam quidē proloquendi, secundam vero iudicandi: dudum mi Germane ædes tuę receperunt, nunc denique tertiam ex vrbe Aurelia ad te mitto: quam ob inueniendorum argumentorum promptitudinem. hi solent inueniendi facultatem, illi vero topicen (quam localem dicere possumus appellare nec ab re quidem localem, nam omnium communes argumentationum locos continet, communes dico. quia id argumentationum genus, non ex cuiusque disciplinæ propriis, sed communibus vim suam, lucemque recipit principii: & hæc pars in dialecticen diducitur (quæ nulli fallaciæ, tortæve argumentationi innititur) & in sophisticen quæ apparentibus illudit, non argumentationibus sed captionibus, tota contentionis amica. tota versipellis, subdola tota: & haud secus decipularum fraudibus intenta, quam qui volucrum capturis inhiant retibus, atque pedicis, primam partem libris octo digessit Aristoteles, ac secundam duobus postremis comprehedit, quos σοφιστικῶν ἐλεγχῶν: hoc est captiosarū redargutionum attitulauit non tam vt his quo eam particulam didicerint ad vsum subseruiat: quam vt illi sophistarum tendicula cautiusculi deuitēt (perinde ac qui in grammaticis solœcismorum, barbarismorumque libros discunt: non vt vtantur. sed ne in offendicula linguæ forsitan incidant) quod sane facile vitabimus si rectam (iam ex octo præcedentibus præparari libris) percalluerimus argumentandi rationem, est enī obliquitatis rectum semper certissima, verissimaque regula bona igitur illis pardiscendis, opera danda erit. nā & plurimæ huiusce partis logices, non aspernabilis profecto momenti existunt vtilitates, tā philosophis quam oratoribus atque poetis, seu quibuscunque aliis qui partem aliquam quancunq; literarium profitentur his Cicero, Hermogenes, Themistius, Boetius, Trapezontius, & innumeri pene alii insudarunt plurimum. imo qui dialecticen, hancque rationalis disciplinæ partē ignorauerit: vt cæteras differendi partes ignoret necesse est, vt pote quæ prior & communior est, sublatis nanque prioribus: vt & posteriora pariter tollantur, oportet Et in hanc tibi paranda rationali parte non sum vsus continua paraphrasi: vt & in præcedentibus solitus eram, ratus id sufficere si literam ad fideles archetypos cognoscerem: & si scholia vbi declarationis lux aliqua desideraretur adiicerem, nec id forsitan præter officium fecerim: cum Aristoteles in calce primi cap. ita primi huius habeat διότι περὶ οὐδενὸς αὐτὸν τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀποδοῦναι προαιρούμεθα, ἀλλ' ὅσον τύπῳ περὶ αὐτῶν βουλόμεθα διελθεῖν. declarans in hoc toto opere non nimium immorando, exactaque cura: sed mediocri labore, & rudi, vt ita dixerim, minerua hos libros esse transigendos & ipse ferme nihil affert, cuius a se declaratio non protinus subdatur, quam rem circa literam nō dos modicam commentariivm retinentem annotatam comperies, & id te non latere velim: lectionem latinam vsqueadeo viriatam, corruptamque fuisse, vt pene nouo contradictionis labore nobis opus fuerit ita tamen id temperaui: vt cum reliquo quod præcesserat, vnum corpus efficere videatur, & ita rem prę oculis subiicere studui, vt lector qui non segniter attenderit, sui studii fructu non frustretur, si placet igitur non traductio, sed more illorum qui vetustos de nouo

incrustant parietes , aut nouos superinducunt colores reparationis quædam innouatio tibi offeratur. Ex claustro diui Aniani, M. D. II. Calendis Martii.

Topicorum.

PRimi cap. primi Topicorum Aristotelis scho. Quid intēdit, quid syllogismus, quid demonstratio, quid dialecticus syllogismus. quid contētiosus syllogismus quid syllogismus est, quid contentiosus syllogismus, qui syllogismus non est. Corollarium vnum. Paralogismum ex propriis: syllogismum pseudographum esse, illum a cæteris differre, ꝙ non nimis cunctanter, exactaque cura hi libri transeundi: sed mediocri labore, diligentiaq; perdiscendi. 1. μέθοδος semitam proprie significat: transsumitur ad compendiariam disciplinam, quo nomine suas iure vocat Aristoteles disciplinas. sunt enim breuissime: & cito nos ad rei de qua sunt ducentes cognitionem. 7 8. Duas contentiosi syllogismi ponit diffinitiones: quod homonyme dicatur. Nam est vnus qui seruat illationis legem: sed in probatione deficit: solum apparens: & syllogismus dicitur. Alius est illationis legem omittens, siue probabilia sumat, siue sumat apparentia, & is non syllogismus dicitur, sed apparens syllogismus & contentiosus syllogismus, & vtroque contentioso vtitur sophista, & secundus modus omnino ad sophisticam vergit: maxime si sumatur apparentia primus autem aliquantulum ad dialecticam. Et hi duo modi, ex numero .ix. agnoscuntur. Nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia in superficie: habet omnino phantasiam, probabile in superficie, ꝙ cortice tenus verum esse videtur, at vero cum & intro inspicitur & diligentiori attentione falsum esse deprehenditur neq; oportet si quid quam exteriore apparentia statim probabile verūque esse se ostentet, omnimodam veritatis habere apparentiam, qualia sunt principia sophistarū, & pseudographorū pricipia ut si affirmatio aliqua vera est, omnem negationem eius falsam esse oportere, id non oportet vt in subcontrariis, & quale id Socrat.s in Menone: si ab aliqua linea fit quadrangulū, a dupla linea duplū fieri quadrangulū, ex quo iuuenē illusit falsum enī id erat: tametsi in cortice & secundum superficiem pucro verū esse appareret & hmōi probabilia in superficie inumera sunt si cui curę sit gymnasticas altercationes. vel nostro tempore inspicere. quisque enī cū ce tam: aggreditur: sibi quoad potest talia confingit, sed de probabilibus nunc in superficie nunc satis.

Primi Topicorū Aristotelis quid intendit, & quæ rōcinandi species. Cap. I.

1
PRopositum quidem negotii est methodum inuenire, per quam
poterimus syllogisare de omni proposito problemate ex proba
bilibus, & ipsi disputationem sustinentes. nihil dicemus repug-
nans. Primū igitur dicendum quid est syllogismus, & quæ eius 2
differentiæ quomodo sumatur dialecticus syllogismus. Hunc 3
enim quærimus secum propositum negotium. Est itaque syllo- 4
gismus: ratio in qua positis quibusdā aliquid aliud appositis ex 5
necessitate accidit per ea q̄ posita sunt. ¶ Demōstratio vero est 6
qñ ex veris & primis syllogismus erit, aut ex talibus quæ per aliqua prima & vera eius
quæ circa ipsa est cognitionis principium sumpserunt. ¶ Dialecticus aūt syllogismus 7
est: qui ex probabilibus est collectus. ¶ Sūt autem vera & prima, q̄ nō per alia sed per 8
seipsa fidem habent. Non eñ oportet in disciplinaribus principiis, inquirere propter
quid: sed secundū vnū quodque principiorū ipsam per se esse fidem. ¶ Probabilia aūt
sunt q̄ videntur ominbus, aut plurimis aut sapientibus, & his vel omnibus vel pluri-
mis vel maxime familiaribus & probatis. ¶ Litigiosus autem est syllogismus ex iis q̄
videntur probabilia, non sunt autem. ¶ Et qui ex probabilibus quidem aut ex his q̄ 9.
videntur probabilia, est apparens. Non eñ oē quod videtur probabile, etiā est probabi
le, nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia in superficie, habet omnino phantasiam
velut circa litigiosarum disputationum principia. accidit se habere, statim enim sæpius 10
etiam eis qui parua videre possunt, manifesta est in his, falsitatis natura. ¶ Ergo prior 11
quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiam syllogismus dicatur. reliquus
vero litigiosus quidem syllogismus, syllogismus autem non, eo quod videtur quidem
ratiocinari, ratiocinatur autē minime. ¶ Amplius autē præter oēs qui dicti sunt syllo-
gismos ex iis quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria fiunt paralogismi, quemad-
modū in geometria, & huic cognatis. accidit se habere. ¶ Videtur aūt hic modus differ-

dictis syllogismis.nam neque ex veris & primis colligit pseudographus:neque ex pro
babilibus.nam sub diffinitione non cadit,neque enim quæ omnibus videntur sumit,
neque quę pluribus,neque quę sapientibus & his,neque omnibus,neque plurimis,ne
que probatissimis:sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non veris autē,syl
logismum facit.nam eo quod aut semicirculos describit,non vt oportet: aut lineas ali
12 quas ducit,non vt ducendæ sunt,paralogismum facit. ¶ Species igitur syllogismo: ū
vt figuraliter sit complecti:dictæ sint. summatim autem dicendo de omnibus prædi
ctis,& de his quę postea sunt dicenda:intantum nobis determinatū sit.eo quod de nul
lo eorum exactam rationem assignare deligimus: sed aliquantulum figuraliter de his
volumus pertransire:omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositam me
thodum posse cognoscere quoquomodo vnumquodque illorum.

Secundi cap. scolia tria,ad quę dialectice(quæ disciplina est ex communibus dif
ferendi)vtilis est,13. Id a scientia differt.primo ꝙ scientia oīs ex proprijs ratioci
nationes habet,dialectice autem suas nectit ex cōibus. secūdo ꝙ scientię ex solis
necessarijs,dialectice vero interdū ex necessarijs,& interdū ex verisimilibus,qua
lis maxime ea pars est qua vtuntur rhetores.Quo fit vt non sit ꝓpriū dialecticę
opinionem facere,sed potius aggignere dialecticā fidē quæ si ex necessarijs,& nō secus incer
ta quā scientia,in hoc tamē a scientia distat,ꝙ illa fides ex cōmunibus nullicꝫ scientię addictis
scientia vero ex proprijs aggignitur,opinionē aūt facere infirmiori ipsius dialectices parti com
petit,& quā minus vtūtur philosophi. Tertio dialectice omnibus vtitur argumentationis,spe
ciebus,& syllogismo & enthymemate,inductione,& exemplo,scientia aūt solis duabus syllo
gismo videlicet scientifico,atque enthymemate. Et tria ad quæ vtilis est appellat Aristoteles
γυμνασίας ἐντεύξεις καὶ τὰς φιλοσοφικὰς ἐπιστήμας hoc est exercitationes,colloquia,& secūdum
philosophiam disciplinas.Exercitationes,conflictus gymnasticos,qui in ludo literario fiunt,
intelligere debemus colloquia,ut confabulando aut conuiuando aut huiusmodi congressioni
bus occurrit quicquam,aut recreationis aut alicuius vtilitatis gratia differendum,disciplinæ
secundum philosophiam,sunt scientiæ quæ partes sunt ipsius philosophiæ.

¶Ad quot vtilis dialectica,differendique disciplina. Cap.II.

Consequens autem erit ijs quę dicta sunt dicere ad quot & quę vtile sit hoc
13 negocium.Est autem ad tria,ad exercitationes,ad colloquia,ad eas(quæ se
cundum philosophiam sunt)disciplinas. Quod igitur ad exercitationē sit
vtile:ex his perspicuum est.methodum enim habentes,facile de proposi
to argumentari poterimus.Ad colloquia vero eo quod multorum annumerātes opi
niones:non extraneis,sed ex proprijs doctrinis sermocinabimur ad eos transmutātes
quicquid non bene,videntur nobis dicere. Ad secundum philosophiam autem disci
plinas:quod potentes ad vtraque dubitare,facile in singulis intuebimur verum & fal
sum.preterea autem ad prima eorū quæ in vnaquaque disciplina sunt principia.Nam
ex proprijs secundum propositam disciplinā principijs.impossibile est dicere aliquid
de ipsis,eo quod prima principia sunt omniū,per ea vero(quæ sunt circa singula)pro
babilia,necesse est de illis transigere. id,autem proprium maxime vel peculiare dialecti
cæ est.nam cū sit inquisitiua,ad oīm methodorū principia viā habet.Habebimus autē
perfecte methodum quando perinde habebimus ac in rhetorica & medicina,& huius
modi facultatibus.hoc autem ex ijs quæ contingunt,facere quæ eligimus.nam neque
rhetor omni ex modo persuadebit:neque medicus sanabit,sed si ex ijs quæ contingūt
nihil omiserit sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

Tertij Cap scholia-cōclusiones duæ. diuisio vna.amotio dubij.differentia vna,
corollarium vnū.15. Ex quibus orationes, quibus syllogismi.orationes hic
appellamus disputationes,quibus quicquā differimus,aut in cōflictibus gym
nasticis,aut in colloquutionibus,aut circa principia alicuius disciplinę.est em
de quibus syllogismi,prædicata sunt quæ quęruntur de subiectis.illa autem
aut genus,aut proprium aut accidens sunt.& ex eisdem genere videlicet pro
prio,aut accidente,omnis disputatio,dialectica est, Et per genus,genus & differentiam genera
lē,quæ quidem de pluribus speciebus prædicatur, intelligimus.per propriū,propriū.quarto
& diffinitionē per accidens,alios modos proprij,& accidens nullo modo propriū.& nō est in
telligendum omnem disputationem dialecticam de his quatuor,genere,diffinitione,proprio
& accidente agitari,sed vna de vno est aut pluribus,& altera de altero. verum & hæc ex se
quentibus.ex numero.xxxvij.euadent exploratiora. Proprium,aut terminum nomine tet

mini hic semper, & in sequentibus diffinitio audienda est. 19. Aequalia numero problemata & propositiones dialecticas esse, id intelligitur secundum speciem. Nam vt sunt quatuor numero species problematum, scilicet problema termini diffinitionisque, problema proprij, problema generis, problema accidētis: ita quoque quatuor numero species sunt propositionū dialecticarum, videlicet propositio dialectica termini, propositio proprij, propositio generis, & propositio accidentis. nam ab omni specie problematis propositionem dialecticam, & contra, ab omni specie propositionis problema dialecticum elicies. at si ad singula respicias, non oportet ab omni problemate propositionem dialecticam elicere. vt ex numero .xlvij. huius agnoscas, speciem igitur hoc in capite & numerū specierū respicere debemus, non etiā singulariū atomorumq; & indiuiduorū. Mutans modum, interrogandi scilicet. nam interrogatio problematis, vtranque oppositorum partem claudit, propositionis autem, alteram dunt axat.

Ex quibus & quot, disceptatio dialetica constet. Cap. III.

PRimum igitur considerandum: ex quibus est methodus. siquidem sumpserimus ad quot & quæ, & ex quibus orationes. & de
quibus syllogismi, & quo modo his abundemus: habebimus suf 14
ficienter propositū. ¶ Sunt autem numero ęqualia & eadem ea
ex quibus orationes, & de quibus syllogismi. fiunt enim oratio-
nes ex propositionibus. de quibus autem syllogismi fiunt: pro- 12
bemata sunt. Omnis autem propositio & omne problema: aut
proprium, aut genus: aut accidens indicat. etenim differentia cū
est generalis: cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprij hoc quidem quid
est esse significat, illud autem non significat: diuidatur propriū in vtrasque prædictas 16
partes, & vocetur illud quod quid erat esse significat: terminus. reliquum vero secundum communem de ipsis assignatam nominationem, nuncupetur proprium. manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt quod secundum præsentem diuisionem quatuor omnia accidit fieri: aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Nemo autem 17
nos opinetur dicere quod vnumquodque horum secundum se dictum, propositio vel
problema est: sed quod ab his & problemata & propositiones fiunt. Differunt autem 18
tem problema & propositio modo. nam cum sic dicitur: putasne animal gressibile bipes diffinitio est hominis? & putasne animal genus est hominis? propositio fit. si autē vtrum animal gressibile bipes diffinitio est hominis an non? problema fit. similiter
autem & in alijs. Quare merito æqualia numero problemata & propositiōes sunt. 19
nam ab omni propositione problema efficies, mutans modum.

Varii cap. scholia Quid terminus, quid termino attinens, quid proprium simpliciter, quot modi proprij non simpliciter: quid genus, quid generi attinens. duæ accidentis finitiones, quę prior, quæ attinent accidenti proprium aliquādo, & ad aliquid, accidentia esse. 21. Accommodatum tamen termino, attinens termino, attinens diffinitioni, annexum adiunctumque. 22. Proprium simpliciter, id est quod a Porphyrio proprium quarto modo nominatur, & proprium non simpliciter tribus alijs modis expressit. nam proprium ad aliquid, primo & secundo, proprium vero aliquando, tertio expressit modo. 29 An quę secundū voluntatē ἀπόλαυσις fruitionem significat, quo vocabulo pro voluptate hic videtur vsus Aristoteles. quia voluptatum sit fruitio. intelligibilior enim quæstio si hoc modo formetur, vtrum quæ est secundū virtutem, an quæ secundum voluptatem, suauior vita? quam sisto. vtrum quæ secundum virtutem, an quę secundum fruitionem, suauior, iucundiorve vita? attamen siue hoc siue illo modo formetur, idem valeat, idemque prætendat.

De termino, proprio, genere & accidente. Cap. IIII.

DIcendum autem, quid terminus, quid proprium, quid genus, 20
quid accidens. Est autem terminus quidem oratio quid erat esse significās. Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione. possibile est enim & eorum quæ sub oratione significātur quędā diffiniri. quicunq; aūt quolibet modo nomine assignationem faciunt: manifestum quoniam nō assignant ij rei diffinitionem. eo quod omnis diffinitio: oratio quædam est, accommodatum tamen termino & huiusmodi ponendum est, vt quod honestum est decens. similiter autem

& vtrum idem sensus& disciplina, vel diuersum etenim circa diffinitiones vtrum idem
vel diuersum, plurima fit immoratio. Simpliciter autem accommodato termino om-
nia dicantur: quæ sub eadem disciplina cum diffinitionibus continentur. quod autem
omnia quæ nunc dicta sunt huiusmodi sunt manifestum ex his. Potentes enim quod
eidem & quod diuersum disputare: eodem modo & ad diffinitiones argumentari faci-
le poterimus. nam ostendentes quod non idem est: interimētes erimus diffinitionem.
non tamen conuertitur quod nunc dictum est. non enim sufficiens est ad astruendum
diffinitionem ostendere idem esse. attamen ad destruendum: sufficiens est ostendere
quod non idem est. ¶ Proprium autem est quod non indicat quid est esse: soli autem
22 inest & conuersim prædicatur de re. vt proprium est hominis grammatices esse susce- Propriū.
ptiuum. nam si homo est: & grammatices susceptibilis est. & si grammatices suscepti-
uum est: & homo est. Nemo enim proprium dicit quod contingit alij inesse vt homi-
23 ni dormire: ne quidem si forsitan per aliquod tempus inest soli. Si autem forte dicatur
aliquid talium proprium: non simpliciter, sed aliquando vel ad aliquid dicetur. nam ex
dextris quidem esse: aliquando proprium est. bipes autem ad aliud proprium est
dictum. vt homini ad equum, & canem. Quod autem eorum quæ contingunt alij ines-
se, nullum conuersim prædicatur, manifestum est. non enim necessariū est si quid dor-
mit: hominem esse. ¶ Genus autem quod de pluribus & differentibus specie in Genus
24 eo quod quid est prædicatur. In eo quod quid est prædicari ea dicuntur: quęcunque cō
uenit eum qui interrogatus est reddere quid est: quod propositum est, quemadmodū
de homine conuenit qui interrogatus est, quid id est quod propositum est: dicere quod
animal. ¶ Generi autem accommodatum est vtrum in eodem genere aliud alij an in
25 altero sit. Nam huiusmodi sub eadem methodo cadit cum genere. disputātes enim qđ
animal genus hominis similiter & bouis: disputantes erimus quoniam hæc in eodem
sunt genere. si autem alterius quidem ostendamus quod genus est, alterius autē quod
non est disputantes erimus, quoniam non ī eodem genere hæc sunt. ¶ Accidens autē Accidēs.
26 est quod nihil horum est, neque diffinitio, neque proprium, neque genus, inest autem
27 rei. ¶ Et quod contingit inesse cuiuis vni, & eidem: & non inesse. vt sedere contingit
inesse alicui eidem & non inesse, similiter autem & album. nam & idem nihil prohi-
bet quandoque album, quandoque non album esse. ¶ Est autem accidentis diffini-
28 tionum secunda melior. nam cum dicitur, prima. necessarium est si debet quis intelli-
gere: pręscire quid est terminus, & genus, & proprium. secunda autem perfecta est ad
29 cognoscendum (quid est quod dicitur) per se. ¶ Annectantur autem accidenti &
quæ ad seinuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictę, vt vtrū ho-
nestum an quod confert, expetibilius. & vtrum quæ secundum virtutem, an quæ secū
dum voluptatem suauior vita, & si quid aliud similiter his est dictum. in omnibus em̄
talibus vtri magis prędicatum accidit: quæstio fit. ¶ Manifestum est autem ex his: quo
niam accidens nihil prohibet, & quādo, & ad aliquid proprium fieri. vt sedere cum sit
30 accidens, quando quis solus sedet: tunc aliquando proprium erit. solo vero sedēte: ad
non sedentes proprium. quare & ad aliquid, & aliquando nihil prohibet accidens, pro-
prium fieri. simpliciter autem proprium non erit.

Quinti capitis scholia, conclusiones duæ, corollarium vnum 31. Et quod sub diffi-
nitione, diffinitio claudit diffinitio, simul nonnulla, quæ alia sigillatim. nam clau-
dit essentia & in quid prædicari, quod & genus. & omni & soli, quod propriū, & in-
esse, quod & accidens, inest enim quod vere de aliquo dicitur.

¶ Quod cætera prædicata aliquid claudant eorum quæ
diffinitio continet. Cap. V.

Non lateat autem nos quoniam quæ ad propriū & genus & accidens oīa
dicuntur: & ad diffinitiones conueniet dici. Ostendentes enim quoniā
non ei soli inest quod est sub diffinitione (quemadmodū & in proprio)
31 aut quoniam non genus quod assignatum est in diffinitione aut quoni
am non inest, aliquid eorum quæ in diffinitione dicta sunt (quod quidē
& in accidente dici potest, interimentes erimus diffinitionem. Quare secundum pri-
us assignatam rationem: omnia erunt quodam modo diffinitioni accommodāda quę

enumerata sunt. ℂ Sed non propter hoc vnam in omnibus vniuersalem metodum quærendum.neque enim facile inuenire hanc est: & si inueniatur, omnino obscura & insuauis plane fuerit ad propositum negotium. Propria vero in vno quoque determinatorum generum assignata methodo,facile ex ijs quæ circa vnūquodque propria sunt decursus propositi fieri possit. ℂ Quare vniuersaliter figura quidem(quemadmodum dictum est prius)diuidendum est.reliquorum autem ea quę maxime sunt singulis peculiaria:annectendum,diffinitioni & generi accommodata ea nuncupantes:pene autem adiuncta sunt, quæ dicta sunt ad singula.

SExti cap.scho. Tres modi eiusdem instātia,idē numero maxime esse idē: & quo modo diducitur. 36 Qui illam diffinitionē hominis dabāt animal gressibile bipes de eo gressibili intelligi volebant quod solum est gressibile non etiam volatile aut reptile. Vt & ęquepedum diffiniunt triangulū qui duo latera habeat æqualia sed solum duo Plerunque enim particulam excipientem(cuiusmodi est solū duntaxat,aut similes) intelligunt,non apponunt autem Ex transsumentibus :ex commutantibus. vt cum inter sedentes sit Petrus,iubeo vt quis dicat Petro ad me veniat. si is cui iussi nō intelligat,quisnā eorum sit Petrus, commuto appellationem & ex accidente nuncupabo eum qui sedet in ordine secundus , aut aliquid simile(quod ipse ab accidentaria nuncupatione magis intelligat)id enim est nuncupationem transsumere atque commutare.

ℂ De eodem. Cap.VI.

PRimum autem omnium de eodem determinandum.quotiens dicitur. Videbitur autem idem vt figuraliter sit sumere : tripliciter diuidi:Numero enim aut specie,aut genere,idem solemus appellare.Numero quidem:quorum nomina plura:res autem vna:vt indumentū & vestis. Specie autem quæ cum sint plura indifferentia sunt secundum speciē.vt homo homini, equus equo . nam huiusmodi specie dicuntur eadem : quæcūque sub eadem specie sunt.Similiter autem & genere eadem:quæcunq; sub eodem genere sunt.vt equus homini. ℂ Videbitur autem ab eodem fonte aqua quæ eadem dicetur:habere aliquam differentiam præter dictos modos. Non tamen, sed & huiusmodi in eodem ordinetur ijs qui secundum vnam speciem quoquomodo dicta sunt.omnia enim talia cognata & affinia sibijnuicem videntur esse.nam omnis aqua omni aquæ eadem specie dicitur:eo quod habeat quandam similitudinem. ab eodem autem fonte aqua quæ eadem dicitur, nullo alio differt,quam eo quod vehementior sit similitudo quare non separamus idem ab ijs quæ secundum vnam speciem quoquomodo dicuntur. ℂ Maxime autem indubitanter quod vnum est numero,idem ab omnibus videtur dici.solet autem & hoc assignari multipliciter: proprijssime autem & primo quando nomine vel termino idem assignatum fuerit . vt vestis 36
indumento,& animal gressibile bipes,homini.Secundum autem quando proprio.vt disciplinæ susceptibilis homini,& quod natura sursum fertur igni. Tertiū vero quando ab accidente,vt sedens vel musicū Socrati,omnia enim hęc vnū numero volunt significare,quod autem verum sit quod nunc dictum est:ex transsumentibus nuncupationes maxime quis discat,sæpe enim præcipientes nomine vocare aliquem sedentiū transsumimus,quando forte is nō intelligit cui præceptū facimus,tanquā ab accidēte ipso magis intelligente:& iubemus sedentem,vel disputantem vocare ad nos,manifestum quod vt eundē opinantes & secundum nomen & secundum accidens significare.ergo idem quemadmodum dictum est tripliciter diuidatur.

SEptimi capi.scholia.Conclusiones duæ 38.Cum posito homine quæritur quid homo est,cum responsioni adhibetur hominem esse,aut animal esse: quid est,esse necessariamque respondemus .at accommodatius respondemus animal quam hominem,ridiculum ferme fuerit,cum de quopiam quid est interroges,idem respondeas. nam responsio manifestandi,dilucidumque faciendi id quod quæritur gratia adhiberi solet,attamen si de homine respondeas hominem esse,quid respondes, siue etiam genus hominis(vt animal)de homine,quid est.responsio tua designat,sed quando idem de alio(vt album, cubitale de homine)respondes,non quid est,sed quale,& quantum,ex responsione designas,& hæc intellectū sunt perfacilia.

¶Omnem disputationem dialecticam esse ex termino, proprio, genere, aut accidente, & vbi illa reperiantur. Cap. VII.


QVoniam autem ex prius dictis sunt orationes:& per haec,& ad
haec vna quidem fides est per inductionem. Si enim quis consi
deret vnamquanque propositionum & problematum: appare
37 bit aut a termino, aut a proprio, aut a genere; aut ab accidente
facta. Alia autem fides per syllogismũ. necesse est enim omne
quod de aliquo praedicatur: aut conuersim de re praedicari, aut
non.& si conuersim praedicatur: terminus erit vel proprium.
Nam si significat quid est esse: est terminus. si autem non signi
ficet: proprium hoc enim erat proprium quod conuersim prae-
dicatur: non significans quid est esse si autem non conuersim praedicatur de re. aut ex
ijs quae in diffinitione, subiecti dicuntur, est aut non. & si est ijs quae in diffinitione di-
cuntur: genus aut differentia erit, eo quod diffinitio ex genere & differentijs est. si ve-
ro ex ijs non est quae in diffinitione dicuntur, palam est quoniam accidens erit. nam
38 accidens dicebatur quod neque terminus, neque genus, neque proprium: inest aut rei. Nu.xxix
¶Post haec autem oportet determinare genera praedicamentorum in quibus sunt di-
ctae quatuor differentiae. sunt haec autem numero decem: quid est, quantum, quale, ad
aliquid, vbi, quando, situm esse, habere facere, pati. semper enim accidens & genus &
proprium & diffinitio in vno praedicamentorum horum erit. nam omnes ab his pro-
positiones: aut quid est, aut quale est, aut quantum, aut aliorum aliquod praedicamen-
torum significãt. Manifestum est autem ex eisdem: quoniam quod quid est significãs
quandoque quidem substantiam significat, quandoque autem quale, quandoque ve-
ro aliquod aliorum praedicamentorum. nam qñ posito homine dixerit quod positum
est hominem esse vel animal: & quid est dicit,& significat substantiam. quando colo-
re albo posito dixerit quod positum est album esse vel colorem: quid est dicit & qua-
le significat. Similiter autem & si cubitali magnitudine posita dixerit quod positum
est cubitalem esse magnitudinem:& quid est dicit,& quantum significat. similiter au-
tem & in alijs. vnumquodque enim talium siue idem de eodem dicatur, siue genus de
hoc quid est significat. quando autem de alio, non quid est significat: sed quantum aut
quale aut aliquod aliorum praedicamentorum. Quare de quibus sunt disputatio-
nert,& ex quibus, haec & tanta sunt. Quomodo autem sumemus,& per quę copio-
si erimus: post haec dicendum.

OCtaui Cap. scholia. Conclusiones duae. diffinitio vna. 39, Illa autem nemo ponet, illa quę nullis videntur, nemo dabit. quis enim dabit hominem esse lapidem? & ex opposito quę omnibus aut plurimis sunt manifesta. quis interrogabit? nisi velit apparere ridiculus. vt, vtrum homo animal est? vtrum mare salsum est. 41. In similitudine quod Aristoteles dicit in parabola, ea similitudo dicitur, cum rerũ genere differentium fit comparatio. Vt, Haud secus exaruit conspecta virgine Tereus. Quam si quis canis ignem subponat aristes. Aut frondem, positasque cremet foenilibus herbas,

¶De propositione dialectica Cap. VIII.

PRimum igitur determinetur quid est propositio dialectica, &
39 quid est problema dialecticum. Non enim omnem propositio-
nem, nec omne problema dialecticum ponendum. nullus enim
offeret qui mentem habeat, quod nulli videtur nec proponet
quod omnibus est manifestum, vel plurimis. nam haec quidem
40 non habent dubitationem, illa autem nemo ponet.
¶Est autem propositio dialectica interrogatio probabilis, aut
omnibus aut plurimis, aut sapientibus & his vel omnibus vel
plurimis vel maxime familiaribus non inopinabilis. Ponet enim aliquis quod vide-
tur sapientibus, nisi id contrarium sit, multorum opinionibus. ¶Sunt autem pro-
41 positiones dialecticae:& ea quae probabilibus sunt similia,& contrarijs quae videntur
esse probabilia secundum contradictionem protensa,& quaecunque opiniones sunt

secundum artes inuentas. si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam & sensum eundem esse contrariorum probabile apparebit, & si vnam numero grammaticem esse: & tibicinariam vnam. si autem plures grammaticas: & plures tibicinarias. omnia enim similia, & cognata hæc videntur esse. Similiter autem & ea quæ probabilibus sunt contraria secundum contradictionem protensa probabilia videntur. si enim probabile est quod oportet amicis benefacere: & quod non oportet amicis malefacere, probabile est. est autem contrarium quidem oportet malefacere amicis: secundum cõtradictionem autem quod non oportet amicis malefacere. similiter autem & si oportet amicis benefacere: inimicis non oportet. est autem & hoc secundum cõtradictionẽ cõtrariorum. nam contrarium est quod oportet inimicis benefacere. similiter autem & in aliis. Probabile autẽ & in similitudine apparet: etiam cõtrariũ de contrario: vt si oportet amicis benefacere: & inimicis oportet male, apparebit & contrarium hoc quod est amicis benefacere: ei quod inimicis male, vtrum autem secundum veritatem se habeat vel non: in iis quæ de contrario dicentur, ostendetur. Palam autem quoniam & quęcunque opiniones secundum artes sunt: dialecticæ propositiones sunt. ponet em̃ aliquis ea quæ videtur iis qui in eis probati sunt, vt de his quidem quæ in geometria vt geometer, de illis autem quæ in medicina vt medicus.



NOni capi. scholia. Diffinitio problematis, ei⁹ per singulas partes declaratio. diffinitio positionis, conclusiones tres. 3. a. Problema dialecticum literaria quædam contemplationis interrogatio est delectionẽ aut fugam, qualia sunt problemata moralia & ciuilia, aut ad veritatem & scientiã qualia sunt naturalia, & eorum quædam quæruntur propter se, quæ dignam satis hñt in se contemplationem, alia non propter se sed aliorũ gratia, vtpote quæ dignitatem in se sufficientẽ non habent, vt ingerant inquisitionis laborem. Et problematum quoddam est de quo neutro mõ neque ꝙ verũ quidẽ sit, neq; quod falsum opinamur. de quo (vt paulopost inquit Aristoteles) rationem nõ habemus cum quippiam arduum sit, & difficile arbitramur causam assignare posse quoddam etiam de quo multitudo sapientibus, aut sapientes multitudini, aut multitudo multitudini, aut sapientes sapientibus contrario cõcipiunt modo & hęc ea sunt problemata, de quibus contrarii sunt, habenturque syllogismi sed ex declaratione Aristotelis patescunt sufficienter. Et problema non tam contemplatio quam enunciatio, interrogatio vt est contemplationem designans. vt vtrum mundus æternus sit an nõ? & in sequẽti cap. positio non tã suspicio existimatioq; alicuius domestici philosophię ꝗ enũciatio interrogatioue il

Iam denotans. vt vtrum cuncta fluant, omnisque vagans formetur imago, vt voluere Pytha-
goras Samius atque Heraclitus Ephesius, an secus? vt ex numero. xviij. huius agnoscas, sed hęc
non tā contentionem q̄ rectam intelligentiā desiderant. 46. Positio est opinio admirabilis qd'
hic dicitur admirabilis Aristoteles παράδοξος habet: quod præter opinionē & mirabile signi
ficat quod numero. xl in diffinitione propositionis dialecticæ versum est inopinabile. proposi-
tio enim dialectica: minime paradoxa & præter opinionem esse debet. cum tamē quis asserit tā
lia admirandum videtur, non iniuria paradoxon admirabile interpretatur. æque tamen valuis
set si præter opinionem & inopinabile, hoc in loco versum fuisset. Et adiecit Aristoteles alicu-
ius familiarium, notorumque & domesticorum in philosophia. nam si de familia eorum qui
in philosophia probati sunt non esset is qui paradoxon & inopinabile poneret: minime dece-
ret huiusmodi absurditatem curare, neque dignum esset vt id positio diceretur. nam curare
(inquit) de quolibet proferente ea quæ contra, præterq̄ opiniones sunt, stultum est. 49. Hæc
autem magis quam secundū facultatē exercitatiuam hæc, inquam, quæ ab ostensione sui sunt
quam remotissima vt circulum quadrare, & sphæræ æquum cubum assignare, aut similia ma-
iorem habent suæ cognitionis difficultatem quam ad gymnasticam & disserendi disciplinam
attineat, & contra quæ nimium cognitioni vicina sunt: si quis ostendere laboret, nihil aliud fa
cere videatur quā cognita docere, & iuxta adagiū: in re nō dubia: testibus vti non necessarijs.

¶ De problemate dialectico & positione dalectica. Cap. IX.

PRoblema autem dialecticum: est speculatio intēdens vel ad ele
ctionem & fugam. vel ad veritatem & scientiam, aut per se, aut
44 vt amminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro mo
do opinantur, aut contrarie plerique sapientibus, aut sapientes
45 plerisque, aut vtrique ijdem eisdem. Quædam enim proble-
matum vtile est scire tantum ad eligendum vel fugiendum. vt
vtrum voluptas sit eligenda an non. Quædam autem ad scien-
dum tantum. vt vtrum mundus æternus sit an non.
Quædam vero ipsa per se quidem ad neutrum horum. amminiculantia autem, sunt ad
aliqua talium. pleraque enim ipsa quidem per se non volumus cognoscere: sed alio
rum gratia. vt per illa, aliud quippiam cognoscamus. Sunt autem problemata & de
quibus contrarij sunt syllogismi. dubitationem enim habent vtrum sic se habeant an
non sic: eo quod de vtrisque sunt rationes suasibiles. Et de quibus rationem non ha-
bemus cum sint magna: difficile arbitrantes esse propter quid assignare, vt vtrum
mundus sit æternus, an non. nam huiusmodi quæret aliquis. Problemata ergo & pro-
46 positiones (vt dictum est) determinata sint. ¶ Positio est opinio admirabilis alicu-
ius familiarium secundum philosophiam. vt quod non est contradicere. quemadmo-
dum dixit Antistenes. & quod omnia mouentur secūdum Heraclitum. aut quod vnū
est ens: quemadmodum Melissus dixit (nam de quouis contraria opinionibus profe-
rente curam habere stultum est) aut de quibus rationem habemus contrariam opini-
onibus. vt quoniam non omne quod est. vel factum est vel æternum, quemadmo-
dum sophistæ dicunt. Nam musicum, grammaticum esse: neque factum neque esse
æternum. hoc enim & si alicui non videatur: videbitur vtique eo quod rationem ha-
47 beat suasibilem. ¶ Est igitur & positio quidem problema: nō autem oē problema po
sitio. eo quod quædam problematum talia sunt de quibus neutro modo opinamur.
Quod autē est & positio problema manifestum est. necesse est enim ex ijs quæ dicta
sunt, aut plures sapientibus circa positionem dubitare, aut vtrolibet sibimet eo quod
opinio quædam admiranda positio est. Pene autem nunc omnia dialectica problema-
ta positiones vocantur. Differat autem nihil quomodolibet dictum. non enim no-
men effingere volentes diuisimus sic ea: sed vt non lateant nos, cum quædam eorum
48 sint differentiæ. ¶ Non oportet autem omne problema nec omnem positionem con-
siderare: sed quam dubitabit aliquis eorum qui ratione egent & non pœna vel sensu.
Nam qui dubitant vtrum oporteat deos honorare & parentes diligere, an non, pœna
indigent. qui vero vtrum nix alba. an nō, sensu. ¶ Neque vero quorum propinqua est
49 demonstratio: neque quorum valde longe. nam illa quidem non habent dubitationē.
hæc autem magis quam secundum facultatem exercitatiuam.

DEcimi cap. scholia, quid inductio, & quo ad syllogismum se habeat modo. 50. Est autem inductio quidem hæc, illa autem syllogismus. Vna species orationis disceptationisque dialecticæ est inductio dialectica, altera vero dialecticus syllogismus, & ad syllogismum dialecticum, entymema dialecticum reuocamus: ad inductionem vero exemplū dialecticum, erunt igitur orationis dialecticæ species duæ perfectæ; & duæ imperfectæ: sed imperfectæ perfectarum nomine subaudiuntur, nec ab re quidem. nam philosophorum est, oppositorum eandem facere disciplinam.

De speciebus differendi, dialecticæque disputationis Cap. X.

DEterminatis autem his oportet diuidere: quot dialecticarum dis
putationum sunt species. Est autem inductio quidem hæc: illa 50
autem syllogismus. Et syllogismus quidem quid est: dictum
est prius. Inductio vero est a singularibus ad vniuersalia acces-
sio. vt si est gubernator eruditus, optimus, & auriga: & omnis
qui est eruditus in vnoquoque, optimus. Est autem inductio 51
verisimilior & clarior & secundum sensum notior, & pluribus
communis. syllogismus autem valentior, & ad contradicentes ef
ficacior, Ergo genera de quibus disputationes & ex quibus: quemadmodum ante di
ctum est, determinata sint.

VNdecimi cap. scholia. quatuor instrumenta abundandi ad differendum. tria postrema, primo re ipsa coincidere. 53. Sunt autem & modo quodam etiam tria horum: scilicet quoties quodq; dicitur, multiplicesve distinctio, differentiarum inuentio, & similium consideratio quodammodo, reque ipsa propositionum sumptiones, & id intueri perquam facile. Et habile ad bonā habitudinem. Id dicit Aristoles και δ' ευεκτικον προσ ευεξιαν & euecticon bene habituatum, habileve designat, sed non facile succurrit verbum latinum: euexia autem bonam habitudinem. nam eu bene & exis habitudinē significat. proinde vetus interpres, duo vocabula illa dimiserat intraslata loco pacto, & euecticon ad euexian. Et maxime, habile & bonam habitudinē, ad bonas corporis potētias naturalesq; affectiones desumere solēt: quales sunt qui agiles sunt, qualesq; sunt qui neq; nimium macilenti exesiq; neque nimium pingues sunt: sed indicam potentiam bonæ corporis habitudinis effectricem retinent, & id etiā ex numero. lxij. huius, sed hæc alterius sint professionis.

De instrumentis: quibus syllogismorum copiam nobis ad differendum suppeditamus. Cap. XI.

Instrumē
tum abū
dandi ad
differēdū

INstrumēta autem per quę abundemus syllogismis sunt quatuor. Vnū
quidem: propositiones sumere. Secundum autem quotupliciter vnum- 52
quodq; dicitur, posse distinguere. Tertium differētias inuenire. Quartū
autē similitudinis consideratio. Sunt autē & modo quodā etiā tria ho 53
rum propositiones. Est enim vnumquodq; eorum propositionē facere.
vt quod eligēdum est honestum vel delectabile, vel vtile, & quod differt sensus a disciplina: eo q amittenti eam, possibile est rursum sumere, illum aūt possibile. Et qm similiter se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem. Est autem prima propositio: ab ijs quę multipliciter dicūtur. secūda: a differētijs. tertia vero: a similibus.

DVodecimi cap. scholia. de sumptione propositionum præcepta octo. 54. Quotquot modis determinatum est in propositione, in capite propositionis dialecticę, numero. xl.

De sumptione propositionum. Cap. XII.

Sumptio
proposi-
tionum.

ERgo propositiones quidem eligendum quotquot modis. de- 54
terminatum est in propositione: aut omnium opiniones pro-
ponenti, aut plurium, aut sapientium, & horum, vel omnium,
vel plurimorum, vel notissimorum. Aut etiam contrarias
apparentibus, & quæcunque opiniones secundum artem sunt. 55
at oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus.
secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius

56 ❡Vtile autem & facere eas in eligendo non solum quæ sunt probabiles: sed & simi-
les eis. vt quod contrariorum idem est sensus. nam & scientia contrariorum est ea-
dem. Et quod videmus suscipientes aliquid, non emittentes. nam & in aliis sensibus
57 sic est. nam & audimus suscipientes aliquid non emittentes. & olfacimus eodem mo-
do, similiter autem & in aliis. ❡Amplius. Quæcunque in omnibus vel plurimis vi
58 dentur, sumendum vt principium: & apparentem positionem. nam ponunt qui non
conspiciunt: in aliquo non sic. ❡Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationi-
59 bus. ❡Descriptiones autem facere in vnoquoque genere supponentes seorsum (vt de
bono aut de animali, aut de bono omni) incipientem ad quid est.
60 ❡Annotare autem & singulorum opiniones. vt quod Empedocles quatuor dixit elementa corporum esse, ponet enim aliquid quod ab aliquo probato dictum est. Sunt autem (vt figuraliter sit complecti) propositionum & problematum partes tres. nam aliæ sunt morales propositiones: aliæ naturales, aliæ rationales. morales quidem sunt huiusmodi, vt vtrum oporteat parentibus magis an legibus obedire, si dissentiant. rationales vero vt vtrum contrariorum eadem disciplina an non. naturales autem vt vtrum mundus sit æternus necne. Similiter autem & problemata. At vero quales sint singulæ earum quæ dictæ sunt: diffinitione quidem non facile assignare est de ipsis. est autem (ea quæ per inductionem est) assuetudine tentandum cognoscere vnamquanque earum, secundum prædicta exempla consideranti. Ad philosophiam igitur, secundum veritatem de his negotiandum, dialectico autem modo, ad opinionem.
61 ❡Sumendæ autem quam maxime vniuersales propositiones omnes & vna facienda multæ. vt quod oppositorum eadem disciplina. deinde quod contrariorum, & quod ad aliquid: Eodem modo & ipsæ rursum diuidendæ, quousque contingere potest diuisio. vt quod boni & mali, & albi & nigri. & frigidi & calidi. similiter autem & in aliis. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

DEcimitertii capi. scholia. de multiplice præcepta decem & septem. 17. In exemplo Aristotelis vbi positum est equus, ponebatur *ονος* quod asinum significat. *ονος* enim apud Græcos asinum significat. & molem inferiorem quæ continet grana: quæ molenda, conterendaque imponuntur. sic & animal vno modo est, & alio modo vas est. Sed illud latinæ locutionis accommodum non est. nam asinus apud Latinos homonymum non est animal & ad vas. Equus autem illo modo fortassis inuenitur homonymum pro animali passim. vt Virgilius. portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra. Pro vase, idem. Ac aliquis latet error equo. ne credite Teucri. Significat enim hic ingentem illam Epei machinam, & ingens vas, cuius latebras multi milites compleuerant, ad extrema Troiæ excidia concinnatum. Subalterna, quæ sub eodem summo genere sunt. 73. Proprium quod conuenit vni & non alteri. vt datis duobus compositis quæ diffiniri debeant: corpus candidum & vox candida, proprium primo, corpus: proprium secundo: vox.

❡De multiplicis distinctione. Cap. XIII.

IPsum autem quotupliciter negotiandum est non solum quæ
62 cunque dicuntur secundum alium modum, sed & rationes
eorum tentandum assignare, vt non solum quod bonum alio Multiplicis distinctio, siue quotupliciter.
quidem modo dicitur iustitia & fortitudo, habile autem & sa
lubre, sed quod & illa quidem quod ipsa qualia quædam sunt,
hæc autem eo quod effectiua alicuius, & non eo quod qualia
quædam illa sunt. similiter autem & in aliis. Verum autem
multipliciter aut vno modo specie dicitur: per hæc consideran-
dum. ❡Primum quidem in contrario perspiciendum, si mul-
63 tipliciter dicitur: siue specie, siue nomine dissonet. Quædam enim statim & nominibus alia sunt: vt acuto in voce contrarium est graue. in magnitudine autem obtusum, patet igitur quod contrarium acuto multipliciter dicitur. si autem

hoc, & acutum. nam secundum vtrunque horum aliud erat contrarium. non enim
idem acutum, erit obtuso, & graui contrarium: vtrique autem acutum contrarium.
Rursum graui in voce quidem contrarium acutum, in magnitudine autem leue.
quare multipliciter graue dicitur: eo quod & contrarium. Similiter autem & pul-
chro, ei quidem quod in animali, turpe, ei vero quod est in domo, perniciosum. qua-
re in æquiuocum, pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo
dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est. vt in claro & obscuro.
vox enim clara & obscura dicitur. Similiter autem & color. ergo nominibus qui-
dem nihil dissonant: specie autem manifesta. in eis statim differentia est. non enim si
militer & color clarus dicitur & vox clara. manifestum autem id est & per sensum.
nam eorum quæ eadem sunt specie: idem sensus. at clarum quod est in voce & in co-
lore non eodem sensu iudicamus. sed hoc quidem visu: illud autem auditu. Simili-
ter autem & acutum. & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus, sed hoc qui
dem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus neque in seipsis:
neque in contrarijs. obtusum enim est contrarium vtrique.

¶ Amplius. Si huic quidem est aliquid contrarium: illi autem simpliciter nihil. vt ei 64
quæ est a potu delectationi, ea quæ est a siti tristitia, contrarium. ei autem quę est ab eo
quod est considerare quod diameter est costæ incommensurabilis, nihil. quare multi-
pliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare: odire
contrarium est. ei autem quæ est secundum corporalem actum: nihil. manifestum er-
go quoniam amare æquiuocum. ¶ Præterea in medijs. Si huic quidem est aliquid 65
medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est: non idem autem. vt clari & ob
scuri, in coloribus quidem aliquid est medium, fuscum, in voce autem nihil.

¶ Aut si forte raucum quemadmodum quidam dicunt raucam vocem medium esse.
quare æquiuocum clarum. similiter autem & obscurum. ¶ Insuper si horum qui- 66
dem plura media: illorum autem vnum, vt in claro & obscuro. Nam in coloribus plu
ra media: in voce autem vnum raucum. ¶ Rursum in eo quod secundum contra-
dictionem opponitur considerandum si multipliciter dicitur. Nam si hoc multipli- 67
citer dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. vt non videre multiplici-
ter dicitur, vnum quidem. non habere visum, alterum autem non operari visu. Si au-
tem hoc multipliciter dicitur, necessarium est & videre multipliciter dicitur. vtrique
enim non videre opponitur. vt ei quidem quod est non habere visum, habere. illi au
tem quod non est operari visu, operari. ¶ Amplius in ijs quæ secundum priuatio- 68
nem & habitum dicuntur: perspiciendum. Si enim alterum multipliciter dicitur: &
reliquum. vt si sensibile multipliciter dicitur. & secundum animam & corpus, & in-
sensibile multipliciter dicetur, & secundum animam & corpus. Quod autem secun-
dum priuationem & habitum opponuntur quæ dicta sunt, manifestum. eo quod na-
ta sint vtrunque sensuum habere animalia, & secundum animam & secundũ corpus.

¶ Amplius autem in casibus considerandum. Nam si iuste multipliciter dicitur, & iu 69
stum multipliciter dicetur. secundum vtrunque enim iustorum est iustum, vt si iuste
dicitur & secundum sui cognitionem iudicare, & vt oportet, similiter & iustum. eo-
dem autem modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dice-
tur. vt si salubre dicitur hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum,
quoddam veru significatiuum: & salubriter vel effectiue vel conseruatiue vel signi-
ficatiue dicetur. Similiter autem & in alijs quando ipsum multipliciter dictum fue-
rit, & casus ab eo multipliciter dicetur, & si casus, & ipsum.

¶ Consideranda autem & genera secundum nomen prædicationum si eædem sint no 70
minibus. Nam si non eædem, manifestum est quoniam æquiuocum est quod dicitur.
vt bonum in cibis quidem effectium est voluptatis, in medicina autem effectiuum sa
nitatis, in anima vero qualem esse: vt castam vel fortem vel iustam: similiter autem &
in homine aliquotiens autem & quando vt in tempore bonum (bonum enim dicitur
in tempore) plerunque aũt quantũ in mediocri (dicitur enim mediocre bonum) quare
æquiuocũ bonum. Similiter aũt & candidum in corpore quidem color: in voce aũt be
ne audibile. Similiter autem & acutum. non enim similiter idem in omnibus dicitur.

nam vox acuta quidem velox (sicut dicunt: qui secundum numeros harmonici sunt)
71 angulus autem acutus qui minor est recto, gladius vero, qui est anguli acuti. ¶ Con-
siderandа etiam & genera eorum quæ sunt sub eodem nomine, si diuersa & non sub-
alterna sunt. vt equus, hoc autē animal, & hoc vas. diuersa enim quæ secundum nomē
est horum ratio. nam hoc quidem animal, quid significat. illud vero vas, quale quid.
Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes. vt corui ani-
mal & auis genus est. quando autem coruum dicimus auem esse, & animal: quid dici-
mus eundem esse. quare vtraque genera de eodē prædicantur. similiter autem & quan
do animal volatile bipes coruum dicimus: auem dicimus eundem esse, & sic ergo vtra
que genera de coruo prædicantur: & ratio eorum. In non subalternis generibus non
accidit hoc. neque enim quādo vas dicimus, animal dicimus: neque quando animal,
72 vas. ¶ Considerandum autem non solum si in proposito diuersa sunt genera, & non
subalterna: sed & in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur: manifestum
quoniam & propositum. ¶ Vtile autem diffinitionem inspicere quæ de composi-
73 to fit. vt candidi corporis & candidæ vocis. nam sublato proprio: eandem rationē opor
tet relinqui. hoc autem non accidit in æquiuocis, vt in iis quæ nūc dicta sunt. nam hoc
quidem erit corpus habens talem colorem: illud autem vox bene audibilis. sublato
igitur corpore & voce: non idem in vtraque relinquitur, at oportet si vniuocum es-
74 set album: quod in vtraque dicitur esse idem. ¶ Sępe autem & in ipsis diffinitioni-
bus latet assequens æquiuocum, quapropter & in diffinitione considerandum. vt si
quis significatiuum vel affectiuum sanitatis quod moderate se habet ad sanitatem di-
cat esse: non refutandum: sed inspiciendum quid moderate quidem secundum vtrun-
que dixit. vt si hoc quidem tale significat, vt facere sanitatē: illud autem tale vt signifi-
75 care qualis quidem sit habitus. ¶ Adhuc si non comparabilia sunt secundum magis &
minus vel similiter. vt clara vox: clara vestis: & acutus humor & acuta vox. hæc enim
neq; simpliciter dicuntur clara vel acuta, neque magis alterum. quare æquiuocum cla-
rum & acutū. nam vniuocum omne comparabile. aut enim similiter dicetur aut magis
76 alterum. ¶ Quoniam autem diuersorum generum, & non subalternatim positorum
diuersæ species sunt, & differentiæ: vt animalis, & scientię (diuersæ enim horū differē-
tiæ) considerandum si quæ sub eodem sunt nomine diuersorum generum & non sub
alternorum diuersæ differentiæ sint. vt acutū vocis & magnitudinis. differt enim vox
a voce quod eo acuta sit. similiter & magnitudo a magnitudine. quare ęquiuocum acu-
tum. diuersorum enim generum, & non subalternorum, diuersæ differentiæ sunt.
77 ¶ Rursum si eorundem quæ sub eodem nomine, diuersæ differentiæ sunt, vt colo-
ris qui est in corporibus vel in melodiis. Nam eius qui est in corporibus congregati-
uum & disgregatiuū visus. eius vero qui melodiis non eędem differentiæ. quare æqui-
uocum color. nam eorundem: eędem differentiæ. ¶ Amplius quoniam species nulli-
78 us est differentia: inspicere oportet si eorum quæ sub eodem sunt nomine, hoc quidē
species est, illud autem differentia. vt clarum quod in corpore quidē, species coloris:
quod autem in voce, differentia. Differt enim vox a voce, eo quod clara sit. De eo igi
tur quod multipliciter dicitur, per hæc & huiusmodi perspiciendum.

DEcimi quarti cap. scholia. de differentiarum inuentione præcepta duo, de simili-bus tria. distinctionis multiplicia vtilitates tres inuentionis differentiarum duæ, considerationis similium tres. 84. Vtilitates sumptionis ꝓpositionum non posuit, quod hęc tria multiplicis (inquam) distinctionem, differentiarum inuentionem, & similium considerationem, ex numero .iiii. claudat. quare qui horū vtilitates assignat, & sumptionis quoque propositionum assignat. 86. Est autem proprie nō conueniens modus hic dialecticæ. Admonet hūc disserendi modum quo interrogantes possemus alium apparenti ratiocinatione ob ignoratam ab eo qui respondet dictionis multiplicitatem fallere, non esse dialecticæ accommodatum, sed potius sophisticæ. non enim dialectici est fallere, sed argumentatione communi quæ nullius claudit vitiositatis errorem, credulitatem (quā hypolepsin appellant) dialecticāq; fidē facere, proinde a dialectico prorsus alienum esse debet, ad nomen disserere. esset enim ad nomē disseratio, disputatioque, si is qui interrogat & is qui respōdet non ad idem intelligentiā ferāt. sed qui disputationē sustinet respōdeat quidē de vno alter vero qui interrogat, de altero insultet. & id fieri pōt aut equiuocatione, aut ābiguo, aut compositione diuisioneve, aut accētu. sed hæc in sophisticis redargutionibus amplius videatur

¶ SECVNDVS TOPICORVM.

PRimi capitis secundi Topicorum Aristotelis scholia. diuisio problematum, vni
uersalia secũ paticularia trahere, de vniuersalibus negatiuis prius determinandũ
locutionem ab inesse ad esse in accidentibus non facile commutari. duo pecca-
12 ta quibus in problematis peccare solent. ¢. In diuisione non ponit indefinita pro
blemata, quod de illis vt de particularibus idem sit iudicium. singulare non fuit
ponendum, quia singularia sub nulla disciplina cadunt. non igitur ex illis in disciplinis fiunt
proplemata. 4. In accidentibus propria nominatio conuerteretur: si locutio qua accidens in-
esse significamus necessario in eam quæ esse designat commutaretur, vt si cum cuipiam vere
astruimus caliditatem inesse, liceret conuertere commutareque in eam qua idem esse album si-
gnificaremus, verum id non oportet. nam vere astruius aquæ (quæ etiam nisi tepidula est)
inesse caliditatem, falsum tamen est astruere aquam illam calidam esse. sed in aliis prædicatis
commutatur, conuerti turque locutio. 5. Dialecticus siue sustinet falsum, siue intergans, fal-
sum pro veris dicit, peccat identidem qui posita non vtitur locutione, vt qui mulierem terrã
appellaret, & virum cælum. Peccat nimium & ridiculus est qui volens dicere mulierem viro
suo virum peperisse, ita positam locutionem transgrediens dicat terram cælo cælum peperis-
se. Platanus genialis arbor ac voluptaria, capacitatis permagnæ, foliorum densissima vmbra
æstiuum solem arcens brumalem admittens nutritur vino radicibus infuso. celebres olim in
ambulatione Academiæ, Athenis fuisse memorantur, qui igitur hominem platanum appel-
lat, quod forte vtrunque delicatum, vinoque nutritur: vocabulo præter id ad quod inditum
est abutitur positam transgrediens nuncupationem.

¶ Secundi Topicorum Aristotelis de problematis vniuersalibus, & in quibus prædicatis inesse & esse conuertuntur. Cap. I.

SVnt autem problematum hæc quidẽ vniuersalia, illa vero parti-
1 cularia. vniuersalia quidem, vt omnis voluptas bonum est, & nul
la voluptas bonum. particularia vero, vt aliqua voluptas bonum,
& aliqua voluptas non bonũ. ¶ Sunt autẽ ad vtraque genera pro
blematum communia vniuersalia: & cõstructiua, & destructiua.
2 Ostendentes enim quod omni inest, & quod alicui inest ostẽden
tes erimus, similiter autem & si quod nulli inest ostenderimus, &
quod non omni inest ostendentes erimus. ¶ Primum ergo de
vniuersalibus destructiuis dicẽdum, eo quod cõmunia sunt huiusmodi ad vniuersalia
3 & particularia, & quia magis positiones afferant, in eo quod inest, quam non. disputan
tes autem destruant. ¶ Est autem difficillimum conuerti ab accidẽte propriam deno-
minationẽ. Nam aliquo modo & non vniuersaliter in solis contingit accidẽtibus. a dif
finitione enim & proprio & genere necessarium est conuerti. vt si inest alicui, animal
4 gressibile bipes esse, conuertẽtem verum erit dicere quoniam illud animal gressibile
bipes est. similiter autẽ a genere, nam si animal inest alicui: animal est. eodẽ autẽ mo-
do & in proprio est. si enim alicuĩ est grammatices susceptiuum esse, grammatices su
sceptiuũ erit. nam nihil horum contingit secundum quid inesse vel non esse, sed sim-
pliciter vel inesse vel non inesse, in accidentibus autẽ nihil prohibet secundum quid
inesse, vt albedinẽ vel iustitiam. quare non sufficit ostẽdere quoniam inest albedo vel
iustitia, ad ostẽdẽdum quod albus vel iustus est. nam habet dubitationẽ, quoniã secun
dum quid albus vel iustus est. quapropter non necessarium est, in accidẽtibus cõuerti.
¶ Determinare aũt oportet & peccata quæ sunt in problematibus: nã sunt duo, vel
in eo quod falsum dicunt, vel in eo quod trãsgrediũtur positã locutionẽ. Falsum etem
5 dicẽtes & quid quod non inest. inesse alicui dicunt, peccãt: & qui extraneis nominibus
res appellant (vt platanum hominem) transgrediuntur positam nominationem

SEcundi capitis scholia. quod prædicatum insit aut non insit præsertim per locos in-
trinsecos vnus & viginti loci. ¶ Locos non solum vocamus ipsas maximas & argu-
mentationis approbatiuas propositiones, aut eas argumentationum nuncupationes
quæ a particula inferente aut illata aut ab vtraque sumi solent, verum etiam & ip-
sa præcepta quibus ad ipsas maximass propositiones topicaque & communia proloquia du-
cimur, locos vocat hoc in loco Aristoteles. Verum enim vero ipsa communia pricipia ipsasq;
maximas propositiões ex numero. x. iiij. huius, & plerisque locis aliis elemẽta topica potius sp

pellat,& locos huius secundi ex numero.liij,eiusdem quarti locos accidentis. 6. Vt si quis albo dicat accidere colorem, albo hic non denominatiuum substantiæ est, sed qualitatis. capiturque pro suo principali, vt album & albedo idem sit. Secundum denominationem, quando principale de principali & denominatiuum de denominatiuo assignatur. 9. Nomen positionis extendit, ceu & nunc ferme omnes, vt omne problema positio dicatur. veluti etiam docuit numero.xlvij primi huius. Differt autem modo, quia illic absque instantia inspiciebatur, hic autem instantia quæritur. 13. Et pro curiositate, cupiditas superfluarum rerũ: Aristoteles habet καὶ ἀντὶ τῆς πολυπραγμοσύνης ἡ φιλοπραγμοσύνη. & nostri polypragmosinem (quæ a multitudine negociorum dici videtur) interpretari solent curiositatem, & compluscuiis verbis ad multas res aggressionem, vt Gellius in decimo. Aristoteles aũt eã dicit cupiditatẽ negociandi. 15. Primus autem locus falsus est ad construendum. Is primus locus, decimusquartus est, qui aliquando bonus ad construendum, quando scilicet generi non conueniunt aliqua nisi ratione speciei, vt in superiore exemplo numeri xiiij. quod admonet Aristoteles cum dicit, hic prim⁹ autem locus falsus est ad construendum, secundus autem verus. 19. Scire enim dicimur præsentia & futura. Scire præsentium, præteritorum futurorum est, & etiam æternorum, quæ sunt supra tempus, sed reminisci solum præteritorum esse ex eo libro Aristotelis cognoscitur, qui inscribitur de memoria & reminiscentia. 20. Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, non ægre, non moleste ferre, non indignari interrogãti si interroget etiam illa quæ proposito aut per parum aut nihil faciant. sed officium respondẽtis est cum molestia seligere quę proposito conducunt & significare argumentãti quæ interrogando posuit quæ non conducunt, illa tamen aut concessisse aut refutasse, vt concedenda refutandave fuerunt. 23. Xenocrates genium animam appellabat. vnde ingenium & ingeniosi, qui bonam sortiti sunt animam & qui prauo sunt ingenio prauam sortitos arbitrabantur. veteres genium, deum naturæ dixerunt. Et Aristoteles ita habet καὶ εὐδαίμονα οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος, & licet eudæmona fœlicẽ interpretari soleant, & dæmona genium, alludentes tamen ad vocabulũ vt gręce alludit Aristoteles, consentaneum magis visum est, hic interpretandum ingeniosum quam fœlicem.

ℂLoci problematum quod quicquam insit vel non insit. Cap.II.

Primus locus Declaratio

VNus autem locus est inspicere: si quid secundum aliquem ali- 6
um modum inest: vt accidens assignauit. ℂPeccatur autem maxime id circa genera, vt si quis albo dicat accidere colorem esse. non enim albo colorem esse accidit: sed genus eius color est. Contingit autem & secundum nominationem determinare eũ qui ponit. vt quod accicit iustitiæ virtutem esse. Sæpe autem & cum non determinet, manifestum, quod genus vt accidens assignauit. vt si quis albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri. a nullo enim genere denominatiue prædicatio de specie dicitur, sed omnia vniuoce genera de speciebus prædicantur. nam & nomen & rationem generum suscipiũt species. qui igitur coloratum dixit album, neque vt genus assignauit quoniam denominatiue dixit, neque vt proprium, vel vt diffinitionem. nam diffinitio & proprium nulli alij inest. sunt autem colorata & pleraque aliorum: vt lignũ, lapis, homo, equus.

Secund⁹ locus Declaratio

manifestum igitur quoniam vt accidens assignauit. ℂAlius locus est inspicere ea 7
quibus inesse aut omnibus aut nulli dictum est, & considerare secundum species & non infinitis. ℂNam trãsitu magis, & in paucioribus consideratio. oportet autem considerare & incipere a primis: deinde consequenter vsque ad indiuidua. vt si oppositorũ eandem disciplinam qui dixerit esse, perspiciendum si eorũ quę sunt ad aliquid & contrariorum, & quæ secundum priuationem & habitum, & quæ secundum contradictionem dicuntur, eadem sit disciplina. & si in his nondum manifestum est: rursum ea diuidendum vsque ad indiuidua. vt si iusti vel iniusti, vel dupli, vel dimidij, vel cæcitatis vel visus, vel esse vel non esse. nam si in aliquo ostendatur quod non eadem: interimentes erimus problema, similiter autem & si nulli inest. Iste autem locus conuertitur ad construendum & destruendum. Si enim in omnibus videatur cũ diuisionem proferimus, vel in pluribus: postulãdum est autem vniuersaliter ponere, aut instantiã ferre in aliquo non sic esse. nam si neutrum horum faciat: absurdus apparebit qui nõ ponet.

Tertius locus

ℂAlius est, diffintiones facere accidẽtis, & eius cui accidit, aut vtri- 8
usque de vtroq;, aut alterius: deinde considerare si quid non verum in diffinitionibus

perinde ac verum ſumptum ſit. ¶ Vt ſi eſt deum iniuſtitiam facere, quid iniuſtiti- Declara
am facere, ſi enim nocere ſponte: manifeſtum, quoniam non eſt deum iniuſtitiam fa tio
cerere. non enim contingit nocere deum, & ſi inuidus ſit ſtudioſus: quis inuidus &
quæ inuidia. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborum:
manifeſtum eſt quod ſtudioſus non eſt inuidus. Prauus enim eſſet & ſi indignans in
uidus quis vterque eorum. ſic enim manifeſtum erit vtrum verum aut falſum ſit,
quod dictum eſt. vt ſi inuidus quidem ſit qui triſtatur in bonorum proſperitatibus,
indignans autem qui in malorum proſperitatibus triſtatur, manifeſtum quod non
erit inuidus indignans. Sumere autem & pro ijs (quæ in diffinitionibus ſunt) nomi- Quartus
nibus diffinitiones: & non deſiſtere donec ad notum deuentum ſit. nam ſæpe cum Declara-
tota quidem diffinitio aſſignata ſit: non manifeſtum eſt quod quæritur, pro aliquo au tio
tem eorum, quæ in diffinitione ſunt, nominum, diffinitione dicta manifeſtum fit.
9 ¶ Amplius problema propoſitionem ſibi facientem: inſtare. ¶ Nam inſtantia erit
argumentum ad poſitionem. Eſt autem locus hic pene idem ei quo conſiderare: qui
bus ineſſe vel omnibus vel nulli, dictum eſt, differt autem modo.
¶ Amplius determinare quæ oportet dicere vt plures, & quæ non. Vtile enim & ad Quintus declaratio
10 conſtruendum & ad deſtruendum, vt quod nominationibus quidem res nuncupan-
dum, vt plures. quæ autem ſunt talia ne an non talia: non amplius attendendum ad
plures. vt ſalubre quidem dicendum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt. vtrum au
tem propoſitum effectiuum ſit ſanitatis an non: non amplius vt plures dicendum,
ſed vt medicus. ¶ Amplius ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit quoniam ineſt
aut quoniam non ineſt: alterum monſtrare eorum quæ multipliciter dicuntur, ſi non
vtraque contingat. ¶ Vtendum autem in ijs quæ latent. nam ſi non lateat multi-
11 pliciter dictum, inſtabit quoniam non monſtratum eſt id quod ipſe dubitabat, ſed al- Sextus
terum. Hic autem locus conuertitur & ad cōſtruendum, & ad deſtruendum. nam declara
conſtruere volentes oſtendemus quoniam alterum ineſt, ſi non ambo poterimus: de- tio
ſtruentes autem quoniam non ineſt: alterum oſtendemus: ſi ambo non poterimus, ve
runtamen deſtruenti quidem nihil oportet ex conceſſione diſputare, neque ſi omni,
neque ſi nulli dictum ſit ineſſe. nam ſi oſtenderimus quoniam non ineſt quodcunque
id ſit, interimentes erimus omni ineſſe. ſimiliter autem & ſi vni oſtenderimus ineſſe.
interimemus nulli ineſſe. conſtruentibus autem præconfitendum: quod cuiuis ineſt,
omni ineſt ſi veriſimile ſit poſtulatum. non ſufficit enim ad oſtendendum quod om ſeptimus
ni ineſt, in vno diſputaſſe. vt ſi hominis anima immortalis eſt, propter hoc, anima om declara
nis immortalis. quare præconfitendum quod ſi quæcunque anima immortalis, omnis tio
immortalis. hoc autem non ſemper faciendum, ſed quando non facile poſſumus com
munem in omnibus vnam rationē dicere. quemadmodum geometer quod triāgulus
duobus rectis æquos habet tres angulos. Si autem non lateat quod multipliciter di-
citur. diuiſum quotupliciter dicitur & interimendum & conſtruendum. Vt ſi decens
eſt vtile: aut honeſtum, tentandum ambo conſtruere vel interimere de propoſito, vt
quod honeſtum & quod vtile, vel quod neque honeſtum neque vtile. ſi autem non
contingat vtraque, alterum oſtēdendum, annotato quod hoc quidem eſt, illud autem
non. eadem autem ratio, etiam ſi plura ſint, in quæ diuiditur. Rurſum quæcunque
non ſecundum æquiuocationem dicuntur multipliciter, ſed alio modo: Vt diſciplina
vna plurium, aut vt finis, aut vt eius quod ad finem. vt medicina eius quod ſanitatem Octauus
facit vt quod cibat, aut vt amborum finium velut contrariorum eadem diſciplina, ni- Declara
hil enim magis finis alterum altero, aut vt eius quod per ſe eſt, & eius quod per ac- tio
cidens, vt per ſe quidem quod triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos.
per accidens autem quod æquilaterus. quoniam enim accidit triangulo, æquilaterum
triangulum eſſe, per hoc cognoſcimus quod duobus rectis æquales habet. ſi ergo nul-
lo modo contingit eandem eſſe plurium diſciplinam, manifeſtum quoniā omnino nō
contingit eſſe. aut ſi aliquo modo contingit manifeſtum quod contingit, diuidere au-
tem quotupliciter vtile, vt ſi voluerimus conſtruere. talia præſtatuenda ſunt quæcun
que contingunt, & diuidendum in ea tantum, quæcunque vtilia ſunt ad conſtruendū,
ſi autem deſtruere quæcunq; non contingunt. reliqua vero omittēda. Id autem facien

dum in ijs cum latuerit quotupliciter dicuntur.& esse hoc quidem huius aut non esse,
ex eisdem locis astruendum.vt disciplinam, huius quidem aut vt finis, aut vt eorum
quæ sunt ad finem, aut vt eorum quæ sunt secundum accidens: vel rursum non esse
aliquid secundum aliquem dictorum modorum eadem autem ratio,& in desiderio, &
quæcunque alia dicuntur plurium,est enim desiderium huius aut vt finis vt sanitatis,
aut vt eorum quæ sunt ad finem vt medicinæ conficiendę, aut eorum quæ sunt secun
dum accidens: vt in vino amicum dulce non quia vinum, sed quia dulce est.nam per se
dulce desiderat, vinum autem per accidens. si enim austerum sit: non amplius deside-
Nonus declaratio rat, per accidens ergo desiderabat. Vtilis autem locus & in ijs quæ sunt ad aliquid, po-
ne enim talia.ea quæ ad aliquid sunt. ¶ Amplius transferre ad euidentius nomen.
Decimus declaratio ¶ Vt pro exacto in opinione clarū, & pro curiositate cupiditas superfluarum rerum. 13
euidentiori enim facto quod dictum est: bene argumētabilis est positio. Est autem hic
locus ad vtrunque communis: ad construendum & ad destruendum. 14
¶ Ad ostendendū aūt contraria circa idem inesse: considerandum in genere. ¶ Vt si
volumus ostendere quod est circa sensum rectitudo & peccatum. sentire quidem iudi
care est, iudicare autem est recte, & non recte: & circa sensum erit rectitudo & pecca
Vndecimus declarato tum. nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit. nam iudicare est genus senti
re, qui nanque sentit, aliquo modo iudicat. ¶ Rursum ex specie generi, quæcunque
enim speciei insunt, & generi. ¶ Vt si disciplina praua est & studiosa: & dispositio pra
ua & studiosa. nam dispositio, & disciplinę genus. Primus autem locus falsus est ad 15
construendum, secundus autem verus: non enim necessarium quæcunque generi in-
sunt, & speciei inesse. nam animal est volatile & quadrupes: homo autem non. quęcun
que vero speciei insunt: necessario & generi. si enim homo studiosus, & animal studio
sum est. ad destruendum autem & primus quidam verus secundus autem falsus. quæ
cunque enim generi non insunt: neque speciei, quæcunque vero speciei non insunt:
non necesse est generi non inesse. ¶ Quoniam autem necessarium de quibus genus
Duodecim⁹ declaratio prędicatur & specierum aliquam prędicari, & quæcunque habent genus vel denomi- 16
natiue dicuntur a genere: & specierum aliquam habere necesse est vel denominatiue
ab aliqua specierum dici. ¶ Vt si de aliquo disciplina prædicatur: & grammatica vel
musica, vel aliqua disciplinarum aliarum prædicabitur: & si aliquis habet disciplinam,
vel denominatiue a disciplina dicitur, & grammaticam habebit aut musicam aut ali-
quam aliarum disciplinarum, vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt gramma-
ticus vel musicus. si igitur aliquid dictum a genere quoquo modo vt animam moue-
ri: considerandum est si secundum aliquam specierum motus contingit animam mo-
ueri. vt augeri vel minui. corrumpi vel generari. aut quæcunque aliæ motus species
sunt. nam si secundum nullam, manifestum est quod non mouetur, hic autem locus
communis ad vtrunque, & ad construendum & ad destruendum, si enim secūdum ali
Decimus. iij declaratio quam speciem mouetur, perspicuum est quoniam mouetur: & si secundum nullā spe-
cierum mouetur, manifestum quod non mouetur. ¶ Cum autem facultas non as-
sit argumentationis ad positionem, intendendum ex diffinitionibus aut quæ sunt pro 17
Decimus. iiij declaratio positæ rei, vel quæ videantur, & si non ab vna etiam a pluribus. ¶ Facile enim dif-
finientibus argumentari erit. nam ad diffinitiones: facilis argumentatio.
¶ Considerandum autem in proposito: quoniam existente necesse est positum esse,
aut quid est necessitate, si propositum est. ¶ Construere quidem volenti quo exi- 18
stente, propositum erit ex necessitate. nam si illud ostendatur esse, & propositum
ostensum erit. destruere autem, volenti: quid est si propositum est. nam si ostende-
Decimus. v. declaratio rimus consequens propositum, non esse, interimentes erimus propositum.
¶ Amplius autem ad tempus inspiciendum si alicubi dissonat.
¶ Vt si quod nutritur dixerit, quis ex necessitate augeri. nutriuntur enim semper
animalia: augentur autem nō semper similiter autem & si scire dixerit quis reminisci. 19
hoc enim pręteriti temporis est illud autem præsentis & futuri, scire enī dicimur præ
decimus. vi sentia & futura, vt quoniam erit solis defectus, reminisci autem nō contingit aliud quā
prętteritū. ¶ Amplius sophisticus modus ducere ad id ad quod plurimā habemus argu 20

mẽtorum facultatem. Hoc autem erit quandoque quidem necessarium, quandoque autem apparens necessarium: quandoque autem neque apparens, neque necessarium. necessariũ quidem quando negante eo qui respondet aliquid vtiliũ ad positionem ad illud rationem facit. contingit autem id talium esse ad quæ copiosam argumentorum facultatem habemus. similiter autem & quando inductionem per positum faciens: interimere conatur. hoc enim interempto: & propositum interimitur, apparens autẽ necessarium est: quando videtur quidem vtile, & accommodum positioni, non est autem ad id ad quod fiunt disputationes, siue negante eo qui disputationem sustinet. siue ab inductione probabili, per positionem ad idem factũ, interimere conetur idipsum, reliquum vero quando nec necessarium est, nec apparens ad id ad quod fiunt disputationes, & sine causa accidit redarguere respõdentem. ¶ Oportet autem deuitare postremum dictorum modum, omnino enim semotus & extraneus videtur esse a dialectica. ¶ Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo quæ non vtilia sunt ad positionem significare quæcunque non videntur, ponit tamen. nam magis perplexos esse vt plurimum contingit eos qui interrogant: quando omnia huiusmodi ab eis posita fuerint si nõ concludunt. ¶ Amplius omnis qui dixit vnum quodlibet, quodam modo multa dixit: eo quod plura vnicuique ex necessitate consequentia sunt (vt qui hominem dixit esse: & quod animal est dixit, & quod animatum, & quod bipes, quodque mentis & disciplinæ susceptiuum) quare quouis vno consequentium interempto: interimitur, & quod in principio est. cauere autem oportet in huiusmodi, difficilioris assumptionem facere.

Declaratio

21

Decimus septimus locus.

¶ Nam quandoque facile est consequens interimere. quandoque idipsum propositum. ¶ Quibuscunque autem necesse est alterum tantum inesse vel non inesse vt
22
23 homini ægritudinem vel sanitatem: si ad alterum facile poterimus disputare quod in est vel non inest, & ad reliquum facile poterimus.

Declaratio.

¶ Hoc autem conuertitur ad vtrumque, ostendentes enim quod inest alterum: quod non inest reliquũ ostendentes erimus. si autem quod non inest ostendamus reliquum
24 inesse ostendentes erimus. manifestum igitur quod ad vtrunque vtilis hic locus est.

decimus octauus locus declaratio.

¶ Amplius argumentari transferendo nomen in orationem: cum longe magis cõsentaneum visum fuerit transsumere quam vt ponitur nomen.

¶ Vt magnanimum non fortem (vt ponitur) sed magnum animum habentem, quẽadmodum fidentem, bona sperantem. Similiter autem & ingeniosum: cuius fuerit genius studiosius. quemadmodum Xenocrates inquit: ingeniosum eum esse qui animam sortitus est studiosam. ipsam enim vnicuique esse genium.

decimus nonus locus. declaratio.

¶ Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autem, vt in pluribus: aliæ vero vtrumlibet. si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, aut quod vt in pluribus ex necessitate: aut ipsum, aut contrarium ei quod est vt in pluribus, semper dat locum argumentationis.

¶ Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur: manifestum quoniam non omni dicit inesse cum insit omni. quare peccauit. siue quod vt in pluribus dicitur ex necessitate dixit: omni dixit inesse, cum non insit omni. similiter autem & si contrariũ ei quod in pluribus est: ex necessitate dixit. semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei quod est vt in pluribus. vt si vt in pluribus praui homines: boni in paucioribus. quare multo magis peccauit: si bonos ex necessitate dixit esse, similiter autem & si quod vtrumlibet est: ex necessitate dixit, vel vt in pluribus. neque enim ex necessitate vtrumlibet, neque vt in pluribus. contingit autem & si non determinans dixerit vtrum vt in pluribus an ex necessitate dixit, sit autem res vt in pluribus: disputare vt ex necessitate is dixerit, vt si prauos exhæreditandos dixit esse, non determinans, tanquam ex necessitate is dixerit, disputare. ¶ Amplius & si idem sibi accidens posue
25 rit vt alterum: eo quod alterum sit nomen. ¶ Quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates: in gaudium, & iocũditatem, & lætitiam. hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt. si ergo aliquis gaudere ei quod est lætari ponat accidere: idem vtique sibiipsi dicet accidere.

Vicesimus. Declaratio.

Primus & vicesimus locus Declaratio. Prodicus

TErtij capitis scholia. Per locos extrinsecos & medios eorundem terminandorum problematum loci alij decem. Instantia vna & dilutio, ad septimum. 28. Nam per sensum qui circa visum est, & quam in vnoquoque est formam cognoscimus de ea forma quæ corporis effigies est, & quam μορφὴν vocat Aristoteles id intelligimus. 31. Duplex est oppositorum consequentia prima ipsorum econuerso. vt si est homo, est animal, ergo si est non animal, est nō homo. Secunda ipsorum contra seipsa, vt si est fortitudo, est virtus: ergo si est timiditas, est vitium. Et prima posset dici consequentia oppositorum per econuerso positionem, secunda vero per oppositorum contrapositionem. tametsi iuniores abutentes nomine eam quæ illic ἀνάπαλι appellatur, hoc est econuerso, per contrapositionem appellent.

Sequentia econuerso.	
ANTECEDENS	CONSEQVENS
Homo	Animal
Non homo	Non animal
CONSEQVENS	ANTECEDENS
Consequentia contra seipsa, in contrarijs.	
ANTECEDENS	CONSEQVENS
Fortitudo	Virtus
Timiditas	Vitium
ANTECEDENS	CONSEQVENS
In priuatiuis.	
ANTECEDENTIA	CONSEQVENTIA
Visus	Sensus
Cæcitas	Insensibilitas
In relatiuis	
Triplum	Multiplum
Subtriplum	Submultiplum

¶Insuper autem ad contrarium non minus vtile, ad contrarium scilicet eius quod asserunt colligendum, nam per coniugata colligi posse videtur, quia sensus scientia non sit: sensibile nō esse scibile, & proculdubio sensibile scibile vt eiusmodi non est. & quid mirum? cum sola vniuersalia scibilia sint, non sint autem vniuersalia, sensibilia. refutari igitur merito potest, sensibile esse scibile. 34. Sanatiua, habituatiua, habitudo, sunt ea quæ prius dicta sunt salubria, habilia, bona habitudo. Sed nunc ita ponuntur, vt ex voce coniugata cognoscantur perinde ac in oratione græca. salubria enim & sanitas non agnoscantur ex voce coniugata. qualiter tamen græca ὑγιεινὰ ὑγίεια εὐεκτικὰ εὐεξία

De eisdem terminandis problematis loci alij. Cap.III

Secundus & vicesimus locus Declaratio

QVoniam autem contraria connectuntur quidem sibijnuicem, 26 sex modis contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa: oportet accipere contraria quocunque modo vtile fuerit & destruenti & cōstruenti. ¶Quod autem sex modis complectūtur manifestum. nam aut vtrunque contrariorum vtrique contrariorum connectitur, hoc autem dupliciter, vt amicis benefacere, & inimicis male: vel econuerso, amicis male & inimicis bene. aut quando utraque de vno, dupliciter autem & hoc. vt amicis benefacere, & amicis male. vel inimicis benefacere & inimicis male. aut vnum de vtrisque, & hoc quoque dupliciter. vt amicis bene: & inimicis bene. vel amicis male, & inimicis male. primæ autem duæ dictæ complexiones non faciunt contrarietatē. nam id quod est amicis bñfacere, ei quod est inimicis male malefacere nō est cōtrariū. vtraq; eñ eligēda sunt & eiusdē moris. neq; id quod est amicis male, ei qđ est inimicis bene. nam & hæc vtraque fugienda, & eiusdē moris. non videtur aūt fugiē-

dum fugiendo contrarium esse: nisi hoc quidem secundum superabundantiam, illud
autem secundum defectum dictum sit. nam superabundantia fugiendorum videtur es
se, similiter autem & defectus. Reliqua vero quatuor omnia faciunt contrarietatem.
nam id quod est amicis benefacere: ei quod est amicis male, contrarium. nam a contra-
rio more sunt, & illud quidem eligendum: hoc autem spernendum. similiter autem
27 & in aliis. nam in vnaquaque coniugatione vnum eligendum: & alterum fugiendum,
28 illud quidem boni moris, hoc autem praui. Manifestum igitur ex iis quae dicta sunt, quod
eidem plura contraria accidunt fieri. nam ei quod est amicis benefacere, id quod est ini
micis benefacere, & id quod est amicis male: contrarium est. similiter autem & aliorum
singulis quibusque eodem modo considerantibus, duo contraria apparebunt. accipe-
re igitur contrariorum quodcunque, erit ad positionem vtile. Amplius si est aliquid cõ
trarium accidenti, considerandum est si inest ei cui dictum est accidens inesse. Nam si Vicesim'
29 hoc inest: illud non inerit. impossibile enim simul contraria eidem inesse. Aut si quid iij
tale dictum est de aliquo: quod cum sit necesse est contraria inesse. vt si ideas in nobis Declara
quis dixerit esse. Nam & moueri, & quiescere easdem accidet, & etiam sensibiles & in tio
sensibiles esse. nam videntur ideae quiescere & immobiles, & intelligibiles esse, iis qui Vicesim'
ponunt ideas esse. attamen cum sint in nobis: impossibile est immobiles esse. nam mo iiij
tis nobis, necessarium est & quae in nobis sunt omnia, simul moueri. manifestum au- declara
tem quoniam & sensibiles: si in nobis sunt. nam per sensum qui circa visum est: eam, tio
quae in vnoquoque est formam cognoscimus. Rursum si positum est accidens cui est
aliquid contrarium: considerandum si & contrarii susceptiuum quod & accidentis est.
30 Nam idem contrariorum susceptiuum. vt si odiũ haerere irae quis dixerit erit odiũ in
furoris specie, illic enim ira. inspiciendum igitur si & contrarium in furoris specie, an in
concupiscentia. nam si non, sed in concupiscibili est: non cohaeret odium irae: similiter
autem & si concupiscibile: ignorare dixerit. nam erit & disciplinae susceptiuum, siqui- Vicesim'
dem & ignorantiae, quod quidem non videtur: concupiscibile susceptiuum esse disci- v.
plinae. Destruenti ergo quemadmodum dictum est vtendum: astruenti vero quod in- Declara
est quidem accidens non vtilis locus, quod autem contingit inesse vtilis. ostendentes tio
enim quod non susceptiuum est contrarii: ostendentes erimus quod neque inest acci-
dens, neque contingit inesse. si autem ostenderimus quod inest contrarium, aut quod
susceptiuum est contrarii: nondum ostendentes erimus quod et accidens inest, sed
quod contingit inesse in tantum solum ostensum erit. Quoniam autem oppositio-
31 nes sunt quatuor: considerandum ex contradictionibus, econuerso ex consequentia & Vicesim'
interimenti & construenti. Sumere autem est ex inductione. vt si homo: animal, non vi.
animal: nõ homo. similiter autẽ & in aliis. hic enim econuerso consequentia. nam homi Delcara
nem, animal sequitur: non hominem autem non animal. nequaquam, sed econuerso. tio.
non animal non homo. in hominibus igitur tale est existimandum. vt si bonum sua-
ue, & non suaue, non bonum. si autem non hoc: nec illud. similiter autem & si non
suaue, non bonum: bonum, suaue. manifestum igitur quod vtrunque conuertitur: quae
secundum contradictionem est consequentia econuerso facta. In contrariis autem con-
siderandum si contrarium, contrarium sequatur: aut contra seipsa consequẽtia an ecõ-
uerso, & interimenti & construenti. Sumere autem & talia est ex inductione quantum Vicesim'
utile est. contra ipsum consequentia est. vt in fortitudine & timiditate. nam illam qui- vij
dem sequitur virtus: hanc autem vitium, & illam quidem sequitur eligendum, hanc au Declara
tem fugiendum. igitur contra seipsa & horum consequentia. contrarium enim eligen- tio
dum fugiendo. similiter autem & in aliis. econuerso autem consequentia vt bonam qui
dem habitudinem sanitas sequitur: malam autem habitudinem ęgritudo nequaquam,
sed aegritudinẽ mala habitudo. manifestum igitur quoniam econuerso in his consequẽ
tia fit, raro aũt ecõuerso accidit in contrariis: sed in pluribus in seipsa cõsequentia. si er
go neque contra seipsa contrarium sequitur contrarium, neque econuerso: manifestũ
quoniam neque eorum quae dicta sunt alterum sequitur alterum. si autem in cõtrariis:
& in iis quae dicta sunt necesse est alterum sequi alterum. Similiter autem contrariis: & Vicesim'
in priuationibus & habitibus respiciendum. Veruntamen non est in priuationibus e- viij. loc'.
conuerso: sed contra seipsa consequentiam necessarium est semper fieri. veluti visum Declara
sequi sensum. caecitatem autem insensibilitatem. opponitur enim sensus insensibilita- tio

nævt habitus & priuatio.nam illud horum quidem habitus: hoc autem priuatio est.Si
militer autem habitui & priuationi,& in ijs quæ sunt ad aliquid: vtendum. cõtra seipsa
enim:& horum consequentia,vt si triplum multiplum : & subtriplum submultiplum
dicitur.dicitur enim triplum quidẽ ad subtriplum : multiplũ autem ad submultiplum.
rursus si scientia opinio:& scibile opinabile.& si visus sensus,& visibile sensibile. In
stantia quod non necesse est in ijs quæ sunt ad aliquid : consequentia fieri quemadmo
dum dictum est.nam sensibile scibile est,sensus autem non est scientia. Non tamen ve 33
ra instantia videtur esse.multi enim non dicunt sensibilium esse scientiam.Insuper au
tem ad contrarium non minus vtile quod dictum est . vt quod sensibile non est scibi
le,neque enim sensus sciẽtia. Rursus in coniugatis & in casibus: & interimenti & con
Instantia. struenti. Dicuntur autem coniugata huiusmodi.vt iusta & iustus iustitiæ, & fortia &
Declaratio fortis fortitudini.similiter autem effectiua & conseruatiua coniugata illi cuius sunt ef 34
fectiua & conseruatiua:& sanatiua sanitatis,habituatiua habitudinis.eodem autem mo
do & in alijs.coniugata igitur talia solent dici.Casus autem:vt iuste & fortiter & sanati
Vicesim⁹ ix declaratio ue,habituatiue,& quæcunque eodem modo dicuntur . Videntur autem quæ sunt se
cundum casus,coniugata esse.vt iuste iustitiæ,& fortiter fortitudini. coniugata autem
dicuntur secundum eandem coniugationem omnia:vt iustitia:iustus iustum, iuste ma
nifestum igitur quoniam vno quouis ostenso eorum quę secundum eandem coniuga
tionem dicuntur,vt bono vel laudabili:& reliqua omnia ostensa sunt , vt si iustitia est
laudabilium, & iuste iustus,iustum laudabilium. dicetur autem iuste & laudabiliter se
cundum eundem casum(nam a laudabili)quemadmodum iuste a iustitia. Considerans 35
dum autem non solum in eo quod dictum est:sed & in cõtrario contrarium. Vt quod
bonum non ex necessitate suaue,neque enim malum triste.aut si hoc : & illud,& si iu
stitia scientia:& iniustitia ignorantia:& si quod iuste est,scienter & experiẽter est:quod
iniuste est,ignoranter & inexperienter est.si autem hęc non:nec illa, velut in hoc quod
nunc dictum.nam magis vtique apparebit:quod iniuste experienterquam inexperien
ter. Hic autem locus dictus prius in contrariorum consequentijs. nihil enim aliud nũc
ostendimus:quam contrarium sequi contrarium. Amplius in generationibus & corru
tricesim⁹ Declaratio ptionibus & effectiuis & corruptius,& interimenti & astruenti . Quorum enim gene 36
rationes bonæ sunt:& ipsa bona sunt,& si ipsa bona sunt.& generatiões bonæ . si autẽ
tricesim⁹ i Declaratio: generationes malæ & ipsa mala.In corruptionibus autem ecõtrario. nam si corruptio
nes bonæ,ipsa mala.si autem corruptiones malæ:ipsa sunt bona,eadem ratio & in effe
ctiuis & corruptiuis,quorum enim effectiua bona:& ipsa bona , quorum vero corru
ptiua bona,ipsa mala.

Varti capi.scho. Eorundem probirmatum accidehtis loci alij vndecim.Instantia.
Dilutio. 38. Contingit enim plura scire,cogitare autem non,scire habitum nomi
nai,quo pene(vt ita dicam)innumera cognoscimus,cogitare autem actum & fun
ctionem,& id habet nostra infirmitas:vt ad duo cogitare simul nequeamus. proti
tinus enim ad vnum cogitare vis:vt alterius cogitatum relinquas oportet,est enim cogitatio
quædam mentia diligens attentio,quę aliam non secus extrudit quam si mouearis sursum,om
nem aliam extrudis lationem,sed id fortassis alterius sit contempiationis. 48.Similiter autem
& quando, vt in atomo.nam in atomo nihil corrumpi natum est.Corruptibilia simpliciter cor
rumpuntur,sed aiiquid eorum nõ corrumpitur, vt materia,quæ & ingenerabilis est & incorru
ptibilis ex primo physicæ auditionis.Tribali sunt populi Thraciæ qui ad Istrum vsque se fun
dunt,apud multas nationes olim execrabilia ritus fuit ad aras suorum deorum immolare ho
mines,vt Gallis Diti & Saturno,Scythis in Taurica regione Dianę. Tribalis etiam patres sa
crificare moris fuit.49. Aut contrarium,aut malum.

Ex similibus,appositione,magis,simpliciter &
secundum quid loci. Cap.IIII.

tricesim⁹ ij Declaratio Vrsum in similibus si similiter se habent. Vt si disciplina vna plurium
& opinio.& si visum habere est videre : & auditum habere est audire. 37
similiter aũt & in alijs, & in ijs q̃ sunt & in ijs quæ videntur. Vtilis aũt
hic locus ad vtrunque.nam si in aliquo similium sic se habet,& in alijs
tricesim⁹ iij Declaratio similibus,si autem in aliquo non nec in alijs similibus. Consideran 38
dum autem & in vno & in pluribus si similiter se habet . Aliquo
tiens enim dissonat , vt si scire est cogitare , & multa scire est multa cogitare hoc au

tem non verum.contingit enim plura ſcire:cogitare autem non,ſi autem non hoc : nec
illuc quod in vno quod ſcire eſt cogitare. ¶ Amplius ex magis & minus . ¶ Sunt au-
tem eius quod eſt magis loci quatuor . Vnus quidem ſi magis ſequitur magis . vt ſi
40 voluptas bonum & magis voluptas , magis bonum:& ſi iniuriam facere malum . &
magis iniuriam facere magis malum. Vtilis autem adutrunque hic locus.nam ſi ſequa
tur ad ſubiecti incrementum , accidentis incrementum quemadmodum dictũ eſt: ma-
nifeſtum quod accidit.ſi autem non ſequatur:non accidit.hoc autem iductione ſumẽ-
41 dum. ¶ Alius vero de duobus dicto.ſi cui magis videtur ineſſe non ineſt : nec cui mi-
nus .& ſi cui minus videtur ineſſe ineſt & cui magis . ¶ Rurſum duobus de vno di- Triceſi-
ctis.ſi quod magis videtur alij ineſſe non ineſt : neque quod minus aut ſi quod minus mus. v.
42 videtur ineſſe ineſt:& quod magis. ¶ Amplius duobus de duobus dictis,ſi quod alte- Triceſi
ri magis videtur ineſſe non ineſt,nec reliquum reliquo. aut ſi quod minus videtur al- mus.vi
teri ineſſe ineſt:& reliquum reliquo. ¶ Amplius ex eo quod ſimiliter ineſt, vel vide- Triceſi
tur ineſſe, tripliciter: quemadmodum in eo quod magis vt in poſterioribus tribus di- mus. vij.
43 ctis locis dicebatur. ¶ Siue enim vnum quiddam duobus ſimiliter ineſt,aut videtur in Triceſi
eſſe ſi alteri non inſit,nec alteri.ſi autem alteri ineſt: & reliquo. Siue duo eidem ſimili mus. viij.
ter:ſi alterum non inſit,nec reliquum.ſi autem alterum & reliquũ . eodem autem mo- Declara
do & ſi duobus duo ſimiliter inſunt.nam ſi alterum alteri non ineſt , nec reliquum re- tio
44 liquo.ſi autem ineſt alterum alteri , & reliquum reliquo . ex eo igitur quod eſt magis
45 & minus & quod eſt ſimiliter,tot modis contingit argumentari.
¶ Amplius autem ex appoſitione,ſi alterum ad alterum appoſitum faciat bonum,vel
album cum non fuerit prius album vel bonum : quod appoſitum eſt erit album vel
bonum,quale re vera & totum facit. ¶ Amplus autem ſi id ad quod eſt appoſitum ali
quid facit magis tale quale erat:& ipſum erit eiuſmodi,ſimiliter autem & in alijs. triceſimus
46 ¶ Vtilis autem non in omnibus hic locus:ſed in quibus ipſius magis crementum ac- nonus locus
cidit fieri.iſte vero locus non conuertitur ad deſtruendum . nam ſi non facit quod ap- Quadra
poſitum eſt , bonum:nondum manifeſtum ,ſi ipſum non bonum. nam bonum malo geſimus
appoſitum,non ex neceſſitate bonum totum facit.nec album nigro,nec dulce amaro. primus
¶ Rurſum ſi quid magis & minus dicitur.& ſimpliciter ineſt. declara
47 ¶ Quod enim bonum vel album non eſt. neque magis & minus bonum vel album tio
dicetur. nam malum de nullo magis vel minus bonum : ſed magis malum vel minus
dicetur. Non conuertitur autem hic locus ac deſtruendum . multa enim eorum quæ
non dicuntur magis : ſimpliciter inſunt. nam homo non dicitur magis & minus : ſed
non propter hoc non eſt homo.Eodem autem modo conſiderandum eſt & in ijs quæ
ſecundum quid & quando & vbi . ¶ Nam ſi ſecundum quid contingit:& ſimpliciter Quadra
48 cõtingit , ſimpliciter aũt & quãdo,& vbi.nam quod ſimpliciter eſt impoſſibile:neque geſimus
ſecundum quid,neque ſecundum vbi,neque ſecundum quando contingit . ¶ Inſtan- ſecundus
tia . quoniam ſecundum quid quidam ſunt natura ſtudioſi(vt liberales , vel caſti)ſim declara
pliciter autem non ſunt natura ſtudioſi:nam nullus natura prudens . Similiter autem tio
& quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi:ſimpliciter autem non cõ- Inſtantia.
tingit non corrumpi.Eodem autem modo & vbi expedit quidem tali obſeruantia vi-
ctus vti vt in morboſis locis:ſimpliciter autem non expedit,adhuc autem alicubi qui-
dem vnum tantum poſſibile eſt eſſe,ſimpliciter autem non poſſibile vnum tantum eſ
ſe.Eodem autem modo & alicubi bonum eſt quidem patrem ſacrificare vt in tribalis:
ſimpliciter autem non bonum.An hoc quidem non vbi ſignificat:ſed quibuſdam:ni-
hil enim refert vbicunque ſint.vbique enim erit eis bonum in tribalis . Rurſus quidẽ Dilutio
expedit medicari vt quando ægrotat : ſimpliciter autem non.an neque hoc quando ſi-
gnificat, ſed in eo quod afficitur aliquo modo ? nihil enim refert quandocũque , dum
49 modo ſic affectus ſit . ¶ Simpliciter autem eſt quod nullo addito dicis quod bonum
eſt,aut contrarium:vt patrem ſacrificare non dicis bonum eſſe,ſed quibuſdam bonum
eſſe , non ergo ſimpliciter bonum : ſed eos honorare bonum dicis nihil addens . ſim-
pliciter enim bonum eſt , quare quod nullo addito videtur eſſe honeſtum vel turpe ,
vel aliquid talium,ſimpliciter dicetur.

SECVNDI TOPICORVM ARISTOTELIS FINIS:

TERTIVS TOPICORVM.

TERTII Topicorum Aristotelis primi cap. scholia quorũ problematũ loci, hoc in libro tradendi sunt, loci vnus & viginti. 1. Loci problematũ qui hoc in libro præcipua cura cõsiderantur, sunt loci problematũ quæ formari de melioribus atq; eligibilioribus solent, vt propositis duobus pluribusve quod eorum melius eligibiliusve fuerit, & in ijs quidem quorum vnum supra alterum non habet insiguem bonitatis supereminentiam. nam si insigniter superemineret, & longo destitueret alterum bonitatis interuallo: ridiculum esset, problema mouere. nimirum enim ridiculus habeatur qui tale mouebit problema, sit ne cerdonica melior, eligibiliorque sapientia an secus? nam illa tantum distant: quantum gemmarum nobilitas ab algæ vilitate. Et quemadmodum loci sunt de melioribus eligibilioribusque, analogia oppositi totidem deteriorum fugibiliorumque sumi possent, sed cum illos expresserit, hos non oportuit. nam oppositorum eadem disciplina. Et de quibus dubitamus cuinam eorũ particulare magis, ad bonum eligendumve sit apponenda. ita vt nobis incertum inexploratumque sit, quod eorum magis bonum, magisque eligendum: quod eorum melius, quodve eligibilius. 3. Oportet autem ducere ad id quod fuerit vtile, quod dicendum est. loci qui subinde ponendi sunt, applicandi sunt ad id quod fuerit vtile, decens, accommodumque fuerit. vt si agitur de honestis: applicandi sunt ad honesta. & si problema versetur de delectabilibus, ad delectabilia, si de vtilibus, ad vtilia. 5. Quod idipsum quod est, in genere est, melius eligibiliusque eo est quod idipsum quod est, in genere non est. In substantia vt homo, in quantitate vt ternarius, in qualitate vt virtus, ad aliquid vt vtile, & reliquis bona sunt. sed hic de genere eius boni quod in qualitate est præcipuus sermo, & quod id quod idipsum quod est, in genere honesti est, eligibilius sit in eo genere quam id quod idipsum quod est in illo genere non est (vt iustitia, quam iustus) non iniuria profecto. Nam quod idipsum quod est genere honesti est, per se est honestum. quod autem non hoc pacto in illo genere est, non potest nisi per alterũ & per accidens in illo esse. quod autẽ per se tale, semper magis tale est. vt iustitia idipsum quod est, honestum est: iustus autem idipsum quod est, non honestum, sed substantia est. quare iustitia per se honestum, iustus autem per alterum atque accidens. Et quis nolit grammaticam potius habere quam grammaticum, & iustitiam quam iustũ? quę igitur in genere idipsum quod sunt, existunt: eligibiliora ijs quę huiusmodi non sunt. 7. Est autẽ hoc idem ei qui ante hoc, locus iste, re ipsa coincidit cum præcedenti: sed modo, ipsaque expressione differt. nam in primo propter se & propter alterum dicimus, hic autem per se & per accidens. 10. Inciduntur qui sanguinem minuunt, illis enim inciditur aperiturque vena.

Tertij Topicorum Aristotelis de meliorum eligibiliorumque problematum locis. Cap. I

VTrum autem intelligibilius aut melius duorum pluriumve: ex
his perspiciendum. Primum autem determinetur quod conside- 1
rationem facimus non de plurimum distantibus, & magnam ad
inuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat vtrum foe
licitas an diuitiæ expetibiliores) sed de ijs quæ propinqua sunt, &
de quibus dubitamus vtro oporteat apponere magis, eo quod
nullam videmus alterius ad alterum præeminentiam. manifestũ
igitur in quod ostensa vna præeminentia vel pluribus constitue
Prim⁹ locus — tur intelligentia quod id eligibilius est quod eorum est præeminens. ¶ Primum igi- 2
tur quod diuturnius, stabiliusve, eligibilius eo quod minus huiusmodi. ¶ Et quod ma
Scd's locus Septupartitus — gis eligit prudens, vel bonus vir, vel lex recta, vel studiosi circa singula delecti quate- 3
nus tales sunt, vel in vnoquoque genere periti, vel quæcunque plures, vel omnes (vt
in medicina vel ædificatoria, quæ plures medicorum vel omnes) vel quæcunque om
Tertius — nino plures, vel omnes vel omnia, vt bonum, omnia enim bonum appetunt. Oportet
autem ducere ad id quod fuerit vtile, quod dicendum est.
Quartus declaratio — ¶ Est autem simpliciter quidem melius ac eligibilius quod secundum meliorem disci
plinam, alicui autem quod secundum propriam. ¶ Deinde quod idipsum quod est (eo 4
quod non) in genere est: vt iustitia iusto. ¶ Nam illa quidem in genere bono: hoc au 5
tem non. & illa idipsum quod est, bonum est: hoc autem non. nã nihil dicitur idipsum

quodgenus est:quod non est in genere.vt albus homo non est id quod color. simili-
6 ter autem &in alijs. ¶ Et quod propter se eligendum,eo eligendo, quod propter ali- Quintus loc⁹ declaratio
7 ud:eligibilius. Vt sanum esse quam exercitari.illud enim propter se eligendum: hoc Sext⁹ locus
8 autem propter aliud. Et quod per se:eo quod per accidens. ¶ Vt amicos iustos esse: declaratio
eo quod inimicos.illud enim per se eligendum:hoc autem per accidens eligimus.nam
inimicos iustos esse secundum accidens eligimus, vt nihil nobis noceant. Est autem
hoc idem ei quod ante hoc:differt autem modo. nam amicos quidem iustos esse pro-
pter se eligimus,& si nihil nobis debeat fore,quamuis apud indos sint,inimicos autem
propter alterum:vt nihil nobis noceant.Et quod causa boni per se: eo quod per acci-
9 dens causa. ¶ Quemadmodum virtus,fortuna.nam illa quidem per se: hæc autē per
accidens est causa bonorum,& si quid aliud huiusmodi. Similiter autem & in contra-
rio. ¶ Nā quod per se est causa mali.fugibilius est:eo quod per accidēs.vt vitiū quam
10 fortuna.nam illud quidem per se malum:fortuna autem per accidens.Et quod simpli Septim⁹ loc⁹ declaratio
citer bonum: eo quod alicui eligibilius. ¶ Vt sanum fieri, quam incidi.nam hoc qui- Octau⁹ locus
dem simpliciter bonum:illud autem alicui indigentium incisione.Et quod natura est: declaratio
eo quod non natura. ¶ Vt iustitia:iusto illud enim natura, hoc autem acquisitiuum. Decim⁹ loc⁹
11 ¶ Et quod meliori & honorabiliori inest,eligibilius.vt deo quam homini,animæ quā declaratio
corpori.Et quod melioris proprium,melius quod peioris. ¶ Vt quod dei,quam quod Vndecim⁹ lo
hominis.nam secundum communia vtrisque, nihil differunt abinuicem, proprijs au- cus declara.
12 tem alterum alteri differentijs supereminet. ¶ Et quod in melioribus, vel prioribus, Duodecim⁹
vel honorabilioribus,est melius. ¶ Vt sanitas robore & pulchritudine. nam illa qui- lo.declaratio
dem in humidis & siccis(vt simpliciter dicatur) ex quibus prius constitutum est ani- Decimus. iij.
13 mal, hæc vero in posterioribus. nam robur in neruis & ossibus, pulchritudo autem declaratio
membrorum quædam commensuratio videtur esse.Et finis ijs quæ sunt ad finem eli Decimus.iiij
14 gibilior videtur esse. ¶ Et duorum,quod propinquius est fini. ¶ Et omnino quod ad Decimus.v. declaratio.
vitæ finem,expetibilius,quam quod ad aliud aliquid. ¶ Vt quod ad fœlicitatem con- Decimus.vij
tendit,quam quod ad prudentiam.nam quod ad fœlicitatem contendit,eligibilius. decimus.viij
15 ¶ Et possibile impossibili. ¶ Amplius cum duo sint effectiua,cuius finis melior,& ip decimus.ix.
sum melius.Cum autem sit effectiuum & finis,ex proportione,quando pluri,superat Vicesim⁹ lo.
16 finis finem quam ille proprium effectiuum. ¶ Vt fœlicitas pluri superat sanitatem, declaratio.
quam sanitas salubre.quare effectiuum fœlicitatis,melius sanitate. Nam quantum fœ
17 licitas superat sanitatem,tantum & effectiuum fœlicitatis, salubre superat. sanitas au
18 tem,salubre minus superabat.quare plus superat effectiuū fœlicitatis, salubre,quam
19 sanitas,salubre.quapropter effectium fœlicitatis, melius sanitate, manifestum igitur Vicesimus
20 quod eligibilius effectiuum fœlicitatis.quam sanitas.nam idemidem plus superat. primus loc⁹ Declaratio.
21 ¶ Amplius melius est quod propter se, & honorabilius & laudabilius.
22 ¶ Vt amicitia,diuitijs & iustitia,sanitate & robore. Nam illa quidem propter se ho-
norabilium, hæc vero non propter, sed propter aliud, nullus enim honorat di-
uitias propter se, sed propter aliud. amicitiam vero propter se, & si nihil nobis de-
beat aliud abesse.

Secundi capi scholia. Meliorum & eligibiliorum loci alij quinque & viginti Instantia ad tertium,nonum & decimum.

26. Non diluit instantiam, quia in illis locus patitur exceptionem, quando ergo non diluit intellige instantias,exceptiones esse a loco.

27. Indolentia est tristitiæ vacuitas, atque carentia.

35. Non similiter autem (intellige) alter bonus est, similis Aiax Achilli:q; validis viribus, quod periculorum interitus aggressor.

37. Vlysses autem Nestori valde. Nestor Pylius cui trecentorum annorum ætas tribuitur, prudentissimus eloquentissimusque fuit, & optimo vir consilio, de quo id. *O facunde senex cui prudentia nostri.* Illi vero in prudentia, & agendorum consilijs & eloquentia quam simillimus fuit Vlysses, Aiax autem similis Achylli,quod iniurias tolerare non posset, irarum impatiens,egens aliena prudentia,vnde ei improperat Vlysses.

Quippe manu fortes(nec sunt tibi Marte secundi)
Consilijs cessere meis.tibi dextera bello

uidius *Vtilis.ingenium est quod eget moderamine nostro:*
Tu uires sine mente geris:mihi cura futuri 'est.
Tu pugnare potes.pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides.tu tantum corpore prodes:
Nos animo:quantoque ratem qui temperat,ante it
Remigis officium,quanto dux milite maior,
Tantum ego te supero.

45. Et quæ ex circunstantia. Aristoteles habet εκ περιουσιασ.hoc est ex opulentia,& adiectione ad substantiam & paulopost diffinit ex circunstantia siue ex opulentia bona,qũando existẽtibus necessarijs,alia quædam adijciuntur bonorum ad vidẽdum necessaria est visio,sed si bona oculi dispositio assit,erit bona visio,& ex opulentia bonum.melius igitur bene videre, quã videre. Et ex his patet perfacile loci intelligentia. 49 Si quis ægre molesteq; fert se carere virtute.minus iure improbandus, quam qui ægre, molesteque ferret se plurimos non possidere fundos.virtus igitur per hunc.45.locum,multis fundis melior,eligibiliorq;.50. Si quis quod virtus aliqua sibi desit non ægre fert,iure magis increpandus, quam si non ægre ferret se non habere diuitias,virtus igitur per hunc.46.locum diuitijs melior,eligibiliorque.

¶Alij pro eisdem problematis loci. Cap.II.

Vicesim^9 secũd^9 locus — AMplius quando duo aliqua fuerint valde sibimetipsis similia ,& non poterimus præeminentiam aliquam conspicere alterius ad alterum:videndum ex ijs quæ sequuntur. 23
Declaratio — ¶Nam cui consequens est maius bonum : hoc eligibilius. 24
Vicesim^9 iij locus — ¶Si autem sint consequentia mala : cui consequens minus malum: hoc eligibilius. ¶Nam cum vtraque sint eligenda : nihil prohibet molestum aliquid sequi. dupliciter autem ab eo quod sequitur consideratio. nam & prius & posterius
Declaratio — sequitur. vt addiscentem ignorare prius : scire autem posterius. melius autem vt plurimum : quod posterius sequitur. sumendum igitur eorum quæ sequuntur quodcunque fuerit vtile.

¶Amplius plura bona: paucioribus.vel simpliciter, vel quando altera alteris insunt 25
Vicesim^9 Quart^9 — vt pauciora in pluribus. ¶Instantia:si alicubi alterum alterius gratia.nihil enim eli 26
gibiliora vtraque quam vnum.vt sanum fieri & sanitas, quam sanitas eo quod sanum
Instantia — fieri propter sanitatem eligimus. Et non bona:bonis nihil prohibet eligibiliora es 27
se.vt fœlicitatem,& aliud aliquid quod non est bonum iustina & fortitudine.

¶Et eadem cum voluptate magis : quam sine voluptate & eadem cum indolentia,
Vicesim^9 Quintus bipartitus — quam cum tristitia.

¶Et vnum quodque in quo tempore magis valet:in hoc etiam eligibilius. 28
Vicesim^9 Sextus declara. — ¶Vt carentia tristitiæ in senectute. magis quam in iuuentute,magis enim in senectute valet.secundum hæc autem:& prudentia in senectute eligibilior. nemo enim iuuenes eligit duces:eo quod non constat eos prudentes esse. fortitudo autem econtrario. in iuuẽtute enim magis necessaria secundum fortitudinem operatio. similiter autem & intemperantia.magis enim iuuenes quam senes: concupiscentijs molestantur.

¶Et quod in omni tempore, vel in pluribus vtilius. ¶Vt iustitia & temperantia: 29
fortitudine.nam illæ semper,hęc autem aliquando vtilis.

Vicesim^9 septimus — ¶Et quod cum omne haberemus,nihil altero indigeremus , quam quod cum haberemus,indigeremus reliquo. 30
declaratio — ¶Vt in iustitia & fortitudine.nam si omnes essent iusti: nihil vtilis fortitudo,si vero omnes essent fortes:vtilis iustitia. 31

Vicesim^9 octauus — ¶Amplius ex corruptionibus , & abiectionibus , & generationibus , & sumptionibus,& contrarijs. 32
Vicesim^9 nonus declaratio — ¶Quorum enim corruptiones malæ , ipsa eligibiliora , similiter autem & in abiectionibus , & in contrarijs.nam si abiectio , vel contrarium fugibilius est . ipsum eligibilius,in generationibus autem,& sumptionibus econtrario . Quorum enim sumptiones & generationes eligibiliores:& ipsa quoq; eligibiliora . 33
Tricesim^9 Tricesim^9 primus — ¶Alius autem locus est.Quod ꝓpinquius bono,melius atq; eligibilius.Et quod similius est bono.vt iusti-

34 tia:iusto. ¶Et quod meliori eorum est simslius. quemadmodum Aiacem Vlysse di-
cunt aliqui meliorem esse, eo quod similior est Achilli. ¶Instantia huius est: quod nõ
35 verum sit. nihil enim prohibet non qua ratione optimus est Achiles, eadem simlio-
rem esse Aiacem. cum erit alter quidem bonus: non similiter autem.
¶Considerandum autem si in ridiculosioribus sit simile. vt simia homini quam e-
36 quo, cum non sit similis. non enim est simia melior: similior tamen est homini.
¶Rursum in duobus. si hoc quidem meliori illud autem peiori est similius: erit me-
37 lius quod meliori est similius. ¶Habet autem & hoc instantiam, nihil enim prohibet
hoc quidem meliori parum simile esse: illud aũt peiori valde, vt si Aiax quidem Achil
li parum, Vlisses autẽ Nestori valde, & si hoc quidem meliori in peioribus: illud au-
tem peiori in melioribus. vt equus asino, & simia homini. ¶Et quod maxime insi-
38 gne, eo quod minus tale. ¶Et quod difficilius. magis enim amamus, cum habemus:
quod non est facile adipisci. ¶Et quod magis proprium, eo quod communius.
39 ¶Et quod malis incommunius, nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur.
40 quam quod sequitur. ¶Amplius si hoc illo melius & omnino optimum eorum quę
in hoc, melius eo quod in altero optimum. ¶Vt si melior est homo quam equus &
41 optimus homo, optimo equo melior. ¶Et si optimum optimo melius: & simpliciter
42 hoc illo melius, vt si optimus homo, optimo equo melior. & simpliciter homo, sim-
plicter equo melior.. ¶Amplius ea quæ volumus amicos participare, eligibiliora,
43 quam quæ non. ¶Et quæ ad amicum agere malumus quam quæ ad quemlibet illa eli
44 gibiliora. ¶Vt iuste agere: & benefacere magis quam videri. nam amicis benefacere
volumus magis quam videri, quibuslibet autem econuerso. ¶Et quæ sunt ex cir-
45 cunstantia: necessarijs meliora, aliquando autem & eligibiliora.
¶Melius enim quam viuere: bene viuere: bene autem viuere est ex circunstantia: ip-
sum autem viuere necessarium. aliquando autem meliora non etiam eligibiliora. non
enim si meliora: necessario & eligibiliora. philosophari siquidem melium quam lucra
ri: sed non magis eligendum indigenti necessarijs: ex circunstantia autem est: quando
ex existentibus necessarijs, alia quædam adijciuntur bonorum. Fere autem fortasse
eligibilius quod necessarium est: melius autem quod ex circunstantia.
¶Et quod non est ab alio exquirere, quam quod est & ab alio. ¶Quale sustinet iusti
46 tia ad fortitudinem. ¶Et si hoc quidem sine illo eligendum. illud autem sine hoc non.
¶Vt potestas sine prudentia non eligenda: prudentia vero sine potestate eligenda.
47 ¶Et duorum. si alterum negamus vt reliquum nobis videatur inesse. illud eligibilius
48 quod volumus nobis videri inesse. ¶Vt laborem diligere nos negamus, vt inge-
niosi esse videamur. Amplius pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferẽ-
49 tes: hoc magis eligendum. ¶Et pro cuius absentia non moleste ferentem magis in
50 crepandum: id eligibilius.

Tertij Capitis scholia. Meliorum & eligibiliornm loci alij viginti.
LV. Actiones actusque sunt dum fiunt, opera vero quæ facta manent. vt periculorum in bello generosa aggressio toleratioque, actio fortitudo autem ipseque habitus qui ex mediocribus huiusmodi periculorum aggressionibus, ac tolerationibus relinquitur, opus.
LIX, Id cuius eligimus nos nobis ipsis causam esse potius quã cuius alter nobis causa sit, melius eligibiliusque. vt amicos diuitijs eligibiliores per hunc locum astruemus. nam eligimus potius nos nobis amicorum causam esse, quam quod alter sit nobis amicorũ causa contra autem, pecuniarum ad id enim officij sibi comparant seruos quis diuitijs studentes, locupletes effici cupiunt, per illos potius quam per seipsos diuitias congerentes. LX. Locus (duorum quod additum eidem communi, facit eorum eligibilius, & ipsum eligibilius) veritatem habet dummodo ipsum commune non vtatur vno addito-rum, habeatve adminucularium, non autem vtatur altero, neque ad vsum vllum habeat. veluti serra & false apposita arti fabrilive communi. nam ars fabrilis cum serra eligibilior quã cum falce, non tamen simpliciter serra melior falce, et id ideo quod ars fabrilis vtitur serra, & serra illi cooperatur, sed non vtitur falce, neque falx illi cooperatoria, adminiculatoriaque est. Ideo non oportet arte fabrili, eodem scilicet communi ab vtroque dempto, serram relinqui meliorem. LXIII. Terminus diffinitio.

Tricesimus secundus
Instantia dilutio
Tricesimus tertius
Instantia
Tricesimus quartus
Tricesimus quintus
Tricesimus sextus
Tricesimus septimus
Tricesimus octauus
Declaratio
Tricesimus nonus
Quadragesimus
Declaratio
Quadragesimus primus
Declaratio
Quadragesimus secundus
declaratio
Quadragesimus tertius
declaratio
Quadragesimus quartus
declaratio
Quadragesimus quintus
Quadragesimus sextus

Quadragesimus septimus. Quadragesimus octauus. Quadragesimus nonus. Declaratio. Quinquagesimus. Quinquagesimus primus. Declaratio. Quinquagesimus secũdus. Quinquagesimus tertius. Quinquagesimus quartus. Declaratio. Quinquagesimus quintus. Declaratio. Quinquagesimus sextus. Quinquagesimus septimus. Quinquagesimus octauus. Quinquagesimus nonus. Declaratio. Sexagesimus. Sexagesimus primus declaratio. Sexagesimus secundus declaratio. Sexagesimus tertius declaratio. Sexagesimus quartus declaratio. Sexagesimus quintus declaratio. Sexagesimus sextus declaratio.

AMplius eorũ quę sunt sub eadem specie quod habet propri 51
am virtutem eo quod non habet, vtrisque autem habenti-
bus, quod magis habet: eligibilius. Amplius si hoc quidem
facit bonum illud cui adest, illud autem non facit: quod facit 52
eligibilius. Quemadmodum & calidius quod calefacit, eo
quod non. Si autem vtrunque facit, quod magis facit, aut 53
melius & principalius facit bonum: vt si hoc quidem animã:
illud autem corpus. Amplius autem a casibus, & vsibus, 54
& actionibus, & operibus, & hæc ab illis. Sequuntur enĩ 55
se inuicem. vt si quod iuste est eligibilius quam quod fortiter, & iustitia fortitudine eli
gibilior. & si iustitia quam fortitudo eligibilior. & quod iuste quam quod fortiter. si-
militer autem & in alijs. Amplius si aliquo eodem hoc quidem maius bonum est, 56
illud autem minus: magis eligendum maius aut si maiore maius fuerit alterum 57
Sed & si duo quædã vno aliquo sint eligibiliora, quod longe eligibilius eo quod
minus est eligendum, eligibilius. Amplius cuius est superabundantia eligibilior, &
ipsum eligibilius. Vt amicitia, pecunijs, nam eligibilior superabundantia amicitiæ, 58
quam pecuniarum. Et id cuius magis eliget quis vt ipse sibi causa sit, quam cuius
alter. Vt amicos, pecunijs. Amplius ex oppositione si eidem appositum aliquid, 59
quod totum eligibilius facit. Cauere autem oportet extendere ad ea in quibus alte
ro quidem oppositorum vtitur commune, vel alio quolibet modo cooperatiuum est, 60
reliquo autem non vtitur neque cooperatiuum est: vt serra & falce cum arte fabrili.
nam eligibilior serra consociata, simpliciter autem non eligibilior. 61
Rursum si minori appositum aliquid quod totum maius facit. Similiter autem
& ex ablatione. quo enim ablata ab eodem, quod restat est minus, illud maius erit, 62
quod ablatum, reliquum minus facit. & si hoc quidem propter se, illud autem pro-
pter gloriam eligendum. Vt sanitas, pulchritudine terminus autem eius quod est
ad gloriam, quod nullo conscio, non studeret inesse. Et si hoc quidem propter se, 63
& propter gloriam eligendum, illud autem propter alterum tantum. 64
Et vtrunuis magis propter se honorandum, hoc & melius & eligibilius. Hono- 65
rabilius vtique fuerit secundum se, quod cum nihil aliud debeat esse, propter se eligi-
mus magis. Amplius diuidendum quotiens quod eligendum est dicitur, & quorũ 66
gratia, vt vtilis, vel honesti vel delectabilis. Nam quod ad omnia vel ad plura est
vtile, eligibilius fuerit eo quod non sit. Si autem eadem vtrisque insunt, vtri ma-
gis insunt considerandum. Vt vtrum delectabile an honestum, an vtile magis. 67
Rursum quod propter melius: eligibilius. Vt quod propter virtutem: quam
quod propter delectationem. Similiter autem & in fugiendis. Nam magis est
fugiendum: quod magis impedit virtutes, vt ægritudo turpitudine. nam & volupta 68
tis: & ius quod est studiosum esse: prohibentior est ægritudo. Amplius ex similitu-
dine monstrari potest fugiendum: & eligẽdum quod propositum est. Nam minus eli 69
gendum huiusmodi, quod æq; & eligeret aliquis & fugeret: altero quod eligendũ est 70
tantum. ad se inuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

QVarti capitis scholia. Circa prædictos locos sexdecim documẽta & gratia de claratione primi, decem loci vniuersales. 83. Locus hic ex superioribus specialibus locis non desumitur, idcirco adiunxit Aristoteles, præter ea quæ dicta sunt prius. Et loci vniuersales faciendi sunt secundum locos speciales prius positos ad imitationem eorum quos hoc in loco expressit Aristoteles, vt non credas Aristotelem vniuersales omnes hic apposuisse, quale id est propter quod esse tale alterum tale est, & ipsum quoque propter quod, esse magis tale quod dici solet, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, quod ex decimoquarto loco perfacile trahas. perinde vt primũ hic appositũ vniuersalem locũ, ex decimo traxit Aristoteles. Ex quinto, sexto, septimo, octauo, & nono, elicere potes. quod est per se tale, magis esse tale, q̃ quod est

per acidens & alterum tale. Et ex vndecimo, tale melioris, honorabiliorisque magis eale esse quam quod est deterioris, vt cognoscere mentis, magis esse cognoscere quam sensus, & vitam intellectualium longe magis esse vitam, quam sensibilium, & id genus innumera quæ solertibus se quam facillime ingerunt, & sunt loci vniuersales amodum magni momenti ijs præcipue qui in illis sunt exercitati, & ad metaphysicen & nonnullorum diuinorum intelligentiam non inefficaces. 91. Construere autem dupliciter, id de problemate indefinito, vt & superiorem locum intellige.

De eligendis & fugiendis decumenta loci communes. Cap.IIII

IDem autem loci vtiles: & ad demonstrandum quoduis eligen Documen
71 dum & fugiendum. ¶ Nam auferre solum eam oportet (quæ ta circa
ad alterum est) præeminentiam, si enim quod non honorabili loca
us, eligibilius & honorabile eligendum & si quod vtilius, eli Primum
gibilius: & vtile eligendum. similiter autem & in alijs quæcun Declara
72 que huiusmodi habent comparationem. ¶ In aliquibus autẽ tio
statim secundum eam quæ ad alterum est comparationem: & Secũdum
quod eligendum vtrumque, vel alterum dicimus. ¶ Vt quan Declara
do hoc quidem natura bonum illud autem non natura bonũ tio Vniuersa
73 dicimus, nam quod natura bonum: manifestum quoniam eligendum est. ¶ Sumen les loci.
dum autem quam maxime vniuersales locos de eo quod est magis & minus, nam sic Primus
74 sumpti: ad plura vtiles erunt. fieri autem potest vt eorum qui dicti sunt quosdam vni locus
uersales magis quis faciat parum transmutans secundum appellationem. ¶ Vt quod Secundus
75 natura tale. eo quod non natura tale, magis tale. ¶ Et si hoc quidem facit, illud autem Tertius
non facit quod habet tale cuicunque insit: magis tale quod interdum facit tale quam Quartus
76 quod non facit. ¶ Si autem vtrunque facit: quod magis facit tale. Quintus
¶ Amplius, si eodem aliquo hoc quidem magis: illud autem minus tale. ¶ Et si hoc ta Sextus
77 li magis tale, illud vero non tali tale; manifestum quoniam primum magis tale.
¶ Amplius ex additione, si eidem additum: aliquod totum magis tale facit. ¶ Aut si Septimu
78 ei quod minus est tale additum: totum magis tale facit. Similiter autem & ex ablatio Octauus
ne. nam quo ablato reliquis reliquum minus tale ipsum magis tale. Et quæ contrarijs Nonus
sunt impermixtiora, magis talia. ¶ Vt albius quidem: nigro impermixtius: Decimus
79 ¶ Amplius præter ea quæ dicta sunt prius: quod magis suscipit propriam propositi Declara
rationem. Vt si albi est ratio, color disgregatiuus visus: albioris est color magis disgre tio
80 gatiuus visus. ¶ Si autem particulariter & non vniuersaliter problema ponatur: pri Tertium
mum quidem dicti vniuersaliter constructiui vel destructiui loci omnes vtiles. ¶ Vni Declara tio
81 uersaliter enim interimentes vel construentes: & particulariter monstramus, nam si Quartum
omni inest & alicui, & si nulli inest nec alicui. ¶ Maxime autem opportuni & commu Declaratio
82 nes loci: qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. ¶ Nam similiter probabile
est existimare: si omnis voluptas bonum, & tristitiam omnem malum esse, & si aliqua
83 voluptas bonum, & tristitiam aliquam esse malum, item si aliquis sensus non est po
testas, & insensibilitas quædam non est in potentia. & si quoddam opinatum discipli
84 natum, opinio quædam disciplina. rursum si aliquod iniustorum bonum & iustorum
aliquod malum & aliquod eorum quæ iniuste: malum, & aliquod eorum quę iuste, bo
85 num, & si quoddam delectabile, fugiendum, & delectatio quædam fugienda. secundũ
hæc autem & si aliquod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. Et in corruptiuis Quintum
autem, & generationibus, & corruptionibus similiter. ¶ Nam si aliquod corruptiuum Declara-
86 delectationis vel disciplinę bonum est, erit quædam delectatio vel disciplina malorum, tio
similiter autem & si corruptio quædam disciplinæ bonorum, vel generatio malorum,
erit quædam disciplina malorum. vt si obliuisci quæ quis turpia egit bonorum est: vel
reminisci malorum, erit scire quæuis turpia egit, malorum. similiter autem & in alijs.
87 in omnibus enĩ similiter probabile. ¶ Amplius ex eo quod est magis & minus, & si Sexium
militer. si enim magis quidem eorum quæ sunt ex alio genere aliquid tale, illorum au Declara
tem nihil est, neque quod dictum est erit tale. Vt si magis quidem disciplina quædam tio

bonum quamvoluptas:nulla autem diſciplina bonum,necvoluptas bonum erit,& ex
eo quod eſt ſimiliter quidem & minus eodem modo , nam erit & interimere & con
ſtruere.veruntamen ex eo quod eſt ſimiliter,vtraque,ex minus autem, conſtruere ſo
lum, deſtruere autem non.ſi enim ſimiliter poteſtas quædam bonum & diſciplina,eſt
autem quædam poteſtas bonum & diſciplina,ſi autem nulla poteſtas bonum, nec di
ſciplina : ſi autem minus quædam poteſtas bonum quam diſciplina , eſt autem quæ
dam poteſtas bonum & diſciplina,at vero ſi nulla poteſtas bonum ,non neceſſe eſt &
Septimũ Declaratio
diſciplinam nullam eſſe bonum,manifeſtum igitur quoniam conſtruere ſolum ex eo
quod minus eſt. ¶Non ſolum autem ex alio genere eſt deſtruere ,verum & ex eodẽ,
Octauum Declaratio
dum ſumit quis quod maxime tale eſt . Vt ſi poſitum eſt diſciplina quædam bo
num.oſtendatur autem quoniam prudentia nõ bonum,nec alia vlla erit, quia nec quę 88
maxime videtur. Amplius ex ſuppoſitione ſimiliter poſtulantem ſi vni & omni ineſ
ſe,vel non ineſſe. Vt ſi hominis anima imortalis,& alias,ſi autem hæc non , nec alias. 89
Si igitur ineſſe alicui poſitum eſt,oſtendendum quoniam alicui non ineſt.nam conſe
Nonum Declaratio.
quetur per hypotheſin nulli ineſſe.ſi autem ineſſe,poſitum eſt,oſtendendum ineſt,ali
cui,nam & ſic conſequetur omnibus ineſſe. Manifeſtum igitur eſtquod qui hypo
theſi vtitur,facit problema vniuerſale,particulariter poſitum.nam particulariter con 90
fitentem vniuerſaliter poſtulabit confiteri . eo quod vni & omni ſimiliter poſtulaue
rit ineſſe .Cum autem indefinitum eſt problema, vno modo deſtruere contingit.

¶Vt ſi dixerit voluptatem bonum eſſe , vel non bonum ,& nihil aliud quicquam
determinauerit , nam ſi aliquam voluptatem dixerit bonum eſſe , oſtendendum vni 91
uerſaliter quod nulla : ſi debeat interimi propoſitum. ſimiliter autem & ſi aliquam
dixerit voluptatẽ nõ eſſe bonum,oſtendendum vniuerſaliter quod omnis: aliter vero 92
Decimũ declaratio.
non contingit interimere,nam ſi oſtenderimus quoniam eſt quædam voluptas bonũ,
vel non bonum,nondum interimitur propoſitum : manifeſtum igitur quoniam inte
Vndecimum
rimere quidem:vno modo dicitur. ¶Conſtruere autem dupliciter.ſiue enim vniuer 93
ſaliter oſtenderimus, quod omnis voluptas bonum , ſiue quod eſt quædam voluptas
bonum:oſtenſum erit quod propoſitum eſt. ¶Similiter autem & ſi oporteat diſſe 94
Duodecimum declaratio.
rere quod eſt quædam voluptas non bonum:ſi oſtenderimus quod nulla bonum,vel
quod quædam non bonum : oſtendentes erimus vtrunque & vniuerſaliter & particu 95
lariter,quod eſt quædam voluptas non bonum.

¶Cum autem determinata fuerit poſitio:dupliciter interimere erit . Vt ſi ponatur
alicui quidem ineſſe voluptati bonum eſſe, alicui autem non ineſſe , nam ſiue omnis 96
decimum tertium Declaratio.
oſtendatur voluptas bonum,ſiue nulla,interemptum erit propoſitum.

¶Si autem vnam ſolam voluptatem poſuerit bonum eſſe:tripliciter contingit interi 97
mere. ¶Nam oſtendentes quod omnis vel quod nulla , vel quod plures quam vna 98
bonum:interimentes erimus quod propoſitum eſt. ¶In pluribus vero poſitione de
decimum quartum Declaratio
terminata(vt quod prudentia ſola eſt virtutum ſcientia) quadrupliciter eſt interime
re. ¶Nam oſtenſo quod omnis virtus ſcientia,vel quod nulla,vel quod & alia aliqua.
vt iuſtitia,vel quod eadem prudentia non ſcientia, interemptum erit propoſitum.

¶Vtile autem & inſpicere in ſingularibus in quibus ineſſe aliquid vel non dictum 99
decimum quintum Declaratio
eſt , quemadmodum in vniuerſalibus problematibus. ¶Amplius autem & in ge
neribus inſpiciendum , diuidenti ſecundum ſpecies vſque ad indiuidua ſicut prius di
ctum eſt. ¶Nam ſi omni appareat ineſſe,ſiue nulli multa proferenti , poſtulandum
vniuerſaliter confiteri aut ferre inſtantiam in aliquo non ſic.

decimum ſextum Declaratio
¶Amplius in quibus poſſibile eſt aut ſpecie, aut numero determinare accidens inſpi
ciendum ſi nullum horum ineſt. ¶Vt quod tempus non mouetur nec eſt motus,
annumeranti quot ſunt ſpecies motus.nam ſi nulla earum ineſt tempori: manifeſtum
decimum ſeptimũ Declaratio
quoniam non mouetur ,nec eſt motus: ſimiliter autem & quod anima non eſt nume
rus : diuidenti quoniam omnis numerus aut impar , aut par. nam ſi anima neque im
par neque par,manifeſtum quod non eſt numerus , ad accidens igitur per talia, & hoc
modo argumentandm.

Tertij Topicorum Ariſtotelis Finis.

QVarti Topicorum primi capitis ſcholia. De quibus locis in hoc & duobus ſequentibus libris diſſerendum, loci de problematis generis decem. IIII. In accidentis diffinitione inſpiciendum, quę quidem eſt accidens eſſe, quod contingit ineſſe vni & eidem, & non ineſſe, ex numero xxvij primi huius. V. In eadem diuiſione diuiſiones prædicationis ſunt decem, ſcilicet ſubſtantiæ, quantitatis, ad aliquid, qualitatis, actionis, paſſionis, quando, vbi, ſitus & habitus. & oportet genus & ſpeciem eiuſdem diuiſionis eſſe. vt vtrunque in diuiſione ſubſtantię aut quantitatis, & hunc in modum de reliquis. X. Elementum maxima propoſitio, principium. ſed hæc in dialectica, vaga & communia ſunt: in diſciplinis autem propria.

Quartus liber topicorum Ariſto.

de quo diſcutiendum, & problematum generis, loci decem.

POſt hæc autem de ijs quæ ad genus & proprium, inſpiciendum.
1 ſunt autem hæc elementa eorum quæ ſunt ad terminos & de ijs Primus
ipſis raro conſiderationes fiunt diſputantibus. Si ergo ponatur locus
tur genus alicuius exiſtentium, primum quidem inſpiciendum Declara
ad omnia quæ cognata ſunt ei quod dicitur, ſi de aliquo non præ tio
2 dicatur: quemadmodum eſt in accidente. Vt ſi voluptatis bonum ponatur genus: ſi aliqua voluptas non bonum. Nam ſi
hoc manifeſtum eſt quoniam non genus bonum voluptatis. nã
genus de omnibus quæ ſunt ſub ipſo ſpeciebus prædicatur: Deinde ſi non in eo
quod quid eſt prædicatur, ſed vt accidens. Quemadmodum album: de niue, de ani-
3 ma: a ſeipſo agitatum. neq; enim nix idipſum quod eſt, album: quapropter non eſt ge Secundus
nus album niuis, neque anima idipſum quod eſt agitatum. nam accidit ei moueri. quẽ locus
admodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans eſſe. Amplius agita- Declara
tũ non quid eſt, (ſed quid faciens vel patiens) ſignificare videtur. Similiter autem & al- tio.
bum. non enim quid eſt nix: ſed quale quid eſt ĩdicat. quare neutrum horũ in eo quod
quid eſt prædicatur. Maxime autem in accidentis diffinitione inſpiciendum ſi apta-
4 tur ad dictum genus. Vt ad quæ nunc dicta ſunt, contingit enim quippiam moue-
re ſeipſum, & non: ſimiliter autem & album eſſe, & non. quare neutrum horum ge-
genus, ſed accidens, eo quod accidens dicimus: quod contingit idem ineſſe alicui & Tertius
non. Amplius ſi non in eadem diuiſione eſt genus & ſpecies, ſed hæc quidem ſub- locus
5 ſtantia: illud autem quale, aut hoc quidem ad aliquid, illud autem quale. Vt nix Declara-
quidem & cygnus ſubſtantia: albus autem non ſubſtantia, ſed quale, quare non eſt rio.
genus album niuis, neque cygni. Rurſum diſciplina quidem ad aliquid: bonum au- Quartus locus
tem & pulchrum quale. quare non eſt genus pulchrum vel bonum diſciplinæ. nam Declara
genera eorum quæ ſunt ad aliquid, & ipſa ad aliquid oportet eſſe, vt in duplici. etenim tio
multiplex eſt genus duplicis: & ipſum eorum quæ ſunt ad aliquid eſt: vt vniuerſali-
ter autem dicatur: in eadem diuiſione oportet genus eſſe ſpeciei. nam ſi ſpecies ſub- Quintus
6 ſtantia: & genus, & ſi quale quippiam ſpecies eſt: & genus quale quippiam. vt ſi al- locus
bum quale quippiam, & color. Similiter autem & in alijs. Rurſum ſi neceſſe fu- Declara
erit vel ſi contigerit genus participare quod poſitum eſt in genere. tio

Terminus autem eius quod eſt participare, eſt ſuſcipere participati rationem: ma-
7 nifeſtum igitur quoniam ſpecies quidem participant genera: genera autem ſpecies nõ.
nam ſpecies ſuſcipit generis rationem: genus autem ſpeciei non. Conſiderandum Sextus locus
igitur ſi participat vel contingit aſſignatum genus participare ſpeciem: vt ſi quis Declara-
entis vel vnius genus quippiam aſſignauerit. accidet enim genus: participare ſpe- tio
ciem. Nam de omnibus quæ ſunt ens & vnum prædicantur. quare & ratio eo-

Septimus lcus Declaratio.

rum. Amplius si de aliquo assignata species vera est, genus autem non. Vt si ens aut scibile opinabilis genus ponatur. Nam de non ente opinabile prædicabitur. multa 8
enim non entia, opinabilia sunt. at quod ens vel scibile non prædicatur de non ente, manifestum. quare non est genus ens neque scibile: opinabilis. nam de quibus species prędicatur: & genus oportet prædicari. Rursum si nullam specierum contingit participare quod positum est in genere. Nam impossibile est participare genus, quod nullam specierum participat, nisi aliqua secundum primam diuisionem specierum sit, illæ autem genus solum participant. si igitur motus, genus voluptatis ponatur: considerandum si neque corruptio: neque alteratio voluptas, neque vllus reliquorum (qui assignari solent) motuum. manifestum enim quoniam nullam specierum participabit.

Octauus locus Declaratio

quare neque genus, eo quod necessarium est quod genus participat: & specierum aliquam participare. quare non erit species motus voluptas, neque indiuiduorum, neque eorum quicquam quæ speciæ motus sunt. nam & indiuidua participant speciem & genus, vt quidam homo, & hominem participat, & animal. Amplius si de pluribus dicitur quam genus: quod in genere positum est. Vt opinabile quam ens. nam & ens 9

Nonus locus Declaratio

& non ens, opinabile. quare non erit opinabile species entis, de pluribus enim semper 10
genus, quam species prædicatur. Rursus si de æqualibus genus & species dicitur.

Neutrum neutrius neutrum alteri⁹, au xesis negationũ. Decimus locus Declaratio.

Vt si eorum quæ omnia consequuntur: hoc quidem species: illud autem genus ponatur, quemadmodum ens & vnum. omne enim ens: & vnum. quare neutrum neutrius genus. eo quod de æqualibus dicuntur. similiter autem & si primum & principium ad seinuicem ponatur. nam & principium, primum: & primum principium. quare aut vtraque quæ dicta sunt idem sunt, aut neutrum neutrius genus. elementum autem est ad omnia huiusmodi: quod de pluribus genus quam species & differentia dicitur. de paucioribus enim: etiam differentia dicitur quam genus. Videndum autem & si alicuius indifferentium speciæ non sit genus quod dictum est genus, vel non videatur. Construenti autem si est alicuius, idem enim omnium indifferentium speciæ genus. si igitur vnius mõstretur, manifestum quoniam omnium. & si vnius non: manifestum quoniam nullius. vt si quis insecabiles ponens lineas: indiuisibile genus earum dicat esse. Nam linearum habentium diuisionem, non est quod dictum est, genus: cum sint indifferentes secundum speciem, indifferentes enim sibiinuicem secundum speciem rectæ lineæ omnes. 11

Secundi capitis scholia de genere loci aliĩ, quindecim. dubitatio vna. XIX. Nam differentia est anim alis immortale, secundum Platonicos loquitur.

De genere loci aliĩ. Cap. II. 12

Vndecimus loc⁹ Declaratio dubitatio

Dilutio

Considerãdum autem, & si quod aliud genus est assignatę speciei: quod neque continet assignatum genus, neque sub illo est. Vt si quis iustitiæ scientiam ponat genus. est enim virtus genus & neutrum generum, reliquum continet. quare non erit scientia genus iustitiæ, videtur enim quando species vna sub duobus generibus est: alterum ab altero contineri. Habet autem dubitationem in quibusdam quod huiusmodi est. nã videtur quibusdam prudentia: & virtus & scientia esse, & neutrum genus a neutro contineri, non tamen ab omnibus conceditur prudentiam sciẽtiam esse. Si igitur quis admittat quod 13

Duodecim⁹ locus declaratio. Decimus terti⁹ loc⁹ Declaratio

dictum est verum esse, attamen subalterna. vel sub eodẽ ambo fieri quæ eiusdem sunt genera necessarium videbitur esse. quemadmodum & in virtute & in scientia accidit. 14
vtraque enim sub eodem genere sunt. nam vtrunque eorum habitus, & dispositio est. 15
Cõsiderandum igitur si neutrũ est in assignato genere. Si enim neque subalterna sunt genera, neque sub eodem ambo: non erit quod assignatum est genus. Considerandum autem & genus assignati generis, & sic semper superius genus, si omnia prædicantur de specie, & si in eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus præ-

dicari oportet de ſpecie in eo quod quid eſt,ſi ergo alicubi diſſonet: manifeſtum quo-
niam non eſt genus: quod aſſignatum eſt. ¶Rurſum ſi genus participat ſpeciem vel Decimus
ipſum vel aliquod ſuperiorum generum. quartus
16 ¶Nam nullum ſuperiorum participat quod inferius eſt. deſtruenti igitur quemad- Declara-
modum dictum eſt vtendum. aſtruẽti autem ſi confiteatur quidem ineſſe ſpeciei quod tio
dictum eſt genus, atque vt genus ineſt dubitetur, ſufficit oſtendere aliquid ſuperiorũ
generum in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari. vno enim quod quid eſt prædicato,
omnia & ſuperiora illius, inferiora ſi prædicantur de ſpecie, in eo quod quid eſt prædi
cabuntur. quare & aſſignatum genus in eo quod quid eſt prædicabitur. quod autem
vno in eo quod quid eſt prædicato, omnia etiam reliqua (ſi prædicantur) in eo quod
quid eſt prædicabuntur, per inductionem ſumendum. Si autem ſimpliciter ineſſe du-
bitetur aſſignatum genus: non ſufficit oſtendere aliquod ſuperiorum generum in eo
quod quid eſt de ſpecie prædicari. vt ſi ambulationis genus quiſpiam aſſignauit latio-
nem: non ſufficit oſtendere quod motus eſt ambulatio ad oſtendendum quod latio
eſt, eo quod & alij motus ſunt, ſed oſtendendum quod nullum participat ambulatio
eorum quæ ſunt ſecundum eandem diuiſionem: niſi lationem. Nam neceſſe eſt quod
genus participat, & ſpecierum aliquam participare ſecundum primam diuiſionem.
ſi enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem: neque alios motus
participet: manifeſtum quoniam lationem participabit. quare erit genus latio, ambula
tionis. ¶Rurſum de quibus ſpecies quæ poſita eſt vt genus prædicatur: conſideran-
17 dum ſi & aſſignatum genus in eo quod quid eſt de ipſis eiſdem prædicatur de quibus
& ſpecies: ſimiliter autem & ſi omnia quæ ſupra genus ſunt.
¶Nam ſi alicubi diſſonat, manifeſtum quoniam non eſt genus, quod aſſignatum eſt. decimus quintus
ſi enim eſſet genus omnia & ſuperiora illius & ipſum, in eo quod quid eſt prædica- Declara-
rentur, de ijs de quibus & ſpecies in eo quod quid eſt prædicatur. deſtruenti igitur tio.
vtile ſi non prædicetur genus in eo quod quid eſt de quibus & ſpecies prædicatur:
aſtruenti autem ſi prædicetur in eo quod quid eſt vtile: accidet enim genus & ſpeci-
em: de eodem in eo quod quid eſt prædicari, quare & idem ſub duobus generibus
fit. neceſſe eſt igitur ſubalterna genera eſſe. ſi igitur oſtendatur quod volumus genus
aſtruere non eſſe ſub ſpecie: manifeſtum quoniam ſpecies ſub hoc erit. quare oſten-
18 ſum erit quoniam genus hoc.
¶Conſiderandæ autem & rationes generum ſi aptantur ad aſſignatam ſpeciem: decimu ſextus
& ad participantia ſpeciem. declara-
19 ¶Neceſſe eſt enim generum rationes prædicari de ſpecie, & de ijs quæ participant ſpe tio.
ciem. ſi igitur in aliquo diſſonet: dilucidum quoniam non eſt genus quod aſſignatum
eſt. ¶Rurſus ſi differentiam vt genus aſſignauit. decimus
20 ¶Vt ſi immortale: genus dei. nam differentia eſt animalis immortale. eo quod anima- ſeptimus
lium alia mortalia: alia immortalia: manifeſtum igitur quoniam peccant. nullius enim declara-
differentia: eſt genus. Quod autem hoc verum: manifeſtum. nulla enim differentia tio.
ſignificat quid eſt ſed magis quale quid, vt greſſibile, & bipes. Platonicũ
¶Et ſi differentiam in genere poſuit tanquam ſpeciem: ¶Vt imparem quidem decimus
numerum. differentia enim numeri impar, & non ſpecies eſt, neque videtur participa- octauus
re differentia genus. Nam omne quod participat genus vel ſpecies, vel indiuidu- Declara
um eſt, differentia autem neque indiuiduum neque ſpecies. manifeſtum igitur quo- tio.
niam non participat genus differentia. quare neque impar ſpecies erit, ſed differen-
tia: quoniam non participat genus.
21 ¶Amplius ſi genus in ſpecie poſuit. ¶Vt contiguitatem idipſum quod eſt conti- decimus
nuitatem, aut mixturam idipſum quod eſt temperamentum: aut (vt Plato diffiniuit) nonus
lationem, ſecundum locum mutationem. non enim neceſſarium contiguitatem, Declara
continuitatem eſſe, ſed econuerſo continuitatem, contiguitatem. non enim om- tio.
ne contiguum continuatur, ſed quod continuatur, contiguum eſt. Similiter au-
tem & in alijs. nam neque mixtura omnis, temperamentum. nam ſiccorum mixtu-

ra non est temperamentum. neque secundum locum mutatio omnis, latio. nam ambu
latio non videtur latio esse. pene enim in ijs quæ inuoluntarie locum ex loco per- 22
mutant, dicitur latio quemadmodum in animatis accidit, manifestum autem quoniam
& de pluribus speciebus dicitur genus in assignatis, cum oporteat econtrario fieri.
℄ Rursum si differentiam in specie posuit. ℄ Vt immortale idipsum quod est deum.
nam accidit de æqualibus aut pluribus quam speciem dici. differentia enim semper de
æqualibus aut de pluribus quem species dicitur. ℄ Amplius si in differentia genus po 23
suit. Vt colorem idipsum quod est congregatiuum: aut numerum quod impar:
℄ Et si genus vt differentiam dixit. ℄ Possibile est enim aliquem, talem suscipere po
sitionem, vt temperantiæ: mixturam differentiam, aut lationis: secundum locum muta
tionem. inspiciendum autem omnia quæ sunt huiusmodi, per eadem. communicant 24
enim loci. de pluribus enim genus quam differētiam oportet dici: & non participare
differentiam, sic autem assignato, neutrum eorum quæ dicta sunt: possibile est accide
re. nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam: ℄ Rursum si nul
la differentia generis prædicatur de assignata specie: nec genus prædicabitur. ℄ Vt de 25
anima, neque impar, neque par prædicatur, quare nec numerus. ℄ Amplius si prius 26
est natura species, & simul interimit genus, videtur enim contrarium. ℄ Amplius si 27
contingit relinquere dictum genus, vel differentiam (vt animam, moueri opinionem:
verum & falsum) neutrum erit dictorum genus vel differentia. videtur enim genus
& differentia sequi quandiu fuerit species.

Vicesim' locus. Vicesim' Declaratio primus. Declaratio. Vicesim' secundus Declaratio. Vicesim' tertius Declaratio. Vicesim' quartus Declaratio. Vicesim' quintus Declaratio.

Tertij capitis scholia. De eisdem problematis loci alij quindecim, instantiæ tres. XXVIII. Participet aliquid contrarium generi, vt qui tyrannidem poneret bonum, cum participet iniustum. XXII. Vt temperātiam consonantiam. Consonantia est grauium & acutorum phthongorum emodulata voculatio, cuius species sunt diatessaron, diapente, diapason, diatessaron, diapente, disdiapason, sed hæc ex musicis agnoscantur. Temperantia, est virtus moralis, qua concupiscentias gustus, ac tactus coercemus, moderamusque. & de ea quoque in ethicis Aristotelicis perabunde. XXXV. Quemadmodum in bono & malo accidit. Omnis scientia habet quædam summa genera, quæ considerat, vt dialectica, diffinitionem, partitionem, & argumentationem musica, consonantiam & inconsonantiam, moralis philosophia bonum & malum, & quæ sub illis generibus continentur, quæve illis adminiculantur in genere sunt: illa autem non sunt amplius ad illos in genere. loci vero præsentes morales sunt, ideo quę non sunt in genere bono aut malo, apud eos (morales dico) nequaquam amplius in genere sunt. neque enim hoc in loco, de genere logico intelligendum. nam & bonum & malū in qualite. XXXIX. Horum albi & nigri. XLII. Ophthalmia, vlcusculum oculi, est enim οφθαλμος græce, oculus. vnde hæc ægritudo, nomen contraxit.

Vicesim' sextus Declaratio

De genere loci alij. Cap. III

INspiciendum autem & si quod in genere positum est, partici
pat aliquid contrarium generi, aut si contingit participare. ℄ Nā 28
idem contraria simul participabit. eo quod ipsum: genus quidē
nunquam relinquit. participat autem & contrarium. aut con
tingit participare. ℄ Amplius si quippiam communicat spe
cies: quod impossibile est omnino inesse ijs, quæ sunt sub ge 29
nere. ℄ Vt si anima vitæ communicat, numerorum autem nul
lum possibile est viuere. non erit species numeri anima.
℄ Considerandum autem & si æquiuoca sit species generi ele
mentis vtenti ijs quæ dicta sunt ad æquiuocum. ℄ Vniuocum eñ genus & species.
℄ Quoniam autem omnis generis plures species inspiciendum si non cōtingit alterā 30
speciem esse dicti generis. ℄ Nam si non est, manifestū quoniam nō erit genus omni
no, quod dictum est. Considerandum etiam est si quod trāslatitie dictum est, vt genus
assignauit. Vt temperantiam consonantiam. Nam omne genus proprie de speciebus
prędicatur, cōsonantia vero de tēperantia non proprie. sed translatitie, omnis eñ con 31
23

Vicesim' septimus Declaratio. Vicesim' octauus Declaratio. vicesimus nonus Declaratio. tricesim' locus declaratio

33 ſonantia in ſonis. ¶ Amplius, ſi ſit contrarium ſpeciei aliquid: conſiderandum. Tricesim⁹
¶ Eſt autem multipliciter conſideratio. Primum quidem ſi in eodem genere contra- primus.
rium ſpeciei: cum non ſit contrarium generi. oportet enim contraria in eodem gene- declara
34 re eſſe: ſi nihil ſit contrarium generi. ¶ Cum autem eſt contrarium generi conſide- tio
randum ſi contrarium in contrario. Neceſſe eſt enim contrarium in contrario eſſe: ſi Tricesim⁹
ſit contrarium quidem generi. Manifeſtum autem eſt vnumquodque eorum: per in- ſecundus
35 ductionem. ¶ Rurſum ſi omnino in nullo genere quod ſpeciei eſt contrarium: ſed declara
ipſum genus. Vt bonum. nam ſi hoc non in genere nec contrarium huius in genere tio
erit, ſed ipſum genus. quemadmodum in bono & malo accidit. neutrum enim horum Triceſi
in genere: ſed vtroque eorum genus. mus
36 ¶ Deinde conſiderandum ſi contrarium eſt alicui & genus & ſpecies, & horum qui- tertius
dem eſt aliquid medium, illorum autem non. Nam ſi generum eſt aliquid medium, & declara
ſpecierum. & ſi ſpecierum: & generum vt in virtute & vitio, & iuſtitia & iniuſtitia. tio.
vtrorunque enim eſt aliquid medium. ¶ Inſtantia huius, quoniam ſanitatis & ægri- Triceſi
tudinis nihil eſt medium: mali autem & boni aliquid medium. mus. iiij
37 ¶ Amplius ſi eſt quidem aliquid vtriſque medium & ſpeciebus & generibus, non ſi- declara
militer autem, ſed horum quidem ſecundum negationem, illorum vero vt ſubiectum. tio
38 Probabile enim ſimiliter & in vtriſque. Vt in virtute & in vitio: iuſtitia & iniuſtitia. Triceſi
vtriſque enim ſecundum negationem medium. mus. v.
¶ Amplius quando non eſt contrarium generi: conſiderandum non ſolum ſi contra- declara
rium in eodem genere, ſed & medium. In quo enim extrema & medium, vt in albo & tio.
39 nigro. nam color genus & horum, & mediorum colorum omnium. ¶ Inſtantia. quo- Triceſi
niam defectus quidem & ſuperabundantia in eodem genere (in malo enim ambo) me- mus. vi.
diocre autem cum ſit medium horum, non in malo, ſed in bono eſt. declara
40 ¶ Conſiderandum etiam, ſi genus quidem contrarium eſt alicui, ſpecies autem nulli. tio.
Nam ſi genus eſt contrarium alicui: & ſpecies. quemadmodum virtus & vitium: & iu- Inſtantia
ſtitia & iniuſtitia. ſimiliter autem & in alijs conſideranti, manifeſtum videtur eſſe. Triceſi
41 ¶ Inſtantia in ſanitate & ægritudine. ſimpliciter enim ſanitas ægritudini contraria. ali- mus. vij.
qua autem ægritudo cũ ſit ſpecies ægritudinis, nulli contrarium. vt febris & ophthal- declara
mia, & vnumquodque aliorum. Interimenti igitur tot modis inſpiciendum. ſi enim tio
non inſint quæ dicta ſunt: manifeſtum eſt non eſſe genus quod aſſignatum eſt. Inſtantia
42 ¶ Conſtruenti vero tripliciter. primum quidem ſi contrarium ſpeciei ſit in dicto ge- Triceſi
nere cum non ſit contrarium generi. Nam ſi contrariũ in hoc, manifeſtum quoniam mus. viij.
43 & quod propoſitum eſt. Amplius ſi medium in dicto genere. ¶ Nam in quo medium declara
44 & extrema. Rurſum ſi ſit & contrarium quiddam generi: conſiderandum & ſi contra- tio
rium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtum quod & propoſitum in propoſito. Triceſi
45 mus. ix. declaratio.

QVARTI cap. ſcholia. loci de genere alij ſedecim, inſtantiæ quatuor. XLVII. Manifeſtum quoniam boni erit effectiuum, auditur delectabile. L. Primum genus eſt ſummum, vltimum vero id quod ſpeciei eſt proximum. LII. Quemadmodum in accidẽte dicebatur, in locis accidentis. loci enim ſecundi libri, loci accidentis dicuntur, quod duntaxat elementa, præbeant ad oſtendendum quicquam ineſſe, aut non ineſſe. quæ particulæ ſunt accidentis, applicari tamen poſſunt ad alia tria prædicta quod etiam inſunt. nãque terminus ineſt, & genus ineſt, & proprium ineſt. ſed non ad efficiendum & terminus, diffinitioneve ſit, aut genus aut proprium, ſed duntaxat quod inſint aut non inſint. LIIII. Ad aliquid non pro generaliſſimo capitur: ſed ea dicitur ad aliquid dictio, quæ apte cum obliquo de ſe dicitur vt diſciplina, diſciplinati diſciplina, grammatica autem non ſic dicitur ad alterum. LXII. ἐπιςήμη καὶ ὑπόληψις ἐπιςητὸν καὶ ὑποληπτόν id eſt ſcientia & opinio, ſcibile & opinabile, græce cum genitiuo dicũtur: nõ autem ita apte latine. nam cum apte dicamus ſcientiam, ſcibilis ſcientiam, non æque apte dicimus ſcibile, ſcientiæ ſcibile. ſed magis per ſeptimum caſum hoc pacto. ſcibile, ſcientia ſcibile recurrere ſolemus. LXIIII. Donum, datio eſt irredibilis. datio ea eſt quam quis reddere non tenentur. non enim pro re data, tenetur quis paria reddere. lxiiij. ὑπερβ χορ καὶ μfορ quæ hic abundans & malus ſunt inter- Quadrageſimus declaratio.

Vergili⁹.

pretata, apud Græcos ad genitiuum & datiuum, loco cuius ablatiuum ſeu (vt grammatici dicunt) ſeptimum caſum ponimus, dicuntur. Maius tamen apud Latinos potius habet ablatiuū. De abundante vero vſu latino vtrumque genitiuum & ſeptimum caſum habere dignoſcitur, genitiuum, vt Virgilius. quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans ſeptimum caſum. Idem præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans. Quapropter ſi exempla in pleriſque locis non ſunt ita accommodata, hoc facit linguę varietas. non enim ſemper in earundem rerum vocabilis græcæ & latinæ locutionis eadem proprietas. LXV. Multiplum multiplex, duplū duplex, triplum triplex & reliqua id genus idē intelligimus. & eſt multiplum ſiue multiplex, cum maius continet minus aliquoties cum nihil aut ſuperſit aut deficiat. vt. viij. continēt duo aliquoties, nam quater. multiplum igitur. quadruplum enim. Et hæc ex arithmeticis, per facile cognoſcuntur.

❡ De genere loci alij. Cap. IIII.

Qaudrageſimus primus declaratio. Quadrageſimus ſecundus declaratio Quadrageſimus iij. declaratio Quadrageſimus iiij declaratio. Quadrageſimus v declaratio quadrageſimus. vi. declaratio quadrageſimus. vij declaratio quadrageſimus. viij declaratio quadrageſimus. ix. declaratio Quinquageſimus locus declaratio Inſtantia ad xlix. locum. quinquageſimus primus declaratio

RVrſum in caſibus & coniugatis, ſi ſimiliter ſequuntur: &
interimenti & conſtruenti. Simul enim vni & omnibus īn 46
ſunt vel non inſunt. vt ſi iuſtitia ſcientia quædam, & iuſte
ſcienter, & iuſtus ſciens. ſi autem horum aliquid non ineſt:
nec reliquorum vllum. ❡ Rurſum in ijs quæ ſimiliter ſe
habent adinuicē. ❡ Vt delectabile ſimiliter ſe ad voluptas 47
tem, & vtile ad bonum. vtrunque enim vtriuſque eſt ectiuum.
ſi igitur voluptas quiddam bonum & delectabile quidem vtile erit. manifeſtum enim quoniam boni erit effectiuum: eo quod voluptas bonum. ❡ Similiter autē & in ge-
nerationibus, & corruptionibus. Vt ſi ædificari eſt operari: 48
ædificaſſe, operatum eſſe. & ſi diſcere eſt reminiſci: & didiciſſe, recordatū eſſe. & ſi diſſolui eſt corrumpi, & diſſolutum eſſe, corruptum eſſe. & diſſolutio: corruptio quædam. ❡ Et in generatiuis vero & in corruptiuis, ſimiliter & in potentijs & vſibus, &
omnino ſecundum quamlibet ſimilitudinem: & interimenti & conſtruenti inſpicien- 49
dum, quemadmodum in generatione & corruptione diximus. ❡ Nam ſi corruptiuū
diſſolutiuum, & corrumpi diſſolui. & ſi generatiuum eſt effectiuum: & generari fieri, 50
& generatio factio. ſimiliter & in potentijs, & vſibus, & omnino ſi potentia diſpoſitio
& poſſe diſponi. & ſi alicuius vſus eſt actus: & vti, agere, & vſum eſſe egiſſe. ❡ Si au-
tem ſit priuatio id quod opponitur ſpeciei: duobus modis eſt interimere. Primum qui- 51
dem ſi in aſſignato genere eſt oppoſitū. Aut enim ſimpliciter in nullo genere eodem priuatio: aut non in vltimo. vt ſi viſus in vltimo genere eſt, ſenſu: cæcitas non erit ſenſus. ❡ Secundo autem ſi & generi & ſpeciei opponitur priuatio: non eſt autem oppo-
ſitum in oppoſito: nec quod aſſignatum eſt, in aſſignato erit. ❡ Interimenti igitur, 52
quemadmodum dictum eſt, vtendum. ❡ Conſtruenti autem vno modo. nam ſi op 53
poſitum in oppoſito: & propoſitum in propoſito erit. Vt ſi cæcitas inſenſibilitas quædam & viſus ſenſus. ❡ Rurſum in negationibus conſiderandum econuerſo: quemadmodum in accidente dicebatur. ❡ Vt ſi delectabile quod bonum: quod non bonum & delectabile, nam ſi non ita ſe habet: erit contra, non bonum delectabile. at impoſſibile eſt ſi bonum genus eſt delectabilis: eſſe quicquam non bonum delectabile. nam de quibus genus non prædicatur: nec ſpecierum vlla. & conſtruenti etiam ſimiliter inſpiciendum. nam ſi non bonum non delectabile: delectabile bonum. quare
genus bonum, delectabilis. ❡ Si autem ſit ad aliquid ſpecies: conſiderandum ſi 54
& genus ad aliquid. Nam ſi ſpecies ad aliquid, & genus. vt in duplici & multiplici.
vtrunque enim ad aliquid. Si autem genus ad aliquid: non neceſſario eſt ſpecies.
Nam diſciplina ad aliquid: grammatica autem non. ❡ An nec quod prius dictum 55
eſt verum videbitur: nam virtus ipſum quod bonum & ipſum quod honeſtum, & virtus quidem ad aliquid: bonum vero & honeſtum non ad aliquid ſed qualia.
❡ Rurſum ſi non ad idem dicitur ſpecies: & ſecundum ſe & ſecundum genus.
❡ Vt ſi duplum dimidij dicitur duplum: & multiplum dimidij oportet dici. ſi autem 56
non erit multiplum genus dupli. ❡ Amplius ſi non ad idem & ſecundum genus dicitur, & ſecundum omnia genera. Nam ſi duplum dimidij multiplum eſt: & abundans

dimidij dicetur, & simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimiditim dicetur: — Instantia
59 ¶ Instantia: quod non est necesse secundum se & secundū genus ad idem dici: nam sci — Quīquage
entia scibilis dicitur: habitus autem & dispositio non scibilis: sed animæ. — simus. iij.
60 ¶ Rursum si similiter dicitur genus & species secundum casus. ¶ Vt si alicui: alii — declara
alicuius: aut quolibet modo aliter dicitur: nam vt species: & genus. velut in duplo — tio
& in superioribus. alicuius enim & duplum & multiplum. similiter autem & in sciē
tia. alicuius enim & hæc genera: vt dispositio, & habitus. — Instantia.
61 ¶ Instantia autem quod aliquotiens non sic. nam differens & contrarium alicui di
62 uersum autem cum sit genus horum, non alicui, sed ab aliquo. diuersum enim dicitur — Quīquage
ab aliquo. ¶ Rursum si similiter ad aliquid secundum casus dicta: non similiter con — simus. iiij.
uertuntur ¶ Quemadmodum in duplo & multiplo. vtrunque enim horum alicu — declara
ius. & idem etiam secundum conuersionem dicitur. alicuius enim & dimidium & sub — tio
multiplum. similiter autem & in disciplina & opinione. nam & hæ alicuius. & conuer
titur, similiter & disciplinatum & inopinabile alicuius. si igitur in aliquo non simili
ter conuertitur: manifestum est non esse genus alterum alterius.
63 ¶ Rursum si non ad æqualia species & genus dicitur. ¶ Similiter enim æqualiter
vtrunque videtur dici: quemadmodum in dono & datione. nam & donum alicuius & — Quīquage
alicui dicitur: & datio alicuius & alicui dicitur. est autē datio genus doni. nam donum — simus. v
64 datio est irredibilis. ¶ In aliquibus autem non accidit ad æqualia dici. nam duplum — declara
alicuius duplum. abundans autem & maius alicuius & aliquo. omne enim abundans — tio
& maius aliquo abundat: & alicuius abundat. quare non sunt genera quæ dicta sunt
dupli: eo quod non ad æqualia dicuntur speciei, aut non vniuersaliter verum, ad
æqualia speciem & genus dici.
65 ¶ Videndum autem & si oppositi: est oppositum genus. ¶ Vt si duplum multiplii:
& dimidij submultiplum: oportet enim oppositum: oppositi genus esse. si igitur ponat
aliquis scientiam idipsum quod est, sensum oportebit & scibile id quod est sensibile — Instantia.
esse, sed non est. non enim omne scibile, sensibile. nam intelligibilium, quædam sci
bilia. quare non est genus sensibile, scibilis. si autem hoc non: neque sensus scientiæ. — Quīquage
66 ¶ Quoniam autem eorum quæ ad aliquid dicuntur: alia quidem ex necessitate in eis, — simus. vi.
aut circa ea sunt ad quæ dicuntur (vt dispositio & habitus & commensuratio. in alio — declara
ēm nullo possibile est esse quæ dicta sunt: quā in eis ad quæ dicuntur) alia autem non — tio
necesse est quidem in eis esse ad quæ dicuntur: contigit autem quemadmodum scibi
le est in anima: nihil enim prohibet sui scientiam habere animam: non necessari
um autem. possibile est enim & in alio esse hanc eandem) alia vero simpliciter non
contingit in eis esse ad quæ dicuntur (vt contrarium in contrario: neque scientiam
scibili nisi sit scibile anima, vel homo (considerare igitur oportet si quis in genere
ponat quod tale est: in non tali. — Quīquage
¶ Vt si memoriam immansionem scientiæ dicat. nam omnis immansio in manente, — simus. vij
& circa illud. quare & scientiæ immansio in scientia. memoria igitur in scientia. eo
quod immansio scientię est. hoc autem non contingit. memoria enim omnis in ani
ma. Est autem qui dictus est locus & ad accidens communis. nihil ēm refert, memo
riæ genus immansionem dicere: aut accidere dicere illi hoc. nam si quouis modo est
memoria, immansio scientiæ: eadem aptabitur de ipsa ratio.

QVINTI capitis scholia, de genere loci alij, vndecim.

¶ LXVII. Nomen habitus ad potentias extendit quod semper ha-
beantur.

¶ LXX. In eodem enim accidens. Vt si irascibili accidit ira, & ira
scibilis est in corpore, & ira in corpore, & si voluntati accidit pecca
re, & voluntas in anima, & peccare in anima. Et hic locus intelligi
tur cum id cui accidit est in aliquo. in quo enim id cui accidit, & ac
cidens in illo esse dicitur. & non tam hic quam accidentariam inhæ
rentiam quam accidentariam rationem concepimus. Instantiam,
scientia est in anima, & anima in corpore, & tamen scientia nō est
in corpore. An id intelligendum cui accidit immediate? scientia autem hoc modo in intelle
ctu. Intellectus vero in anima.

Porphyrius — LXXII. To σωμα εμψυχον, hoc est corpus animarum, corpus animatum quidem accipit Porphyrius vt genus animalis (sic enim inopia verborum quod deest circunloquitur) at Aristoteles pro corpore illo cui anima inest & non pro composito accepit. Ideo fortitan Argyropilus
Argyropilus — quod significatio Aristotelis non esset pro corpore animato plerumque viuens vsurpauit.
Boetius. — LXXIII. Potest enim deus & studiosus praua agere de studioso nihil dubium, de deo si pro absoluto illo & immense bono sumatur id sentire, nefas. tametsi id possit, quæ praua videri possint. de dijs gentium, nemo non concedat, secundum quorum forte morem Aristoteles hic locutus est, sic & Ouidius.

Vir magnus bello nulli pietate secundus
Aeneas odijs Iunonis pressus iniqua.

Vbi Iunonem inquam appellat, quę a gentilibus dea credebatur. LXXV. Fraudulentus, qui potest & eligit alterum, sub latenti valramento decipere. Calumniatur autem (quem diabolum Aristoteles appellat) qui potest & elegit, alteri falsum crimen impingere. quales qui castę Susannę, falsi impegerunt adulterij crimen.
LXXVII. In genere eius quod passum. eius cuius est passio passum enim dicitur id cuius aliqua passio est LXXVIII Locus iste præcedentis est conuersiuus.

Possidonius spiritum (hoc est) ventum descripsit, aerem motum. & plerique aliorum ante eum. & hæc descriptio, primum ab Anaximandro fluxisse videtur. & non paucę tales comperiuntur descriptiones vt quod vox sit aer tenuissimus ictus, quemadmodum ferme solent describere Stoici. cum potius dicendum esset vocem esse effectionem sonumve qui ex illisione ad arteriam vocalem alicuius rei significandæ gratia prouenit & ad bonam quandoque intelligentiam. talia admittuntur propria, alioqui non iniuria patiantur ex loco calumniam.

Quod vinum aqua sit putrefacta in palmite, cecinit Empedocles σαπεν γυξυλωυδως de quo & noster Clicthouęus hoc lusit δίστιχον.

Non satis Empedoclis sententia recta videtur:
Quod sit putrescens palmitis unda merum.

¶ De re eadem loci alij. Cap. V.

RVrsum si habitum in actu posuit: aut actum in habitu: non est genus quod tale est. ¶ Vt si sensum, motum per corpus 67
Quinquagesimus. viij declaratio. — nam sensus habitus: motus autem actus. similiter autem & si memoriam habitum contentiuum opinionis dixerit. nam nulla memoria habitus: sed magis actus. ¶ Peccant autem 68
& qui habitum in consequentem potentiam ordinant. Vt
Quinquagesim⁹. ix declaratio. — mansuetudinem: continentiam iræ. & fortitudinem & iustitiam: timorum & lucrorum continentiam. nam fortis & mansuetus: perturbatione vacans dicitur: continens autem qui perturbatur, sed non dicitur. fortasse igitur talis potentia sequitur vtrunque. vt si perturbetur. non ducatur, verum continere non hoc est, hunc quidem fortem. illum autem mansuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. ¶ Aliquotiens autem & quod sequitur quouis modo 69
vt genus ponunt. ¶ Vt tristitiam iræ: & opinionem, fidei. vtraque enim prædicta, sequuntur quidem quodammodo assignatas species: neutrum autem eorum genus est.
Sexagesimus declaratio — nam qui irascitur, contristatur: prior enim in eo tristitia facta. non enim ira tristitiæ: sed tristitia iræ causa est. quare simpliciter ira non est tristitia. secundum autem hæc: neque fides opinio. contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere. non cōtingere autem hoc: si fides esset species opinionis. non enim contingit idem amplius permanere: si ex specie omnino permutatum sit, quemadmodum nec idem animal quandoque hominem esse & quandoque non. si quis autem dicat ex necessitate opinantem etiam fidem habere. de æqualibus opinio & fides dicetur. quare neque sic erit
Sexagesimus primus. Declaratio — genus. de pluribus enim: oportet dici genus. ¶ Videndum autem & si in aliquo eodē 70
nata sint vtraque fieri. ¶ In quo enim species: & genus. vt in quo album, & color: & in quo grammatica, & disciplina. si igitur verecundiam, timorem dixit, aut iram tristitiam: non accidet in eodem specie & genus esse. nam verecundia quidem in rationali, timor in irascibili: at tristitia in concupiscibili. nam in hoc & voluptas. ira autem in irascibili. quare non sunt genera: quæ assignata sunt, eo quod non in eodem cum speciebus nata sunt fieri. similiter autem & si amicitia quidem in concupiscibili: non

erit voluntas quædam, omnis enim voluntas in rationali. Vtilis autem hic locus & ad accidens & id cui accidit. in eodem enim accidens & cui accidit. quare nisi in eodem videatur: manifestum quoniam non accidit. ¶ Rursum si secundum quid spe cies dictum genus participat, non enim videtur secundum quid participari genus.

Sexagesimus .ij. declaratio

¶ Nam non est homo, secundum quid animal. neque grammatica, secundum quid

71 disciplina, similiter autem & in alijs. considerandum igitur si in aliquibus secundum quid participatur genus. vt si animal quod sensibile vel visibile dicitur, nam secundū quid vel sensibile & visibile animal. secundum corpus enim sensibile & visibile: secundum animam autem non. quare non erit genus, corpus visibile, & sensibile: animalis. Latent autem quandoque & totum in partem ponentes.

Sexagesimus .iij. declaratio.

72 ¶ Vt animal corpus animatum. nullo enim modo pars de toto prædicatur. quare nō erit genus corpus animalis eo quod pars est. ¶ Videndum autem si quid vituperandorum aut fugiendorum in potestate aut potente posuit.

Sexagesimus .iiij. declaratio

73 ¶ Vt sophistam vel calumniatorem, vel furem eum qui possit aliena, latenter surripere. nemo enim prædictorum in eo quod possit aliquid horum: talis dicitur. potest enim & deus & studiosus praua agere. non sunt autem huiusmodi. nam omnes praui secundum electionem dicuntur. Amplius omnes potestates eorum sunt quæ sunt eligenda, nam prauorum potestates eligendæ: eo quod deum & studiosum habere dicimus eas. potentes enim dicimus eos esse, praua agere. quare nullius vituperabilis erit genus potestas. Si autem non: accidet vituperandorum quiddam, eligendum esse. nam erit quædam potestas vituperabilis.

74 ¶ Et si quid propter se honorabilium vel eligibilium: in potestate vel potente, vel effectiuo posuit. Nam omnis potestas, & omne potens aut effectiuum: propter aliud eligendum. ¶ Aut si quid eorum quæ sunt in duobus generibus vel pluribus: in altero posuit.

Sexagesimus .v. declaratio.

75 ¶ Quædam enim non est in vno genere ponere: vt fraudulentum, aut calumniatorem. neque enim qui eligit, impotens autem, neque qui potest at non eligens, calumniator aut fraudulentus: sed qui vtraque hæc habet. quare non ponenda sunt in vno genere: sed in vtroque eorum quæ dicta sunt.

Sexagesimus .vi. declaratio.

76 ¶ Amplius aliquotiens econuerso genus quidem vt differentiam, differentiam autem vt genus assignant.

Sexagesimus .vij. declaratio.

¶ Vt stuporem: superabundantiam ammirationis, & fidem: vehementiam opinionis. Nam neque superabundantia neque vehementia genus: sed differentia. videtur enim stupor, ammiratio esse superabundans: & fides opinio vehemens. quare genus ammiratio & opinio est: superabundantia autem & vehementia differentia. Amplius si quis superabundantiam & vehementiam vt genera assignet: inanimata fidem facient, & stupefacient. nam cuiusque vehementia & superabudantia illi adest, cuius est superabundantia & vehementia. si ergo stupor superabundantia est ammirationis: aderit ammirationi. quare ammiratio stupefaciet. similiter autem & fides aderit opinioni. si vehementia quidem opinionis est. quare opinio fidem faciet. Amplius accidet sic assignanti vehementiam vehementem dicere. & superabundantiam superabundantem. est enim quædam fides vehemens: si ergo fides vehementia est: vehementia erit vehemens. similiter autem & stupor quidam & superabundans. si ergo stupor est superabundantia: superabundantia erit superbundans. videtur autē neutrum horum. quemadmodum nec disciplina disciplinatum, nec motus motum.

¶ Quandoque autem peccant & passionem in genere eius quod passum est ponen-

77 tes. ¶ Vt immortalitatem vitam sempiternam dicentes esse. passio enim vitæ & accidens immortalitas videtur esse. quod autem verum sit quod dicitur: manifestum fiet, si quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem. nullus enim dicit aliam vitam eum sumere: sed accidens aliquod. vel passionem huic eidem aduenire. quare non genus vita: immortalitatis.

Sexagesimus .viij.

Sexagesimus .ix. declaratio

78 ¶ Rursum si passionem cuius est passio: illius genus dicit esse.

¶ Vt spiritum: aerem motum, magis enim motus aeris, spiritus. nam aer idem per

manet: & quando mouetur, & quando stat. quare non est omnino aer spiritus. esset enim & non moto aere spiritus. siquidem idem aer permanet, qui quidem erat spiritus. similiter autem & in alijs huiusmodi. Si igitur & in hoc oportet admittere quod aer motus, est spiritus: non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur genus, sed de quibuscunque vere prædicatur assignatum genus. nam in quibusdam non videtur verificari: vt in luto & niue. nam niuem dicunt esse aquam coagulatam: lutum autem terram humido temperatam. est autem neque nix aqua: neque lutum terra. quare neutrum assignatorum generum: erit genus. oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus. similiter autem neque vinum est aqua putrefacta, (sicut Empedocles dicit, in ligno putruit vnda) nam simpliciter non est aqua.

Sexti capitis scholia. loci alij eadem de re decem & octo. Instantia vna.
LXXXII. In subiecta specie, sub specie. vt si ponatur album sub niue.
LXXXV. Agitatio, motus, agitatum, motum.
XCI. Obsequendum, tametsi illud communius non esset genus, vult tamen nos plerunque non præbere difficiles, sed obsequi. quia in multis proprium genus assignare, quam difficillimum neque decet dialecticum multum esse contentiosum, & talia interdum generum loco sunt recipienda.

De genere loci alij. Cap. VI.

Amplius si omnino quod assignatum est: nullius est genus. 79
Manifestum enim quoniam neque eius, quod dictum est.
Considerandum autem ex eo quod nihil eorum differt specie: quæ participant assignatum genus.

Septuagesimus locus declaratio.

Vt nihil alba differunt specie, ipsa se inuicem. omnis autem generis, sunt species differentes, quare nullius erit album genus. 80
Rursum si quod omnia sequitur, genus vel differentiam dixit. 81

Septuagesimus .i declaratio

Plura enim sunt quæ omnia sequuntur. vt ens & vnum, eorum sunt quæ omnia sequuntur. Si igitur ens genus assignauerimus: manifestum quoniam omnium erit genus. eo quod prædicatur de eis. de nullo enim genus quam de speciebus prædicatur, quare & vnum species erit entis. accidit ergo de omnibus de quibus genus prædicatur: & speciem prædicari. eo quod ens & vnum de omnibus simpliciter prædicantur: oportet autem de paucioribus speciem prædicari. Si autem quod omnia sequitur, differentiam dixit: perspicuum quoniã de æqualibus vel de pluribus differentia quam genus dicetur. Nam si & genus omnia sequitur, de æqualibus. sin vero non omnia sequatur genus: de pluribus differentia dicetur quam ipsum genus. 82

Septuagesimus .ij. declaratio

Amplius si in subiecta specie est: quod assignatum genus dicitur.
Vt album in niue. quare manifestum quoniam nõ erit genus, de subiecta enim specie solum genus dicitur. 83
Considerandum autem etiam est si non vniuocum sit genus speciei. Nam de omnibus speciebus vniuoce genus prædicatur. 84

Septuagesimus .iij. declaratio.

Septuagesimus .iiij.

Amplius quando existente & speciei & generi contrario si quod melius contrariorum est, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquum in reliquo esse: eo quod contraria in contrarijs generibus, quare quod deterius in meliori erit, at videtur melioris: & genus melius esse. Et si eodem similiter ad vtraque se habẽte, in peiore & non in meliore genere ponit. Vt animam ipsum quod est agitationẽ aut agitatum. nam pari modo eadem statiua & agitatiua esse videtur. quare si melius statio: in hoc oportet genere ponere. Amplius ex magis & minus. 85

Septuagesimus. v declaratio

Septuagesimus.vi. declaratio

Septuagesimus. vij declaratio

Destruenti quidẽ si genus suscipit magis, species autem non suscipit, neque ipsa, neque quod ab ipsa dicitur. vt si virtus suscipit magis: & iustitia & iustus, dicitur enim iustus magis alter altero. si igitur assignatum quidem genus magis suscipit, species au- 86

tem non suscipit, neque ipsa, neque quod ab ipsa dicitur. non erit quidem assignatum
genus. ¶ Rursum quod magis videtur vel similiter, non est genus: manifestum Septuage
87 quoniam nec quod assignatum est. simus. viij
¶ Vtilis autem hic locus in talibus maxime: in quibus plura videntur de specie in declaratio
eo quod quid est prædicata. cum non determinatum est, neque promptum nobis est
dicere: quodnam eorum genus. vt de ira, tristitia, & opinio paruipendentiæ, in eo
quod quid est prædicari videntur. contristatur enim iratus, & opinatur paruipendi. Septuage
88 ¶ Eadem autem consideratio & in specie ad aliud comparanti. simus. ix.
¶ Nam si quod magis aut similiter videtur esse in assignato genere, non est in gene- declara
re: manifestum quod neque assignata omnino species erit in genere. interimenti igi tio
tur quemadmodum dictum est: vtendum. Astruenti vero siquidem suscipit magis
quod assignatum est genus & species: non vtilis locus. nihil enim prohibet vtrorum-
que suscipientium. non esse alterum alterius genus. nam bonum & album suscipit
magis: & neutrum neutrius genus. Octogesi
89 ¶ Generum autem & specierum ad seinuicem comparatio vtilis, vt si similiter hoc mus loc.
& hoc genus. si alterum genus, & alterum. similiter autem & si quod minus, & quod declara
magis. vt si continentiæ, magis potestas quam virtus genus: virtus autem genus, & tio
potestas. Eadem autem & de specie conuenit dici. nam si similiter hoc & hoc pro-
positi species: si alterum species, & reliquum. & si quod minus videtur, species est, & Octogesi-
quod magis. Amplius ad construendum, si de quibus assignatum est genus in eo mus. i.
quod quid est prædicatur, cum non sit vna assignata species, sed plures & differentes. declaratio
Nam manifestum quoniam erit genus. Octogesi
90 ¶ Si autem in assignato species est: considerandum & si de alijs speciebus genus in eo mus. ij.
91 quod quid est prædicatur. ¶ Nam rursus accidet de pluribus & differentibus idē declaratio Octogesi
92 prædicari. ¶ Quoniam autem videtur in quibusdam & differētia in eo quod quid mus. iij
est de speciebus prædicari: separandum est genus & differentia vtenti ijs quæ dicen- Octogesi
tur elementis. primum quidem quoniam genus de pluribus dicitur quam differentia. mus. iiij.
93 ¶ Deinde quoniam secundum eius (quod quid est) assignationem: magis conuenit
genus, quam differentiam dicere. ¶ Nam qui animal dicit hominem: magis indi- Octogesi
cat quid est homo, quam qui gressibile. mus. v
94 ¶ Et quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat: genus autem declaratio
differentiæ non. ¶ Nam qui dicit gressibile: quiddam animal dicit. qui vero animal di
cit: non dicit quale quiddam gressibile. differentia in genere sic separanda. ¶ Quoniā Octoge-
autem videtur musicum quia musicum est: sciens esse, & musica scientia quædam est: simus. vi.
& si ambulans eo quod ambulat mouetur, ambulatio motus quidem est: consideran- declara
dum in quo genere vult quippiam construere secundum dictum modum. ¶ Vt si sci- tio
95 entiam ipsum quod est fidem: si sciens quatenus scit, fidit. manifestum enim quoniam
scientia fides quædam erit. eodem autem modo & in alijs huiusmodi. Octoge
¶ Amplius quoniam quod sequitur aliqui semper & non conuertitur: difficile est se- simus. vij
96 parare quod nō sit genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc nō omne, declaratio
¶ Vt tranquillitatem quies, & numerum diuisibile: econuerso autem non. nam diui-
sibile non omne, numerus: neque quies omnis, tranquillitas. ipso quidem est vtendū
vt genere quod est semper consequens: cum non conuertatur alterum. cum autem al-
terum se extendit non in omnibus obsequendum.
97 ¶ Instantia autem huius quoniam non ens sequitur omne quod fit (nam quod fit nō
est) & non conuertitur (non enim omne quod est: fit) attamen non est genus non ens,
eius quod fit. simpliciter enim non sunt non entis species. De genere igitur quemad-
modum dictum est: transeundum.

¶QVARTI TOPICORVM ARISTOTELIS FINIS.

QVINTI Topicorum primi capitis ſcholia.de proprio loci quinque. Nomine proprij de quo præcipuus hic ſermo: catagraphen, deſcriptionemque intelligimus. quæ cum termino, diffinitioneve conuenit: tum quod vtraque oratio eſt, tum quod vtraque notum faciendi gratia, denique vtraque remeat. Differt autem quod hæc ex ijs ſolis quæ eſſentiam concernunt coaleſcit. illa vero nonnihil accipit quod eſſentiam minime concernit. Et cum triplex ſit propirum: per ſe & ſemper, & aliud, & aliquando: proprium aliquando ex numero. v. repudiat Id autem quod ad aliud eſt, & per ſe & ſemper, acceperat: & maxime quod per ſe & ſemper, quod idem bona accommodataque deſcriptio ſit. 1. Gymnaſium eſt locus exercitationis alicuius, vt rei literariæ ludus. 3. Tertius locus continet diffinitiones & declarationes primi loci. Quoniam illa quidem in pluribus, virtutum quædam in iraſcibili, quædam in concupiſcibili, & quædam in rationali. Diſciplina autem omnis in rationali aut potius in parte contemplatrice, vtpote quæ ſit virtus intellectiua, ſed hæc ex alijs locis ſunt agnoſcenda. 5. Propriorum autem ea maxime logica ſunt. logica ad differendum accommodata & ad hanc præſertim diſciplinam. Orationes quæ λογοι hoc in loco ſunt diſcepationes, diſſertationeſque atque dialecticæ diſputationes.

❡Quinti Topicorum Ariſtotelis de modis proprij. Cap. I

Primus locus declaratio Platonicũ

Secundus declaratio

VTrum autem proprium an non proprium eſt quod dictum eſt: 1
per hæc conſiderandum. ❡Aſſignatur autem proprium aut
per ſe & ſemper, aut ad aliud, aut ad aliquando. per ſe quidem vt
hominis, animal manſuetum natura. Ad aliud autem: vt animę
ad corpus quoniam illa quidem imperare nata: hoc autem parere. ſemper autem: vt dei, animal immortale. aliquando vero
vt alicuius hominis ambulare in gymnaſio. 2
❡Sũt autem proprij quod ad ad alterum aſſignatũ eſt: aut duo problemata, aut quatuor. Nam ſi de hoc quidem aſſignatum quippiam fuerit, de illo vero negatum idipſum: duo duntaxat problemata fiunt. quemadmodum hominis ad equum proprium eſt quod bipes eſt. nam & quod homo non bipes eſt argumentabitur quiſpiam, & quod equus bipes. vtrinque autem remouetur proprium. Si autem de vtroque vtrunque aſſignatum fuerit: & de vtroque negatum: quatuor problemata erunt. vt hominis proprium ad equum: quod ille quidem bipes, hic autem quadrupes eſt. nam & quod homo non bipes eſt, & quod eſſe quadrupes natus eſt, argumentari eſt. & quod equus bipes, & quod non quadrupes, poſſibile eſt argumentari. quolibet igitur modo oſtenſo interimitur quod propoſitum eſt: 3

Tertius.

❡Eſt autem per ſe quidem proprium quod ad omnia aſſignatur, & ab omni ſeparat (quemadmodum hominis animal mortale diſciplinæ ſuſceptiuum) ad aliud autem, quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat (vt virtutis ad diſciplinam: quoniam illa quidem in pluribus: hæc in rationali ſolo, & in habentibus rationem nata eſt fieri (ſemper autem quod ſecundum omne tempus verificatur, & nunquam reliquitur (quemadmodum animalis ex anima & corpore compoſitum eſſe) aliquando vero, quod ſecundum aliquod tempus verificatur, & non ex neceſſitate ſemper conſequitur, vt alicuius hominis, ambulare in foro. 4

Quartus declara.

❡Eſt autem ad alterum proprium aſſignare. differentiã dicere, aut in omnibus & ſemper, aut multum & in plurimis. ❡Et in omnibus quidem & ſemper quemadmodum hominis proprium ad equum quoniam bipes. nam homo quidem & omnis & ſemper eſt bipes, equus autem nullus eſt bipes, & nunquam. vt multum autem & in plurimis, quemadmodum rationalis proprium principare ad concupiſcibile, & iraſcibile, eo quod illud quidem imperat; hæc autem parent. tũ neq; rationale ſemper imperat, ſed quandoque illi imperatur. neque concupiſcibili & iraſcibili ſemper imperatur, ſed imperant quandoque cum fuerit hominis anima flagitioſa.

Quintus declaratio

❡Propriorum autem ea
maxime logica ſunt: quæ per ſe, & ſemper, & quæ ad aliud. ❡Nam eius quod ad ali 5
ud eſt proprium, plura problemata ſunt, quemadmodum diximus & prius. nam aut

duo,aut quatuor ex necessitate fiunt problemata.plures aūt rationes fiūt ad hæc,quod autem per se est & semper: ad multa est argumentari:& ad plura tempora obseruare: quod per se quidem ad multa.nam ad vnum quodque eorū quæ sunt:vtpote cui oportet inesse proprium.quare si non ab omni separat: non erit bene assignatum propriū: quod autem semper,ad plura tempora est obseruare,& siue non inest,siue non infuerit,siue non inerit,non erit proprium. Quod vero aliquando,ad illud(quod nunc dicitur)tempus consideramus.non igitur sunt rationes ad ipsum plures.logicum autem est problema:ad quod rationes sunt, & crebræ quidem & bonæ. Ad aliud igitur proprium dictum.ex ijs quæ sunt de accidente locis inspiciendum,si huic quidem accidit; illi vero non.De ijs autem quæ semper,& quæ per se:per hæc considerandum.

SEcūdi capitis scholia.de proprio atque descriptione loci alij duodetriginta. 9. Secundum vtrunque modum,scilicet quod re sit notius, & quod sit notius inesse. Secūdum hoc quoties apponitur particula hæc κατα τυτο,hoc est secundum hoc,tantum intelligi volumus ac si ita diceretur quo ad hoc,neque oportet omnino proprium adhuc esse, nisi cætera affuerint, quæ bono desiderantur inesse proprio. Cum em̄ simpliciter locus construit, omnino construit: nihilque illi vlla ex parte mancum atque deficiens. 10. Quando in dissidente quispiam conficiet syllogismum; quando in ea significatione quæ proposito discordat quispiam syllogismum, ratiocinationemque efficiet. 14. Si quis assumat orationes pro nominibus: orationes, diffinitiones, descriptionesve. .27. Qui dixit cuiusdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, sicut singulorum non proprie sunt termini aut diffinitiones sic neque propria, ac descriptiones.sunt enim vtraque vniuersalium.quare ambulare nūc aliquo,non proprie intelligas cuiusdam hominis proprium, sed quo ad hoc quod determinatio,diffinitioque facta est non esse perperam assignatum proprium.

De locis proprij. Cap.II.

6 PRimum quidem an nō bene assignatum est proprium an bene.
Eius autem quod est non bene aut bene,est vnum quidem si Sextus locus
non per notiora:aut per notiora positum proprium. destruenti
7 quidem:si non per notiora.at construenti,si per notiora. Eius declaratio
autem quod non per notiora est,hoc quidem si omnino ignotius positum est proprium quod assignauit, illo cuius proprium Septimus
dixit. Nō enim erit bene positum proprium.nam propter no declara
titiam proprium facimus.discendi enim causa,& proprium & diftio.
finitiones facimus.per notiora igitur accipiendum,sic enim magis erit sufficienter co
gnoscere,vt puta qui ponit ignis proprium esse similimum animę:ignotiore quam ig
8 nis vtitur:anima.magis enim scimus quid est ignis:quam quid anima.non igitur erit
bene positum proprium ignis:similimum animæ. Aliud autem:si nō notius est hoc
huic inesse. Oportet enim non solum notius esse re:sed & huic inesse, notius esse. Octauus
nam qui non scit si huic inest neque si illi soli inest cognoscit,quare cum quoduis ho declaratio
rum acciderit:obscurum fit proprium, vt quia qui ponit ignis proprium in quo pri
mo anima nata est esse. ignotiore vtitur quam sit ignis.eo quod ignotius est, si in hoc
est anima,& si in hoc primo est.non erit itaque bene positum proprium ignis: in quo
primo anima nata est esse. Construenti autem:si per notiora positum est proprium
9 & si per notiora secundum vtrumque modum. Erit enim bene secundum hoc posi Nonus
tum proprium.nam constructiuorum locorum eius quod bene,alij quidem secundū declara
hoc solum:alij autem simpliciter monstrabunt quod bene. vt quia qui dixit animalis tio
proprium sensum habere:per notiora,& notius assignauit proprium secundum vtrū
que modum.quare erit bene assignatum secundum hoc,animalis proprium, sensum
10 habere. Deinde destruenti quidem si quod nominum quæ in proprio sunt assigna Decimus
ta,multipliciter dicitur,vel etiam tota oratio plura significat. Non enim erit bene declara
positum proprium. vt quoniam sentire multa significat vnum quidem sensum habe tio

re,alterum autem sensu vti, non erit animalis proprium bene positum quod natum
est sentire.quapropter non vtendum est.neque nomine qud multipliciter dicitur, ne-
que oratione quæ plura significet. quia quod multipliciter dicitur, obscurum facit
quod dictum est. dubitante eo qui debet argumentari: quodnam dicit eorum quæ
multipliciter dicitur. nam proprium discendi gratia assignatur. Amplius autem ad
Vndeci- hoc necessarium est redargutionem aliquam fieri cum sic assignant proprium, quan
mus do in dissidente quispiam conficiet syllogismum, de eo quod multipliciter dicitur.
declara ¶Construenti autem: si non plura significat, neque nominum quippiam, neque to 11
tio ta oratio. ¶Erit enim secundum hoc bene positum proprium. vt quia neque cor-
pus plura significat, neque mobilissimum in superiorem locum, neque totum quod
ex his compositum est, erit bene positum secundum hoc ignis proprium. corpus
duodeci- mobilissimum in superiorem locum.
mus ¶Deinde destruenti quidem, si multipliciter dicitur illud cuius proprium assignatur,
declara non determinatur autem cuius eorum ponatur proprium. 12
tio ¶Non enim bene erit assignatum proprium, ob quas autem causas non immanife
stum est ex ijs quæ prius dicta sunt. nam eadem accidere necessarium est. vt quia sci-
re hoc, plura significat. vnum enim scientiam habere hoc, alterum autem scientia vti
hoc, aliud vero scientiam esse huius, aliud autem scientia vti huius: non erit eius quod
est scire hoc, bene assignatum proprium vllum, non determinato cuius horum po-
nitur proprium. Construenti vero si non dicitur multipliciter hoc cuius proprium 13
Decimus ponitur: sed est vnum & simplex. ¶Erit enim bene positum secundum hoc pro-
tertius prium, vt quia homo simpliciter dicitur, erit bene positum secundum hoc hominis
declaratio proprium, animal mansuetum natura.
decimus ¶Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio (sæpe enim
quartus latent hoc facientes & proprijs, quemadmodum & in terminis) non erit bene positum 14
declaratio quod hoc sustinet, proprium.
¶Conturbat enim audientem, quod frequenter dicitur, obscurum igitur necessari-
um est fieri & præter id nugari videntur. Eueniet autem frequenter idem dicere duo-
bus modis. vno quidem quando nominauerit frequenter idem. vt si quis proprium as-
signet ignis corpus tenuissimum corporum. hic enim frequenter dixit corpus. secun-
do autem si quis assumat orationes pro nominibus, vt si quis reddat terræ propri-
um substantiam quæ maxime corporum secundum naturam fertur in inferiorem lo-
cum, deinde assumat pro corporibus: huiusmodi substantias. vnum enim & idem
est corpus, & huiusmodi substantia. erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta:
decimus quare neutrum erit bene positum proprium.
quintus. ¶Construenti vero, si nullo vtitur frequenter nomine eodem. ¶Erit enim secundũ 15
declaratio hoc bene assignatum proprium, vt quia qui dixit hominis proprium animal discipli-
decimus næ susceptiuum: non vsus est frequenter eodem nomine: erit vtique secũdum hoc be-
sextus ne assignatum hominis proprium. ¶Deinde destruenti quidem si tale aliquid assigna 16
declaratio uit in proprio nomen quod omnibus insit. ¶Inutile enĩ erit quod non separat ab ali
quo. quod autẽ in proprijs dicitur separare oportet, quemadmodũ & quæ in terminis,
non igitur erit bene positum proprium, vt quia qui posuit scientiæ proprium opinio
decimus nem indissuasibilem a ratione, vnum existens, tali aliquo vsus est in proprio (vno in-
septimus quam) quod omnibus inest: non erit vtique bene positum scientiæ proprium.
declaratio ¶Astruenti autem si nullo vsus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene
positum secundũ hoc proprium. ¶Vt quia qui dixit animalis proprium animã habe 17
re, nullo vsus est cõmuni, erit secundum hoc bene positum propriũ animalis animã
decimus habere. ¶Deinde destruenti quidem si prura propria assignat eiusdem non determi-
octauus nans quod plura ponit. ¶Non enĩ erit bene positũ proprium. nam quemadmodum
declara nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat substantiam) orationem adiungere 18
tio. quippiam plusculum: sic nec in proprijs præter eam (quæ facit proprium quod di-
ctum est) orationẽ quicquam coassignandum. inutile enim fit eiusmodi. vt quia qui di
xit proprium ignis, tenuissimum & leuissimum, plura assignauit propria (vtrunque

enim de ſolo igne verum eſt dicere) non erit bene poſitum proprium ignis , corpus Decimus
ſubtiliſſimum & leuiſſimum . ¶ Aſtruenti vero ſi non plura eiuſdem propria aſſi- nonus
19 gnauit, ſed vnum . ¶ Erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium, vt quia qui declaratio
dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram diducitur , vnum aſſignauit Viceſim'
proprium & non plura: erit ſecundum hoc bene poſitum humidi proprium .
¶ Deinde deſtruenti quidem ſi eodem vſus eſt cuius proprium aſſignauit. aut eorum
20 quæ ſunt illius aliquo. ¶ Non enim erit bene poſitum proprium. nam diſcendi gra-
ria aſſignatur proprium, idem autem: eidem ſimiliter ignotum eſt. id autem quod ali-
quid eorum eſt quæ ſunt eius poſterius. non igitur eſt notius. quare non fit vt per hoc
quiſquam magis quippiam diſcat. vt quia qui dixit animalis proprium ſubſtãtiam cu- Viceſim'
ius ſpecies eſt homo, aliquo vſus eſt eorum quæ ſunt animalis: non erit bene poſitum primus
21 proprium. ¶ Conſtruenti autem ſi neque eodem neque eorum quæ ſunt ipſius ali declara
quo vtitur. Erit enim bene ſecundum hoc poſitum proprium . vt quia qui poſuit ani- tio
malis proprium ex anima & ex corpore compoſitum eſſe, neque eorum quæ ſunt ip
ſius aliquo vſus eſt : erit vtique bene ſecundum hoc aſſignatum animalis proprium.
Eodem autem modo & in alijs conſiderandum eſt , quænam non faciunt , aut faciunt
22 notius . Deſtruenti quidem ſi aliquo vſus eſt , aut oppoſito , aut omnino ſimul na-
tura, aut poſteriore aliquo . Viceſim'
¶ Non enim erit bene poſitum proprium . nam oppoſitum ſimul natura . quod au- ſecundus
tem ſimul natura : & poſterius, non efficit notius . vt quia qui dixit boni proprium , declara
quod malo maxime opponitur, oppoſito eſt vſus boni non erit profecto bene aſſigna tio
23 tum boni proprium. ¶ Conſtruenti autem ſi nullo vſus eſt: neque oppoſito, neque Viceſim'
omnino ſimul natura : neque poſteriore. Erit enim ſecundum hoc bene aſſignatum tertius
proprium. vt quia qui poſuit diſciplinæ proprium opinionem maxime facientem fi- declara
dem , nullo vſus eſt neque oppoſito , neque omnino ſimul natura , neque poſteriore, tio
erit ſecundum hoc bene poſitum diſciplinæ proprium.
24 ¶ Deinde deſtruenti quidem: ſi non quod ſemper ſequitur proprium aſſignauit , ſed Viceſim'
id quod fit quandoque non proprium. quartus
¶ Non enim erit bene pronunciatum proprium. nam neque in quo deprehendimus declara
ineſſe ipſum, de hoc & nomem ex neceſſitate verificatur. neque in quo deprehenditur tio
non ineſſe: de hoc ex neceſſitate non dicetur nomen , quare non erit bene poſitum
proprium. Amplius autem ad hæc, neque quando quiſquam aſſignauerit proprium:
erit manifeſtum ſi ineſt. ſiquidem tale eſt: vt quod ipſum relinquere poſſit. non igitur
erit clarum eſſe proprium. vt quia qui poſuit animalis proprium moueri quandoque,
vel ſtare tale aſſignauit proprium quod fit quandoque non proprium , nequaquam
erit bene poſitum proprium . Viceſim'
25 ¶ Aſtruenti vero ſi quod ex neceſſitate ſemper eſt, proprium aſſignauit. Erit enim be quintus .
ne poſitum ſecundum hoc proprium. vt quia qui poſuit virtutis proprium quod ha- declara
bentem facit ſtudioſum, quod ſemper ſequitur , proprium aſſignauit : erit : vtique ſe- tio
cundum hoc bene aſſignatum virtutis proprium . Viceſim'
26 ¶ Deinde deſtruenti quidem ſi quod nunc proprium eſt aſſignans : non determina- ſextus
uerit quod nunc proprium aſſignat . Non enim erit bene poſitum proprium . pri- declara
mum quidem. quia quod præter conſuetudinem fit omne , ſemper determinatione in tio
diget. ſolent autem vt plurimum omnes, quod ſemper ſequitur , proprium aſsignare. Viceſim'
Secundo autem quia immanifeſtus eſt qui non determinauerit: ſi quod nunc eſt pro- ſeptimus
prium voluerit ponere. non igitur danda eſt obiurgationis occaſio. vt quia qui poſuit declara
alicuius hominis proprium ſedere cum aliquo homine : quod nunc proprium eſt po- tio
ſuit: non bene proprium aſsignabit ſi non determinans dixerit quod nunc.
¶ Conſtruenti autẽ, ſi nunc proprium aſsignans determinando poſuit, quod nũc pro
prium poſuerit. Erit enĩ bene poſitum ſecundum hoc proprium. vt quia qui dixit cu-
iuſdam hominis propriũ ambulare nunc alicubi: diſtinguens poſuit hoc: bene erit poſi Vice
tum proprium. ¶ Deinde deſtruenti quidem ſi tale aſsignauit proprium, ꝙ manifeſtũ octau
non eſt aliter ineſse quam ſenſu. ¶ Non enim erit bene poſitum proprium . nam declara
omne ſenſibile extra ſenſum factum: immanifeſtum eſt , latens enim eſt ſi adhuc ineſt tio

eo quod ſenſu ſolum cognoſcitur. erit autem verum hoc in ijs quæ non ex neceſſitate ſemper conſequuntur. vt quia qui poſuit ſolis proprium, aſtrum quod fertur ſuper terram lucidiſſimum, tali vſus eſt in proprio (ſuper terram inquam ferri) quod ſenſu cognoſcitur: non vtique erit bene ſolis aſſignatum proprium immanifeſtũ enim erit cum occidet ſol, ſi adhuc feratur ſuper terram: eo quod nos tunc deſeruimus ſenſum. ¶ Conſtruenti vero ſi tale aſſignauit proprium, quod non ſenſu eſt manifeſtum: aut 29
cum ſit ſenſibile: ex neceſſitate ineſſe manifeſtum eſt.

Vicesim⁹ nonus Declaratio ¶ Erit enim ſecũdum hoc bene poſitum proprium, vt quia qui poſuit ſuperficiei proprium quod primum coloratum eſt ſenſibili quidem aliquo vſus eſt (coloratum eſſe inquam) tali quidem quod manifeſtũ eſt ineſſe ſemper: erit ſecũdum hoc bene aſsigna-
tum ſuperficiei proprium. ¶ Deinde deſtruenti quidem ſi terminum vt proprium aſſi- 30
gnauit. ¶ Non enim erit bene poſitum proprium. nam non oportet indicare quod

Tricesim⁹ declaratio quid eſt eſſe, proprium. vt quia qui dixit hominis proprium animal greſſibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificans aſſignauit hominis proprium. non vtique erit hoc hominis proprium bene aſſignatum. ¶ Conſtruenti autem ſi quod conuerſim quidem 31
prædicatur aſſignauit proprium, non autem quod quid eſt eſse indicans:

Tricesim⁹ primus. Declaratio ¶ Erit enim ſecundum hoc bene aſſignatum proprium. vt quia qui poſuit hominis proprium animal manſuetum natura, quod conuerſim quidem prædicatur aſsignauit proprium. non quod quid eſt eſse quidem indicans: erit ſecundum hoc bene aſsignatum proprium hominis. ¶ Deinde deſtruenti quidem ſi non quippiam in quid eſt 32
Tricesim⁹ secundus, Declaratio ponens, aſsignauit proprium. Oportet enim in proprijs quemadmodum in terminis primum aſsignari genus: deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare. quare quod non hoc modo poſitum eſt proprium: non erit bene aſsignatum. vt quia qui dixit animalis proprium animam habere, non poſuit quicquam in quo vt in quid, eſt animal, non erit bene poſitum animalis proprium. ¶ Conſtruenti vero ſi quis quippi-
am quod in quid eſt ponens eius cuius proprium aſsignauit, reliqua adiungit. 33

Tricesimus tertius declaratio. ¶ Erit enim ſecundum hoc bene aſsignatum proprium. vt quia qui poſuit hominis proprium animal diſciplinæ ſuſceptibile, quippiam quod in quid eſt ponens, aſsignauit proprium, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium hominis. ¶ Vtrum igitur bene an non bene aſsignetur proprium: per hæc inſpiciendum.

Ertij capitis ſcholia. De proprio loci alij vig inti. Cauillus vnus & dilutio. 34. Vt ſi nulli ineſt, aut ſi non de hoc quidem verificatur, proprium non ſimpliciter ſingulorum proprium eſſe debet, ſed ſecundum id cuius proprium aſſignatur. vt animal ſuſceptiuũ diſciplinæ proprium eſt hominis ſed non Socratis & Platonis ſimpliciter, tametſi illis inſit: ſed ſecundũ ꝙ Socrates eſt homo & ꝙ Plato eſt homo illis proprium eſt. hoc eſt ſecundũ id cuius propriũ aſſignatum eſt. Non verificatur indeceptilẽ eſſe ab oratione: ab oratione, ab aliqua falſa ratiocinatione & paralogiſmo. 37. Si non de quo nomen & oratio. Nam ſubiectum eſt homo. Oratio, proprium, deſcriptiove. vt animal ſuſceptiuum diſciplinæ. & de quo nomen & oratio, & de quo oratio & nomen prædicantur, quando illa ęqua & recurrẽtia ſunt quod in proprio & κατηγορεῖν neceſſarium eſt. 36. Deinde deſtruẽti quidem. xxxvi. & xxxvij reſumuntur in numeris, quia Ariſtoteles illa replicat in litera, latius ea ſecundo explicans. Nã ij duo poſtremi loci a duobus præcedentibus id ſolum differre videntur, quod hi ſunt declarati, illi vero non erant ſed nudi apponebantur. Vt quia animal quidem diſciplinæ ſuſceptiuum verificatur de deo. exemplum hoc Platonicorum non ſuũ eſt, vt in pleriſq; alijs locis. 37. Erit animam habere animalis propriũ. manifeſtius id fuerit ſi corpus aĩam habens poſuerimus. nã particulã quæ in quid prędicatur, ſuppreſſit, quã ex. xxxij. loco adeſſe oportet, ſed facile erat eã intelligere. expetit eñ ſuorum dictorũ rectã intelligentiam potius quam futilem quandam & inanem contentionem. nam per rectam intellegentiam omnis diſciplina legitimo calle comparatur, per obliquam aũt contentionem omnis funditus deperit ac euertitur, ꝙ noſtra tempeſtate nimium venit delugendum. nam non quod intelligentia poſcit, nunc curæ eſt. quæ vbi etiam aſſit, non illa abeunt contenti: quod maxime oportebat veritatis ſtudioſos. ſed importuna nequicquam contentione ſine fruge, ſine vllo vſu atteritur tẽpus, ipſa horrens refugit veritas tãquam Gorgone conſpecta, & cum corrixando & inſulſe (perſtrepentibus locis) altercando (pa

ce eorum dixerim,(si pax ab illis petenda,qui toto sunt eliminandi solo) meliores deperetũt anni procul abeunte veritate,sola subtilissima & minutissima quæque remanent nec ab re id dixisse videtur Macrobius,nimiũ altercando veritas admittitur. 39. Terræ proprium corpus grauissimum specie,tametsi enim terra,terra esset grauior,& ignis igne leuior, nihil tamen alterius speciei,terra grauius est,idcirco adiungitur grauissimum specie. 40. Species participãt genere & differentias & ea sola quæ earum substantiam essentiamque indicãt. 42. Posterius vel prius quam idipsum nomen quam id cuius est proprium. Nõ enim erit aut nunq̃ aut non semper. auxesis negationum,perinde ac si simplici negatiõe dicamus aut nunquã erit propriũ aut non semper. 43. Qua quatenus, qua ratione secundũ quod. XLV. Quod positum est non esse proprium,id euenit cum quippiã positum est non esse proprium,& ex loco colligitur esse proprium & tripartita dicitur anima ꝙ tres appetẽdi vires habeat,irascibilem,concupiscibilẽ & rationalem.Eadem specie species eiusdem generis appellat hoc in loco. & proprium idem specie siue propria eadem specie: quæ eiusdem generis differentias continent proprias,non aũt maxime proprias,& substantiales. XLVII Hic autem locus falsus est,hic locus deficit,patiturq̃ instãtiam atque exceptionem. XLVIII. Quoniam autem idem,& diuersum. annotatio est loci cauilli,ingenue eñ fatemur id proprium ꝙ alicui inest,cuiquidẽ quippiam accidit, illi cõpositio ex subiecto & accidẽte inesse. vt animal susceptiuũ disciplinæ inest hoĩ,cui accidit esse albo,quare & animal susceptiuũ disciplinę inerit homini albo, verũ nõ idcirco cõcesserim propriũ esse homini albo,sed homini.,nisi forte secundũ alterum,& quatenus hõ albus , homo est , diceretur eius propriũ,& non simpliciter:vt in scholio.xxxiiij.loci dictũ est. Sed ex hoc cauillantur primum sophistę ꝙ proprium non soli ei conueniat:cuius est ꝓprium.nam aliud, inquiunt,diuersumq́ est subiectum secundũ se sumptum,& id quod ex subiecto & accidẽte cõflatur,vt aliud diuersumq́ hõ & homo albus. atqui concedis propriũ ꝙ subiecto conuenit,conuenire cõposito ex subiecto & accidente,non igitur soli subiecto,sed & aliĳ quoq́ inerit. Id diluit qm̃ subiectum cũ accidente (vt homo,& hõ albus)re ipsa sunt idẽ,tametsi ratione diuersum atq́ alterũ proprium aũt soli illi conuenire,cuius est propriũ & non alteri,id sane intelligendũ,non alteri re ipsa.nam alteri secundum esse:ratioueq́,conuenire:nihil incõmodi est. Secundo cauillantur aliud diuersumq́ est habitus,& habens habitum atqui idẽ est proprium & habitus & habẽtis habitum,vt indissuasibile a ratione propriũ scientiæ & proprium sciẽtis.non igitur proprium soli conuenit Dilutio.Habitus est habens habitũ re ipsa aliud est.& id imus inficias, vtriusque idem esse proprium neque id indissuasibile esse a ratione esse admittimus vtriusque proprium:tametsi etiam admitteretur scientia esse indissuabilis a ratione,& id, inquam,indissuasibilis a ratione eius esse ꝓpriũ indissuasibile eñ & indissuasibilis casu , terminationeque differunt,& cum dicitur scientia indissuabilis: intelligitur habitus,aut quippiam huiusmodi quod pro sola affectione teneatur.sed indissuabile tam pro affectione q̃ pro eo quod afficitur accipi posse videtur.quare indissuasibile esse a ratione,non tam proprium,aut scientiæ aut scientis fuerit quã vtrisq́ commune.& quo ad hoc,omnino de diuersis instantia esset . si idem simpliciter admitteretur vtriusque(habitus videlicet & habentis habitum)esse proprium.Quod secũdum habitum dicitur,habens habitum quodque ab habitu affectum est.Erit scientiæ proprium indissuasibile a ratione Socrates & veteres. Academici senserunt virtutes esse sciẽtias quasdam,& vitæ magistrum:quas qui indissuasibiles essent a ratione:& quid recta.ex quorum verbis id affertur,scientiæ proprium esse indissuasibile esse a ratione.Sed forte forma secundi cauilli subobscurior videri possit.quare possit hoc pacto dilucidior reddi,aliud,diuersumque est habitus quod secundum habitũ dicitur,quodque habitum habet .non igitur proprium soli cõuenit.nam id proprium quod habitui inest: inerit & ei quod habet habitum , & quod ei quod habitum habet inest:inerit & habitui , alioqui quia sciens secundum scientiam affici dicitur, non erit scientiæ proprium indissuasibile esse a ratione(nam & scientis proprium est indissuasibile esse a ratione) quod sane falsum est.propriũ itaque non ei soli conuenit , cuius est propriũ. Casus finales dictionũ terminationes. XLIX. Hic,& in sequẽtibus promiscue de proprio simplice & incomplexo,& composito ac cõplexo agere videtur. habito eñ simplice(adiecta substantiæ particula)facile compositum habere valeamus proprium. Vt quia qui dicit hominis proprium bipes,adiecto animali sensibili proprium compositum,hominis credidit Plato. vbi bipes non quod natura inest ex suo modo significat , sed magis suo modo significare videtur quod semper inest. L. Hoc modo significat,id est quod natura inest,vt susceptiuũ disciplinæ quod natũ est,taleque hñs naturam,vt suscipiat disciplinã. LI. Labor est assignare taliũ proprium.labor quidẽ est illis præcipue,qui particulas quas oportet exprimere non exprimunt. vt aut primum,aut natura,aut specie,aut omnino, aut secundum aliud,aut vt aliquid habẽs, aut vt participans,aut aliquid huiusmodi:veluti ex sequenti loco dignoscere possis. vt superficiẽ,eam esse quantitatẽ,quæ primum colorata est, corpus autem quod non primum sed subinde coloratum,ignẽ esse: qui suapte natura calidissimus est.& aquã,quę illo mõ frigidissima est

Macrobi in Satur.

alloqui si non expresserimus, non facile diffugiemus propriũ nõ solũ ei conuenire cuius assignatũ fuerit ꝓpriũ. Quare nõ de quo oratio & nomen verificabitur. Nã si id poneretur superficiei proprium, cum oratio etiam verificaretur de corpore, non autem superficies (non em̃ corpus superficies est), ꝓculdubio nõ de quo oratio, nomẽ verificabitur. quod tñ per .xxxvij. locũ hui⁹ oportet. si bene assignatũ fuerit ꝓpriũ LIII. Nã diuersum est carbo & flãma & lux specie. carbo crassissimus impurissimusque ignis. lux, ignis subtilissim⁹, purissimusque flãma carbonis luciſq; media, crassa si ad lucem spectes, subtilis si ad carbonẽ carbo terræ aligneaq; & corpulẽta materies incẽsa, lux vt ætheri cõuius, atiguusq; ignis, & vt habet Nasonis poema.

Ignea conuexi uis & sine pondere celi
Emiscuit, summaque locum sibi legit in arce.

Flammaut qualis qui videtur (lichnis accensis) fumus ardens. Quofit vt lux homonimũ sit nũc substantiam nunc qualitatem significans. sol enim lucidus a luce quæ qualitas est dicitur hoc autem in loco, lux pro substancia, & vt substantiale nomẽ est perinde vt homo atq; equus accipitur. LIIII. Si autem non erit de quo oratio magis & nomen magis, nomen ignis nõ magis dicitur de luce, flamma, carbone sed simpliciter, subtile autem magis dicitur.

ℂ De proprio Icci alij.

Verum vero proprium est omnino quod dictum est, an nõ propri
um ex his considerandum. Nam simpliciter construentes propri 34
um quod bene positum est: loci ijdem erunt ijs qui proprium om
nino faciunt. in illis igitur dicentur. ℂ Primum ergo destruenti
quidem inspiciendum ad vnumquodque eorum cuius propriũ
assignauit. ℂ Vt si nulli inest, aut si non de hoc quidem verifica- 35
tricesim⁹ quartus declaratio
tur. aut si non est proprium cuiusque eorum secundum illud cu-
ius proprium assignauit. non enim erit proprium, quod positum
est esse proprium. vt quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab oratiõe 36
(nam decipitur geometer cum pseudographiam facit) non erit hoc scientis proprium 37
non decipi ab oratione. ℂ Construenti autem si de omni verificatur: & qua de hoc ve-
tricesim⁹ quintus declaratio.
rificatur. ℂ Erit enim proprium: quod positmm est esse proprium. vt quia animal dis
ciplinæ susceptiuum de omni homine verificatur & qua homo, erit hominis proprium 38
animal disciplinæ susceptiuum. ℂ Est autem locus hic destruenti quidẽ, si non de quo
nomen & oratio. verificatur & si non de quo oratio & nomen prædicatur. ℂ Constru
enti autem si de quo nomen & oratio, & si de quo oratio & nomẽ prædicatur. ℂ De
tricesim⁹ sextus declaratio
inde destruenti quidem: si non de quo oratio: & nomen verificatur. & si nõ de quo no
men: & oratio verificatur. ℂ Non enim erit proprium, quod positum est esse propri-
um. vt quia animal quidem disciplinæ susceptiuum verificatur de deo, homo autẽ non
Patronicũ tricesim⁹ septimus declaratio
prædicatur, non erit hominis proprium: animal disciplinæ susceptiuum. ℂ Construen
ti autem si de quo oratio & nomen prædicatur: & si de quo nomen & oratio prædica
tur. ℂ Erit em̃ propriũ: q; positum est esse propriũ. vt quia de quo animã habere veri
ficatur aĩal: & de quo animal, & aĩal, aĩam habere erit aĩam haberd animalis proprium 39
ℂ Deinde destruenti quidẽ si subiectũ, propriũ assignauit eius quod in subiecto esse
tricesim⁹ octauus declaratio.
dicitur. ℂ Non em̃ erit propriũ q; positum est esse propriũ, vt quia qui posuit propriũ
subtilissimi corporis, ignem, subiectũ assignauit prædicati propriũ, non erit ignis cor-
poris subtilissimi propriũ, propter hoc autẽ nõ erit subiectum, eius quod in subiecto
esse dicitur proprium, eo quod idem esset plurium & differentium esse specie, propri
Tricesim⁹ nonus declaratio
um. nam eidem plura quædam discrepantia specie insunt, de solo dicta quorum erit
omnium proprium quod subiectum est, si quis hunc in modũ ponat propriũ. ℂ Con
struenti vero, si quod in subiecto est assignauit proprium subiecti. ℂ Erit em̃ propriũ
Quadragesimus declaratio
quod positum est non esse proprium: siquidem de solo prædicatur (vt dictum est) pro-
prium: vt quia qui dixi terræ propriũ corpus grauissimũ specie subiecti assignauit pro
prium quod de sola dicitur re, & vt propriũ prædicatur, erit terræ propriũ recte posi-
tum. Deinde destruenti quidem si secundum participationem assignauit proprium.
Non enim erit proprium quod positum est esse proprium. nam quod secundum par- 40
ticipationem inest ad quod quid est esse conducit, erit autem huiusmodi differentia
quædã de aliqua specie dicta, vt quia qui dixit hoĩs proprium gressibile bipes: secun-
dum participationem assignauit proprium: non erit vtique proprium hominis gressi-

bile bipes. ¶Construenti autem si non secundum participationem assignauit
proprium nec quod quid est esse indicans, conuersum prædicata re. ¶Erit enim
41 proprium quod positum est esse proprium. vt quia qui posuit animalis proprium
quod natum est sentire. neque secundum participationem assignauit proprium, ne
que quod quid esse indicans, conuersim re prædicata: erit vtique quod sentire natum
est, animalis proprium. ¶Deinde destruenti quidem: si non contingit simul inesse
42 proprium, sed vel posterius vel prius quam idipsum nomen.
¶Non enim erit proprium quod positum est esse proprium aut nunquam aut non
semper. vt quoniam contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forum quã
quod homo: non erit ambulare per forum hominis proprium aut nunquam aut non
43 semper. ¶Construenti autem si simus ex necessitate semper inest, cum neque termi-
nus, neque differentia sit. ¶Erit enim proprium, quod positum est forsitan non,
esse proprium. vt quia animal disciplinæ susceptiuum, simul ex necessitate semper
est & id quod est homo, cum neque differentia sit, nec terminus, erit animal disciplinę
44 susceptiuum hominis proprium. ¶Deinde destruenti quidem, si eorundem quæ ea
dem sunt, non est idem proprium. ¶Non enim erit proprium, quod positum est es
se proprium, vt quia non est proprium prosequendi apparere quibusdam bonum,
neque eligendi fuerit vtique proprium apparere quibusdam bonum. idem enim est
45 prosequendum & eligendum. ¶Construenti si eiusdem quatenus idem est: idem
proprium. ¶Erit enim proprium quod positum est non esse proprium.
¶Vt quoniam hominis qua homo dicitur proprium tripartitam animam habere:
& terrigenæ quatenus terrigena est, erit proprium tripartitam animam habere.
¶Vtilis autem locus hic & in accidente. nam iisdem in eo quod eadem sunt: eadem
46 oportet inesse vel non inesse. ¶Deinde destruenti quidẽ si eorum quæ sunt eadem
specie: nõ idem semper specie proprium est. ¶Neque enim eius quod dictum est erit
proprium: quod positum est esse proprium, ut quia idem est specie homo & equus. nõ
semper autem equi est proprium stare a se, nec hominis erit proprium moueri a se.
Idem enim est specie moueri, & stare a se, quatenus vtrique eorum vt animal est, ac-
cidit. ¶Construenti vero si eorum quæ sunt eadem specie, specie idem semper spe-
cie sit proprium. ¶Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium vt quia
47 hominis est proprium esse gressibile bipes, & auis erit proprium esse volatile bipes.
vtrunque enim horum est idem quatenus illa quidem sub eodem sunt genere species,
cum sint sub animali, hæc autem vt generis differentiæ animalis. Hic autem locus fal-
sus est quando alterum quidem eorum quæ dicuntur vni alicui soli inest speciei, alte-
rum vero inest pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes.
48 ¶Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est sophisticẽ assu-
menti vnius assignare & solius alicuius proprium. nam quod inest alicui accidit ali-
quid & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit, vt quod inest homini, & albo ho-
mo inerit, si fuerit albus homo. & quod albo homini inest, inerit & homini. ¶Ca-
lumniabitur autem aliquis multa propriorum quod subiectum id aliud est quod se-
cundum se faciat: aliud autem cum accidente. vt aliud quidem hominem esse dicet,
alud vero album hominem. ¶Amplius autem diuersum faciẽs habitum & quod
49 secundum habitum dicitur. nam quod habitui inest, & ei quod secundum habitum di
citur inerit, & quod ei (quod secundum habitum dicitur) inest. & habitui inerit, vt quo
niam sciens secundum scientiam dicitur affici: non inerit scientiæ proprium indissua-
bile a ratione. nam & sciens indissuabilis erit a ratione. ¶Construenti autem dicẽ-
dum quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidens cum eo cui acci
dit sumptum sed aliud dicitur, eo quod diuersum sit ipsius esse. non enim idem est ho
mini esse, quod sit homo. & albo homini esse quod sit albus homo. ¶Præterea au-
tem considerandum est ad casus dicenti quod neque sciens est indissuabile a ratione.
sed indissuabilis a ratione: neque scientia indissuabile, sed indissuabilis a ratione.
nam ei qui omnino instat: omnino est aduersandum. ¶Deinde destruenti qui-
dem: si quod natura inest volens assignare, hoc modo ponit secundum locutionem

Quadragesimus primus declaratio
Quadragesimus secundus declaratio
quamquã homo ꝙ esse virũ
Quadragesimus tertius declaratio
Quadragesimus quartus declaratio
Quadragesimus quintus. declaratio
Quadragesimus sextus declaratio
Quadragesimus septimus declaratio
Annotatio loci cauilli.
Cauillus primus
Cauillus secundus
Dilutio primi
Quadragesimus octauus declaratio

vt quod ſemper ineſt ſignificat. Videbitur enim moueri poſſe quod poſitum eſt pro
prium eſſe. vt quia qui dixit hominis proprium bipes; vult quidem quod natura in-
eſt, aſſignare. ſignificat autem locutionem quod ſemper ineſt, non erit hominis pro-
prium bipes. non enim omnis homo eſt duos pedes habens.

Quadrageſimus nonus Declaratio

ℭ Conſtruenti autem: ſi vult quod natura in eſt proprium aſſignare: & locutione hoc 50
modo ſignificat. Non enim mouebitur ſecundum hoc proprium. vt quia qui homi-
nis proprium aſſignauit. animal diſciplinæ ſuſceptiuum & vult & dictione ſignificat
quod natura ineſt proprium non mouebitur ſecundum hoc quod non ſit proprium
hominis, animal diſciplinæ ſuſceptiuum. ℭ Amplius quæcunque dicuntur vt ſecun 51
dum aliquod primum, aut vt primum ipſum: labor eſt aſſignare talium proprium.
Nam ſi eius quod eſt ſecundum aliud aliquid proprium aſſignauit, & de primo veri-
ficabitur. ſi autem primi poſuerit & de eo quod eſt ſecundum aliud prædicabitur. vt
ſi quis aſſignet ſuperficiei proprium coloratum eſſe, & de corpore verificatur colo-
ratum eſſe. ſi autem corporis, & de ſuperficie prædicabitur. quare non de quo ora
tio, & nomen verificabitur.

Quinquageſimus locus Declaratio

ℭ Accidit autem in quibuſdam proprijs plerunque fieri aliquod peccatum, propter 52
hoc quod non determinetur quomodo & quorum ponit quis proprium. omnes enim
conantur aſſignare proprium: aut quod natura ineſt vt hominis bipes: aut quod nunc
ineſt vt hominis quatuor digitos habere, aut ſpecie vt ignis ſubtiliſſimum, aut ſimpli
citer vt animalis viuere: aut ſecundum aliud vt animæ prudens: aut vt primum quē
admodum rationalis prudens. aut vt in eo quod habet vt ſciens indiſſuaſibile a ra-
tione (nihil enim aliud quam habendo aliquid erit indiſſuaſibile a ratione) aut in eo
quod habeatur, vt ſcientiæ indiſſuabile a ratione. aut in eo quod participatur, vt
animalis ſentire (ſentit enim & aliud quid vt homo, ſed participās iam hoc ſentit) aut
in eo quod participat: vt alicuius animalis viuere, qui non addit, igitur natura peccat
eo quod contingit quod natura ineſt, non ineſſe illi cui natura ineſt. vt homini duos
pedes habere, qui vero non determinat quoniam quod ineſt aſſignat quod non erit
tale quale nunc ineſt id, ceu quatuor digitos habere hominem: non indicans quoque
quod vt primum, aut vt ſecundum aliud ponit, quod non de quo oratio & nomen ve
rificabitur vt coloratum eſſe ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſſignauerit proprium, non
prędicens etiam quod aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod haberi proprium aſſi
gnauit, ideo non erit proprium quod aſſignatum eſt. nam inerit, ſi in eo quod habe-
tur aſſignauit proprium, etiam habenti, ſi autem habenti, & ei quod habetur. vt in-
diſſuabile a ratione, ſcientiæ vel ſciens poſitum proprium. non præſignificans etiam
in eo quod participat vel participatur: eo quod & in alijs quibuſdā inerit proprium, ſi
enim in eo quidem quod participatur, aſſignauit: participantibus inerit. ſi vero in eo
quod participat: ijs quæ participantur. vt ſi alicuius animalis poſuerit viuere propri-
um: non diuidens etiam ſpecie quod vni ſoli inerit eorum quæ ſub eo ſunt cuius pro-
prium ponit. nam quod eſt ſecundum ſuperabundantiam: vni ſoli ineſt: vt igni leuiſ-
ſimum. ℭ Aliquotiens autem & ſpecie addens peccat.

Quinquageſimus primus declaratio

ℭ Nam oportebit vnam ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur, quando ſpecie addide- 53
rit. hoc autem in quibuſdam non accidit, vt nec in igne. non enim eſt vna ſpecies
ignis. nam diuerſum eſt carbo, & flamma, & lux ſpecie, cum vnumquodque ho-
rum ſit ignis: propter hoc autem non oportet quando ſpecie additur: diuerſam eſ-
ſe ſpeciem eius quod dicitur. quoniam his quidem magis, illis autem minus inerit
quod dictum eſt proprium. vt in igne ſubtiliſſimum. ſubtilior enim eſt lux, carbone
& flamma. Hoc autem non oportet fieri quando non & nomen magis prædicatur
de quo oratio magis verificatur. ℭ Si autem non, erit de quo oratio magis & no- 54
men magis. amplius autem ad hæc quidem eſſe accidit proprium eius quod ſimplici-
ter & eius quod maxime in ſimpliciter tali. vt in igne ſe habet ſubtiliſſimum. nam &
ſimpliciter & ignis & lucis erit hoc ipſum proprium. ſubtiliſſima enim eſt lux, cum
igitur alius ſic aſſignat proprium argumentandum. ſibi autem non danda hæc inſtan
tia: ſed ſtatim cum ponit proprium, determinandum eſt quomodo ponit proprium.

Quinquageſimus ſecundus Declaratio

Quinquageſimus tertius Declaratio

QVarti cap. scolia. Pro eisdem problematis proprij terminandis loci alij vndetrigin
ta. LVI. Erit animalis proprium substantia animata id non secundum veritatẽ
positum est. nam animatum substantiale est & quale quid est indicans, adesseq; con
ducens. neque substantia animata recurrit cum animali. nam & stipes & plantæ ani
matæ sunt, vt ex libro de anima cognoscetur. sed aliorum sequens placita hic vt & plerisque
alijs in locis loquitur Aristoteles vt forte Asclepiadis medici & suorum astipulantium. diffi-
niebat enim Asclepiades animam, harmoniam, consensumque sensuum, esse atque functionem.
quod quidem si ita esset, procldubio non animalis substantiam importaret: cum solis nihilomi- Asclepiades:
cus conueniret animalibus quare substantia animata cum animali recurreret, essetque eius pro
prium. LXIIII. Vt quia visus est proprium videre secundum quod habemus visum: secun-
dum quod habemus videndi potentiam. LXV. Vt quia proprium animalis est animatum hic
iterum animatum capit vt in loco quinquagesimo quinto, ecu annotatũ est in penultimo scho
lio. LXVII. Erit animalis proprium viuere. Id iterum non secundum veritatem, secundũ alio
rum placita dictum est. sed accommodatum fortasse esset exemplum, si pro eo quod est viuere,
appositum fuisset sentire. verum circa exempla non est curiose immorandum. nam plerunque
non ponuntur quia vera sint, sed vt (ita esse aut non esse supposito) quoquo pacto sentiat intel
ligentiamque vendicet is qui discit: veritas enim vniuscuiusque ex suis locis requirenda est. id
est ex ijs disciplinis ad quas spectant. LXIX. Quandoquidem affirmatio negationi omnino
non inest, negatio autem affirmationi inest. Non enim negatio subiectum affirmationi (vt ne-
que accidens substantiæ) esse potest, sed contra affirmatio negationi subiectum. vt oculus cæci
tati (est enim oculus cæcus) non autem cæcitas oculo. neque subiectum vocis solum hic atten-
dimus. sed potius rem, reique rationem. LXX. Non erit animal intelligibile, dei proprium.
Platonici animal rationale diuidunt in hominem & deum, hoc igitur exemplum placiti eorum
est. LXXIII. Construenti autem si casus est proprium casus. casus primo loco rectus, secundo
genitiuus est. Casus principalia & sua aduerbia, vt doctus docte, fortis fortiter & omnino quę
solo vocis fine dissona sunt. quo fit vt casus hoc in loco ad paronyma denominatiuaque, casus
grammaticos, & alia deriuata sese extendat, vt si proprium est quod homo sit gressibile bipes:
& hominis gressibilis bipedis, & homini gressibili bipedi, & hominem gressibilem bipedem es-
se proprium est, quantum sermo latinus admittit. vbi homo hominis hominem casu differũt;
pariter & eorum propria. LXXIIII. Si oppositi casus non est proprium oppositi casus. casus
primo loco, vt in superiori, rectus est: & secundo genitiuus. LXXVII. Et ludi magister ad id
quod est esse effectiuum bonæ habitudinis. ludi magister qui & γυμναστὴς is est qui præest in ex
ercitandis corporibus vt qui instituit artem palestricam, gladiatoriam & alia militaria exerci-
tamenta. LXXIX. Locus iste subobscurus est. sed forte hic paulo clarior euadet præcedẽs
locus est: cum vnum ad duo diuersa eodem modo se habet si vnum non est proprium, neque
alterum. deinde subiungitur locus. si idem ad duo diuersa eodem modo se habet: & vnum po-
natur proprium: sequitur illud idem eiusdem non esse proprium. Vt verbi causa, si a sic se ha
bet ad duo diuersa b & c, & ponatur b proprium ipsius a. dico id stare non posse, & b non esse
proprium a cuius ponebatur proprium. nam argumentor per priorem locum si idem ad duo
diuersa eodem modo se habet. si vnum non est proprium nec alterum, a autem sic se habet ad
b & c. at qui c non est proprium a, nam impossibile est plura diuersa eiusdem esse propria, igi-
tur per primam partem loci, neque b proprium est eiusdem a cuius ponebatur proprium &
confirmationem huius loci numeri. lxxix. in peruetusto exemplari græco & admodum veraci
ita reperi ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ, εἶναι πλειόνων ἴδια hoc est, impossibile enim est eiusdẽ esse plu-
ra propria. quod quia quadrantius visum est, quam vt prius vetus habebat latin⁹ codex, & vt
habetur in exemplari græco Venetijs impresso, ideo ea confirmatio iuxta vetus exemplar ap
posita est. prius enim habebatur. impossibile enim idem esse plurium proprium. Et ex his duo
bus locis possunt duo alij in promptu haberi. Primus si vnum ad duo diuersa eodem se habet
modo: si non est vnius proprium, neque proprium erit alterius. Secũdus, si vnum ad duo diuer
sa eodem se habeat modo, si vnius ponatur proprium, minime eiusdem erit proprium. nã per
priorem locum, si non est vnius: neq; erit alterius. quare si erit alterius, & alterius. atqui veri
usque non erit. nam impossibile est idem plurium, diuersorumque proprium, & hi sunt duo
conuersi, ad duos Aristotelis, cuius confirmatio est ea quæ ad locũ Aristotelis adijciebatur, &
facile ex ijs quos Aristoteles posuit intelliguntur. 82. 83. Loci numerorum. lxxxij. lxxxiij.
positi sunt secundũ Socratem & Platonem qui epicarmi ideas eas suscitauerũt. & ipse homo: ip
sum animal: quæ græce hoc in loco dicuntur αὐτὸ ἄνθρωπος καὶ αὐτὸ ζῷον, ideæ sunt nomina,
homo autem & animal, nomina suppositorum: & quæ idea (vt eorum fert opinio) communi-
cant. Quiescere nõ hic proprie quietem, sed statum immobilitatemque, nulli motui appositam
importat. nam prorsus existimabant ideas immobiles, neque vsquam natas moueri. Et erant
qui quæ participatis conueniebant ideæ non qua idea, sed qua participata idea. vt componi eẽ

anima & corpore conuenit animali animal est:non autem quia ipsum,& per se animal. nam ip
sum animal & omnis idea simplex,vel potius non composita. Ideo admittebant istam ipsum
Marsilius animal incompositũ esse quatenus ipsum. & idem compositum,non simpliciter,sed quatenus
Ficinus. communicatum atque principatum.sed hæc ex Platonis diffuso cãpo reperiuntur. Et qui erit
Parmeni- curiosior(nam frugem magnam non sentio)ex commentariis illis quos Marsilius composuit
des. in platonicum Parmenidem requirat.qui ista tamen transfert ad rationes diuinas(dimisso sen
su Platonico)res forte contemplatoribus non fecerit indignas. sed nihil temere audendum(ni
si sensu prius exercitato)in iis quæ pertinent ad diuinitatem,verum de his hactenus.

¶ De proprio loci alij. Cap.IIII.

DEinde destruenti quidem: si idem eiusdem proprium posuit. 55
¶ Non enim erit proprium, quod positum est esse propriũ.
Quiquage nam idem eidem omne:quid est esse indicat. quod autem esse
simus.iiij. indicat:non proprium,sed terminus est.vt quia qui dixit hone
declaratio sti proprium dicens esse, idem eiusdem proprium assignauit
(idem enim est honestum & decens)non vtique erit decens ho 56
Quiquage nesti proprium. ¶ Construenti autem si non eiusdem propri
simus,v um assignauit cum conuersim prædicatum posuit.
declaratio ¶ Nam erit proprium quod positum est non esse proprium,
Quiquage vt quia qui posuit animalis proprium id quod substantia animata, non idem quidem
simus vi. eiusdem proprium posuit,& conuersim prædicatum assignauit, erit animalis propri
um substantia animata. ¶ Deinde etiam in iis quæ similium partium sunt conside 57
randum est.destruẽti quidem:si quod totius est proprium,non verificatur de parte aut
quod partis:non dicitur de toto. ¶ Non enim erit propriũ: quod positum est esse pro
priũ.accidit autẽ in aliquibus hoc fieri,assignabit enĩ aliquis in iis quæ similium parti
um sunt proprium: aliquotiens quidem in toto respiciens, aliquotiens autem in eo
quod secundum partem dicitur ipse seipsum intelligens.at erit neutrum recte assigna
Quiquage tum vt in toto quidem.quia dixit maris proprium,plurima aqua salsa, alicuius simili
simus. vij. um partium posuit proprium,& tale assignauit quod non verificatur de parte(nõ enĩ
declaratio erit quiddam maris,plurima aqua salsa)non vtique erit maris proprium plurima aqua
salsa.in parte autem,vt quia qui posuit aeris proprium,respirabile, similium quidem
Quiguage partium alicuius dixit proprium tale autem assignauit quod de aliquo aere verũ est,
simus. viij de toto autem non dicitur(non enim erit vniuersus aer respirabilis)non erit vtique ae
declaratio ris proprium respirabile. ¶ Astruenti autem:si verificatur de vnaquaque similium
Quiquage partium quod est proprium earum secundum totum. 58
simus. ix. ¶ Erit enim proprium:quod positum est non esse proprium, vt quia verificatur de
declaratio omni terra deorsum ferri secundum naturam, est autem & hoc hoc proprium alicu-
ius terræ secundum totum(nam secundum terram,& id quod est terram esse)erit ter-
ræ proprium deorsum ferri secundum naturam. ¶ Deinde ex oppositis consideran
dum est:primum quidem ex contrariis.destruenti quidem:si contrarij non est contra- 59
Sexagesi- rium proprium. ¶ Neque enim contrarij erit contrarium proprium. vt quia con-
mus trarium est iustitiæ quidem iniustitia,optimo autem pessimum.non est autem iustitiæ
declaratio proprium optimum:non erit iniustitiæ proprium pessimum. 60
¶ Construenti autem: si contrarij contrarium proprium est & contrarij contrarium
proprium erit. Vt quia contrarium est bono quidem malum eligendo autem fugien- 61
Sexagesi- dum.est autem boni proprium eligendum:erit mali proprium fugiendum. 62
mus. i ¶ Secundum autem:ex iis quæ ad aliquid sunt.destruẽti quidem si hoc ad aliquid est,
declaratio eius quod est ad aliquid non est proprium. ¶ Neque enim hoc quod ad aliquid est,
eius quod ad aliquid est, erit proprium, vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium,
superans autem ad superatum,non est autem dupli proprium superans:non erit dimi
declata dij proprium superatum. ¶ Construenti autem si autem eius quod est ad aliquid,hoc
tio. quod ad aliquid est proprium: & eius quod est aliquid id quod est ad aliquid erit pro-
prium. ¶ Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse quod duo ad vnum: 63
est autem dupli proprium vt duo ad vnum, erit dimidij proprium, vt vnum ad duo.

¶Tertium autem,deſtruenti quidem:ſi habitus , id quod ſecundum habitum dicitur
non eſt proprium:neque profecto priuationis,id quod ſecũdum priuationem dicitur,
erit proprium:& ſi priuationis,id quod ſecundum priuationem dicitur nõ eſt propri-
um:neque habitus,id quod ſecundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia non di
citur ſurditatis proprium inſenſibilitatem eſſe , neque auditus erit proprium ſenſum
eſſe. ¶Conſtruenti vero,ſi quod ſecundum habitum dicitur ,eſt habitus proprium & Sexageſi-
priuationis id quod ſecundum priuationem dicitur,erit proprium:& ſi priuationis ,id mus.iiij
quod ſecundum priuationem dicitur,eſt proprium : & habitus quod ſecundum habi- declaratio
tum dicitur erit proprium. ¶Vt quia viſus eſt proprium videre ſecundum quod ha-
bemus viſum:erit cæcitatis proprium non videre ſecundum quod non habemus vi-
65 ſum,nati habere. ¶Deinde ex affirmationibus & negationibus : primum quidem ex
ipſis quæ prædicantur. ¶Eſt autem locus hic vtilis deſtruenti tantum,vt ſi affirmatio
vel quod ſecundum affirmationem dicitur, eius eſt proprium . non erit profecto eius
negatio,neque quod ſecundum negationem dicitur proprium,ſi autem ſit negatio aut Sexageſi
quod ſecundum negationem dicitur proprium:eiuſdem nõ erit affirmatio , neq; quod mus. v.
ſecundum affirmationem dicitur proprium,vt quia proprium animalis eſt animatum declaratio
66 non erit animalis proprium non animatum . ¶Secundum autem ex prædicatis vel Sexageſi
etiam non prædicatis,& de quibus prædicatur vel non prædicatur,deſtruenti quidem mus.vi
ſi affirmationis affirmatio non eſt proprium. ¶Neque enim negatio negationis erit declaratio
proprium. & ſi negatio negationis non eſt proprium : neque affirmationis affirmatio
erit proprium,vt quia non eſt proprium non hoĩs animal : neque hominis erit propri- Sexageſi
67 um animal. ¶Conſtruenti autem : ſi affirmationis affirmatio eſt proprium. mus.vij
¶Nam & negatio negationis erit proprium , ſi autem negationis negatio eſt propri- declaratio
um & affirmatio affirmationis erit proprium. vt quia non, animalis eſt proprium nõ
viuere:erit animalis proprium viuere: & ſi animalis proprium videtur viuere : & non
68 animalis proprium videbitur non viuere . ¶Tertium autem ex ipſis ſubiectis de-
ſtruenti quidem:ſi quod aſſignatum eſt proprium: affirmationis eſt proprium.
¶Non erit enim idem & negationis proprium . ſi autem negationis eſt proprium
quod aſſignatum eſt:non erit affirmationis proprium. vt quia animalis proprium eſt Sexageſi
69 animatum non animalis non erit proprium animatum. ¶Conſtruenti vero:ſi aſſi- mus. viij
gnatum proprium non eſt affirmatio , proprium erit negationis. annotatio
¶At hic locus deficit.nam affirmatio negationis,& negatio affirmationis non eſt pro Sexageſi
prium,quandoquidem affirmatio negationi omnino non ineſt,negatio autem affirma mus. ix
70 tioni ineſt quidem:at non vt propriũ ineſt. ¶Deinde ex ijs quæ ex oppoſito diuidun- declaratio
tur.deſtruenti quidem:ſi eorum quæ ex oppoſito diuiduntur, nullum vllius reliquo-
rum ex oppoſito diuiſorum eſt proprium . ¶Neque enim quod poſitum eſt : erit Septuage
proprium eius cuius poſitum eſt proprium.vt quia animal ſenſibile nullius aliorum ſimus
mortalium animaliũ eſt proprium.non erit animal intelligibile dei proprium. declaratio
71 ¶Conſtruenti autem:ſi cæterorũ quæ ex oppoſito diuiduntur , quoduis eſt propri-
um talium quoruncunque eorum:quæ ex oppoſito diuiduntur. Septuage-
¶Nam reliquum erit eius proprium cuius poſitum eſt nõ eſſe proprium,vt quia pru ſimus. i
72 dẽtiæ eſt proprium,per ſenatum eſſe rationalis virtutem eſſe:& aliarum virtutum ſic declaratio
vniuſcuiuſque ſumptæ erit temperantiæ proprium per ſe natum eſſe concupiſcibilis Septuage-
virtutem eſſe. ¶Deinde ex caſibus deſtruenti quidem:ſi caſus non eſt caſus propri mus. ij
um. ¶Neque enim caſus erit proprium caſus , vt quia non eſt eius quod eſt iuſte pro declaratio
73 prium id quod bene:neque iuſti proprium erit bonum .
¶Cõſtruẽti autem:ſi caſus eſt proprium caſus. ¶Nam & caſus erit caſus propriũ, vt Septuage
74 quia hominis eſt proprium greſſibile bipes: & homini proprium erit greſſibili bipedi mus. iij
dici. ¶Non ſolum autem in eo quod dictum eſt ſecundum caſus eſt conſiderandum, declaratio
ſed in oppoſitis,quemadmodum & in prioribus locis dictum eſt ; deſtruenti quidem: ſeptuage
ſi oppoſiti caſus,non eſt proprium oppoſiti caſus. ſimus.iiij
75 ¶Neque enim oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus,vt quia non eſt eius quod declaratio
76 eſt iuſte proprium quod bene : neque iniuſte erit proprium quod male . ſeptuageſi
¶Conſtruenti vero : ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus. ¶Nam & oppo mus.v declaratio

siti casus erit proprium oppositi casus, vt quia honesti est proprium optimum: & in-
honesti erit proprium pessimum. ¶Deinde ex ijs quæ similiter se habent, destruen
ti quidem: si quod similiter se habet, eius quod similiter se habet, non est proprium.
¶Neque enim quod similiter se habet: eius quod similiter se habet erit proprium. vt
quia similiter se habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendã
sanitatem, non est autem proprium medici efficere sanitatem: neque ædificatoris erit
Septuagesimus. vi. declaratio — proprium extruere ædificium. ¶Construenti autem: si quod similiter se habet erit
proprium eius quod similiter se habet. ¶Nam & quod similiter se habet, eius quod 77
similiter se habet erit proprium: vt quoniam similiter se habet medicus ad id quod est
esse effectiuum sanitatis & ludi magister ad id quod est esse effectiuum bonæ habitu-
Septuagesimus. vij. declaratio — dinis, est autem proprium magistri ludi esse effectiuum bonę habitudinis: erit pro-
prium & medici effectiuum esse sanitatis. ¶Deinde ex ijs quæ sic habent. destruen 78
ti quidem: si quod sic se habet: eius quod sic se habet non est proprium.
¶Neque enim quod sic se habet, eius quod sic se habet non est proprium.
Septuagesimus. viij. declaratio — ¶Si autem eius quod sic se habet id quod sic se habet est proprium: eius non erit pro
prium cuius positum est esse proprium. ¶Vt quia sic se habet prudentia ad honestũ 79
& turpe, eo quod disciplina vtriusque eorum est, non est autem prudentiæ proprium
disciplinam esse honesti: non vtique erit proprium prudentiæ disciplinam esse turpis.
si vero est proprium prudentiæ disciplinam esse honesti: non erit proprium eiusdem
disciplinam esse turpis. impossibile est enim eiusdem plura esse propria.
¶Construenti vero nihil locus iste vtilis. nam quod sic se habet: vnum ad plura com 80
paratur. ¶Deinde destruenti quidem, si quod secundũ esse dicitur, non est eius quod
secundum esse dicitur proprium. Nam neque corrumpi eius quod est secundum cor-
Septuagesimus. ix. declaratio — rumpi, neque generari eius quod secundum generari dicitur, erit proprium, vt quia
non est hominis proprium esse animal, neque eius quod est hominem generari, erit
proprium generari animal: neque eius quod est hominem corrumpi erit propriũ cor-
rumpi animal. ¶Eodem autem modo accipiendum est, & ex generari ad esse & cor-
rumpi. & ex corrumpi ad esse & generari: quemadmodum dictum est nunc ex esse ad 81
generari & corrumpi. Construenti autem si eius quod est secundum esse ordinatũ est.
¶Est autem per se, ordinatum proprium. nam & eius quod secundum generari dici-
Octogesimus declaratio — tur, erit hoc quod secundum generari dicitur proprium. & eius quod secundum corrũ
pi hoc quod secundum corrumpi est assignatum. vt quia hominis est propriũ esse mor
talem, & eius quod est generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius q
est corrumpi hominem: corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiẽdum est &
ex generari & corrumpi: & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri: quemadmodum & in destru
Octogesimus. i. declaratio — enti dictum est. ¶Deinde inspiciendum ad ideam suppositi: destruenti quidem: si ideę 82
non inest, aut si non qua id dicitur, cuius est proprium assignatum. ¶Non enĩ erit pro
Octogesimus. ij. declaratio — prium quod positum est esse proprium. vt quoniam ipsi homini non inest quiescere
qua homo est, sed qua idea: non erit hominis proprium quiescere. ¶Construenti au- 83
tem: si ideæ inest, & secundum hoc inest qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non
esse proprium. ¶Erit enim proprium quod positum est nõ inesse proprium. vt quo-
niam inest ipsi animali ex anima & corpore compositum esse, & qua animal est ipsi in-
est id erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse.

Vinti capitis scholia. De problematis proprij loci alij duodeuiginti. LXXXVI. Vt quia non est hominis proprium studiosum. studiosum etiam de alijs ab hominibus dici ex numero. lxxv. libri prædicamentorum & nota illi respondente, amplius cognoscitur. non igitur potest simpliciter esse hominis proprium, neque per locum magis hominis aut maxime hominis, modo magis & maxime homo dici locutio admitteret, magis studiosum & maxime studiosum proprium erit. accommodatius forte exemplum de albo & congregatiuo visus assignari possit quod vtrunque & album inquam & congegatiuum visus magis & maxime suscipiat. LXXXVII. Si quæritur accommodatius exemplũ ignis loco & eius quod est sursum ferri: apponatur albũ & diffusiuũ, disgregatiuũve

visus. LXXXVIII. Vt quoniam magis proprium animalis est sentire. ferme exempla locorū in plerisque non proveritate ponuntur, sed ex hypothesi (discendi causa) ꝙ ita sit, vt ex hoc. lxxxviij. numero &. xcij. cognoscas, quia quid hic negatur proprium animalis, illic astruitur propriam quod sane fit discēdi causa, & posita hypothesi quod ita sit. LXXXIX. Vt quia minus est proprium hominis mansuetum natura. neque hæc exemplaris declaratio pro veritate posita est, sed ex hypothesi intelligendi causa intelligenda est. XCIIII. Vt quia similiter est rationalis proprium primum prudens. vt enim visio oculo, auditio auri primo inest: ita prudentia rationali pertinentis, quæ vis actiua, amministratiuaq; dicitur, & tēperātia parti cōcupiscibili. & prudētia moderatur tēperatq; rationalem partē, & temperantia concupiscibilē, vt & bona visio visum. sed quid prudentia & tēperantia sit, ex moralibus est agnoscendum. & quod partes illæ animæ eius sintvlres quædā & potētię, nō re ipsa & subiecto disclusę ex libro de anima. quare illis declarādis non est hic diutius immorandū. XCVII. Differt aūt quod est ex similiter habentibus, ex xciiij. numero proportio attenditur, vt primi concupiscibilis & primi rationalis, hic aūt confertur comparaturq; idem, vt vrere confertur flammæ & carboni.

¶ De proprio loci alij. Cap. V.

DEinde ex magis & minus. Primum quidē destruenti, si quod
magis est, eius quod magis non est proprium. ¶ Neque em̄
84 quod minus est, eius quod minus erit proprium, neque quod — Octogesimus .iij declaratio
minime, eius quod minime. neque quod maxime eius quod
maxime, neq; quod simpliciter eius quod simpliciter. vt quia
85 non est magis colorari magis corporis proprium, neque mi- — Octogesimus .iiij declaratio
mus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari
corporis omnino. ¶ Construenti autem: si quod magis est
eius quod magis est, est propriū. ¶ Nam quod minus est eius
quod minus est, erit proprium, & quod minime eius quod minime, & quod maxime
eius quod maxime, & quod simpliciter eius quod simpliciter, vt quia magis viuentis
86 magis sentire est proprium, & minus viuentis minus sentire, erit propriū, & eius quod
maxime id quod maxime, & eius quod minime id quod minime: & eius quod simpli-
87 citer, id quoque quod simpliciter. ¶ Et ex eo autem quod simpliciter: ad eadem consi — Octogesimus. v. declaratio
derandum, destruenti quidem: si quod simpliciter non est proprium.
¶ Neque enim quod magis est eius quod magis, neque quod minus eius quod minus
neque quod maxime eius quod maxime, neque qnod minime eius quod minime erit — Octogesimus. vi declaratio
proprium, vt quia non est hominis proprium studiosum: neque magis hominis, ma-
gis studiosum erit proprium. ¶ Construenti autem, si quod simpliciter est, eius qđ
simpliciter est proprium. ¶ Nam & hoc quod magis eius quod magis. & quod minus — Octogesimus. vij declaratio
eius quod minus, & ꝙ minime eius quod minime: & quod maxime eius quod maxi-
me erit propriū, vt quia est ignis proprium sursum ferri secundum naturā: & magis
ignis erit magis proprium, sursum ferri secundum naturam. eodem aūt modo conside
88 rādum est & ex alijs magis huiusmodi. ¶ Secundum aūt, destruenti quidem: si quod
magis est nō est eius quod magis est propriū. ¶ Neque em̄ quod minus est eius ꝙ mi
nus erit proprium. vt quoniā magis est proprium animalis sentire quam hominis sci-
re, non est autem animalis proprium sentire: quare non erit hominis proprium scire.
89 ¶ Construēti autem: si quod minus, eius quod minus est proprium. ¶ Nam & quod — Octogesimus. viij annotatio
magis eius quod magis erit proprium. vt quia minus est proprium hominis mansue-
tum natura quam animalis viuere, est autem hominis proprium mansuetum natura:
erit proprium animalis viuere. ¶ Tertium vero, destruenti quidem: si cuius magis est,
90 proprium non est. ¶ Neque enim cuius est minus proprium: erit eius proprium. si au — Octogesimus. ix declaratio
tem illius est proprium: non erit huius propriū. vt quia colorari magis superficiei quā
corporis est proprium, non est autem superficiei proprium: non erit corporis propri-
um colorari. si vero est superficiei proprium: non erit corporis proprium. Construenti
autem hic locus non est vtilis. nam impossibile est idem plurium proprium esse.
91 ¶ Quartum, destruenti quidem, si quod magis est eius proprium, non est proprium: — Nonagesimus declaratio
neque profecto quod minus est eius proprium, erit proprium. ¶ Vt quia magis est
propriū animalis sensibile quam partibile, non est autem animalis sensibile proprium

quare non erit animalis partibile proprium . ¶ Construenti autem : siquod minus est
Nonagesimus. i. eius proprium, est proprium . ¶ Nam & quod magis est eius propriū , erit proprium:
vt quoniam minus est proprium animalis sentire quam viuere , est autē animalis pro-
prium sentire: erit animalis proprium viuere . ¶ Deinde ex his quæ similiter insunt.
declaratio primum quidem destruenti: si quod similiter est proprium non est proprium eius cu- 93
Nonagesimus. ij. ius similiter est proprium. ¶ Neque enim quod similiter est proprium: erit proprium
eius cuius similiter est proprium. vt quia similiter est proprium concupiscibilis concu
declaratio piscere: & rationalis ratiocinari. non est autem proprium concupiscibilis concupiscere,
Nonagesimus. iij non erit rationalis proprium ratiocinare. ¶ Construēti vero: si quod similiter est pro- 94
prium: eius est proprium, cuius est similiter proprium. Nam & quod similiter est pro-
prium: erit eius proprium cuius similiter est proprium. vt quia similiter est rationalis
declaratio proprium primum prudens, & concupiscibili proprium primum temperans . Est autē
Nonagesimus. iiij rationalis primum prudens: erit igitur concupiscibilis proprium primum temperans.
¶ Secundum autem destruēti quidem: si quod similiter est proprium non est propriū 95
declaratio eius. ¶ Nā neq; quod similiter est propriū: erit proprium eius. vt quia similiter est pro
Nonagesimus. v prium hoīs videre & audire, non est hominis proprium videre: non vtique erit homi-
nis proprium audire . ¶ Construenti vero si quod similiter eius proprium, est propri
declaratio um. ¶ Nam quod similiter est eius proprium, proprium erit, vt quia similiter est pro- 96
prium animæ: aliquid partium eius primo esse concupiscibile, & rationale primo . est
autem proprium animæ, quid partium eius esse concupiscibile primo : erit vtiq; pro-
Nonagesimus. vi. prium animæ, quippiam partium eius esse rationale primo. ¶ Tertium vero destruen 97
declaratio ti quidem: si cuius similiter est proprium non est proprium. ¶ Neq; enim eius simili
ter proprium: erit proprium. si autem illius est proprium: non erit alterius proprium:
Nonagesimus. vij. vt quia vrere similiter est proprium flammæ, & carbonis, non est autem flammę pro-
prium vrire, non erit carbonis proprium vrere. si autem est flammæ proprium: nō erit
declaratio carbonis proprium vrere. construenti autem hic locus non est vtilis. differt autē quod
est ex similiter se habētibus ab eo quod ex ijs est quæ similiter insunt . quoniam illud
quidem secundum proportionem sumitur non in eo quod inest aliquid comparatum. 98
hoc autem ex eo quod inest alicui comparatur. ¶ Deinde destruenti quidem: si poten
tia proprium assignans & ad non ens assignauit proprium potentia , cum non contin
gat ei potentia inesse eum ens non est . ¶ Non enim erit proprium: quod positum est 99
esse proprium, vt quia qui dixit aeris proprium respirabile : potentia quidem assigna-
Nonagesimus. viij uit proprium (nam tale proprium vt respirari possit, respirabile est) assignauit autem
declaratio & ad non esse proprium. nam & cum non est animal quod spirare natum est aerem. cō
tingit aerem esse: non tamē cum non est animal, possibile est spirare . quare neque ae-
ris erit proprium huiusmodi possibile respirari tunc: quia animal nō erit quod tale est
vt respirare possit. non ergo erit aeris proprium respirabile. ¶ Construenti autem : si
potentia assignans proprium, tam ad ens assignauit proprium quam ad non ens , cum 100
contingit potentia non enti inesse. ¶ Erit enī proprium quod positū est non esse pro-
prium. vt quia qui assignauit proprium entis possibile pati, aut facere potētia assignās
ꝓprium, ad ens assignauit propriū. nā cum ens est: & possibile pati quid: aut facere erit.
quare proprium erit entis possibile pati quid, aut facere. ¶ Deinde destruenti quidem 101
Nonagesimus. ix. si per superabūdantiam posuit proprium . ¶ Non erit enim proprium quod positum
declaratio est esse proprium. accidit enim sic assignantibus proprium: non de quo orationem, &
nomen verificari. nam corrupta re: nihil minus erit oratio. nam eorum quæ sunt: alicui
maxime inest: vt si quis assignet ignis proprium corpus leuissimū . corrupto enī igne
Centesimus declaratio erit aliquod corporum quod leuissimum erit. quare non erit ignis proprium ; corpus
leuissimum. ¶ Construenti autem: si non per superabundantiam posuit proprium.
¶ Erit enim secundum hoc bene positum proprium , vt quia qui posuit hominis pro- 102
prium animal mansuetum natura, non superabundantia assignauit proprium: erit vti
que secundum hoc bene positum proprium.

QVINTI TOPICORVM ARISTO
TELIS FINIS.

SEXTVS TOPICORVM ARISTOTELIS.

PRIMI cap.Sexti Topicorum Aristotelis scholia. Problematis diffinitionis lo
ci quinque. 4. Quare argumentatio facilior quæ circa hoc,quam quæ circa il
lud circa hoc:quod non bene diffiniuit.circa illud:quod non diffiniuit.

¶Sexti Topicorum Aristotelis de locis diffinitionis; Cap.I.

PIus autem quod est circa terminos negocij,partes sunt quinque.Nam aut Primus lo
1 quod omnino non verum est dicere de quo nomen & orationem(opor- cus
tet enim hominis diffinitionem de omni homine verificari)aut quod cũ declaratio
sit genus nõ posuit in genere vel non accommodato genere posuit(opor
tet enim eum qui diffinit in genere ponentem differentias adiungere.nam maxime eo
rum quę sunt in diffinitione:genus videtur diffiniti substantiam significare)aut quod
non propria est diffinitio.oportet enim diffinitionem propriam esse.quemadmodum
prium dictum est, aut si omnia quæ dicta sunt is qui fecit,non diffiniuit ; neque dixit
quid est esse rei diffinitione.reliquum autem præter ea quæ dicta sunt si diffiniuit qui
2 dem:at non bene diffiniuit. ¶ Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio:ex ijs Secundus
quæ dicta sunt in accidente locis,considerandum. ¶ Nam & illic verum vel non verũ declaratio
omnis consideratio fit.quando enim quod inest accidens disputamus:quod verum est
3 dicimus.quando autem quod non inest:quod non verum . ¶ Si vero nõ accõmodato Tertius
genere posuit,aut si non propria est assignata oratio:ex ijs qui sunt ad genus & propri
um dictis locis,perspiciendum. ¶ Reliquum vero si non diffiniuit,aut si non bene dif Quartus declaratio
finiuit: aliquo modo aggrediendum dicere. ¶ Primum igitur inspiciendum si non be-
4 ne diffiniuit. ¶ Nam facilius est:quodlibet fecisse,quam benefecisse.manifestum igitur
quoniam peccatum circa plusculum:eo quod laboriosius.quare argumentatio facilior Quintus
quæ circa hoc,quam quæ circa illud fit. ¶ Sunt autem eius quod est non bene partes declaratio
duæ. Vna quidem,obscura interpretatione vti. ¶ Oportet enim diffinientem(vt con-
5 tingit)quam clarissima interpretatione vti .eo quod cognoscendi gratia,assignatur dif
finitio,secunda autem,si amplius dixit in diffinitione quam par sit.nam omne quod su
per adiectum est in diffinitione,superfluum est.

SEcundi cap.scholia.De diffinitione loci alij vndecim. 6. Nam æquiuoca est du
ctio & commensuratio.ii duco æquiuocum est, & seductorem volenti præbere si
gnificat,vt fata voluntatem ducunt.& abducere:vt,Quid ducis vultus & non le-
gis ista libenter.Omnibus inuideas liuide,nemo tibi,& existimare, vt ego sic ani-
mo duco mox me inter meos futurum,& ex numero .lxix primi, ductio æquiuo-
ca est,præbitionem ducatus volenti significant,& abductionem,& existimationem . casus em̃
solet appellari Aristoteles non modo principalia,& sua aduerbia: sed & coniugata & alia ab-
uicem deductitia,quæ principium vocis retinent,sed finem euariant, quanuis illius loci in so-
lis principalibus & aduerbijs declarationem fecerit.Et quod hic ductio dicitur , Aristoteles ha
bet αγωγη quod manifeste apud Græcos æquiuocũ est,sed alias habens significationes;nunc du
ctum,nunc educationem,nunc viuendi regulam & dietam,significans. Commensuratio etiam
quam συμμετριαν appellat Aristoteles æquiuocum est, nunc debitam & elegantem magnitu-
dinem rationem proportioneque significans:nunc autem contemperationem qualitatum atq;
humorũ. VII. Alius si secundum metaphoram dixit.Metaphora latine dicitur translatio.de
ciduum & indeciduum proprie circa idem fieri nata sunt: & circa id quidem cui motus secun-
dum locum conuenire natus est.vt folia decidua sunt,vt vitis,indecidua,vt lauri & buxi. trãs
latitie igitur de scientia dicatur quod forte scientiã sit adeptus ab illius rei credulitate dimo-
ueri non possit nutrix proprie quæ vbera admouet natis. translatitie igitur de terra , obscuras
enim esse metaphoras permanifestum est . sic enim metaphoris sortes & præsagia reddeban- Ouidius
tur:vt illud Cassandræ apud Ouidium.

Quid facis Oenone?quid arenæ semina mandas?
Non profuturis littora bobus aras.
Graia iuuenca uenit:quæ te,patriamq; domumq;
Perdat: Io prohibe Graia iuuenca uenit.

¶VIII. Amplius si non positis nominibus vtitur.si nondũ impositis , sed innouatis nominibus

vtitur. quo mō Plato inouatis vtebatur ab eo vocabulis, ꝓ oculo, araneo, & medula. οφρυοσκιοφυσιτιδαιαντοκαιοστοσγενεσ. quę si latinᵘˢ ꝓmitteret sermo: diceremus cilifilibre. putrimordax, ossigeniū. & ita effinxit quod ciliū vmbram faciat in oculo, ꝙ araneus putidis rebus morsus infigat, & quod medulla ex osse gigni videatur, aut potius ꝙ medulla gignat os. Et licet apud Plautum multa talia quæ facetiarum. & risus gratia innouauit, reperire. vt in Capteiuis prouerberone plagipatidam: ꝙ plagas frequentes patiatur, excipiatq;: & in Mustellaria pro gulone, nidoricupinam: ꝙ nidore culinarum & escarum trahatur. pro compedito ferritribacē, ꝙ cōpeditorum eorum crura ferro atterātur. Nam imago id est, cuius generatio per imitationem est. imago tua in speculo teipsum imitatur, vt vestigium veritatem atque ad hoc gignitur, & echo imitatur veram vocem, & vnaquæque imago id cuius est imago. X. Si non manifesta est contrarij oratio, contrarij diffinitio, eo quod diffinitio omnis, oratio est. non enim hic de alia oratione agimus. XII. Oportet enim genus ab alijs separare. ab alijs generibus. Quare superuacaneum huiusmodi appositum superuacaneum, vanum, superfluum & ne quicquam appositum, quia huiusmodi appositum vocabulū: neque genus, neque differentia esse potest. XIII In hominis oratione, scilicet animal rationale, si apponatur susceptiuum disciplinæ, dicaturque homo est animal rationale susceptiuum disciplinæ, id susceptiuum disciplinæ abundat, atque superfluit, tametsi id homini esset proprium. nam residua oratio quæ quidem est animal rationale, homini propria est & quid est, esse, substantiamque hominis indicans. Vtrouis igitur modo. nā siue residuū non indicet substantiā sed accidentarium sit, siu est numerus, sup. rlluus, difficile est, vt hmōi oratio explicet, & clarum faciat quid est anima. XIIII. Simpliciter aūt ad proprium quolibet addito vero, quod vere dicitur, vt si aīali rationali additur ens dicendo hō est eīs quod est aīal ratiōale, tota oratio est propria hoī, ens tamen superfluum, & illo remoto residuum animal rationale, est tota oratio, diffinitioque hominis. XV. Quare & idem concupiscētiæ delectationis erit. quare appetitus delectationis erit idem concupiscentiæ delectationis scilicet singulum singulo & totum toti. quapropter cum ita diffinitur, bis idem virtualiter dicitur. si quidem idem est, concupiscentia, & concupiscētia delectationis. Vtrunque eorum delectationis erit. s. cōcupiscētia delectatiōis, & appetitus delectationis. Nō eñ de appetitu quod quid est delectationis esse pręditatur. hoc est, hoc delectationis non prædicatur de appetitu, sed id totū appetitus delectationis prædicatur de concupiscentia. si autem prædicaretur de appetitu, bis virtualiter esset dictum delectationis. vt qui dicit homo animal, bis quodammodo dicit animal, eo quod animal de homine proprie prædicari natum est. Ratio Xenocratis nugatoria est, sicut dicit hominem animal esse & corpus rationale. nam qui dicit animal dicit corpus, & sic quodam modo bis prædicauit corpus. XVI. Expedientium & iustorum, quia clementia alicui minuit cruciatus iustos parumper ad mansuetudinem, misericordiarūq; deflectēs. qui si iusti, ergo expedientes. Attamen quod hic versum est clementiam: Aristoteles habet επιεικεια quod vertere magis solent, æquitatem & bonitatem. quæ quidem virtus est quæ legem vbi ob vniuersale deficit emendat, sicq; ius imminuere videtur vt ex quinto Ethicorum Aristotelis habetur, sed in hoc siue clementia siue æquitas & bonitas vertatur, vis non constituatur.

ℂ De diffinitione loci alij. Cap. II.

Sextus declaratio

RVrsus autem vtrunque quod dictum est: in plures partes diuiditur. vnus autem locus eius quod obscure est: si sit ęquiuocum alicui, quod dictum est. ℂ Vt quod generatio est ductio ad substantiam: & quod sonitas commēsuratio calidorum & frigidorum. nam æquiuoca est ductio & commensuratio. immanifestum igitur vtrū vult eorum quæ significātur ab eo quid multipliciter dicitur. similiter autem & si cū diffinitum multipliciter dicitur: diuidens non dixit. nā immanifestum, vtrius diffinitionem assignauit, contingitq; calūniari velut non conuenientie oratione ad omnia quorum diffinitionem assignauit. Maxime autē contingit tale quippiam facere, cum latet æquiuocatio. Cōtingit etiā & eum qui diuidit quotiens dicitur id quod in diffinitione assignatum est syllogismū facere. nā si secundum nullum modorū sufficienter dictum est, manifestum quod non diffinierit illo modo.

septimus & declaratio octauus declaratio

ℂ Alius si secundum metaphorā dixit. ℂ Vt scientiā indeciduam, terrā autem nutricē aut temperantiam consonantiā. nam omne obscurum, quod secundum metaphorā dicitur. contingit & etiā metaphora loquentem calumniari; tanquā non proprie dicentem. non enim congruet dicta diffinitio: vt in temperantia. nam omnis consonantia in

ſonis.Amplius ſi eſt genus conſonantia temperantiæ,in duobus generibus erit idẽ nõ
continentibus ſe inuicem, nam neque conſonantia virtutẽ neque virtus continet con Nonus
8 ſonantiam. ¶Amplius ſi non poſitis nominibus vtitur. ¶Vt Plato cilium vmbræ declaratio
oculum aut araneum putrimordax,aut medullam oſſigenium dixit.nam omne obſcu
rum,quod inſuetum eſt. ¶Quædam autem neque ſecundum æquiuocationem ,neq;
ſecundum metaphoram,neque proprie dicuntur. ¶Vt lex:menſura vel imago eorum
9 quę natura iuſta ſunt.ſunt autem huiuſmodi deteriora metaphora.nam metaphora ſa
cit quodammodo notum quod deſignatum eſt per ſimilitudinem.omnes enim meta-
phora vtentes:ſecundum aliquam ſimilitudinem ea vtuntur:at quod tale eſt,non facit
notum,nam neque ſimilitudo eſt ſecundum quam menſura vel imago lex eſt: neque
proprie ſolet dici,quapropter ſi proprie menſuram vel imaginem legem dicit eſſe, ve
ritatis eſt expers.nam imago id eſt,cuius generatio per imitationem eſt. hoc autẽ non
10 ineſt legi.ſi autem non proprie, manifeſtum quod obſcure dixit , atque deterius quoli
11 bet eorum quæ ſecundum metaphoram dicuntur. ¶Amplius.ſi non manifeſta eſt cõ Decimus
12 trarij oratio ex hoc quod dicitur. ¶Nam quæ bene aſſignantur, contrarias commani- declaratio
feſtant. ¶Aut ſi per ſe dicta,non ſit manifeſtum cuius eſt diffinitio:ſed quemadmodũ Vndeci-
ea quæ ſunt antiquorum ſcriptorum,niſi quis ſuperſcripſiſſet ,nõ cognoſcebatur quid mus
vnumquodque:ſi igitur non clare:ex huiuſmodi eſt inſpiciendum . ¶Si igitur ſuper- Duodeci-
fluum in termino dixit,primum quidem conſiderandum ,ſi aliquo vſus eſt quod om- mus
nibus inſit,vel ſimpliciter ijs quæ ſunt,vel ijs quæ ſub eodẽ genere ſunt diſtinitorum. declaratio
13 ¶Nam ſuperfluum dici neceſſarium id eſt.oportet enim genus ab alijs ſeparare: dif-
ferentiam autem ab aliquo eorum quæ ſunt in eodẽ genere.atqui quod omnibus qui
dem ineſt ſimpliciter,a nullo ſeparat.quod autem omnibus quæ ſub eodem ſunt gene
re ineſt,non ſeparat ab ijs quæ ſunt in eodem genere,quare ſuperuacaneum huiuſmo-
di appoſitum. ¶Aut ſi eſt quidem proprium quod appoſitum eſt ; ablato autem illo, Decimus
& reliqua diffinitio propria eſt,& indicat ſubſtantiam. ¶Vt in hominis oratione ſciẽ- tertius
tiæ ſuſceptiuum appoſitum,ſuperfluum. nam & eo ablato: reliqua oratio propria eſt, declaratio
& indicat ſubſtantiam.ſimpliciter autem dicendo,omne ſuperfluum . quo ablato reli-
quum manifeſtum facit id quod diffinitur. Talis autem eſt & animę terminus,ſi eſt nu
merus ipſe ſeipſum mouens.nam quod ſeipſum mouet eſt anima,ceu Plato diffiniuit.
an proprium quidem quod dicitur,non indicat autem ſubſtantiam intercempto nume-
ro,vtrouis igitur modo ſe habeat.difficile eſt vt explicet. Vtendum ergo in omnibus
talibus ad id quod expedit.vt eſt flegmatis terminus:humidum primum a cibo,indige Decimus
ſtum.vnum enim primum non multa.quare ſuperfluum,indigeſtum appoſitum:nam quartus
hoc ablato, reliqua erit propria diffinitio.non enim contingit a cibo & aliud quiddam declaratio
primum eſſe.An non ſimpliciter a cibo flegma.ſed indigeſtorum primum . quare ad
dendum eſt indigeſtum.nam illo quidem modo dicta , non vero erit diffinitio, ſiqui-
14 dem non omnium primum eſt. ¶Amplius ſi quippiam eorum quæ ſunt in oratio-
ne non omnibus ineſt quæ ſunt ſub eadem ſpecie. ¶Nam talis peius diffiniuit quam
qui vſi ſunt eo quod ineſt omnibus quæ ſunt.nam illic,ſi reliqua propria diffinitio, & Decimus
tota propria erit.ſimpliciter enim ad proprium quolibet addito vero: tota oratio pro- quintus
pria fit.at vero ſi aliquid eorum quæ ſunt in oratione,nõ omnibus inſit. quæ ſunt ſub declaratio
eadem ſpecie,impoſſibile eſt totam orationem propriam eſſe,non enim cõuerſim præ
dicabitur de re.vt animal greſſibile bipes quadricubitale . nam huiuſmodi oratio non
conuerſim prędicabitur de re.eo quod non omnibus ineſt.quę ſub eadem ſpecie ſunt:
15 quadricubitale. ¶Rurſum ſi idem frequenter dixit . ¶Vt qui concupiſcentiam
appetitum delectationis dixit.nam omnis concupiſcentia,delectationis eſt.quare & ei
dem concupiſcentiæ delectationis erit.fit igitur terminus cõcupiſcentiæ, appetitus de-
lectationis.nihil enĩ differt concupiſcẽtiã dicere,aut appetitũ delectationis.quare vtrũ-
que eorum delectationis erit.An hoc quidem nihil abſurdum:nã & homo bipes eſt.
Quare & idẽ homini, bipes erit.eſt autẽ idem homini animal greſſibile bipes quare ani
mal greſſibile bipes.bipes eſt,ſed non propter hoc abſurdum aliquid accidit .non enĩ
de aĩali: greſſibile bipes prædicatur,ſic enim de eodem bis bipes prædicatur:ſi de ani-

mali bipede. gressibile bipes dicitur. quare semel tantum bipes prædicatur. similiter autem & in concupiscentia. non enim de appetitu id quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto. quare semel & hic prædicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum, sed frequenter de aliquo idem prædicari. sicut Xenocrates prudentiam diffinitiuam & contemplatiuam eorum quæ sunt, dicit esse. nam diffinitiua contemplatiua quædam est. quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuã. similiter autem & quicunque refrigerationem, priuationem eius quidem caloris qui secundum naturam est, dicunt esse. nam omnis priuatio eius est: quod secundum naturã est. quare superfluum est addere secundum naturam, sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris, eo quod ipsa priuatio, notum facit quod eius sit quod secundum naturam dicitur. 6ᵗ

Decimus sextus declaratio

¶ Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. ¶ Vt si clementiam imminutionem expedientiam & iustorum. nam iustum expediens quippiam est. quare continetur in expediente. superfluum igitur iustum. nam qui dixit vniuersale: addidit & particulare. & si medicinam disciplinam sanatiuorum animali & homini, aut legem imaginem eorum quæ natura sunt bona & iusta. nam iustum bonum quippiam. quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene, an non bene diffiniuit: per hæc & huiusmodi perspiciendum.

IErtij capitis scholia. De diffinitione loci alij vnde quadraginta, dubitationes quatuor. XVII. Quare si plures erunt eiusdem diffinitiones: idem erit diffinitio esse. nam vnaquæque diffinitio: esse, essentiã, substantiamque diffiniti importat, quod quidem ipsi diffinito idem esse necesse est. at si diffinitiones re ipsa essent diuersæ, & ipsa quoq; esse diuersa essent. non igitur eadem erunt vni & eidem diffinito. quod tamen esse oportet. XVIII. Et superficies: solido solidum, corpus, quodque in tres porrigitur dimensiones, longum, latum, crassum. Elementum, litera. sed vt grammatici volunt, elementum est cum in voce formatur, litera vero cum scribitur, delineaturq;. Linea autem, signo magis. signum, nota punctum. XIX. Quod est in quiete, & diffinitione, quod est in statu, & perfectione. imperfecta em̃ quandiu in perfectionem tendunt, indefinita, indeterminataque sunt, cum aũt suam perfectionẽ assecuta sunt, definita determinataque sunt, & in quiete. quare per hunc locum qui temperantiam diffiniret, continentiam esse perturbationem gustus aut tactus, perperam diffiniret, tam temperantia determinata, & in quiete: continentia autem indeterminata, indefinitaque & in motu. XXIIII. Vt corporis diffinitio. Corpus æquiuocum est nunc substantiale nomen, & tunc diffinitur substantia corporea. nunc autem quantitas nomen, & tunc diffinitur quantitas continua, tres dimensiones habens. cum igitur dicitur quod tres dimensiones habet, sola opposita est differentia, quæ quale quid est dicit. non igitur particula quæ quid est dicit, adiecta est. solum enim diffiniti genus quid est eius dicit tales tamen diffinitiones quando permanifestum diffiniti genus est, sine calumnia admittuntur, quod ad diffinitiones recta expetatur vel maxime in disciplinis intelligentia. XXVII. Ex ijs quæ ad genera sunt elementis: ex locis communibusque principijs generis. XXVIII. Si transiliens dicit genera. transilit transcendit, transgrediturque genera: qui dimisso vicino genere, remotum sumit ad diffiniendum melius enim per propinquum genus, vicinumq; finimus, vt iustitiam per virtutem quam per habitum. XXXI. Diuisa differentia non verificatur de genere. tamet si ea differentia non proprie de genere prædicetur ex numero xxxix. nam neque maior neque generi diuiso æqua: recipit tamen genus particularem vtriusque differentiæ verificationem aliquod sane animal rationale est & aliquod irrationale, & earum disiuncti vniuersalem. nam animal omne, aut rationale aut irrationale est. XXXIII. Est autem dictus locus vtilis ad eos qui ponunt ideas esse. Secundum ponentes ideas, vnaquæque idea est id quod est, nullius alterius prædicationem recipiens, vt ipsum animal: est ipsum animal & ipsa longitudo, ipsa longitudo. neque de ea prædicantur aut latitudinem habens, aut sine latitudine, & (vt aiunt) ipse equus solum est ipse equus, neque vnus plures. alioqui de ipso equo iam prædicaretur vnius idea, & multitudinis idea. sed ipsi illa viderint, de omnibus autem alijs affirmationem aut negationem verificari oportere concedunt. XL. Rursum si prædicatur genus de differentia. Genus de inferiore differẽtia neq; proprie prædicatur: neq; illa de genere, attamẽ genus de illa differentia vniuersaliter verificatur. genus autẽ non proprie de differentia prædicatur. nã prædicari est formam importare, & subiecti rem subiectam atqui genus rem subiectã potius importat, differentia vero formam. quare genus valentiore iure subiectũ fuerit, & differentia illa præ

dicatum. non est autem illa ex .xxxi numero generis prædicatum. quare multominus genus, differentiæ prædicatum erit. Nam si de vnaquaq; differentiarum animal prædicabitur. genus est vt informe, prædicatum autem (vt dictum est) formam dicit. Itaque si subiectum, tem subiectam & quæ vt materia, substerniculumque est dicit: genus potius subiectum fuerit. quare si genus de forma prædicabitur: & materia de forma prædicari videbitur. Et etiam si genus vt animal de differentijs prædicabitur, de quocunque prædicatur, tantiforme esse videbitur. Quare cum a forma si vnūquodque & a diuersa forma diuersum, multa iam animalia prædicabuntur. Alia enim & alia differentia rationale, mortale, gressibile bipes. 41. Nam si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo. elementum vult esse Aristoteles: quicquid apte, accommodeq; de differentia prędicatur, differentiā esse. inferior enim forma superiori formæ: vt subiectum esse videtur, vt rationale animato: perinde ac albedo colori. 48. Vt & in disciplina. contemplatiua enim, & actiua: & effectiua dicitur. vt disciplina disciplinati disciplina dicitur, & contemplatiua contemplabilis, actiua agibilis, & effectiua factibilis: hoc enim ternario disciplina consurgit perfecta, & contemplatiua: naturalem mathematicam, & metaphysicam complectitur. actiua moralem. politicam, & œconimicam. esse effectiua vero architecturam: agriculturam, & cęteras artes mechanicas. 49. Vt dolio sane hauriat aliquis. pro eo quod Aristoteles appellat στλεγγίδα, positum hic est dolium quod notę sit significationis. significat enim pergrande vas in quo reconditur vinum. verum stellengis potius instrumētum ad lauandum, cuiusmodi folia & labra dicuntur, significat. & vt est apud Suidam στλεγγίδιον καὶ καταμαγίστα ἐστ τὸ λουτρῷ χρήσιμα καὶ ξύστρα καὶ λήκυθος, ἢ ζυστροφυλακῖα δήλω ξύστρα ἐπιτήδεια, vbi instrumenta ad lauandum illinimenta, & strigiles, & putamē oui, & id genus balneis accommodata nominat. 51. Quandoque enim ad vtraque ad assertoriam partem & dehortatoriam atque dissuadentē. 53. Quare non accidit: nunc idem immortale esse. Quare nō accidit: quia nunc incorruptibile & immortale idem sunt. ideo autem incorruptibile in illa tertia significatione & nunc immortale non sunt idem. nam nunc imortale dici videtur non quod simpliciter immortale, sed quod nunc non moritur. 54. Iustitiam esse virtutē, qua & iusta volumus & operamur, & qua vnicuique quod suum est tribuitur, & illam duplicem esse, vnā esse communium dispensatiuam atque distributiuam, & alteram commutatiuam, ex quinto ethicorum dilucide cognoscitur. 55. Quod autem secundum orationem: secūdum diffinitionem. est enim diffinitio oratio quædam quia est res indicans, res autem diffinitum. 57. Vt si ignis corpus est subtilissimum. proponuntur duo: flamma & lux, diffinitur ignis quod sit corpus subtilissimum. si igitur flamma est magis ignis quam lux, & flamma est minus corpus subtilissimū quam lux, manifestum est ex loco diffinitionem non esse bene assignatam. nam de quo res magis: oratio minus dicitur. 59. Similiter autem ostendemus. Nam si quod potest pati, est idem enti. quod non potest pati: & idem non enti. capiatur igitur quippiam quod non potest pati vt forma. cum non potens pati sit idem non enti: illa non ens attamen cum ipsa quippiam efficere possit (nam omnis forma est virtus ad agendum, vt potentia ad patiēdum) ipsa eadem erit ens. accidit igitur idem ens esse & non ens. Intellige non vnam per disiunctionem datam esse diffinitionem sed sub disiunctione duas vt diffinitio boni dicatur quod per visum delectabile, item diffinitio boni quod per auditum delectabile Rursus diffinitio entis quod potest pati, cęterum diffinitio entis quod potest agere. id enim est per vtrunque diffinire.

De diffinitione loci alij. Cap. III.

17 VTrum vero diffiniuit & dixit quid est esse an non: ex his. Primū ergo si non: per priora & notiora confecit diffinitionē. Nam terminus assignatur eius cognoscēdi gratia quod dicitur. cogno- Decimus
scimus autem non ex cuiuslibet: sed ex prioribus: notioribusque, quemadmodum in demonstrationibus. sic enim omnis doctrina: & omnis disciplina se habet. manifestum igitur: quod qui non per huiusmodi diffiniuit, nō diffiniuit. si enim diffiniuit: plures erunt eiusdem diffinitiōes. nam manifestum quod & qui per priora ac notiora, iterum melius diffiniuit. quare vtraque erunt diffinitiones eiusdem: tale autem non videtur. nam vnicuique eorum quæ sunt vnum est esse idipsum quod est. quare si plures erunt eiusdem diffinitiones: idem erit diffinitio esse. quod quidem secundum vtranque diffinitionū significatur. hæc aūt non eadem sunt: eo quod diffinitiones diuersæ. manifestū igitur quoniam non diffiniuit: qui non per priora, atque notiora diffiniuit.

septimus declaratio

Decimus octauus declaratio

18 Igitur per non notiora quidem terminū dici: dupliciter est accipere,

¶ Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus. contingit enim vtroque modo simpliciter, igitur notius quod prius est, posteriore. vt pũctum: linea. & linea superficie. & superficies, solido. quẽadmodũ & vnitas, numero. prius enim: & principium omnis numeri: similiter autem & elementum syllaba. nobis autem econuerso quandoque accidit. nam maxime solidum, magis sub sensu cadit quam superficies. superficies autem magis quam linea, linea autem, signo magis. quare multitudo magis huiusmodi cognoscit. nam illa quidem quomodolibet: hæc autem subtili & fœcundo intellectu comprehendere oportet. simpliciter igitur melius: per priora: posteriora tentare cognoscere. nam magis scientificum tale est. verum ad eos qui impotentes sunt cognoscere per talia necessarium forte per ea quæ illis cognita sunt facere orationem. sunt autem talium diffinitiones quæ & puncti & lineæ & superficiei. omnes enim per posteriora: priora indicant. nam illud quidem lineæ, istam autem superficiei, hanc vero solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere quoniam sic diffinientes non contingit quod quid est esse diffinito, indicare: nisi contingat idem nobis notius esse & simpliciter notius. siquidem oportet per genus & differentias diffinire eum, qui bene diffinit: hæc autem simpliciter notiora & priora sunt, specie. interimit enim genus, & differentia speciẽ. quare priora hæc specie. sunt autem notiora. nam specie quidem nota: necesse est & genus & differentias cognosci. qui hominem enim cognoscit: & animal gressibile cognoscit. at genere & differentia notis: non necesse est & speciem cognosci, quare ignotior species. Amplius illis (qui secundum veritatem huiusmodi diffinitiones dicunt esse quæ sunt ex ijs quæ vnicuique sunt nota) plures eiusdem accidit dicere diffinitiones esse. nam alia alijs: & non omnibus eadem contingit notiora esse. quare ad vnumquemque erit diffinitio assignanda: si quidem ex ijs quæ singulis quibusque sunt notiora, diffinitionem oportet facere. Amplius eisdem alia, interdũ alia magis nota. nam a principio quidem sensibilia, instructionibus autem factis, contra. quare neque ad eundem semper eadem diffinitio assignanda. ijs qui per ea quæ singulis quibusque sunt notiora diffinitionem faterentur assignandam esse. manifestum igitur quod non diffiniendum per ea quæ huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora. nam solo modo sic vna & eadem diffinitio semper fiet. fortasse autem & quod simpliciter notum, non est id quod de omnibus notum, sed quod bene dispositis intellectu, quemadmodum & simpliciter salubre ijs qui bene affectum habent corpus. oportet ergo vnumquodque talium diligẽter peruestigare, vti autem disputantes ad id quod expedit. maxime autem sine dissensione interimere contingit diffinitionem, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex ijs quæ nobis, contingit diffinitionem fieri, vnus igitur locus est eius quod non per notiora, quod per posteriora, priora indicat: quemadmodum prius diximus.

Decimus nonus declaratio ¶ Alius autem, si eius quod est in quiete & diffinitione, per indefinitum, & quod in motu assignata est oratio nobis. Prius enim est & notius quod manens est & definitum. eo quod indefinitum & in motu est. 19

Vicesim' declaratio ¶ Eius autem quod est non ex prioribus: tres sunt loci. Primus quidem, si per oppositum: oppositum diffiniuit. 20

¶ Vt si per malum bonum. simul enim natura opposita, & nonnullis etiam eadem disciplina vtrorunque videtur esse. quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortasse aliter diffiniri non posse. vt duplum sine dimidio, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur, nam omnibus huiusmodi: est idem esse ei quod est ad aliquid quodam modo se habere. quare non est possibile sine altero alterũ cognoscere, eo quod necessarium est in alterius oratione coassumi & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia: vti autem eis in his vt videbitur expedire. ¶ Alius: si eodem vsus est ei quod diffinitur.

Vicesim' declaratio vicesimus primus declaratio ¶ Latet autem: cum non eodem diffiniti nomine vtitur. vt si solem stellam in die apparentem diffiniuit. nam qui die vtitur, vt sole vtitur. & par est ad deprehendenda talia sumere pro nomine orationem, vt quod dies est. solis latio super terram. nam tunc manifestum quod quis solis lationem super terram dixit, solem dixit. quare vtitur sole, qui die vtitur. ¶ Rursum si eo quod ediuerso diuiditur, id quod ediuerso 21

vicesimus secundus declaratio 22

diuiditur,diffiniuit. Vt impar est qui vnitate maior est pare.simul enim natură, quę
ex eodem genere ediuerso diuiduntur. impar autem & par ediuerso diuiduntur.nam Vicesim⁹
ambo, numeri differentiæ: tertius
¶ Similiter autem & si per inferiora, superiora diffiniuit. declara
¶ Vt parem numerum.qui bipartite secatur,aut bonum habitum virtutis. nam & bi tio
partite sumptum est a duobus,quæ paria sunt,& virtus :bonum quoddam est, quare
inferiora hæc quam illa sunt.est autem necesse eum qui inferioribus vtitur,& illis vti. Vicesim
nam & qui virtute vtitur,bono vtitur.eo quod bonũ quoddă virtus. similiter autem quarius
& qui bipartite vtitur, & pare vtitur. eo quod in duo secari significat bipartite secari, declaratio
duo autem paria sunt. ¶ Vniuersaliter igitur dicendo vnus est locus non per priora
& notiora fecisse orationem, partes autem eius: ea quæ dicta sunt. Vicesim⁹
24 ¶ Secundus autem, si res cum sit non ponitur in genere. quintus
¶ Nam in omnibus huiusmodi peccatum est, in quibus non prius ponitur in oratio- declaratio
ne quid est. vt corporis diffinitio: quod habet tres dimensiones. aut si quis homi-
nem diffiniuit, quod est sciens numerarare. non enim dictum est quid est habere tres
dimensiones. vel quid est,scit numerare. genus autem vult quid est significare. &
primum apponitur: eorum quæ in diffinitione dicuntur. ¶ Amplius si ad plura
cum dicatur id quod diffinitur: non ad omnia assignauit. Vicesim⁹
25 ¶ Vt si grammaticen, scientiam scribendi quod profertur. nam indiget & quod le- sextus
gendi. nihilo enim magis scribendi quam legendi assignat qui diffinit: quare non declaratio
alius: sed qui vtraque hæc dicit. eo quod plures contingit eiusdem diffinitiones es- Vicesim⁹
se. In quibusdam profecto secundum veritatem se habet vt dictum est. in quibus- septimus
dam autem non, vt in quibuscunque non per se dicitur ad vtrunque. vt medicinam: declara
scientiam, sanitatem & ægritudinem efficiendi. nam de illa quidem per se dicitur, tio
de hac autem per accidens. simpliciter enim alienum a medicina: ægritudinem effice Vicesim⁹
re. Quare nihil magis diffiniuit: qui ad vtrunque assignauit, quam qui ad alterum octauus
verum fortasse & deterius:eo quod & reliquorum quilibet, potest ægritudinem effi- declaratio
26 cere. ¶ Amplius si non ad melius sed ad peius assignauit, cum sint plura ad quæ Vicesim⁹
dicitur quod diffinitur. nonus declaratio
27 ¶ Nam omnis disciplina & potestas: optimi videtur esse. ¶ Rursum si non posi-
tum est in proprio genere quod dictum est, considerădum ex ijs(quæ ad genera sunt)
elementis quemadmodum dictum est prius.
28 ¶ Rursum si transiliens dicit,genera. ¶ Vt qui iustitiam æqualitatis habitum effe-
ctiuum,vel distributiuum æqui.nam transilit(qui sic diffiniuit)virtutem. relinquēs igi Tricesim⁹
tur iustitiæ genus: non dici: quod est esse(nam substantia vnicuique est in genere) est declaratio
autem hoc idem ei quod est non in proximo genere ponere. Tricesim⁹
¶ Nam qui in proximo posuit: omnia superiora dixit, eo quod omnia superiora ge- primus
nera de inferioribus prædicantur. Quare autem in proximo genere ponendum. declaratio
omnes differentias superiori generi addendum per quas diffinitur proximum genus. Tricesim⁹
sic enim erit nihil prætermissum, sed pro nomine: in oratione dictum erit inferius ge secundus
nus.qui vero ipsum superius genus dicit,non dicit & inferius genus,nam qui plantam declaratio
dicit non dicit arborem. tricesimus tertius
29 ¶ Rursum in differentijs similiter considerandum:si & differentias dixit generis. declaratio
¶ Nam si re non specialibus diffiniuit differentijs:aut si etiam omnino aliquid huius-
modi dixit quod nullius contingit differentiam esse(vt animal aut substantiam)mani-
festum quoniam non diffiniuit.nullius enim differentiæ quæ dicta sunt. ¶ Viden-
30 dum autem & si est aliquid quod ediuerso diuiditur dictæ differentiæ. ¶ Nam si nō
31 est perspicuum quoniam non erit quæ dicta est generis differentia. nam omne genus
ijs(quæ ediuerso diuiditur)differētijs diuiditur. vt animal gressibili & volatili & aqua
tili & bipedi: ¶ Aut si est quidem ediuerso diuisa differentia:non verificatur autem de
genere. ¶ Nam si non:manifestum quoniam neutra erit generis differentia. omnes
enim quæ ediuerso diuiduntur differentiæ, verificantur de proprio genere.
32 ¶ Similiter autem & si verificatur quidem, at non facit opposita generi speciem.
¶ Nam manifestum:quod non erit hæc specifica differentia generis. nam omnis spe-

cifica differentia cum genere speciem facit. si autem hæc non est differentia: nec quæ dicta est. quia hæc ediuerso diuiditur. Amplius si negatione diuidati genus.

¶ Vt qui lineam diffiniunt longitudinem sine latitudine esse. nam nihil aliud significat, sine latitudine quam quod non habet latitudinem. accidet igitur genus participare speciem. nam omnis longitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est. quia de omni affirmatio vel negatio vera fit. quare genus lineæ cum longitudo sit: si ne latitudine aut latitudinem habens erit. at longitudo sine latitudine speciei est ratio. similiter autem & longitudo latitudinem habens. nam sine latitudine, & latitudinem habens, differentiæ sunt. ex differentia autem & genere: est speciei oratio. quare genus suscipiet speciei orationem, similiter autem & differentiæ. eo quod altera dictarum differentiarum ex necessitate prædicatur de genere. Est autem dictus locus vtilis ad eos qui ponunt ideas esse. nam si non est ipsa longitudo, quodãmodo prædicabitur de genere quod latitudinem habet, aut sine latitudine est. oportet enim de omni longitudine alterum eorum verificari: si quidem de genere verificari debeat. hoc autem non accidit. sunt autem & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudines. quare ad illos solos vtilis hic locus: quicunque genus vnum numero dicunt esse, hoc autem faciunt qui ideas ponunt.

¶ Nam ipsam longitudinem: & ipsum animal, genus dicunt esse. Fortasse autem in quibusdam etiam necessarium est negatione vti diffinientem, vt in priuationibus. Nã cæcum est quod non habet visum, quando natum est habere.

¶ Differt autem nihil negatione diuidere genus aut huiusmodi affirmatione, qua negationem necesse est ediuerso diuidi, vt si longitudinem: habens latitudinem diffiniuit. nam habente latitudinem ediuerso diuiditur, non habens latitudinem, neque aliud quicquam. quare negatione rursum diuiditur genus.

¶ Rursum si speciem vt differentiam assignauit.

tricesimus ¶ Vt qui conuicium: iniuriam cum irrisione diffiniuit. nam irrisio iniuria quædam 34
quartus est. quare non differentia sed species est irrisio.
declara ¶ Amplius si genus vt differentiam dixit. 35
tio ¶ Vt virtutem: habitum bonum, vel studiosum. nam bonum est genus virtutis.
tricesimus ¶ An non genus est bonum, sed differentia? si quidem verum est quod non contin- 36
quintus gat idem in duobus generibus esse non continentibus se inuicem (nam neque bonum
declara continet habitum: neque habitus bonum. non enim omnis habitus bonum: neque
tio omne bonum habitus) non erunt profecto genera ambo. si igitur habitus genus est virtutis, perspicuum bonum non genus, sed magis differentiam esse.
tricesimus ¶ Amplius habitus quidem quid est virtus significat. bonum autem non quid est,
sextus sed quale quid est. videtur autem differentia quale quid significare. 37
declara ¶ Videndum autem & si non quale quid sed ipsum quid significat assignata differen
tio tia. ¶ Nam videtur quale quid omnis differentia significare.
tricesimus ¶ Considerandum autem & si secundum accidens inest diffinitio differentia.
septimus ¶ Nam nulla differentia est eorum, quæ secundum accidens insunt, sicut neque ge- 38
declara nus. non enim contingit differentiam inesse alicui, & non inesse.
tio ¶ Amplius si prædicatur de genere differentia, vel species, aut inferiorum aliquid 39
tricesimus speciei, non erit diffiniens.
octauus ¶ Nam nullum eorum quæ dicta sunt contingit de genere prædicari. eo quod genus 40
declaratio de quamplurimis omnium dicitur.
tricesimus ¶ Rursum si prædicatur genus de differentia.
nonus declaratio ¶ Nam non de differentia, sed de quibus differentia: genus videtur prædicari. vt ani-
Quadrage mal de homine & boue, & de alijs gressibilibus animalibus. non autem de ea differen
simus tia: quæ de specie dicitur, nam si de vnaquaque differentiarum animal prædicabitur,
declaratio multa animalia de specie prædicabuntur. nam differentiæ de specie prædicantur.

¶ Amplius differentiæ omnes, aut species aut indiuidua erunt, si quidem sunt animalia. nam vnumquodque animalium, aut species aut indiuiduum est. 41

¶ Similiter autem inspiciendum est & si species, aut inferiorum speciei aliquod de differentia prædicatur. ¶ Impossibile enim, eo quod de pluribus differentia quã species

42 dicitur. Item accidet differentiam speciem esse. siquidem prædicabitur de ea, aliqua
43 specierum.nam si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo. ¶ Rursum si non prior est differentia specie. ¶ Nam genere quidem posterior est specie autem priorem differentiam esse oportet. *Quadragesimus.i. declaratio*
¶ Considerandum autem & si alterius generis est dicta differentia, neque contenti neque continentis. ¶ Non videtur eadem differentia duorum generum esse non continentium seinuicem. si autem non, accidet & speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem. infert enim vnaquæque differentiarum pro- *Quadragesimus.ij. declaratio*
44 prium genus: vt gressibile & bipes animal conferunt. quare si de quod differentia & genus vtrunque: manifestum vtique quoniam species in duobus erit generibus non continentibus seinuicem. *dubitatio*
¶ An non impossibile eandem differentiam duorum generum esse non continentium seinuicem, sed addendum neque vtroque sub eodem existente? nam gressibile animal & volatile animal genera sunt non continentia seinuicem: & vtriusque eorum est bipes differentia. quare addendum est neque sub eodem, vtroque existente. nam hæc ambo sub animali sunt. Manifestum etiam quoniam non necesse est differen- *Quadragesimus.iij. dubitatio* *dubitatio*
tiam omnem proprium genus inferre. eo quod contingit eandem duorum generum es-
45 se non continentium seinuicem: sed alterum tantum necesse est inferre, & superiora omnia. vt bipes gressibile vel volatile infert animal.
46 ¶ Videndum autem & si in aliquo differentiam assignauit substantiæ.
¶ Nam non videtur differre substantia a substantia in eo quod alicubi est. quare & eos qui gressibili, & aquatili diuidunt animal, increpant: tanquam gressibile & aquatile, alicubi significet. ¶ An in iis quidem non recte increpant? non enim in aliquo neque alicubi significat aquatile & terrestre: sed quale quid. nam & si in sicco sit similiter aquatile, similiter autem & terrestre: & si in humido sit similiter terrestre, sed non aquatile erit. attamen si quandoque significat in aliquo differentia, manifestum quo- *Quadragesimus.iiij. declaratio*
47 niam peccabit. Rursum si affectum, differentiam assignauit.
¶ Nam omnis affectus cum magis fit: detrahit a substantia. differentia autem, non huiusmodi est. nam magis videtur saluare differentia id cuius est differentia. & simpliciter impossibile est singulum quodque esse sine propria differentia. nam cum non est gressibile, non erit homo. & (vt simpliciter dicamus) secundum quæcunque alteratur habens. nihil eorum differentia illius est. nam omnia huiusmodi cum magis fiunt, detrahunt a substantia. quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam assi- *Quadragesimus.v declaratio* *Quadragesimus.vi. declaratio*
48 gnauit, peccauit. simpliciter enim non alteramur secundum differentias.
¶ Et si alicuius eorum quæ sunt ad aliquid: non ad aliud quid, differentiam assignauit:
¶ Nam eorum quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid. vt & in disciplina. contemplatiua enim, & actiua, & effectiua dicitur. vnumquodque autem horum, ad aliquid si-
49 gnificat. contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius.
¶ Considerandum autem & si ad quod natum est vnumquodque eorum quæ sunt ad aliquid assignauit diffiniens. *Quadragesimus. vij declaratio*
¶ Nam in quibusdam quidem ad quod natum est singulum quodque eorum quæ sunt ad aliquid, solum est vti; ad aliud autem nihil. vt visu ad videndum solum, quibusdam autem, & ad aliquid aliud. vt dolio sane hauriat aliquis. attamen si quis diffiniuit dolium, instrumentum ad hauriendum, peccauit. non enim ad hoc natum est. terminus au-
50 tem est, ad quod natum est. ad quod sane vtitur prudens qua prudens, & quæ circa singulum quodque propria est disciplina.
¶ Amplius si non primi assignauit, quando contingit ad plura dictum esse.
51 ¶ Vt prudentiam virtutem hominis, aut animæ, & non rationalis primum enim rationalis virtus prudentia. nam secundum hoc: & anima, & homo dicitur prudens. *Quadragesimus.viij declaratio*
¶ Amplius si non susceptiuum est eius cuius dicitur diffinitus affectus vel dispositio vel quoduis aliud peccauit.
¶ Nam omnis dispositio vel affectus in illo natus est fieri: cuius est dispositio vel affectus, vt & scientia in anima, dispositio existens animæ, aliquando autem peccauit in talibus. vt quicunque dicunt quod somnus est impotentia sensus, & dubitatio

anima & corpore conuenit animali animal est;non autem quia ipsum,& per se animal.nam ipsum animal & omnis idea simplex,vel potius non composita. Ideo admittebant astam ipsum animal incompositū esse quatenus ipsum. & idem compositum,non simpliciter,sed quatenus communicatum atque principatum.sed hæc ex Platonis diffuso cāpo reperiuntur. Et qui erit curiosior(nam frugem magnam non sentio)ex commentarijs illis quos Marsilius composuit in platonicum Parmenidem requiras.qui ista tamen transfert ad rationes diuinas(dimisso sensu Platonico)rrs forte contemplatoribus non feceris indignas. sed nihil temere audendum(nisi sensu prius exercitato)in ijs quæ pertinent ad diuinitatem,verum de his hactenus.

Marsilius Ficinus. Parmenides.

De proprio loci alij. Cap.IIII.

Einde destruenti quidem: si idem eiusdem proprium posuit. 55
Non enim erit proprium, quod positum est esse propriū.
nam idem eidem omne:quid est esse indicat. quod autem esse
indicat:non proprium,sed terminus est.vt quia qui dixit hone
sti proprium dicens esse, idem eiusdem proprium assignauit
(idem enim est honestum & decens)non vtique erit decens ho 56
nesti proprium. Construenti autem si non eiusdem propri
um assignauit cum conuersim prædicatum posuit.
Nam erit proprium quod positum est non esse proprium,
vt quia qui posuit animalis proprium id quod substantia animata, non idem quidem
eiusdem proprium posuit,& conuersim prædicatum assignauit, erit animalis propri
um substantia animata. Deinde etiam in ijs quæ similium partium sunt conside 57
randum est.destruēti quidem:si quod totius est proprium,non verificatur de parte aut
quod partis:non dicitur de toto. Non enim erit propriū: quod positum est esse pro
priū.accidit autē in aliquibus hoc fieri,assignabit enī aliquis in ijs quæ similium parti
um sunt proprium: aliquotiens quidem in toto respiciens, aliquotiens autem in eo
quod secundum partem dicitur ipse in seipsum intelligens.at erit neutrum recte assigna
tum vt in toto quidem.quia dixit maris proprium,plurima aqua salsa, alicuius similis
um partium posuit proprium,& tale assignauit quod non verificatur de parte (nō enī
erit quiddam maris,plurima aqua salsa)non vtique erit maris proprium plurima aqua
salsa.in parte autem,vt quia qui posuit aeris proprium,respirabile, similium quidem
partium alicuius dixit proprium tale autem assignauit quod de aliquo aere verū est,
de toto autem non dicitur (non enim erit vniuersus aer respirabilis)non erit vtique ae
ris proprium respirabile. Astruenti autem:si verificatur de vnaquaque similium
partium quod est proprium earum secundum totum. 58
Erit enim proprium:quod positum est non esse proprium, vt quia verificatur de
omni terra deorsum ferri secundum naturam. est autem & hoc hoc proprium alicu
ius terræ secundum totum(nam secundum terram,& id quod est terram esse)erit ter
ræ proprium deorsum ferri secundum naturam. Deinde ex oppositis consideran
dum est:primum quidem ex contrarijs.destruenti quidem:si contrarij non est contra 59
rium proprium. Neque enim contrarij erit contrarium proprium. vt quia con
trarium est iustitiæ quidem iniustitia,optimo autem pessimum.non est autem iustitiæ
proprium optimum:non erit iniustitiæ proprium pessimum. 60
Construenti autem: si contrarij contrarium proprium est & contrarij contrarium
proprium erit. Vt quia contrarium est bono quidem malum eligendo autem fugien 61
dum.est autem boni proprium eligendum:erit mali proprium fugiendum. 62
Secundum autem:ex ijs quæ ad aliquid sunt.destruēti quidem si hoc ad aliquid est,
eius quod est ad aliquid non est proprium. Neque enim hoc quod ad aliquid est,
eius quod ad aliquid est, erit proprium, vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium,
superans autem ad superatum,non est autem dupli proprium superans:non erit dimi
dij proprium superatum. Construenti autem si autem eius quod est ad aliquid,hoc
quod ad aliquid est proprium: & eius quod est aliquid id quod est ad aliquid erit pro
prium. Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse quod duo ad vnum: 63
est autem dupli proprium vt duo ad vnum, erit dimidij proprium, vt vnum ad duo.

Quinquagesimus.iiij. declaratio

Quinquagesimus,v declaratio

Quinquagesimus vi.

Quinquagesimus. vij. declaratio

Quinquagesimus. viij declaratio

Quinquagesimus. ix. declaratio

Sexagesimus declaratio

Sexagesimus. i declaratio

declaratio.

¶Tertium autem,destruenti quidem:si habitus, id quod secundum habitum dicitur non est proprium:neque profecto priuationis,id quod secũdum priuationem dicitur, erit proprium:& si priuationis, id quod secundum priuationem dicitur nõ est proprium:neque habitus,id quod secundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatem esse, neque auditus erit proprium sensum esse. ¶Construenti vero,si quod secundum habitum dicitur, est habitus proprium & Sexagesimus.iiij
priuationis id quod secundum priuationem dicitur,erit proprium:& si priuationis, id quod secundum priuationem dicitur,est proprium: & habitus quod secundum habitum dicitur erit proprium. declaratio
¶Vt quia visus est proprium videre secundum quod habemus visum:erit cæcitatis proprium non videre secundum quod non habemus vi-

65 sum,nati habere. ¶Deinde ex affirmationibus & negationibus: primum quidem ex ipsis quæ prædicantur. ¶Est autem locus hic vtilis destruenti tantum,vt si affirmatio vel quod secundum affirmationem dicitur, eius est proprium. non erit profecto eius negatio,neque quod secundum negationem dicitur proprium,si autem fit negatio aut Sexagesimus.v.
quod secundum negationem dicitur proprium:eiusdem nõ erit affirmatio, neq; quod secundum affirmationem dicitur proprium,vt quia proprium animalis est animatum declaratio

66 non erit animalis proprium non animatum. ¶Secundum autem ex prædicatis vel etiam non prædicatis,& de quibus prædicatur vel non prædicatur,destruenti quidem Sexagesimus.vi
si affirmationis affirmatio non est proprium. ¶Neque enim negatio negationis erit proprium. declaratio
& si negatio negationis non est proprium: neque affirmationis affirmatio erit proprium,vt quia non est proprium non hoīs animal: neque hominis erit propri- Sexagesimus.vij

67 um animal. ¶Construenti autem: si affirmationis affirmatio est proprium. declaratio
¶Nam & negatio negationis erit proprium, si autem negationis negatio est proprium & affirmatio affirmationis erit proprium. vt quia non, animalis est proprium nõ viuere:erit animalis proprium viuere: & si animalis proprium videtur viuere: & non

68 animalis proprium videbitur non viuere. ¶Tertium autem ex ipsis subiectis destruenti quidem:si quod assignatum est proprium: affirmationis est proprium.
¶Non erit enim idem & negationis proprium. si autem negationis est proprium Sexagesimus.viij
quod assignatum est:non erit affirmationis proprium. vt quia animalis proprium est

69 animatum non animalis non erit proprium animatum. ¶Construenti vero:si affi- annotatio
gnatum proprium non est affirmatio, proprium erit negationis.
¶At hic locus deficit,nam affirmatio negationis,& negatio affirmationis non est pro Sexagesimus.ix
prium,quandoquidem affirmatio negationi omnino non inest,negatio autem affirma

70 tioni inest quidem:at non vt propriũ inest. ¶Deinde ex ijs quæ ex opposito diuidun- declaratio
tur.destruenti quidem:si eorum quæ ex opposito diuiduntur, nullum vllius reliquorum ex opposito diuisorum est proprium. ¶Neque enim quod positum est: erit Septuagesimus
proprium eius cuius positum est proprium.vt quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animaliũ est proprium.non erit animal intelligibile dei proprium. declaratio

71 ¶Construenti autem:si cæterorũ quæ ex opposito diuiduntur, quoduis est propri- Septuagesimus.i
um talium quorumcunque eorum:quæ ex opposito diuiduntur.
¶Nam reliquum erit eius proprium cuius positum est nõ esse proprium,vt quia pru declaratio

72 dentiæ est proprium,per senatum esse rationalis virtutem esse:& aliarum virtutum sic Septuagemus.ij
vniuscuiusque sumptæ erit temperantiæ proprium per se natum esse concupiscibilis virtutem esse. ¶Deinde ex casibus destruenti quidem:si casus non est casus propri- declaratio
um. ¶Neque enim casus erit proprium casus, vt quia non est eius quod est iuste pro

73 prium id quod bene:neque iusti proprium erit bonum. Septuagemus.iij
¶Cõstruẽti autem:si casus est proprium casus. ¶Nam & casus erit casus propriũ, vt

74 quia hominis est proprium gressibile bipes: & homini proprium erit gressibili bipedi declaratio
dici. ¶Non solum autem in eo quod dictum est secundum casus est considerandum, septuagesimus.iiij
sed in oppositis,quemadmodum & in prioribus locis dictum est; destruenti quidem: declaratio
si oppositi casus,non est proprium oppositi casus. septuagesi

75 ¶Neque enim oppositi casus erit proprium oppositi casus,vt quia non est eius quod mus.v

76 est iuste proprium quod bene: neque iniuste erit proprium quod male. declaratio
¶Construenti vero: si oppositi casus est proprium oppositi casus. ¶Nam & oppo

ſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus, vt quia honeſti eſt proprium optimum: & inhoneſti erit proprium peſſimum. ¶ Deinde ex iis quæ ſimiliter ſe habent, deſtruenti quidem: ſi quod ſimiliter ſe habet, eius quod ſimiliter ſe habet, non eſt proprium.
¶ Neque enim quod ſimiliter ſe habet: eius quod ſimiliter ſe habet erit proprium. vt quia ſimiliter ſe habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendã ſanitatem, non eſt autem proprium medici efficere ſanitatem: neque ædificatoris erit
Septuageſimus. vi. declaratio proprium extruere ædificium. ¶ Conſtruenti autem: ſi quod ſimiliter ſe habet erit
proprium eius quod ſimiliter ſe habet. ¶ Nam & quod ſimiliter ſe habet, eius quod 77
ſimiliter ſe habet erit proprium: vt quoniam ſimiliter ſe habet medicus ad id quod eſt eſſe effectiuum ſanitatis & ludi magiſter ad id quod eſt eſſe effectiuum bonæ habitu-
Septuageſimus. vii. declaratio dinis, eſt autem proprium magiſtri ludi eſſe effectiuum bonę habitudinis: erit pro-
prium & medici effectiuum eſſe ſanitatis. ¶ Deinde ex iis quæ ſic habent. deſtruen 78
ti quidem: ſi quod ſic ſe habet: eius quod ſic ſe habet non eſt proprium.
¶ Neque enim quod ſic ſe habet, eius quod ſic ſe habet non eſt proprium.
Septuageſimus. viii. declaratio ¶ Si autem eius quod ſic ſe habet id quod ſic ſe habet eſt proprium: eius non erit pro
prium cuius poſitum eſt eſſe proprium. ¶ Vt quia ſic ſe habet prudentia ad honeſtũ 79
& turpe, eo quod diſciplina vtriuſque eorum eſt, non eſt autem prudentiæ proprium diſciplinam eſſe honeſti: non vtique erit proprium prudentiæ diſciplinam eſſe turpis. ſi vero eſt proprium prudentiæ diſciplinam eſſe honeſti: non erit proprium eiuſdem diſciplinam eſſe turpis. impoſſibile eſt enim eiuſdem plura eſſe propria.
¶ Conſtruenti vero nihil locus iſte vtilis. nam quod ſic ſe habet: vnum ad plura com 80
paratur. ¶ Deinde deſtruenti quidem, ſi quod ſecundũ eſſe dicitur, non eſt eius quod ſecundum eſſe dicitur proprium. Nam neque corrumpi eius quod eſt ſecundum cor-
Septuageſimus. ix. declaratio rumpi, neque generari eius quod ſecundum generari dicitur, erit proprium, vt quia non eſt hominis proprium eſſe animal, neque eius quod eſt hominem generari, erit proprium generari animal: neque eius quod eſt hominem corrumpi erit propriũ corrumpi animal. ¶ Eodem autem modo accipiendum eſt, & ex generari ad eſſe & cor-
rumpi. & ex corrumpi ad eſſe & generari: quemadmodum dictum eſt nunc ex eſſe ad 81
generari & corrumpi. Conſtruenti autem ſi eius quod eſt ſecundum eſſe ordinatũ eſt.
Octogeſimus declaratio ¶ Eſt autem per ſe, ordinatum proprium. nam & eius quod ſecundum generari dicitur, erit hoc quod ſecundum generari dicitur proprium: & eius quod ſecundum corrũpi hoc quod ſecundum corrumpi eſt aſſignatum. vt quia hominis eſt propriũ eſſe mortalem, & eius quod eſt generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius quod eſt corrumpi hominem: corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiẽdum eſt & ex generari & corrumpi: & ad eſſe, & ad ipſa ex ipſis fieri: quemadmodum & in deſtru
Octogeſimus. i. declaratio enti dictum eſt. ¶ Deinde inſpiciendum ad ideam ſuppoſiti: deſtruenti quidem: ſi ideę 82
non ineſt, aut ſi non qua id dicitur, cuius eſt proprium aſſignatum. ¶ Non enĩ erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium. vt quoniam ipſi homini non ineſt quieſcere
Octogeſimus. ii. declaratio qua homo eſt, ſed qua idea: non erit hominis proprium quieſcere. ¶ Conſtruenti au- 83
tem: ſi ideæ ineſt, & ſecundum hoc ineſt qua dicitur de illo ipſo, cuius poſitum eſt non eſſe proprium. ¶ Erit enim proprium quod poſitum eſt nõ ineſſe proprium. vt quoniam ineſt ipſi animali ex anima & corpore compoſitum eſſe, & qua animal eſt ipſi ineſt id erit proprium animalis ex corpore & anima compoſitum eſſe.

QVinti capitis ſcholia. De problematis proprii loci alii duodeuiginti. LXXXVI. Vt quia non eſt hominis proprium ſtudioſum, ſtudioſum etiam de aliis ab hominibus dici ex numero. lxxv. libri prædicamentorum & nota illi reſpondente, amplius cognoſcitur. non igitur poteſt ſimpliciter eſſe hominis proprium, neque per locum magis hominis aut maxime hominis, modo magis & maxime homo dici locutio admitteret, magis ſtudioſum & maxime ſtudioſum proprium erit. accommodatius forte exemplum de albo & congregatiuo viſus aſſignari poſſit quod vtrunque & album inquam & congregatiuum viſus magis & maxime ſuſcipiat. LXXXVII. Si quæritur accommodatius exemplũ ignis loco & eius quod eſt ſurſum ferri: apponatur albũ & diffuſiuũ, diſgregatiuũve

visus. LXXXVIII. Vt quoniam magis proprium animalis est sentire. ferme exempla locorũ in plerisque non proveritate ponuntur, sed ex hypothesi (discendi causa) ꝙ ita sit, vt ex hoc. lxxxviij.numero &.xcij cognoscas, quia quid hic negatur proprium animalis, illic astruitur propriam quod sane fie discēdi causa,& posita hypothesi quod ita sit. LXXXIX. Vt quia minus est proprium hominis mansuetum natura.neque hæc exemplaris declaratio pro verita te posita est,sed ex hypothesi intelligendi causa intelligenda est. XCIIII. Vt quia similiter est rationalis proprium primum prudens. vt enim visio oculo, auditio auri primo inest: ita prudentia rationali pertimentia,quæ vis actiua,amministratiuaq; dicitur,& tēperātia parti cō cupiscibili.& prudētia moderatur tēperatq; rationalem partē, & temperantia concupiscibilē, vt & bona visio visum.sed quid prudentia & tēperantia sit,ex moralibus est agnoscendum.& quod partes illæ animæ eius sint vires quædā & potētię,nō re ipsa & subiecto disclusę ex libro de anima.quare illis declarādis non est hic diutius immorandũ. XCVII. Differt aũt quod est ex similiter habentibus,ex xciiij.numero proportio attenditur,vt primi concupiscibilis & pri mi rationalia,hic aũt confertur comparaturq; idem, vt vrere confertur flammæ & carboni.

ℂDe proprio loci alij. Cap.V.

DEinde ex magis & minus.Primum quidē destruenti, si quod
magis est,eius quod magis non est proprium. ℂNeque eñ
84 quod minus est,eius quod minus erit proprium,neque quod Octogesi-
minime, eius quod minime. neque quod maxime eius quod mus.iij
maxime,neq; quod simpliciter eius quod simpliciter. vt quia declaratio
85 non est magis colorari magis corporis proprium, neque mi- Octogesi-
mus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari mus.iiij
corporis omnino. ℂConstruenti autem: si quod magis est declaratio
eius quod magis est,est propriũ. ℂNam quod minus est eius
quod minus est,erit proprium, & quod minime eius quod minime, & quod maxime
eius quod maxime,& quod simpliciter eius quod simpliciter, vt quia magis viuentis
magis sentire est proprium,& minus viuentis minus sentire,erit propriũ,& eius quod
86 maxime id quod maxime,& eius quod minime id quod minime: & eius quod simpli-
87 citer,id quoque quod simpliciter. ℂEt ex eo autem quod simpliciter: ad eadem consi Octogesi
derandum,destruenti quidem: si quod simpliciter non est proprium. mus.v.
ℂNeque enim quod magis est eius quod magis,neque quod minus eius quod minus declaratio
neque quod maxime eius quod maxime,neque qnod minime eius quod minime erit Octogesi
proprium,vt quia non est hominis proprium studiosum: neque magis hominis, ma- mus.vi.
gis studiosum erit proprium. ℂConstruenti autem, si quod simpliciter est, eius qđ declaratio
simpliciter est proprium. ℂNam & hoc quod magis eius quod magis.& quod minus Octogesi
eius quod minus, & ꝙ minime eius quod minime: & quod maxime eius quod maxi- mus.vij
me erit propriũ, vt quia est ignis proprium sursum ferri secundum naturā: & magis declaratio
ignis erit magis proprium,sursum ferri secundum naturam.eodem aũt modo conside
88 rādum est & ex alijs magis huiusmodi. ℂSecundum aũt,destruenti quidem: si quod
magis est nō est eius quod magis est propriũ. ℂNeque eñ quod minus est eius ꝙ mi
nus erit proprium, vt quoniā magis est proprium animalis sentire quam hominis sci-
re,non est autem animalis proprium sentire: quare non erit hominis proprium scire.
89 ℂConstruēti autem: si quod minus,eius quod minus est proprium. ℂNam & quod Octogesi-
magis eius quod magis erit proprium.vt quia minus est proprium hominis mansue- mus.viij
tum natura quam animalis viuere,est autem hominis proprium mansuetum natura: annotatio
erit proprium animalis viuere. ℂTertium vero,destruenti quidem: si cuius magis est,
90 proprium non est. ℂNeque enim cuius est minus proprium: erit eius proprium. si au Octogesi
tem illius est proprium: non erit huius propriũ.vt quia colorari magis superficiei quā mus.ix
corporis est proprium,non est autem superficiei proprium: non erit corporis propri- declaratio
um colorari. si vero est superficiei proprium: non erit corporis proprium. Construenti
autem hic locus non est vtilis.nam impossibile est idem plurium proprium esse. Nonage-
91 ℂQuartum,destruenti quidem, si quod magis est eius proprium, non est proprium: simus
neque profecto quod minus est eius proprium, erit proprium. ℂVt quia magis est declaratio
propriũ animalis sensibile quam partibile, non est autem animalis sensibile proprium

quare non erit animalis partibile proprium. ¶Construenti autem: si quod minus est
Nonagesi eius proprium, est proprium. ¶Nam & quod magis est eius propriũ, erit proprium:
mus. i. vt quoniam minus est proprium animalis sentire quam viuere, est autẽ animalis pro-
prium sentire: erit animalis proprium viuere. ¶Deinde ex his quæ similiter insunt.
declaratio primum quidem destruenti: si quod similiter est proprium non est proprium eius cu- 93
Nonagesi ius similiter est proprium. ¶Neque enim quod similiter est proprium: erit proprium
mus. ij. eius cuius similiter est proprium. vt quia similiter est proprium concupiscibilis concu-
declaratio piscere: & rationalis ratiocinari. non est autem proprium concupiscibilis concupiscere,
Nonagesi non erit rationalis proprium ratiocinare. ¶Construẽti vero: si quod similiter est pro- 94
mus. iij prium: eius est proprium, cuius est similiter proprium. Nam & quod similiter est pro-
prium: erit eius proprium cuius similiter est proprium. vt quia similiter est rationalis
declaratio proprium primum prudens, & concupiscibili proprium primum temperans. Est autẽ
Nonagesi rationalis primum prudens: erit igitur concupiscibilis proprium primum temperans.
mus. iiij ¶Secundum autem destruẽti quidem: si quod similiter est proprium non est propriũ 95
declaratio eius. ¶ Nã neq; quod similiter est propriũ: erit proprium eius. vt quia similiter est pro
Nonagesi prium hoĩs videre & audire, non est hominis proprium videre: non vtique erit homi-
mus. v nis proprium audire. ¶ Construenti vero si quod similiter eius proprium, est propri
declaratio um. ¶ Nam quod similiter est eius propriũ, proprium erit, vt quia similiter est pro- 96
prium animæ: aliquid partium eius primo esse concupiscibile, & rationale primo. est
autem proprium animæ, quid partium eius esse concupiscibile primo: erit vtiq; pro-
Nonagesimus. vi. prium animæ, quippiam partium eius esse rationale primo. ¶Tertium vero destruen 97
declaratio ti quidem: si cuius similiter est proprium non est proprium. ¶Neq; enim cuius simili
ter proprium: erit proprium. si autem illius est proprium: non erit alterius proprium:
Nonagesimus. vij. vt quia vrere similiter est proprium flammæ, & carbonis, non est autem flammę pro-
prium vrire, non erit carbonis proprium vrere. si autem est flammæ proprium: nõ erit
declaratio carbonis proprium vrere. construenti autem hic locus non est vtilis. differt autẽ quod
est ex similiter se habẽtibus ab eo quod ex ijs est quæ similiter insunt. quoniam illud
quidem secundum proportionem sumitur non in eo quod inest aliquid comparatum. 98
hoc autem ex eo quod inest alicui comparatur. ¶Deinde destruenti quidem: si poten
tia proprium assignans & ad non ens assignauit proprium potentia, cum non contin
gat ei potentia inesse eum ens non est. ¶Non enim erit proprium: quod positum est 99
esse proprium, vt quia qui dixit aeris proprium respirabile: potentia quidem assigna-
Nonagesimus. viij uit proprium (nam tale proprium vt respirari possit, respirabile est) assignauit autem
& ad non esse proprium. nam & cum non est animal quod spirare natum est aerem. cõ
declaratio tingit aerem esse: non tamẽ cum non est animal, possibile est spirare. quare neque ae-
ris erit proprium huiusmodi possibile respirari tunc: quia animal nõ erit quod tale est
vt respirare possit, non ergo erit aeris proprium respirabile. ¶Construenti autem: si 100
potentia assignans proprium, tam ad ens assignauit proprium quam ad non ens, cum
contingit potentia non enti inesse. ¶Erit eñ proprium quod positũ est non esse pro-
prium. vt quia qui assignauit proprium entis possibile pati, aut facere potẽtia assignãs
ꝓprium, ad ens assignauit propriũ. nã cum ens est: & possibile pati quid: aut facere erit.
quare proprium erit entis possibile pati quid, aut facere. ¶Deinde destruenti quidem 101
Nonagesimus. ix. si per superabũdantiam posuit proprium. ¶Non erit enim proprium quod positum
est esse proprium. accidit enim sic assignantibus proprium: non de quo orationem, &
declaratio nomen verificari. nam corrupta re: nihil minus erit oratio. nam eorum quæ sunt: alicui
maxime inest: vt si quis assignet ignis proprium corpus leuissimũ. corrupto eñ igne
Centesimus erit aliquod corporum quod leuissimum erit. quare non erit ignis proprium: corpus
declaratio leuissimum. ¶Construenti autem: si non per superabundantiam posuit proprium.
¶Erit enim secundum hoc bene positum proprium, vt quia qui posuit hominis pro- 102
prium animal mansuetum natura, non superabundantia assignauit proprium: erit vti
que secundum hoc bene positum proprium.

QVINTI TOPICORVM ARISTO
TELIS FINIS.

SEXTVS TOPICORVM ARISTOTELIS.

PRIMI cap. Sexti Topicorum Aristotelis scholia. Problematis diffinitionis loci quinque. 4. Quare argumentatio facilior quæ circa hoc, quam quæ circa illud circa hoc: quod non bene diffiniuit. circa illud: quod non diffiniuit.

¶Sexti Topicorum Aristotelis de locis diffinitionis; Cap. I.

Ius autem quod est circa terminos negocij, partes sunt quinque. Nam aut Primus lo
1 quod omnino non verum est dicere de quo nomen & orationem (opor cus
tet enim hominis diffinitionem de omni homine verificari) aut quod cũ declaratio
sit genus nõ posuit in genere vel non accommodato genere posuit (oportet enim eum qui diffinit in genere ponentem differentias adiungere. nam maxime eorum quę sunt in diffinitione: genus videtur diffiniti substantiam significare) aut quod non propria est diffinitio. oportet enim diffinitionem propriam esse. quemadmodum prium dictum est, aut si omnia quæ dicta sunt is qui fecit, non diffiniuit; neque dixit quid est esse rei diffinitione. reliquum autem præter ea quæ dicta sunt si diffiniuit qui
2 dem: at non bene diffiniuit. ¶Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio: ex ijs Secundus
quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum. ¶Nam & illic verum vel non verũ declaratio
omnis consideratio fit. quando enim quod inest accidens disputamus: quod verum est
3 dicimus. quando autem quod non inest: quod non verum. ¶Si vero nõ accõmodato Tertius
genere posuit, aut si non propria est assignata oratio: ex ijs qui sunt ad genus & propri
um dictis locis, perspiciendum. ¶Reliquum vero si non diffiniuit, aut si non bene dif Quartus declaratio
finiuit: aliquo modo aggrediendum dicere. ¶Primum igitur inspiciendum si non be
4 ne diffiniuit. ¶Nam facilius est: quodlibet fecisse, quam benefecisse. manifestum igitur
quoniam peccatum circa plusculum: eo quod laboriosius. quare argumentatio facilior Quintus
quæ circa hoc, quam quæ circa illud fit. ¶Sunt autem eius quod est non bene partes declaratio
duæ. Vna quidem, obscura interpretatione vti. ¶Oportet enim diffinientem (vt con
5 tingit) quam clarissima interpretatione vti. eo quod cognoscendi gratia, assignatur diffinitio, secunda autem, si amplius dixit in diffinitione quam par sit. nam omne quod super adiectum est in diffinitione, superfluum est.

SEcundi cap. scholia. De diffinitione loci alij vndecim. 6. Nam æquiuoca est ductio & commensuratio. si duco æquiuocum est, & seductorem volenti præbere significat, vt fata voluntatem ducunt. & abducere: vt, Quid ducis vultus & non legis ista libenter. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi, & existimare, vt ego sic animo duco mox me inter meos futurum, & ex numero .lxix. primi, ductio æquiuoca est, præbitionem ducatus volenti significant, & abductionem, & existimationem. casus em̃ solet appellari Aristoteles non modo principalia, & sua aduerbia: sed & coniugata & alia abuicem deductitia, quæ principium vocis retinent, sed finem euariant, quanuis illius loci in solis principalibus & aduerbijs declarationem fecerit. Et quod hic ductio dicitur, Aristoteles habet αγωγη quod manifeste apud Græcos æquiuocũ est, sed alias habens significationes; nunc ductum, nunc educationem, nunc viuendi regulam & dietam, significans. Commensuratio etiam quam συμμετρίαν appellat Aristoteles æquiuocum est, nunc debitam & elegantem magnitudinem rationem proportioneque significans: nunc autem contemperationem qualitatum atq; humorũ. VII. Alius si secundum metaphoram dixit. Metaphora latine dicitur translatio. deciduum & indeciduum proprie circa idem fieri nata sunt: & circa id quidem cui motus secundum locum conuenire natus est. vt folia decidua sunt, vt vitis, indecidua, vt lauri & buxi. trãslatitie igitur de scientia dicatur quod forte scientiã sit adeptus ab illius rei credulitate dimoueri non possit nutrix proprie quæ vbera admouet natis. translatitie igitur de terra, obscuras enim esse metaphoras permanifestum est. sic enim metaphoris sortes & præsagia reddebantur: vt illud Cassandræ apud Ouidium. Ouidius

Quid facis Oenone? quid arenæ semina mandas?
Non profuturis littora bobus aras.
Graia iuuenca uenit: quæ te, patriamq; domumq;
Perdat: Io prohibe Graia iuuenca uenit.

¶VIII. Amplius si non positis nominibus vtitur. si nondũ impositis, sed innouatis nominibus

vtitur. quo mō Plato inouatis vtebatur ab eo vocabulis, ꝓ oculo, araneo, & medula. οφρυοσκι ομ, σηψιδ'ακτο και οσ τοσ γενεσ. quę si latin⁹ ꝑmitteret sermo: diceremus ciliūbre. putrimordax, ossigeniū. & ita effinxit quod ciliū vmbram faciat in oculo, ꝙ araneus putidis rebus morsus infigat, & quod medulla ex osse gigni videatur, aut potius ꝙ medulla gignat os. Et licet apud Plautum multa talia quæ facetiarum. & risus gratia innouauit, reperire. vt in Captiuis prouer berone plagipatidam: ꝙ plagas frequentes patiatur, excipiatq;: & in Mustellaria pro gulone, ni doricupinam: ꝙ nidore culinarum & escarum trahatur. pro compedito ferritribacē, ꝙ cōpe ditorum eorum crura ferro atterātur. Nam imago id est, cuius generatio per imitationem est. imago tua in speculo teipsum imitatur, vt vestigium veritatem atque ad hoc gignitur, & echo imitatur veram vocem, & vnaquæque imago id cuius est imago. X. Si non manifesta est con trarij oratio, contrarij diffinitio, eo quod diffinitio omnis, oratio est. non enim hic de alia ora tione agimus. XII. Oportet enim genus ab alijs separare. ab alijs generibus. Quare superuacane um huiusmodi appositum superuacaneum, vanum, superfluum & ne quicquam appositum, quia huiusmodi appositum vocabulū: neque genus, neque differentia esse potest. XIII In homi nis oratione, scilicet animal rationale, si apponatur susceptiuum disciplinæ, dicaturque homo est animal rationale susceptiuum disciplinæ, id susceptiuum disciplinæ abundat, atque super fluit, tametsi id homini esset proprium. nam residua oratio quæ quidem est animal rationale, homini propria est & quid est, esse, substantiamque hominis indicans. Vtrouis igitur modo. nā siue residuū non indicet substantiā sed accidentarium sit, siu est numerus, sup. rfluus, difficile est, vt hmōi oratio explicet, & clarum faciat quid est anima. XIIII. Simpliciter aūt ad propri um quolibet addito vero, quod vere dicitur, vt si aīali rationali additur ens dicendo hō est eis quod est aīal ratiōale, tota oratio est propria hoī, ens tamen superfluum, & illo remoto residu um animal rationale, est tota oratio, diffinitioque hominis. XV. Quare & idem concupiscētiæ delectationis erit. quare appetitus delectationis erit idem concupiscentiæ delectationis scilicet singulum singulo & totum toti. quapropter cum ita diffinitur, bis idem virtualiter dicitur. si quidem idem est, concupiscentia, & concupiscētia delectationis. Vtrunque eorum delectatio nis erit. s. cōcupiscētia delectatiōis, & appetitus delectationis. Nō em̄ de appetitu quod quid est delectationis esse pręedicatur. hoc est, hoc delectationis non prædicatur de appetitu, sed id totū appetitus delectationis prædicatur de concupiscentia. si autem prædicaretur de appetitu, bis virtualiter esset dictum delectationis. vt qui dicit homo animal, bis quodammodo dicit ani mal, eo quod animal de homine proprie prædicari natum est. Ratio Xenocratis nugatoria est, sicut dicit hominem animal esse & corpus rationale. nam qui dicit animal dicit corpus, & sic quodam modo bis prædicauit corpus. XVI. Expedientium & iustorum, quia clementia ali cui minuit cruciatus iustos parumper ad mansuetudinem, misericordiarūq; deflectēs. qui si iu sti, ergo expedientes. Attamen quod hic versum est clementiam: Aristoteles habet επιεικειαν quod vertere magis solent, æquitatem & bonitatem. quæ quidem virtus est quæ legem vbi ob vniuersale deficit emendat, sicq; ius imminuere videtur vt ex quinto Ethicorum Aristotelis habetur, sed in hoc siue clementia siue æquitas & bonitas vertatur, vis non constituatur.

❡De diffinitione loti alij. Cap. II.

Sextus declaratio RVrsus autem vtrunque quod dictum est: in plures partes di uiditur. vnus autem locus eius quod obscure est: si sit ęquiuo cum alicui, quod dictum est. ❡Vt quod generatio est ductio ad substantiam: & quod sonitas commēsuratio calidorum & frigidorum. nam æquiuoca est ductio & commensuratio. ima nifestum igitur vtrū vult eorum quæ significātur ab eo quid multipliciter dicitur. similiter autem & si cū diffinitum multi pliciter dicitur: diuidens non dixit. nā immanifestum, vtrius diffinitionem assignauit, contingitq; calūniari velut non con

septimus declara tio uueniente oratione ad omnia quorum diffinitionem assignauit. Maxime autē contin git tale quippiam facere, cum latet æquiuocatio. Cōtingit etiā & eum qui diuidit quo

octauus declaratio tiens dicitur id quod in diffinitione assignatum est syllogismū facere. nā si secundum nullum modorū sufficienter dictum est, manifestum quod non diffinierit illo modo. ❡Alius si secundum metaphorā dixit. ❡Vt scientiā indeciduam, terrā autem nutricē aut temperantiam consonantiā. nam omne obscurum, quod secundum metaphorā di citur. contingit & etiā metaphora loquentem calumniari: tanquā non proprie dicen tem. non enim congruet dicta diffinitio: vt in temperantia. nam omnis consonantia in

pro

sonis. Amplius si est genus consonantia temperantiæ, in duobus generibus erit idẽ nõ
continentibus se inuicem, nam neque consonantia virtutẽ neque virtus continet con Nonus
8 sonantiam. ¶ Amplius si non positis nominibus vtitur. ¶ Vt Plato cilium vmbræ declaratio
oculum aut araneum putrimordax, aut medullam ossigenium dixit. nam omne obscu
rum, quod insuetum est. ¶ Quædam autem neque secundum æquiuocationem, neq;
secundum metaphoram, neque proprie dicuntur. ¶ Vt lex: mensura vel imago eorum
quę natura iusta sunt. sunt autem huiusmodi deteriora metaphora. nam metaphora fa
9 cit quodammodo notum quod designatum est per similitudinem. omnes enim meta-
phora vtentes: secundum aliquam similitudinem ea vtuntur: at quod tale est, non facit
notum, nam neque similitudo est secundum quam mensura vel imago lex est: neque
proprie solet dici, quapropter si proprie mensuram vel imaginem legem dicit esse, ve
ritatis est expers. nam imago id est, cuius generatio per imitationem est. hoc autẽ non
10 inest legi. si autem non proprie, manifestum quod obscure dixit, atque deterius quoli
11 bet eorum quæ secundum metaphoram dicuntur. ¶ Amplius. si non manifesta est cõ Decimus
12 trarij oratio ex hoc quod dicitur. ¶ Nam quæ bene assignantur, contrarias commani- declaratio
festant. ¶ Aut si per se dicta, non sit manifestum cuius est diffinitio: sed quemadmodũ Vndeci-
ea quæ sunt antiquorum scriptorum, nisi quis superscripsisset, nõ cognoscebatur quid mus
vnumquodque: si igitur non clare: ex huiusmodi est inspiciendum. ¶ Si igitur super- Duodeci-
fluum in termino dixit, primum quidem considerandum, si aliquo vsus est quod om- mus
nibus insit, vel simpliciter ijs quæ sunt, vel ijs quæ sub eodẽ genere sunt diffinitorum. declaratio
13 ¶ Nam superfluum dici necessarium id est. oportet enim genus ab alijs separare: dif-
ferentiam autem ab aliquo eorum quæ sunt in eodẽ genere. atqui quod omnibus qui
dem inest simpliciter, a nullo separat. quod autem omnibus quæ sub eodem sunt gene
re inest, non separat ab ijs quæ sunt in eodem genere, quare superuacaneum huiusmo-
di appositum. ¶ Aut si est quidem proprium quod appositum est: ablato autem illo, Decimus
& reliqua diffinitio propria est, & indicat substantiam. ¶ Vt in hominis oratione sciẽ- tertius
tiæ susceptiuum appositum, superfluum. nam & eo ablato: reliqua oratio propria est, declaratio
& indicat substantiam. simpliciter autem dicendo, omne superfluum. quo ablato reli-
quum manifestum facit id quod diffinitur. Talis autem est & animę terminus, si est nu
merus ipse seipsum mouens. nam quod seipsum mouet est anima, ceu Plato diffiniuit.
an proprium quidem quod dicitur, non indicat autem substantiam intercepto nume-
ro, vtrouis igitur modo se habeat. difficile est vt explicet. Vtendum ergo in omnibus
talibus ad id quod expedit. vt est flegmatis terminus: humidum primum a cibo, indige Decimus
stum. vnum enim primum non multa. quare superfluum, indigestum appositum: nam quartus
hoc ablato, reliqua erit propria diffinitio. non enim contingit a cibo & aliud quiddam declaratio
primum esse. An non simpliciter a cibo flegma. sed indigestorum primum. quare ad
dendum est indigestum. nam illo quidem modo dicta, non vero erit diffinitio, siqui-
14 dem non omnium primum est. ¶ Amplius si quippiam eorum quæ sunt in oratio-
ne non omnibus inest quæ sunt sub eadem specie. ¶ Nam talis peius diffiniuit quam
qui vsi sunt eo quod inest omnibus quæ sunt. nam illic, si reliqua propria diffinitio, & Decimus
tota propria erit. simpliciter enim ad proprium quolibet addito vero: tota oratio pro- quintus
pria fit. at vero si aliquid eorum quæ sunt in oratione, nõ omnibus insit. quæ sunt sub declaratio
eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse, non enim cõuersim præ
dicabitur de re. vt animal gressibile bipes quadricubitale. nam huiusmodi oratio non
conuersim prędicabitur de re. eo quod non omnibus inest. quę sub eadem specie sunt:
15 quadricubitale. ¶ Rursum si idem frequenter dixit. ¶ Vt qui concupiscentiam
appetitum delectationis dixit. nam omnis concupiscentia, delectationis est. quare & ei
dem concupiscentiæ delectationis erit. fit igitur terminus cõcupiscentiæ, appetitus de-
lectationis. nihil enĩ differt concupiscẽtiã dicere, aut appetitũ delectationis. quare vtrũ-
que eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum: nã & homo bipes est.
Quare & idẽ homini, bipes erit. est aũt idem homini: animal gressibile bipes quare ani
mal gressibile bipes. bipes est, sed non propter hoc absurdum aliquid accidit. non enĩ
de aiali: gressibile bipes prædicatur, sic enim de eodem bis bipes prædicatur: si de ani-

mali bipede, gressibile bipes dicitur, quare semel tantum bipes prædicatur. similiter autem & in concupiscentia. non enim de appetitu id quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto. quare semel & hic prædicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum, sed frequenter de aliquo idem prædicari. sicut Xenocrates prudentiam diffinitiuam & contemplatiuam eorum quæ sunt, dicit esse. nam diffinitiua contemplatiua quædam est. quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuã. similiter autem & quicunque refrigerationem, priuationem eius quidem caloris qui secundum naturam est. dicunt esse. nam omnis priuatio eius est: quod secundum naturã est. quare superfluum est addere secundum naturam, sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris. eo quod ipsa priuatio, notum facit quod eius sit quod secundum naturam dicitur. 61

Decimus sextus declaratio ¶ Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. ¶ Vt si clementiam imminutionem expedientiam & iustorum. nam iustum expediens quippiam est. quare continetur in expediente. superfluum igitur iustum. nam qui dixit vniuersale: addidit & particulare. & si medicinam disciplinam sanatiuorum animali & homini, aut legem imaginem eorum quæ natura sunt bona & iusta. nam iustum bonum quippiam, quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene, an non bene diffiniuit: per hæc & huiusmodi perspiciendum.

Ertij capitis scholia. De diffinitione loci aij vnde quadeaginta, dubitationes quatuor. XVII. Quare si piuees erunt eiusdem diffinitiones: idem erit diffinitio esse. nam vnaquęque diffinitio: esse, essentiã, substantiamque diffiniti importat, quod quidem ipsi diffinito idem esse necesse est. at si diffinitiones ee ipsa essent diuersæ, & ipsa quoq; esse diuersa essent. non igitur eadem erunt vni & eidem diffinito. quod tamen esse oportet. XVIII. Et superficies: solido solidum, corpus, quodque in tres porrigitur dimensiones, longum, latum, crassum. Elementum, litera. sed vt grammatici volunt, elementum est cum in voce formatur, litera vero cum scribitur, delineaturq;. Linea autem, signo magis. signum, nota punctum. XIX. Quod est in quiete, & diffinitione, quod est in statu, & perfectione. imperfecta eñ quandiu in perfectionem tendunt, indefinita, indeterminataque sunt, cum aũt suam perfectionẽ assecuta sunt, definita determinataque sunt, & in quiete. quare per hunc locum qui temperantiam diffiniret, continentiam esse perturbationem gustus aut tactus, perperam diffiniret, tam temperantia determinata, & in quiete: continentia autem indeterminata, indefinitaque & in motu. XXIIII. Vt corporis diffinitio. Corpus æquiuocum est nunc substantiale nomen, & tunc diffinitur substantia corporea. nunc autem quantitas nomen, & tunc diffinitur quantitas continua, tres dimensiones habens. cum igitur dicitur quod tres dimensiones habet, sola opposita est differentia, quæ quale quid est dicit. non igitur particula quæ quid est dicit, adiecta est. solum enim diffiniti genus quid est eius dicit tales tamen diffinitiones quando permanifestum diffiniti genus est, sine calumnia admittuntur, quod ad diffinitiones recta expetatur vel maxime in disciplinis intelligentia. XXVII. Ex ijs quæ ad genera sunt elementis: ex locis communibusque principijs generis. XXVIII. Si transiliens dicit genera transilit transcendit, transgrediturque genera: qui dimisso vicino genere, semotum sumit ad diffiniendum melius enim per propinquum genus, vicinumq; finimus, vt iustitiam per virtutem quam per habitum. XXXI. Diuisa differentia non verificatur de genere. tamet si ea differentia non proprie de genere prædicetur ex numero xxxix. nam neque maior neque generi diuiso æqua: recipit tamen genus particularem vtriusque differentiæ verificationem aliquod sane animal rationale est & aliquod irrationale, & earum disiuncti vniuersalem. nam animal omne, aut rationale aut irrationale est. XXXIII. Est autem dictus locus vtilis ad eos qui ponunt ideas esse. Secundum ponentes ideas, vnaquæque idea est id quod est, nullus alterius prædicationem recipiens, vt ipsum animal: est ipsum animal & ipsa longitudo, ipsa longitudo. neque de ea prædicantur aut latitudinem habens, aut sine latitudine, & (vt aiunt) ipse equus solum est ipse equus, neque vnus plures. alioqui de ipso equo iam prædicaretur vnus idea, & multitudinis idea. sed ipsi illa videent, de omnibus autem alijs affirmationem aut negationem verificari oportere concedunt. XL. Rursum si prædicatur genus de differentia. Genus de inferiore differẽtia neq; proprie prædicatur: neq; illa de genere, attamẽ genus de illa differentia vniuersaliter verificatur. genus autẽ non proprie de differentia prædicatur. nã prædicari est formam importare, & subiecti rem subiectam atqui genus rem subiectã potius importat, differentia vero formam. quare genus valentiore iure subiectũ fuerit, & differentia illa pr

dicatum. non est autem illa ex .xxxi numero generis prædicatum. quare multominus genus, differentiæ prædicatum erit. Nam si de vnaquaq; differentiarum animal prædicabitur. genus est vt informe, prædicatum autem (vt dictum est) formam dicit. Itaque si subiectum, rem subiectam & quæ vt materia, substerniculumque est dicit: genus potius subiectum fuerit. quare si genus de forma prædicabitur: & materia de forma prædicari videbitur. Et etiam si genus vt animal de differentijs prædicabitur, de quocunque prædicatur, tantiforme esse videbitur. Quare cum a forma si vnūquodque & a diuersa forma diuersum, multa iam animalia prædicabuntur. Alia enim & alia differentia rationale, mortale, gressibile bipes. 41. Nam si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia est homo. elementum vult esse Aristoteles: quicquid apte, accommodeq; de differentia prędicatur, differentiā esse. inferior enim forma superiori formæ: vt subiectum esse videtur, vt rationale animato: perinde ac albedo colori. 48. Vt & in disciplina. contemplatiua enim, & actiua: & effectiua dicitur. vt disciplina disciplinati disciplina dicitur, & contemplatiua contemplabilis, actiua agibilis, & effectiua factibilis: hoc enim ternario disciplina consurgit perfecta, & contemplatiua: naturalem mathematicam, & metaphysicam complectitur. actiua moralem. politicam, & œconomicam. esse effectiua vero architecturam: agriculturam, & cęteras artes mechanicas. 49. Vt dolio sane hauriat aliquis. pro eo quod Aristoteles appellat σιλλισσιλα, positum hic est dolium quod notę sit significationis. significat enim pergrande vas in quo reconditur vinum. verum stellengis potius instrumentum ad lauandum, cuiusmodi solia & labra dicuntur, significat. & vt est apud Suidam σέλγινδιον καὶ καταμαγίατα εἰς τὸ λουέσθαι χειμόνδια καὶ ξύστρα καὶ λήκυθον, ἢ ξυστροφυλάκια ᾠῶν ἢ τοιοεπιτήδεια, vbi instrumenta ad lauandum illinimenta, & strigiles, & putamē oui, & id genus balneis accommodata nominat. 51. Quandoque enim ad vtraque ad assertoriam partem & dehortatoriam atque dissuadentē. 53. Quare non accidit: nunc idem immortale esse. Quare nō accidit: quia nunc incorruptibile & immortale idem sunt. ideo autem incorruptibile in illa tertia significatione & nunc immortale non sunt idem. nam nunc imortale dici videtur non quod simpliciter immortale, sed quod nunc non moritur. 54. Iustitiam esse virtutē, qua & iusta volumus & operamur, & qua vnicuique quod suum est tribuitur, & illam duplicem esse, vnā esse communium dispensatiuam atque distributiuam, & alteram commutatiuam, ex quinto ethicorum diluride cognoscitur. 55. Quod autem secundum orationem: secūdum diffinitionem. est enim diffinitio oratio quædam quia est res indicans, res autem diffinitum. 57. Vt si ignis corpus est subtilissimum. proponuntur duo: flamma & lux, diffinitur ignis quod sit corpus subtilissimum. si igitur flamma est magis ignis quàm lux, & flamma est minus corpus subtilissimū quam lux, manifestum est ex loco diffinitionem non esse bene assignatam. nam de quo res màgis: oratio minus dicitur. 59. Similiter autem ostendemus. Nam si quod potest pati, est idem enti. quod non potest pati: & idem non enti. capiatur igitur quippiam quod non potest pati ve forma. cum non potens pati sit idem non enti: illa non ens attamen cum ipsa quippiam efficere possit (nam omnis forma est virtus ad agendum, vt potentia ad patiēdum) ipsa eadem erit ens. accidit igitur idem ens esse & non ens. Intellige non vnam per disiunctionem datam esse diffinitionem sed sub disiunctione duas. vt diffinitio boni dicatur quod per visum delectabile, item diffinitio boni quod per auditum delectabile. Rursus diffinitio entis quod potest pati, cęterum diffinitio entis quod potest agere. id enim est per vtrunque diffinire.

¶De diffinitione loci alij. Cap. III.

17 Vtrum vero diffiniuit & dixit quid est esse an non: ex his. Primū ergo si non: per priora & notiora confecit diffinitionē. ¶Nam terminus assignatur eius cognoscēdi gratia quod dicitur. cognoscimus autem non ex cuiuslibet: sed ex prioribus: notioribusque, quemadmodum in demonstrationibus. sic enim omnis doctrina: & omnis disciplina se habet. manifestum igitur: quod qui non per huiusmodi diffiniuit, nō diffiniuit. si enim diffiniuit: plures erunt eiusdem diffinitiōes. nam manifestum quod & qui per priora ac notiora, iterum melius diffiniuit. quare vtraque erunt diffinitiones eiusdem: tale autem non videtur. nam vnicuique eorum quæ sunt vnum est esse idipsum quod est. quare si plures erunt eiusdem diffinitiones: idem erit diffinitio esse. quod quidem secundum vtranque diffinitionū significatur. hæc aūt non eadem sunt: eo quod diffinitiones diuersæ. manifestū igitur quoniam non diffiniuit: qui non per priora, atque notiora diffiniuit.

Decimus septimus declaratio

Decimus octauus declaratio

18 ¶Igitur per non notiora quidem terminū dici: dupliciter est accipere,

¶ Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus. contingit enim vtroque modo simpliciter, igitur notius quod prius est, posteriore. vt pũctum: linea, & linea superficie. & superficies, solido. quẽadmodũ & vnitas, numero. prius enim: & principium omnis numeri: similiter autem & elementum syllaba: nobis autem econuerso quandoque accidit. nam maxime solidum, magis sub sensu cadit quam superficies. superficies autem magis quam linea, linea autem, signo magis. quare multitudo magis huiusmodi cognoscit. nam illa quidem quomodolibet: hæc autem subtili & fœcundo intellectu comprehendere oportet. simpliciter igitur melius: per priora: posteriora tentare cognoscere. nam magis scientificum tale est. verum ad eos qui impotentes sunt cognoscere per talia necessarium forte per ea quæ illis cognita sunt facere orationem. sunt autem talium diffinitiones quæ & puncti & lineæ & superficiei. omnes enim per posteriora: priora indicant. nam illud quidem lineæ, istam autem superficiei, hanc vero solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere quoniam sic diffinientes non contingit quod quid est esse diffinito, indicare: nisi contingat idem nobis notius esse & simpliciter notius. siquidem oportet per genus & differentias diffinire eum, qui bene diffinit: hæc autem simpliciter notiora & priora sunt, specie. interimit enim genus, & differentia speciẽ. quare priora hæc specie. sunt autem notiora. nam specie quidem nota: necesse est & genus & differentias cognosci. qui hominem enim cognoscit: & animal gressibile cognoscit. at genere & differentia notis: non necesse est & speciem cognosci, quare ignotior species. Amplius illis (qui secundum veritatem huiusmodi diffinitiones dicunt esse quæ sunt ex ijs quæ vnicuique sunt nota) plures eiusdem accidit dicere diffinitiones esse. nam alia alijs: & non omnibus eadem contingit notiora esse. quare ad vnumquemque erit diffinitio assignanda: si quidem ex ijs quæ singulis quibusque sunt notiora, diffinitionem oportet facere. Amplius eisdem alia, interdũ alia magis nota. nam a principio quidem sensibilia, instructioribus autem factis, contra. quare neque ad eundem semper eadem diffinitio assignanda. ijs qui per ea quæ singulis quibusque sunt notiora diffinitionem fatentur assignandam esse. manifestum igitur quod non diffiniendum per ea quæ huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora. nam solo modo sic vna & eadem diffinitio semper fiet. fortasse autem & quod simpliciter notum, non est id quod de omnibus notum, sed quod bene dispositis intellectu, quemadmodum & simpliciter salubre ijs qui bene affectum habent corpus. oportet ergo vnumquodque talium diligẽter peruestigare, vti autem disputantes ad id quod expedit. maxime autem sine dissensione interimere contingit diffinitionem, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex ijs quæ nobis, contingit diffinitionem fieri, vnus igitur locus est eius quod non per notiora, quod per posteriora, priora indicat: quemadmodum prius diximus.

Decimus nonus declaratio

¶ Alius autem, si eius quod est in quiete & diffinitione, per indefinitum, & quod in motu assignata est oratio nobis. Prius enim est & notius quod manens est & definitum. eo quod indefinitum & in motu est. 19

Vicesimus declaratio

¶ Eius autem quod est non ex prioribus: tres sunt loci. Primus quidem, si per oppositum: oppositum diffiniuit. 20

¶ Vt si per malum bonum. simul enim natura opposita, & nonnullis etiam eadem disciplina vtrorunque videtur esse. quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortasse aliter diffiniri non posse. vt duplum sine dimidio, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur, nam omnibus huiusmodi: est idem esse ei quod est ad aliquid quodam modo se habere. quare non est possibile sine altero alterũ cognoscere, eo quod necessarium est in alterius oratione coassumi & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia: vti autem eis in his vt videbitur expedire. ¶ Alius: si eodem vsus est ei quod diffinitur.

Vicesimus primus declaratio

¶ Latet autem: cum non eodem diffiniti nomine vtitur. vt si solem stellam in die apparentem diffiniuit. nam qui die vtitur, vt sole vtitur. & par est ad deprehendenda talia sumere pro nomine orationem, vt quod dies est. solis latio super terram. nam tunc manifestum quod quis solis lationem super terram dixit, solem dixit. quare vtitur sole, qui die vtitur. ¶ Rursum si eo quod ediuerso diuiditur, id quod ediuerso 21

Vicesimus secundus declaratio

22

diuiditur,diffiniuit. Vt impar est qui vnitate maior est pare.simul enim naturâ, quę
ex eodem genere ediuerso diuiduntur. impar autem & par ediuerso diuiduntur.nam Vicesimꝰ
ambo, numeri differentiæ: tertius
¶ Similiter autem & si per inferiora, superiora diffiniuit. declara
¶ Vt parem numerum.qui bipartite secatur,aut bonum habitum virtutis. nam & bi tio
partite sumptum est a duobus,quæ paria sunt,& virtus :bonum quoddam est, quare
inferiora hæc quam illa sunt.est autem necesse eum qui inferioribus vtitur,& illis vti. Vicesim
nam & qui virtute vtitur,bono vtitur.eo quod bonũ quoddã virtus. similiter autem quartus
& qui bipartite vtitur, & pare vtitur. eo quod in duo secari significat bipartite secari, declaratio
duo autem paria sunt. ¶ Vniuersaliter igitur dicendo vnus est locus non per priora
& notiora fecisse orationem, partes autem eius: ea quæ dicta sunt. Vicesimꝰ
24 ¶ Secundus autem, si res cum sit non ponitur in genere. quintus
¶ Nam in omnibus huiusmodi peccatum est, in quibus non prius ponitur in oratio- declaratio
ne quid est. vt corporis diffinitio: quod habet tres dimensiones. aut si quis homi-
nem diffiniuit,quod est sciens numerarare. non enim dictum est quid est habere tres
dimensiones. vel quid est,scit numerare. genus autem vult quid est significare. &
primum apponitur: eorum quæ in diffinitione dicuntur. ¶ Amplius si ad plura
cum dicatur id quod diffinitur: non ad omnia assignauit. Vicesimꝰ
25 ¶ Vt si grammaticen, scientiam scribendi quod profertur. nam indiget & quod le- sextus
gendi. nihilo enim magis scribendi quam legendi assignat qui diffinit. quare non declaratio
alius: sed qui vtraque hæc dicit. eo quod plures contingit eiusdem diffinitiones es- Vicesimꝰ
se. In quibusdam profecto secundum veritatem se habet vt dictum est. in quibus- septimus
dam autem non, vt in quibuscunque non per se dicitur ad vtrunque. vt medicinam: declara
scientiam, sanitatem & ægritudinem efficiendi. nam de illa quidem per se dicitur, tio
de hac autem per accidens. simpliciter enim alienum a medicina: ægritudinem effice Vicesimꝰ
re. Quare nihil magis diffiniuit: qui ad vtrunque assignauit, quam qui ad alterum octauus
verum fortasse & deterius:eo quod & reliquorum quilibet, potest ægritudinem effi- declaratio
26 cere. ¶ Amplius si non ad melius sed ad peius assignauit, cum sint plura ad quæ Vicesimꝰ
dicitur quod diffinitur. nonus
27 ¶ Nam omnis disciplina & potestas: optimi videtur esse. ¶ Rursum si non posi- declaratio
tum est in proprio genere quod dictum est, considerãdum ex ijs(quæ ad genera sunt)
elementis quemadmodum dictum est prius.
28 ¶ Rursum si transiliens dicit,genera. ¶ Vt qui iustitiam æqualitatis habitum effe-
ctiuum,vel distributiuum æqui.nam transilit(qui sic diffiniuit)virtutem. relinquẽs igi Tricesimꝰ
tur iustitiæ genus: non dicit quod est esse(nam substantia vnicuique est in genere) est declaratio
autem hoc idem ei quod est non in proximo genere ponere. Tricesimꝰ
¶ Nam qui in proximo posuit: omnia superiora dixit, eo quod omnia superiora ge- primus
nera de inferioribus prædicantur. Quare autem in proximo genere ponendum. declaratio
omnes differentias superiori generi addendum per quas diffinitur proximum genus. Tricesimꝰ
sic enim erit nihil prætermissum, sed pro nomine: in oratione dictum erit inferius ge secundus
nus.qui vero ipsum superius genus dicit,non dicit & inferius genus,nam qui plantam declaratio
dicit non dicit arborem. tricesimus
29 ¶ Rursum in differentijs similiter considerandum:si & differentias dixit generis. tertius
¶ Nam si re non specialibus diffiniuit differentijs:aut si etiam omnino aliquid huius- declaratio
modi dixit quod nullius contingit differentiam esse(vt animal aut substantiam)mani-
festum quoniam non diffiniuit.nullius enim differentiæ quæ dicta sunt. ¶ Viden-
30 dum autem & si est aliquid quod ediuerso diuiditur dictæ differentiæ. ¶ Nam si nõ
31 est perspicuum quoniam non erit quæ dicta est generis differentia. nam omne genus
ijs(quæ ediuerso diuiditur)differẽtijs diuiditur.vt animal gressibili & volatili & aqua
tili & bipedi: ¶ Aut si est quidem ediuerso diuisa differentia:non verificatur autem de
genere. ¶ Nam si non:manifestum quoniam neutra erit generis differentia.omnes
enim quæ ediuerso diuiduntur differentiæ,verificantur de proprio genere.
32 ¶ Similiter autem & si verificatur quidem, at non facit opposita generi speciem.
¶ Nam manifestum:quod non erit hæc specifica differentia generis. nam omnis spe-

42 dicitur. Item accidet differentiam speciem esse. siquidem prædicabitur de ea, aliqua
43 specierum. nam si de differentia prædicatur homo, manifestum quoniam differentia Quadrage
est homo. ¶ Rursum si non prior est differentia specie. ¶ Nam genere quidem simus.i.
posterior est specie autem priorem differentiam esse oportet. declara
¶ Considerandum autem & si alterius generis est dicta differentia, neque contenti tio
neque continentis. ¶ Non videtur eadem differentia duorum generum esse non Quadrage
continentium seinuicem. si autem non, accidet & speciem eandem in duobus gene- simus.ij.
ribus esse non continentibus seinuicem. infert enim vnaquæque differentiarum pro declara
44 prium genus: vt gressibile & bipes animal conferunt. quare si de quod differentia & tio
generum vtrunque: manifestum vtique quoniam species in duobus erit generibus dubitatio
non continentibus seinuicem.
¶ An non impossibile eandem differentiam duorum generum esse non continenti- Quadrage
um seinuicem, sed addendum neque vtroque sub eodem existente? nam gressibile simus.iij
animal & volatile animal genera sunt non continentia seinuicem: & vtriusque eorum dubitatio
est bipes differentia. quare addendum est neque sub eodem, vtroque existente. nam
hæc ambo sub animali sunt. Manifestum etiam quoniam non necesse est differen dubitatio
tiam omnem proprium genus inferre. eo quod contingit eandem duorum generum es-
45 se non continentium seinuicem: sed alterum tantum necesse est inferre, & superiora
omnia. vt bipes, gressibile vel volatile infert animal.
46 ¶ Videndum autem & si in aliquo differentiam assignauit substantiæ.
¶ Nam non videtur differre substãtia a substantia in eo quod alicubi est. quare &
eos qui gressibili, & aquatili diuidunt animal, increpant: tanquam gressibile & aqua- Quadrage
tile, alicubi significet. ¶ An in ijs quidem non recte increpant? non enim in ali- simus.iiij.
quo neque alicubi significat aquatile & terrestre: sed quale quid. nam & si in sicco sit declaratio
similiter aquatile, similiter autẽ & terrestre: & si in humido sit similiter terrestre, sed
non aquatile erit. attamen si quandoque significat in aliquo differentia, manifestũ quo
47 niam peccabit. Rursum si affectum, differentiam assignauit. Quadrage
¶ Nam omnis affectus cum magis fit: detrahit a substantia. differentia autem, non simus.v
huiusmodi est. nam magis videtur saluare differentia id cuius est differentia. & sim- declaratio
pliciter impossibile est singulum quodque esse sine propria differentia. nam cum
non est gressibile, non erit homo. & (vt simpliciter dicamus) secundum quæcunque al Quadrage
teratur habens. nihil eorum differentia illius est. nam omnia huiusmodi cum magis fi- simus.vi.
unt, detrahunt a substantia. quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam assi- declara
48 gnauit, peccauit. simpliciter enim non alteramur secundum differentias. tio
¶ Et si alicuius eorum quæ sunt ad aliquid: non ad aliud quid, differẽtiam assignauit?
¶ Nam eorum quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid. vt & in disciplina. contẽ-
platiua enim, & actiua, & effectiua dicitur. vnumquodque autem horum, ad aliquid si
49 gnificat. contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius. Quadrage
¶ Considerandum autem & si ad quod natum est vnumquodque eorum quæ sunt simus.vij
ad aliquid assignauit diffiniens. declaratio
¶ Nam in quibusdam quidem ad quod natum est singulum quodque eorum quæ sunt
ad aliquid, solum est vti: ad aliud autem nihil. vt visu ad videndum solum, quibusdam
autem, & ad aliquid aliud. vt dolio sane hauriat aliquis. attamen si quis diffiniuit doli-
um, instrumentum ad hauriendum, peccauit. non enim ad hoc natum est. terminus au
50 tem est, ad quod natum est. ad quod sane vtitur prudens qua prudens, & quæ circa
singulum quodque propria est disciplina.
¶ Amplius si non primi assignauit, quando contingit ad plura dictum esse.
¶ Vt prudentiam virtutem hominis, aut animæ, & non rationalis primum enim ra-
51 tionalis virtus prudentia. nam secundum hoc: & anima, & homo dicitur prudens. Quadragesimus.viij
¶ Amplius si non susceptiuum est eius cuius dicitur diffinitus affectus vel dispo- declaratio
sitio vel quoduis aliud peccauit.
¶ Nam omnis dispositio vel affectus in illo natus est fieri: cuius est dispositio vel
affectus, vt & scientia in anima, dispositio existens animæ, aliquando autem pecca-
uit in talibus. vt quicunque dicunt quod somnus est impotentia sensus, & dubitatio

QVarti cap. scholia. De diffinitione loci aliꝫ decem & octo, dubitatio vna.
65. Neque quantacunque: succussio erit. Succussio (quam Græci σεισμὸν appellant) est, motus terræ quia spiritus in eius latebris inclusi exitum patentis violentia prouenit. de quo Aristoteles in Phenomenis (quæ Meteora appellantur) determinat. Et singula quo pacto sint diffinienda ex suis locis cognoscuntur. LXVII. Ipsa species: idea. LXVIII. Siquidem habentis, in habitu. quia si habitus diffinitio est habitus, & diffinitio habentis erit habentis, & contra si diffinitio habentis in habente, & habitus in habitu. & sic in cæteris cõiugatis & casibus: similis diffinitio consimilis erit. LXXI. Et dimidium quod in æquali superatur, in æquali, in dimidio.
72. Secundum vnam quandam complexionẽ contrariorum. complexiones contrariorum ex secundi huius topicæ institutionis numero. xxvi. cognoscuntur. LXXVII. Is qui non secundum negationem ignorantiam dicunt. nam illi qui non dicunt ignorationem secundum priuationem dici: putant illos peccare qui eam diffiniunt negatione, sed putant eam diffiniendã per id quod est hallucinatum esse, & habere deceptionis habitum, quo quispiam praue afficitur. Attamen ignorantia an[illegible]ps vocabulum est secundum æquiuocum: vt ex numero. cxix. primi posteriorum cognoscitur. LXXIX. Et tales orationes vtiles sunt tales diffinitiones.

¶ De diffinitione loci aliꝫ. Cap. IIII.

61 SI autem sit ad aliquid quod diffinitur, aut per se, aut secundum quinqua
genus: considerandum si non dictum est in diffinitione ad quod gesi. vij.
dicitur, aut secundum ipsum, aut secundum genus. declara.
¶ Vt si scientiam diffiniuit opinionem indissuasibilem, aut etiã
volũtatem: appetitum sine tristitia. omnis enim eius quod est ad
aliquid, substantia ad alterum. eo quod idem sit vnicuique eorum
quæ sunt ad aliquid esse: idipsum quod est ad aliquid quodã mo-
do se habere. oportebat, igitur scientiam dicere opinionem scibi-
lis: & voluntatem appetitum boni, similiter autem & si grammaticen diffiniuit scientiã quinqua
62 literarum. oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur: gesi. viij.
in diffinitione assignari. ¶ Aut cũ quippiam ad aliquid dicitur: non assignauit ad finẽ. declara.
¶ Finis autem in vnoquoque est quod optimum est, aut cuius gratia alia sunt, dicendũ quinqua
igitur aut optimum, aut vltimum. vt concupiscentiam non delectabilis, sed delectatio- gesi. ix
nis. nam propter hanc: & delectabile eligimus. declara.
63 ¶ Considerandum & si generatio est ad quod assignauit, vel actus. Nihil enim talium Sexage-
64 finis: nam magis quod est egisse & generasse finis, quam fieri & agere. simus
¶ An non in omnibus verum huiusmodi? pene enim plurimi delectari magis volunt, declara.
quam destitisse delectari. quare agere magis finem quis statuat quã egisse. | ¶ Rursum
65 in quibusdam si non determinauit quanti, vel qualis, vel vbi, vel secundum alias diffe-
rentias. ¶ Vt ambitiosus, & qualis & quanti appetens est honoris. nam omnes appe-
tunt honorem, quare non sufficit ambitiosum dicere qui appetit honorem: sed addere
oportet dictas differentias. similiter autem & auarus, quantas appetit pecunias, aut in-
temperans, circa quales voluptates. non enim qui a qualibet voluptate tenetur. intem
perans dicitur: sed qui ab aliqua aut rursum qui diffiniuit noctem, vmbram terræ,
aut succussionem, motum terræ. aut nubem, densitatem aeris, aut ventum, mo-
tum aeris. addendum enim quanti, & qualis & vbi, & a quo, similiter autem & in cæ
teris huiusmodi. nam omittens differentiam quamlibet: non dicit quid est esse. opor-
tet autem semper ad id quod indiget argumentari. non enim quolibet modo terra mo Sexage-
66 ta, neque quantacunque: succussio erit. similiter autem neque aere quolibet modo, simus. i
neque quantocunque moto: ventus erit. ¶ Amplius in appetitibus. si non apponi-
tur quod apparet & in quibuslibet aliꝫs congruit. ¶ Vt quoniam voluntas appetitus Sexage-
boni: concupiscentia autem appetitus delectationis. sed non apparentis boni vel dele- simus. ij
ctationis. plerunque enim latet appetentes: quoniam bonum aut delectabile est. quare
non necessarium bonum vel delectabile esse: sed apparẽs solum. oportebat ergo sic &
67 assignationem facere. Si autem & assignauit quod dictum est: in ipsas species du-

Declaratio cendum eum qui ponit ideas esse. ¶ Non enim est idea ullius apparentis, ipsa autem species ad ipsam speciem videtur dici. ut ipsa concupiscentia, ipsius delectationis & ipsa voluntas, ipsius boni apparentis igitur boni non erit ipsa voluntas: neque ap

Sexagesimusiij declara. parentis delectationis ipsa concupiscentia, absurdum enim est esse: ipsum apparens bonum, vel delectabile.

¶ Amplius si sit quidem habitus diffinitio considerandum in habente, si quidem habentis: in habitu. similiter autem & in cæteris talibus. 68

Sexagesimus iiij declara. ¶ Ut si delectatio est iuuantia, & delectabile iuuabile. ¶ Uniuersaliter autem dicendo in huiusmodi diffinitionibus. quodam modo, uno plura accidit eum qui diffinit diffinire. 69

Sexagesimus. v. declara. ¶ Nam qui scientiam diffiniuit: quodam modo & ignorantiam diffiniuit. similiter autem & scium & inscium & scire & ignorare. nam primo dilucido facto: & reliqua quodam modo dilucida fiunt. inspiciendum igitur in omnibus talibus, nequicquã dissonet: utendo elementis ex contrarijs & coniugatis.

Sexagesimus. vi declara. ¶ Amplius in ijs quæ ad aliquid sunt, considerandum: sed ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur. ¶ Ut si opinio ad opinatum: & quædam opinio ad quoddam opinatum, & si multiplex ad submultiplex: & quoddam multiplex ad quoddam submultiplex. si autem non sic assignatur: manifestum quoniã peccatur. 70

sexagesimus. vij. declara. ¶ Uidendum autem: & si oppositi opposita diffinitio.

sexagesimus. viij declara. ¶ Ut si dimidij ea sit: quæ opposita est ei, quæ est duplicis. nam si duplex est quod in æquali superat dimidium: & dimidium quod in æquali superatur. ¶ In contrarijs autem similiter. ¶ Nam contraria contrarii oratio erit, secundum unam quandam cõplexionem contrariorum, ut si adiutiuum quidem est effectiuum boni est: nociuum effectiuum mali, aut corruptiuum boni. alterum enim horum necessarium est contrarium esse: ei quod ex principio dictum est. si igitur neutrum contrarium est ei quod ex principio dictum est: manifestum quoniam neutra erit earum (quæ posterius sunt assignatæ) cõtrarij oratio. quare neq; quæ ex pricipio assignata est diffinitio: recte assignata est 71 72

¶ Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur. ut inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse. inæqualia enim: quæ non æqualia sunt, dicuntur, perspicuum quoniam quod secundum priuationem quidem dicitur contrarium: necessarium est diffinire per alterum, reliquum vero non iam oportet: per id quo secundum priuationem dicitur. 73

¶ Non enim accidit alterutrum per alterutrum cognosci. considerandum igitur in cõtrarijs huiusmodi peccatum. ut si quis diffiniuit æqualitatem: contrariũ inæqualitati.

sexagesimus. ix. declara. nam per hoc quod secundum priuationem dicitur, diffiniuit. Amplius sic diffinientem necesse est eo quod diffinitur uti. Patet autem hoc: si accipiatur pro nomine oratio. nam quia nihil refert dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis. quare eodem erit usus.

¶ Si autem neutrum contrariorum secundum priuationem dicatur: assignetur autem oratio similiter. ¶ Ut bonum contrarium malo. manifestum quoniam malum contrarium bono erit. nam sic contrariorũ similiter oratio assignanda. quare rursum eo q diffinitur accidit uti. inest enim in mali oratione bonum. quocirca quoniam bonum est malo contrarium, malũ autem nihil differt vel quod est bono contrarium: erit bonũ: contrarium boni contrario. perspicuum igitur quoniam eodem usus est. 74 75

¶ Amplius si quod secundum priuationem dicitur assignãs: non assignauit cuius est priuatio.

Septuagesimus declara. ¶ Ut habitus, aut contrarii aut cuiuscunque est priuatio. ¶ Et si non in quo natum est fieri addidit, vel simpliciter, vel in quo primo natum est fieri. 76

Septuagesi. i. declara. ¶ Ut si ignorantiam dicens priuationem: non scientiæ priuationem dixit. aut si non addidit in quo natum est fieri. aut addens non in quo primo assignauit. ut quod non in rationali: sed in homine, vel in anima. nam si quodlibet horum omittat: peccauit. similiter autem & si cæcitatem non visus priuationem in oculo dixit. oportet autem

Septuagesi. ij. bene assignantem: quid est cuius est priuatio assignare, & quidnam est quod priuatum est. ¶ Uidendum autem & si non secundum priuationem dictum: 77

priuatione diffiniuit. ¶ Vt & ignorãtia videbitur esse huiusmodi peccatum ijs qui
non secundum negationem ignorantiam dicunt. nam quod non habet scientiam non
videtur ignorare. sed magis quod deceptum est. propter quod neque inanimata, neque Septuag
pueros: dicimus ignorare. quare non secundum priuationem scientiæ ignorãtia dicitur. simus.iij.
¶ Amplius si similibus nominis casibus, similes orationis casus aptantur. ¶ Vt si ad- declaratio
iutiuum est effectiuum sanitatis: adiutiue est sanitatis effectiue, & adiuuans efficiens sa
79 nitatem. ¶ Considerandum & in idea, si aptabitur dictus terminus. ¶ Nam in quibus
dam non accidit, vt quemadmodũ Plato diffiniuit, mortale addens in animalium diffi
nitionibus. idea enim non erit mortalis, vt ipse homo. quare non aptabitur ad idem dif
finitio. simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut passiuũ: necesse est disso
nare in idea terminum. nam impassibiles & immobiles videntur esse ideæ ijs qui dicũt
ideas esse. aduersum hos autem: & tales orationes vtiles sunt.

Vnti capitis scholia de diffinitione loci alij quatuordecim, & dubitatio vna, LXXX. Quæ sub nomine sunt, sub nomine æquiuoco. Passiua autem hoc est & Dionysij vitæ terminua. Dionysius ille, de veteri schola Academiorum LXXXV. Aequimembris diffinitio assignetur diffinitio, æquimembria id est tot membra & vocabula habens quod compositum diffinitiuum: ita vt singulo cuique verbo singulum respondeat. & quod hic æquimembris versum est. Aristotelea dicit isocoloa, & est etiam isocoloa color rhetóricua cum singula singulis respondent quale id Virgilij de se.

Pastor, arator, eques: paui, colui, superaui
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu. Virgilius

Commutationem fieri. quia non hic potest esse diffinitio, sed potius quædam nominum commutatio, eo quod oportet in diffinitione plura nomina esse, quã in diffinitione quod hic minime fit; cum vtimur oratione æquimembri. LXXXVII. Si debet, si debet esse nominũ cõmutatio.

¶ De diffinitione loci alij Cap. V.

AMplius si eorum quæ secundum æquiuocationem dicun-
80 tur: vnam diffinitionem omnium communem assignauit. Septuagesimus. iiij
Vniuoca enim: quorum vna est, secundum nomen oratio. declaratio
quare nullius eorum quæ sub nomine sunt assignatus est
terminus, eo quod similiter ad omne, æquiuocum adapta-
tur. passus autem hoc est & Dyonisij, vitæ terminus: siqui-
dem ea motus est generi nutriendi naturaliter inseruiens:
nihil enim hoc magis animalibus quam plantis inest: vita
autem non secundum vnam speciem videtur dici: sed alte-
ra quidem animalibus, altera plantis inest. contingit igitur
& secundum electionem sic assignare terminum: ac si vni-
uoca, & secundum vnam speciem omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet & eum Septuage
qui conspicit æquiuocationem & alterius vult diffinitionem assignare: latere non pro simus.v
81 priam, sed communem vtrisque orationem assigniare. sed nihil minus si vtrouis modo declaratio
fecerit: peccauit. ¶ Postquam autem quædam latent æquiuocorum: interroganti qui- Septuage
dem vt vniuocis vtendum. ¶ Nam non adaptabitur alterius terminus ad alterum simus. vi.
quare videbitur non distinguendum hoc pacto, oportet enim in omne: vniuocum ad declaratio
aptari. eidem autem respondenti: distingendum est. Septuage
82 ¶ Quoniam autem quidam respondentium, vniuocum quidem dicunt esse æquiuo simus. vij.
cum quando non accommodaur ad omne assignata oratio, æquiuocum autem vniuo declaratio
cum, etiam si ad vtrunque accommodetur, præconfessione vtendũ pro talibus aut præ
colligendum quod æquiuocũ vel vniuocum aut vtrunque fuerit. ¶ Magis enim con
cedunt: non præuidentes, quod futurũ est vt accidat. Si aũt non facta cõfessione dixerit ali
quis vniuocũ æquiuocũ esse, eo quod nõ accõmodatur, & in hoc assignata oratio, cõside
83 randum si huius oratio accõmodatur ad reliqua. ¶ Nam manifestum, quoniam vniuo
cum erit reliquis. si autem non, plures erunt diffinitiones reliquis. nam duæ secun-

declaratio dum nomen orationes accommodabuntur ad eandem, quæ prior assignata est, &
quæ posterior. Rursum si quis diffiniens aliquid eorum quæ multipliciter dicuntur, &
oratio non accommodatur ad omnia: & quia æquiuocum esse non concedat, nomen
etiam dicat non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio: dicendum ad eiusmodi,
Septuagesimus. ix. quod nominatione quidem oportet vti quæ tradita est, & quæ sequitur, & non dimo-
uere quæ talia sunt. tametsi nonnulla dicenda non sint similiter multitudini.
declaratio ¶ Si autem alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est auferen
do alterius eorum quæ complectuntur orationem, si est & reliqua reliqui. 84
¶ Nam si non: manifestum quoniam neque tota totius. vt si quispiam diffiniuit line-
am finalem rectam: finem plani habentis fines, cuius medium superadditur finibus. si
Octogesimus finalis lineæ ratio est, finis plani habentis fines: recte oportet esse reliquum, cuius medi
um superadditur finibus, sed infinita neque medium neque fines habet: recta autem
declaratio est. quare non est reliqua reliqui oratio.
¶ Amplius si cum sit compositum quod diffinitur: equimembris oratio assignetur
diffinitio. ¶ Aequimembris autem dicitur oratio esse: quādo ꝙ fuerint composita, tot 85
& in oratione nomina & verba fuerit, necesse est enim in talibus ipsorum, nominum
communicationem fieri, aut omnium, aut aliquorum, eo quod nihil plura nunc, quam
prius nomina dicta sunt. verum oportet eum qui diffinit: orationem pro nominibus
Octogesimus. i. assignare, maxime quidem omnibus: quod si non: at saltem in plurimis. sic enim & in
simplicibus qui nomen commutat: non diffiniturus est. vt pro tunica, vestem. ¶ Am-
declaratio plius autem maius peccatum: si & per ignotiora nomina commutationem fecerit.
Octogesimus. ij. ¶ Vt pro homine albo: terrigenam candentem. neque enim diffiniuit: cum minus sit
clarum quod sic dicitur. ¶ Considerandum autem & si per commutationem nominū
declaratio non idem iam significat.
octogesimus. iij. ¶ Vt qui contemplatiuam scientiam: opinionem contemplatiuam dixit. nam opinio: 86
scientiæ non idem (at oportet, si debet: & totum idem esse) nam contemplatiuum qui-
declaratio dem commune in vtrisque orationibus est, reliquum vero differens. ¶ Amplius 87
si alterius nominum commutationem faciens: non differentiæ sed generis commuta-
tionem fecit. ¶ Vt in eo quod nuper dictum est. ignotius enim contemplatiua quā 88
scientiam. nam hoc quidem genus, illud autem differentia, omnibus autem notius ge
nus. nam communius. quare non generis, sed differentiæ oportebat commutationem
fieri, eo quod ignotior est. ¶ An hæc quidem ridicula reprehensio: nihil enim prohi-
bet differentiam quidem notissimo nomine dici: genus autem non, sic autem rebus se 89
habentibus manifestum quoniam generis, & non differentiæ secundum nomen com-
mutatio facienda. si autem non nomen pro nomine, sed orationem pro nomine com-
mutat: manifestum quoniam differentiæ magis quam generis diffinitio assignanda est
eo ꝙ cognoscendi gratia diffinitio assignatur. nam minus differentia quā genus nota. 90
octogesimus. iiij. ¶ Si autem differentiæ terminum assignauit: considerandum si & alicuius alius com-
munis est assignatus terminus. ¶ Vt cum imparem numerum, numerum medium ha
declaratio bentem dixerit: determinandum est quo pacto medium habentem. nam numerus qui
octogesimus. v. dam communis in vtrisque orationibus est. Imparis autem coassumpta est oratio. ha-
bent autem & linea, corpus medium: cum non sint imparia quare non vtique erit diffi
declaratio nitio hæc imparis. si autem multipliciter dicitur medium habens. determinandum quo
octogesimus. vi. modo medium habens. alioqui reprehensio erit, aut syllogismus: quod non definiuit.
declaratio ¶ Rursum si id cuius quidem orationem assignauit est eorum quæ sunt, ad quod au-
tem sub oratione, non eorum quæ sunt. 91
¶ Vt si album quispiam diffiniuit colorem igni permixtum. impossibile enim in cor-
poreum corpori permisceri. quare non erit color igni permixtus attamen album est.
¶ Amplius quicunque non diuidunt in ijs quæ sunt ad aliquid ad quod dicitur sed in
pluribus comprehendentes dicunt, aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. 92
¶ Vt si quis medicinam disciplinam mentis dixit. nam si nullius entium medicina est
disciplina, manifestum quoniam tota oratio menda est. si autem alicuius quidem, ali-
cuius autem non, in aliquo menda. nam oportet de omni. siquidem per se & non secun

bene ea quæ ad aliquid sunt. nam omne disciplinatum ad disciplinam dicitur. similiter
autem & in alijs: eo quod conuertuntur omnia ad aliquid. omne enim disciplinatum
ad aliquid. Cæterum si is (qui non per se sed secundum accidens assignationem fecit)
recte assigauit: non ad vnum, sed ad plura vnumquodque eorum quæ ad aliquid di-
cuntur, assignauit. nihil enim prohibet idem: & ens, & album, & bonum esse. quare
qui ad quodlibet horum assignauit recte assignauit. siquidem is qui secũdum accidens
assignauit, recte assignauit. Pręterea autem impossibile est huiusmodi orationem pro-
priam assignati esse. nam non solum medicina: sed plures alarum disciplinarum ad ens
dicuntur. quare vnaquæque entis disciplina erit: manifestum igitur quoniam talis nul
lius est disciplinæ diffinitio. propriam enim & non communem oportet diffinitionẽ
93 esse. ℂ Quandoque autem diffiniunt non rem: sed rem bene se habentem aut perfe-
ctam. ℂ Talis autem & rhetoris & futuris terminus: si sit rhetor quidem qui potest
quod in vnoquoque est verisimile considerare, & nihil prætermittere. fur autem qui Octogesi
clam sumit. perspicuum enim quoniam cum talis vterque: hic quidem bonus rhetor, mus. vii,
ille autem bonus fur erit. non enim qui clam sumit: sed qui vult clam sumere fur est. declara
ℂ Rursum si quod propter se eligendum est: vt actiuum vel effectiuum: vel quoli- tio
bet modo propter aliud eligendum assignauit.
94 ℂ Vt qui iustitiam: legum conseruatiuam dixit. aut sapientiam: affectiuam fœlicitatis. Octogesi
nam conseruatiuũ & effectiuũ eorum sunt quæ propter aliud eliguntur. An nihil qui- mus. viij.
dem prohibet quod propter se eligendum est: & propter aliud esse eligendum? atta- declara
men nihil minus peccauit: qui sic diffiniuit quod propter se est eligendum. nam vnicui tio
que optimum: in substantia maxime. melius autem: quod propter se eligendum, quam
quod propter aliud: quare id & diffinitionem oportebit magis significare.

Exti ca. scholia. De diffinitione loci alij, vnus & viginti, & dubitatio vna. XCV. Vtrisque. vtrique. vtrisque simul. vtrique simul. Mina: as, libra. In discretis, totum est omnes partes discretæ. in continuis: omnes partes vnitæ atque continuæ in attiguis: attiguæ. in essentialibus est omnes partes consubstantiales quandiu consubstantiales sunt substantiamque vnam constituentes. XCVI. Vt linea & numerus. Ex linea & numero nihil natum est fieri. vt neque ex albedine & scientia. CV. Cognomine sinonymum, eiusdem nominis. vt apud Suetonium Augusti procurator quatuor filios amplissimæ, dignitatis cognominis habuisse legitur. Et hoc in loco maluimus sic sinonymum interpretari quam vniuocum, propter ambiguitatem vocabuli. vt res esset clarior Solet tamen passim sinonymum vertere vniuocum. Totum alteri, totum parti. συλλαβὴ syllaba græce comprehensionem significat: quod plures literas, elementave comprehendat. Vnde si vt sola litera syllabam in dictione non constituat. quare proprie amo non ex duabus syllabis sed litera & syllaba coalescit. verum ab usu iue literam etiam vt vocalem, interdum syllabam appellant. sed id grammaticum potius: & a pręsenti contemplatione alienum. CXI. Videtur autem neque esse omnino. superfluit negatio. & perinde est ac si diceretur. videtur autem neutrum eorum quæ dicta sunt omnino esse cõpositioni idem. CXIII. Eo quod non nota sit tota, eo quod non tota diffinitio nota sit interroganti, argumentantique. & si aliqua partium sit ei conspicua, quę non bene posita videatur, ad illam tentare debet argumentationem. CXIIII. Quæcunque autem obscuræ sunt diffinitionum vult hic si obscuræ sunt diffinitiones argumentanti, ipsum debere obscuritatem elucidare, conformemque intelligentię suæ facere. vt diffinitione clariore facta: elicere possit argumentum. Nam necessarium erit respondentem aut suscipere argumentantis declarationem, aut ostendere quidnam a diffinitione alienum, perperamve aut dixerit aut adiecerit. CXVI. Non minimum elementum nõ minimum principium, Ad seipsum solerter diffinire propositum, secum apud seipsum accurate diffinire propositum, aut bene ab alijs positam diffinitionem suscipere.

ℂ De diffinitione loci alij Cap. VI.

Considerandum autem est & si is qui alicuius diffinitionem assignauit: aut Octogesi
95 hæc, aut quod est ex is, aut hoc cum illo diffiniuit. mus. ix.
ℂ Nam si hæc quidem: accidet vtrisque & neutri inesse. vt si iustitiam tẽ-
perantiam & fortitudinem diffinierit. nam si sint duo vterque autem alte

rum habeat: vtrique iusti erunt, & neuter. eo quod vtrique quidem habent iustitiam: vterque autem non habet. Si autem nondum quod dictum est admodum absurdum videtur, eo quod & in alijs accidat huiusmodi (nihil enim prohibet vtrosque habere vnam cum neuter habeat) attamen contraria inesse eidem, omnino absurdum videbitur esse. accidet autem hoc: si hic quidem ipsorum temperantiam & timiditatem habet, ille autem fortitudinem & prodigalitatem. nam vtrique & iustitiam & iniustitiam habent. nam si iustitia, & temperantia & fortitudo est: & iniustitia timiditas & prodigalitas erit. Et omnino quæcunque ad argumentandum idonea quod non idem sunt & partes & totum, omnia vtilia ad id quod nunc dictum est. videtur autem qui sic diffinit, partes, toti easdem dicere esse. maxime autem accommodatæ fiunt orationes: in quibuscunque manifesta est partium compositio. quemadmodum in domo & in cæteris talibus. manifestum enim quoniam cum sint partes: nihil prohibet totum non esse. quare non idem partes toti.

¶ Si autem non hæc, sed quod ex his est dixit id esse quod diffinitur primum quidē 96
Nonagesimus — considerandum, si non natum est quippiam vnum fieri ex ijs quæ dicta sunt.
¶ Quædam enim sic se habent adinuicem: vt nihil ex eis vnum quippiam fiat, vt linea, & numerus.
Declara. — ¶ Amplius si diffinitum quidem in vno aliquo natum est primo 97
Nonagesimus primus — fieri ex quibus autem dixit ipsum esse, non in vno primo nata sunt fieri, sed vtrunque in vtroque.
declara. — ¶ Nam manifestum quoniam non erit ex ijs illud. in quibus enim partes: & totum necesse est inesse. quare non in vno totum primo esset, sed in pluribus. 98
Nonagesimus. ij. — ¶ Si autem & partes & totum in vno aliquo primo: considerandum si non in eodem: sed in altero totum, & in altero partes.
declara. — ¶ Nam in quo totum: in illo & partes esse videntur.
Nonagesimus. iij. — ¶ Rursum si cum toto corrumpuntur partes. 99
declara. — ¶ Econuerso enim oportet accidere: partibus corruptis totum corrumpi. toto vero corrupto: non necesse est & partes corrumpi.
Nonagesimus iiij — ¶ Aut si totum quidem bonum: vel malum: partes autem neutræ, aut econuerso. partes quidem bonæ vel malæ: totum autem neutrum.
declara. — ¶ Nam neque ex neutris possibile bonum quippiam vel malum fieri: neque ex bonis vel malis neutrum.
Nonagesimus. v. — ¶ Aut si magis quidem alterum bonum quam alterū malum: quod autem ex his, non magis bonum quam malum.
declara. — ¶ Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione. magis enim bonum fortitudo: quam malum falsa opinio. oportet ergo & quod ex ijs est: sequi illud, quod magis est, & esse vel simpliciter bonum, vel magis bonum quam malum.
dubitatio. — ¶ An hoc quidem non necessarium, nisi vtrunque sit per se bonum vel malum: multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona, mixta autem quibusdam, fiunt bona. aut econuerso: vtrunque quidem bonum, mixta autem, malum vel neutrum. maxime autem manifestum quod nunc dictum est in salubribus & morbificis. nam quædam medicamentorum sic se habent, vt vtrunque quidem sit bonum. si autem vtraque dentur mixta malum.
Nonagesimus. vi. declara. Nonagesimus. vij declara. — ¶ Rursum si quod ex meliore & peiore est: non est totum peiore quidem melius, meliore autem peius
Nonagesimus. viij. declara. — ¶ An neque hoc necessarium: nisi per se sint ex quibus componitur, bona? nam in ijs quæ non per se sunt bona: nihil prohibet totum non fieri bonum, vt in ijs quæ modo dicta sunt.
Nonagesimus. ix. declara. — ¶ Amplius si cognomine est totum alteri. Non oportet enim: vt neque in syllabis. nulli enim elementorum ex quibus componitur: syllaba cognominis est.
Centesi. — ¶ Amplius si non dixit modum compositionis.
declara. — ¶ Non enim sufficiens est ad cognoscendum: quod dicat, ex his. nam non quod ex his sed quod sic ex his. est cuiusque compositorum substantia. vt in domo. non enim si quolibet modo componantur hæc domus est. ¶ Si autem hoc cum illo assignauit: primum quidem dicendum quod cum illo, aut hoc & illud dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cum aqua: vel mel & aquam dicit, vel quod ex melle & aqua. quare si cuilibet eorum quæ sunt idem confitebitur hoc esse, cum illo, eadem conueniet dicere, quæ quidem ad vtrunque eorum prius dicta sunt.

¶ Amplius diuidenti quotiens dicitur alterum cum altero, considerandū si nullo mo-

do hoc cum illo. ¶ Vt si dicitur alterū cum altero, aut vt in aliquo eodem susceptiuo: vt iustitia & fortitudo in anima, aut in loco eodem, aut in tempore eodem, nullo autē modo verum sit quod dictum est ī his: manifestum est quoniam nullius erit assignata Centesimus.i. declara.
109 diffinitio, eo quod nullo modo: hoc cum illo est.

¶ Si autem diuisio quotiens dicitur alterum cum altero, verum erit in eodem tempore vtrunque esse: considerandum si contingit non ad eundem vtrunque dici finem.

110 ¶ Vt si fortitudinem diffiniuit audaciam cum recta intelligentia. contingit enim audaciam quidem habere spoliandi, rectam autem intelligentiam circa salubria: sed non dum fortis qui in eodem tempore, cum illo, hoc habet. ¶ Amplius si & ad idem ambo dicuntur, vt ad medicatiua. Centesimus.ij. declara. ¶ Nihil enim prohibet & audaciam quandam & rectā intelligentiam habere ad medicatiua: attamen nec si fortis qui hoc cum illo habet. neque enim ad alterum, eorum vtrumque oportet dici, neque ad idem quodcunque sit: sed ad fortitudinis finem. vt ad præliorum pericula, aut si quod magis est illius finis. Quædā autem sic assignatorum: nullo modo sub dictam cadūt diuisionem. vt si ira: tristitia est, cum opinione paruipēdenti. nam quod propter huiusmodi opinionem tristitia fit: hoc Centesimus.iij. declara.
111 vult indicare. propter hoc autem fieri aliquid, non est idem ei quod est hoc quidem cū illo esse secundum vllum dictorum modorum.

¶ Rursum si horum compositionem, dixit totū. ¶ Vt animę & corporis cōpositionē, animal primum quidem considerandum si non dixit qualis compositio. vt si carnē diffiniens, aut hos: ignis & aeris, & terræ dixit compositionem. non enim sufficit compositionem dicere: sed quæ & qualis determinandum. non enim quolibet modo compositis his: caro fit. sed sic quidem compositis. caro, sic vero os. Centesimus iiij declarat. ¶ Videtur autem neque esse omnino compositioni idem neutrum quæ dicta sunt. nam compositioni omni, dissolutio contraria: dictorum autem neutri, nihil. Amplius si similiter est verisimile omne compositum compositionem esset, vel nullum, animalium autem vnumquodque cū Centesimus.v declara.
112 sit compositum, non esse compositio: neque profecto aliorum compositorum vllum compositio erit. ¶ Rursum si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, diffiniuit autem per alterum: manifestum quoniam nō diffiniuit. Centesimus.vi declara.

¶ Si aūt non ita est: plures accidet eiusdem diffinitiones esse. quid enim magis qui per hoc quam qui per alterum diffiniens dixit: eo quod similiter vtraque nata sunt fieri in eodem. talis autem animæ est diffinitio: siquidem est substantia disciplinę susceptiua. nam similiter & ignorantiæ est susceptiua.

113 ¶ Oportet aūt si non ad totam habeat aliquis argumentari diffinitionem, eo quod nō nota sit nota. ad aliquam partium argumentari si sit nota, & non bene assignata appareat. nam parte interempta: & tota diffinitio interimitur.

114 ¶ Quicunque autem obscure sunt diffinitionū emendāti & confirmanti ad manifestā dū aliquid & habēdum argumentum: sic considerandū. Necesse est enim respondentē aut suscipere quod sumptum est ab interrogante: aut eundem declarare, quid temere
115 est ostensum a diffinitione. ¶ Amplius quemadmodum in congregationibus solent legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem: sic & in diffinitionibus faciendum, & diffinitio alia ferenda. Centesimus.vij. declara. Nam si apparet melior & magis manifestum quod diffinitur: perspicuum quoniam interempta erit quę posita est. eo quod nō sunt eiusdem: plures diffinitiones. Centesimus.viij. declara. ¶ Ad omnes autem diffinitiones non minimū elementum ad seipsum, solerter diffinire propositum aut apte dictum terminum assumere. ¶ Necesse est enim veluti ad exemplar cōsiderantem: & quod minus est ijs quæ oportet habere diffinitionem, & quod appositum est superflue, inspicere. quare magis argumentis abundare. quæ igitur circa diffinitiones sunt in tantum dicta sint.

¶ SEXTI TOPICORVM ARISTOTELIS FINIS.

ra sub altera. ¶ Rursum considerandum si cui alterum idem & alterum. ¶ Nam si nō
sunt ambo eidem eadem, manifestum quoniam nec sibijnuicem. ¶ Amplius autem ex Sextus
7 ijs quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt, considerandum. ¶ Nam quæcunque al- declara.
teri accidunt: & alteri oportet accidere. & quibus alterum eorum accidit: & alterum eo septimus
rum oportet accidere. si autem aliquid horum dissonet. dilucidum quoniam non ea- declara.
8 dem. ¶ Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraque: sed hoc quis Octauus
dem quale, illud autem quantum., vel ad aliquid indicet. declara.
¶ Rursum si genus vtriusque non idem, sed hoc quidem bonum illud autem malum, Nonus
aut hoc quidem virtus illud autem scientia. ¶ Aut si genus quidem idem, differentiæ Decimus
9 autem non eædem de vtroque prædicantur: sed de hoc quidem quoniam contempla- declara.
tiua scientia de illo autem quoniam actiua, similiter autem & in alijs. Vndeci.
¶ Amplius autem ex magis si hoc quidem suscipit magis, illud autem non, aut si am- declara.
19 bo suscipiunt quidem: non simul autem. ¶ Vt qui magis amat, non magis cōcupiscit duodeci.
11 venerem. quare non idem amor & concupiscentia veneris. declara.
12 ¶ Amplius ex appositione. si eidem vtrunque appositum. non facit idem totum. Decimus
¶ Aut si eodem ab vtroque sublato: quod relinquitur est alterum. ¶ Vt si duplum di tertius
midij: & multiplum dimidij idem dixerit esse. sublato enim ab vtroque dimidio, reli- declara.
qua idem oporteret indicare, non indicant autem. nam duplum & multiplum non ea- Decimus
13 dem significant. ¶ Considerandum autem non solum si iam aliquid accidit impossibi quartus
le per positionem. sed & si possibile sit ex suppositione existere. declara.
¶ Quemadmodum ijs quivacuum & plenum aere, idem dicunt esse. nam manifestum
quoniam si exeat aer: vacuum quidem non minus: sed magis erit. plenum autem ae-
14 re non amplius erit. quare supposito aliquo siue vero siue falso (nihil enim refert) si al-
terum interimitur: alterum autem non, profecto non idem sunt. ¶ Vniuersaliter au-
tem dicendo: ex ijs quæ quouis modo de vtroque prædicantur, & de quibus hæc præ-
dicantur, considerandum si alicubi dissonent. ¶ Nam quæcunque de altero prædican
15 tur: & de altero prædicari oportet: & de quibus & alterum prædicatur, alterum prædica
ri oportet. ¶ Amplius quia multipliciter dicitur, considerandum si secundum alium
aliquem modum eadem sunt,
¶ Nam specie vel genere eadem, non necesse est numero eadem esse, cōsideramus au-
19 tem vtrum sic eadem an non sic. ¶ Amplius si potest alterum sine altero esse.
¶ Non erit enim idem ad idem, igitur loci tot dicuntur.

Secundi Cap. scholia. de eodem diffinitione loci sedecim & dubitatio una. XX. Deinde quoniam exacte quidem alterius est negotij assignare. id docuit in secundo posteriorum capite decimo quarto, XXi. Determinatum est quidem in alijs diligentius In eodem secundo posteriorū analyticorum cap. decimo quarto. XXI. Quoniam autem contrariorum plures complexiones contrariorum ex secundo huius topicæ institutionis numero. XXVI. Habentur XXVI. Si autem secus hoc est si genera & differentiæ contrariorum utraque sint eadem: eadem erit contrariorum diffinitio. nam cum diffinitio constet ex genere & differentia, genus autem contrariorum & differentiæ, eadem ponerentur, quare & diffinitio eadem. id autem impossibile. nam si diffinitio eadem & contrarium contrario idem. quod nullo pacto esse potest.

¶ De eodem diffinitione loci alij. Cap. II.

PAlam autem ex ijs quæ dicta sunt: quoniam omnes qui ad idē sunt destructiui loci. & ad terminum vtiles sunt quemadmodum prius dictum est. ¶ Nam si non idem indicet & nomē & oratio: manifestum quoniam non erit diffinitio, assignata oratio. ¶ Constructiuorum autem locorum nullis vtilis ad terminum. ¶ Non enim sufficit ostendere idem quod sub oratione & nomine est ad construendum quoniam diffinitio: sed & alia oportet omnia habere (quæ præcepta sunt) diffinitionem. interimere igitur diffinitionem: sic & per hæc semper tentandum. ¶ Si autem construere volumus: primum quidem scire opor

vicesim⁹ declaratio ter quoniam nullus vel pauci disputantium, terminum syllogismo colligunt. sed omnes principium quod tale est accipiunt.

¶ Vt qui circa geometriam & numeros, & alias huiusmodi disciplinas.

¶ Deinde quoniam exacte quidem alterius est negotij assignare, & quid est terminus: & quomodo diffinire oportet, nunc autem quantum sufficit ad præsentem vtilitatē, 20 tantum solum dicendum. quoniam possibile fieri diffinitionis & eius quod quid est, est syllogismum. Nam si terminus est oratio. quæ quid esse rei idicat, & oportet ea quæ in termino ponuntur in eo quod quid est de re sola prædicari, prædicantur autem sola in eo quod quid est genera & differentię: manifestum quoniam si quis sumat ea quę solum de re in eo quod quid est prædicari oportet, quod hæc habens oratio: terminus ex necessitate erit. non enim contingit aliud esse terminum, eo quod nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur. quod igitur possibile est ex termino syllogismum fieri: manifestum. ¶ Ex quibus autem oportet construere: determinatum est quidem in alijs diligentius. ad propositam autem methodum ijdem loci vtiles. inspiciendum 21 enim in contrarijs, & in alijs oppositis, & totas orationes & secundum partem consideranti. ¶ Nam si opposita oppositæ, & eam (quæ dicta est) propositi necesse est esse.

vicesim⁹ primus. declara. Vicesimus. ij. declaratio

¶ Quoniam autem contrariorum plures complexiones: sumenda est ex contrarijs 22 qualiscunque maxime apparebit contraria diffinitio. totas igitur diffinitiones quem admodum dictum est, considerandum. ¶ Secundum partem autem hoc pacto primū quidem quoniam assignatum genus recte assignatum est.

Vicesimus. iij. declaratio

¶ Nam si contrarium in contrario, propositum autem non est in eodem, manifestum 23 quoniam in contrario erit, eo quod necesse est contraria in eodem genere, vel in contrarijs generibus esse.

Vicesi. quartus declaratio dubita.

¶ Et differentias quidem contrarias de contrarijs arbitramur prædicari. ¶ Vt de albo & nigro. nam illud quidem disgregatiuum, hoc autem congregatiuum visus. 24 quare si de contrario contrariæ prædicantur, de proposito quæ assignatæ sunt prædicabuntur. quapropter quia & genus & differentiæ recte assignatę sunt, manifestum quoniam diffinitio erit, quæ assignata est.

¶ An non necessarium est de contrarijs contrarias differētias prædicari: nisi in eodem 25 genere sint contraria? quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de vtrisque dici. vt de iustitia & iniustitia. nam illa quidem virtus: hæc autē vitium animæ. quare id quod est animæ. differentia de vtrisque dicitur, eo quod & corporis est virtus & vitium, sed hoc verum quod contrariorum, aut contrariæ, aut eædem differentiæ sunt. si ergo de contrario contraria prędicantur, de hoc autem, non manifestum quoniam quæ dicta est de hoc prædicabitur. 26

Vicesimus v. declaratio

¶ Vniuersaliter autem dicendo si diffinitio est ex genere & differentijs, si sit contrarij diffinitio manifesta, & quæ propositi diffinitio manifesta erit. Nam quoniam contrarium in eodem genere vel in contrario, similiter autem & differentiæ aut contrariæ de contrarijs, aut eædem prædicantur, dilucidum quoniam de proposito, aut idem genus prędicabitur, quod de contrario, differentiæ autem contrariæ vel omnes vel aliquæ, reliquæ autem eædem, aut contra, differentię quidem eędem, genera vero contraria, aut ambo contraria & genera differentiæ. nam eadem esse ambo non contingit. si autem secus. diffinitio eodem contrariorum erit.

vicesim⁹ sextus declara.

¶ Amplius ex casibus & coniugatis. ¶ Necesse est enim consequi genera generibus, & terminos terminis. vt si obliuio, est scientiæ amissio. & obliuisci, amittere scientiam erit, & oblitum esse, amisisse scientiam, vno igitur quolibet eorum quæ dicta sunt confesso, necesse est & reliqua confiteri, similiter autem & si corruptio, dissolutio substantiæ, & corrumpere, dissoluere substantiam, & corrumptiue, dissolutiue. si corruptiuum, dissolutiuum substantiæ: & corruptio substantiæ dissolutio. similiter autem & in alijs: quare vno quouis sumpto: & reliqua omnia confiteantur oportet. 27

Vicesimus. vij. declara. Vicesimus. viij.

Et ex similiter se habentibus adinuicem. ¶ Nam si salubre est effectiuum sanitatis, & 28 habile effectiuum bonæ habitudinis erit & adiutiuum effectiuum boni. nam similiter vnumquodque eorum quæ dicta sunt, ad suū finē se habet. quare si vnius eorū diffinitio est effectiuū esse finis. & reliquorū, cuiusqꝫ sic erit diffinitio. Amplius ex eo quod 29

est magis: & similiter quod est similiter, quotiens contingit construere duas: ad duo
30 comparantem. Et si magis hæc huius quam ista istius diffinitio, ista autem quę mi
nus, diffinitio est: & hæc quæ magis, & si similiter hæc huius, & ista istius, si altera vicesim°
alterius, & reliqua reliquæ. ¶ Vna autem diffinitione ad duo comparata, aut duas nonus
bus diffinitionibus ad vnum. neutiquam vtilis ea que ex magis est, consideratio. declara.
13 ¶ Nam neque vnam duorum, neque duas eiusdem diffinitiones possibile est esse. tricesim°
¶ Sunt autem opportunissimi locorum, & qui nunc dicti sunt, & qui ex casibus & declara.
qui ex coniugatis. quocirca & oportet maxime detinere & promptos habere hos. tricesim°
¶ Vtilissimi enim ad plurima. primus
declara.
23 ¶ Aliorum autem ij qui maxime sunt communes. Nam illi maxime reliquorum ef tricesim°
ficacissimi. vt inspicere in singularibus, & in speciebus considerare: si conueniat diffi secundus
nitio, eo quod vniuoca species est. est autem vtilis hic locus ad eos qui ponunt ide declara.
as esse. quemadmodum prius dictum est.
33 ¶ Amplius si per metaphoram dixit nomen vel idem de eodem prædicauit vt diuer
sum, & siquis alius communis & efficax locorum, illo vtendum.

Erty capitis scholia que predicatorum constructu, queue destructu facilia & difficilia, loci nouem. XXXIIII. Et quod in eo quod quid est genus & differentiæ prædicatur, Cum diffinitio constet ex genere & differentijs, una quidem aut pluribus & de quopiam queritur quid est; accommodate respondeatur diffinitio. accommodate quoque genus & differentiæ simul, respondentur. nā ea sunt, ipsa diffinitio. quare non ab re genus & differentiæ in quid est predicari dicuntur. quatenus scilicet constant termini, diffinitionisque prædicatum. attamen prædicatum genus si per se, seorsumque sumatur, i quid simpliciter predicatur, differentia vero eius adiunctum seorsum non simpliciter in quid est, sed in quale quid est;, ut ex numeris iij. & .xix. quarti. 35. In complexione proprium assignatur, in oratione. tametsi aliquando detur simplex proprium rarius tamen (ut & hoc in loco dicit) id est. 8. Siue enim non propria: proprium quod æquum, conuertiturque ac remeat, siue substantiam indicet siue non.

¶ De constructione & destructione prædicatorum loci. Cap. III.

34 Voniam autem difficilius est construere quam destruere termi tricesim°
num, ex ijs quæ postea dicentur, manifestum. Nam posse ip tertius
sum, & sumere ab interrogantibus huiusmodi propositiones declara.
non facile; vt quod eorum quæ sunt in assignata oratione hoc
quidem genus, illud autem differentia, & quod in eo quod
quid est genus & differentiæ prædicantur. Sine his vero impos
sibile est diffinitionis syllogismum fieri. Nam si quędam & a
lia in eo quod quid est de re prædicantur: incertum vtrum ne
quę dicta est. in alia eius diffinitio est. eo quod diffinitio, est ora
tio quod est indicans. Manifestum autem & etiam ex his. nam facilius, vnum con
cludere quam multa interimenti quidem sufficit ad vnum differere. vnum enim quod
cunque sit, destruentes. interempturi sumus terminum. at construenti, omnia ne
cesse est construere quod insint, quæ in termino sunt. Amplius construenti, qui
dem vniuersaliter statuendum syllogismum (nam oportet de omni de quo nomen:
prædicari & terminum, & etiam adhuc conuerti de quo orationem & nomen, si
debeat proprius. esse assignatus terminus) destruenti vero non necesse ostendere vni tricesim°
uersaliter. sufficit enim ostendere quod quopiam eorum quæ sub nomine sunt: ora quartus
tio non verificatur. & tametsi vniuersale oporteat destruere: non tamen conuerti ne declara.
cessarium & in destruendo. nam sufficit destruenti vniuersale, ostendere quod de ali
quo eorum de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicatur. at econuerso non
necessarium vt ostendatur, quod de quibus oratio non prædicatur, neque nomen prę
35 dicetur. Amplius etiam si omni ei inest quod sub nomine est, at non soli interem
pta est diffinitio. Similiter autem & circa proprium & genus se habet.
¶ In vtrisque enim destruere quam construere facilius est. de proprio quidem mani fe

ſtum:ex ijs quæ dicta ſunt.nam vt plurimum in complexione proprium aſſignatur. quare deſtruere quidem eſt,vnum interimenti.conſtruenti autem omnia ratiocinatione colligere neceſſe eſt. pene autē & reliqua omnia quæcunque ad diffinitionē: & ad proprium conueniet dici,nam & omni oportet quod ſub nomine ſubconſtruenti mõſtrare quoniam ineſt,deſtruenti autem ſufficit oſtēdere,vni non ineſſe. ſi vero & omni ineſt,at non ſoli:etiam ſic deſtructum fit,perinde ac & in diffinitione dicebatur. De genere autem,quoniam conſtruere quidem neceſſe eſt vno modo: qui omni oſtendit ineſſe, deſtruenti autem dupliciter. nam ſiue nulli ſiue alicui oſtenſum ſit non ineſſe, interemptum eſt quod in principio.item conſtruenti quidem non ſufficit quoniam ineſt oſtendere:ſed & quoniam vt genus ineſt oſtendendum. deſtruenti autem ſufficit oſtendere non ineſſe,vel alicui,vel nulli. videtur autem quemadmodum in alijs, corrumpere quam facere facilius:ſic & in his,deſtruere quam conſtruere.

In accidente vero vniuerſale quidem facilius deſtruere quam conſtruere. Nam
conſtruenti quidem oſtendendum quoniam omni:deſtruenti autem ſufficit oſtendere 36
vni non ineſſe. Particulare vero econuerſo. nam facilius conſtruere quam 37
deſtruere. Conſtruenti enim ſat eſt oſtendere alicui ineſſe, deſtruenti autē oſten 38
dendum quoniam nulli ineſt. Manifeſtum autem qua de cauſa omnium facillimum eſt terminum deſtruere. Plurima enim ſunt in ipſo data multorum dictorū. ex pluribus autem citius fit ſyllogiſmus.nam veriſimile,in multis:magis quam in paucis peccatum fieri. Amplius ad terminum quidem contingit & per alia argumentari. ſiue enim non propria ſit diffinitio,ſiue non genus quod aſſignatur, ſiue non ineſt aliquod eorum quæ ſunt in diffinitione,interempta fit diffinitio. ad alia autem neque ea quæ ex terminis:neque alia contingit omnia argumentari. ſola enim ea quæ ad accidens:communia ſunt omnibus prædictis. ineſſe enim oportet vnumquodque eorum quæ dicta ſunt.ſi autem non vt proprium ineſt genus: nondum interemptum eſt genus.ſimiliter autem & proprium non neceſſarium vt genus ineſſe, neque accidens vt genus aut proprium:ſed ineſſe tantum.quare non poſſibile ex alijs ad alia argumentari:niſi in diffinitione ſolum,manifeſtum igitur quoniam facillimum omnium eſt, terminum interimere,conſtruere autem difficillimum.nam & illa oportet omnia ratiocinatione colligere:& quod inſunt quæ dicta ſunt, & quod genus quod aſſignatum eſt: quodque propria diffinitio,& adhuc præter hæc quod indicat quid eſt eſſe oratio:& hęc
probe oportet feciſſe. Aliorum autem proprium maxime huiuſmodi. 39
Nam interimere quidem facilius,eo quod ex pluribus plerunque fit. Conſtruere autem difficillimum:quoniam multa oportet aſtruere,& adhuc quoniam ſoli ineſt,
& quoniam cõuerſim prædicatur de re. Facillimum autem omnium conſtruere ac- 40
cidens. Nam in alijs quidem non ſolum ineſſe,ſed & quoniam ſic ineſt oſtendendū. in accidente vero quoniam ineſt duntaxat,ſufficit oſtēdere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens. Quia quam pauciſſima in eo data ſunt,non enim conſignificat in accidente quomodo ineſt. Quare in alijs quidem dupliciter interimere contingit; vel oſtendendo quod non ineſt:vel quod non ſic ineſt, in accidente vero non contin-
git interimere niſi oſtendendo quod nõ ineſt. Loci igitur per quos copioſi erimus 41
ad ſingula quæque problematum argumentari.fere ſufficienter annumerati ſunt. 42

Triceſimus v. declaratio

Triceſimus vi. declaratio

Triceſimus vii. declaratio

Triceſi. octauus declaratio

Triceſimus ix. declaratio

Quadrageſimus declara.

Quadrageſimus primus.

SEPTIMI TOPICORVM ARISTOTELIS FINIS.

OCTAVVS TOPICORVM ARISTOTELIS.

OCtaui Topicorum primi cap. scholia. Pro interrogãte duo & vigin
ti loci. Loci septẽ præcedentium librorũ fuerũt ad suppeditandam
argumentorum, ad problematum terminationem, copiam vt quod
quicquã inest, aut non inest, aut vt genus, aut vt propriũ, aut vt ter
minus, aut vt idem huius autem loci sunt ad instituendum nunc in
terrogantem, nunc respondentẽ, nunc vero communes. 2. Simili Ponere.
ter philosophi & dialectici cõsideratio. Philosophi sunt qui ex pro
prĳs agunt, dialectici, qui ex cõmunibus. sed dialectici interrogant,
philosophi autem non. Si vera quidem sint & nota, per quæ syllo-
gismus. Ea per quæ est syllogismus, sunt propositiones, ꝓpositio:
assumptioque & si opus fuerit suæ approbationes. quæ si veræ & notæ fuerint, & non admit-
tat is qui respondet, non multum curat philosophus, quod nolit inuitum docere, sed eum qui
se præstat docilem. Et non ponat ea qui respondet. Argumentantis est interrogare, & respon-
dentis interrogata ponere, aut non ponere, hoc est admittere, aut non admittere. qui enim po- propĩqua
nit: dat interroganti atq; admittit. qui aũt non ponit, nõ admittit, sed aut dubitat aut renuit, it ĳs quę ex
que inficias. Proinde hæc particula ponere vbique intelligatur respondentis, & quæ ad ea de- principio
ductæ sunt. Eo quod propinqua sunt ĳs quæ ex principio. ea quæ ex principio intelligũtur pro
posita quæ ab initio ad discutiendum in medium sunt adducta, & aliquando respondens, aut
quia ab initio refutauit propositum, aut alia de causa: cum adducuntur vera & nota & perci
piat propositum ex illis sequi: illa non admittit. aduersus quem si philosophus, demonstrator
que agit aut impendio curat: & id quidem non temere forsitan: nec ab re agens. vt pauloante
dictum est ac si fuerit dialecticus magis vrget negocium, & ex communibus illum reuincere
nititur. 3. Aut vt dilucidior sit oratio. Oratio, disputatio. Si vero illam non ponat, si illam
non det atque admittat respondens: sed de hoc loquendi modo satis in quatto superiore scho-
lio ammonitum est. 8. Occultantem vero ratiocinatione præcolligere oportet. Dialecticus
sequentibus præceptis vtitur vt dialecticę fidem faciat, intendens & veram argumentationẽ,
& veri assertionem. Sophista autem eisdem vteretur, sed alio fine: vt falleret, astrueretque quod
non est, aut destrueret quod est. 9. Quæratur propter quid: quæratut, ab ipso scilicet respon
dente. hoc est quanquam omnia interrogata erunt, quæ necessaria sunt ad conclusionem, vsque
adeo tamen occulte interrogata sunt, vt cum interrogans conclusionem dicat, asseratq; respõ
dens adhuc sciscitatur & quærit propter quid. 11. Si oportet sumere quãuis propositio pro
ponatur indefinite, intelligitur tamen vniuersaliter. vt quod omnis qui irascitur, pœnam appe Sumere:
tit. At eis qui in ipsis proponunt, in ipsis de quibus differitur, & non in coniugatis. vt si disce
ptatio est in principalibus & primigenĳs & proponunt in primigenĳs. Instantia quod non om
nis qui irascitur, appetit pœnam (nam parentibus irascimur) est falsa oratio, qua respondens se
ipsum decipit. 12. Nam deuitans ea, respondentes scilicet. 13 Quod sibi videtur ponunt, ip
si scilicet respondentes magis dant & admittunt quod sibi verisimile est. sumere enim & inter
rogantis, & (vt sæpe iam dictum est) ponere respondentis. 14. Amplius & per similitudinem
interrogare. Cum interrogatur per similitudinem, magis & verisimile, & credibile est atq; ma
gis latet vniuersale. nam ex simili hoc modo, non vniuersale, sed particulare sumitur ideo for-
te ad occultationem valentius quam vti inductione. Hoc autem est simile inductioni, nõ tamẽ
idem. nam exemplum ad inductionem vt enthimema ad syllogismum, & vt imperfectum ad
perfectum. 15. Oportet autem & ipsum, ipsum interrogantem. XVI. Dicere quod consue
tum, ceu consueuerunt omnes matres diligere filios solent qui irascuntur omnes, pœnam appe
tere. Et ꝙ dicitur tale, vt dicuntur matres omnes diligere filios, dicuntur qui irascuntur oẽs ap
petere pœnam, hæc enim vocabula solent, consuescunt, dicuntur, & similia apta sunt proponẽ
tibus ipsisque sumentibus atque interrogantibus. 21. In fine recantant, reclamant, reuocãtq;
ea quę concesserunt, aut negantes ea se concessisse, aut id non serio, aut se nolle nunc cõcedere.
22. Aut interponere quæ nihil sunt vsui. A dialecticis non interseruntur ĩpertinentia ĳs quę
necessaria sunt vt ea quæ nihil ad disceptationem faciunt concedantur. a respondentibus, sed
vt occultent ea quę ad positionem faciunt, quo illa facilius dentur a respondentibus. Inserere Prim⁹ lo
enim aliena vt dentur a respondentibus, sophisticum est, & decipere volentium. cus inter

1 ¶ Loci ad instruendum interrogantem. Cap. I. rogantis

POst hæc autem de ordine & quonam pacto oportet interrogare dicendũ. Secundus
oportet autem: primum quidem, eum qui interrogare debet locum inue differẽtia
2 nire, vnde sit argumentandum. secundum autem interrogare & ordinare philoso
singula apud seipsum, reliquũ vero & tertiũ dicere iam eadem & alterum phi & dia
lectici:

¶ Quod autem inueniat locum: ſimiliter philoſophi & dialectici conſideratio. ſubinde
vero illa ordinare & interrogare proprium dialectici . ad alterum enim omne quod ta
le eſt. philoſopho autem & quærenti per ſcipſum, nihil curæ eſt ſi vera quidem ſunt &
nota per quæ ſyllogiſmus, & non ponat ea qui reſpondet . eo quod propinqua ſint il-
lis quæ ſunt ex principio, & prędeat quod ſubſecuturum eſt : ſed fortaſſe & ſtudioſe
aget, quoniam maxime notæ & propinquæ ſunt dignitates. ex illis enim ſcientifici ſyl-
logiſmi. loci igitur vnde oporteat ſumere: dicti ſunt prius. de ordine autẽ & interroga-
tione dicendum : diuidendo propoſitiones quæcunque ſumendæ ſunt ad neceſſarias .
neceſſariæ autem dicuntur, per quas ſyllogiſmus fit. ¶ Quæ autem ad has ſumun- 3
tertius tur: quatuor ſunt. Aut enim gratia inductionis vt detur vniuerſale : aut ad magnitu
declara dinem orationis, aut ad occultationem concluſionis, aut dilucidior ſit oratio. pręter has
tio autem nulla eſt aſſumenda propoſitio: ſed per has augere: & interrogare tentandum :
¶ Sunt autem quæ ad occultationem: certaminis gratia, ſed quia omne (quod eiuſmo 4
quartus di eſt) negocium, ad alterum eſt: neceſſe eſt & illis vti . ¶ Neceſſarias igitur per quas 5
quintus fit ſyllogiſmus, non ſtatim præordinandum: ſed abeundum ad ſuprema.
declaratio ¶ Vt non poſtulet quis cõtrariorum eandem diſciplinam, ſi hoc voluerit ſumere, ſed
oppoſitorum. poſito enim hoc , & quoniam contrariorum eadem diſciplina ſyllogiſ-
mo colliget, eo quod ex oppoſitis, ſunt contraria . ¶ Si vero illam non ponat per 6
Sextus inductionem. ſumendum proponenti in particularibus contrarijs .
declaratio ¶ Nam aut per ſyllogiſmum, aut per inductionem, neceſſarias ſumẽdum, aut has qui
dem inductione, illas autem ſyllogiſmo. ¶ Quæcunque autem valde manifeſtæ ſunt:
ſeptimus illas quoque oportet præponere. nam immanifeſtius eſt ſemper in abſceſſu , & indu-
ctione quod ſecuturum eſt, & ſimul ipſas neceſſarias proponere, & qui non poteſt illo 7
octauus modo, ſumere eſſe paratum. quæ vero ad has ſumptæ ſunt : accipiendę quidem illarũ
declaratio gratia. vnaquaque autem earum hoc modo vtendum, inducentam quidem a ſingula-
Nonus laribus ad vniuerſalia, & a notis ad ignota. nota autem magis quæ ſecundum ſenſum:
declaratio vel ſimpliciter, vel multitudini. ¶ Occultantem vero, ratiocinatione pręcolligere opor 8
tet ea per quæ ſyllogiſmus eius quod ex principio eſt debet fieri, & hæc vt plurimum .
¶ Erit autem hoc: ſi quis non ſolum neceſſarias , ſed earum (quæ ad illas ſunt vtiles)
aliquam . ſyllogiſauerit. ¶ Amplius concluſiones non dicere, ſed poſtea ratiocinatione 9
colligere. ſubitarias . ¶ Sic enim longiſſime abſcedet ab ea (quæ ex principio) poſitio
ne. vniuerſaliter autem dicendo ſic oportet eum interrogare qui occulte ĩterrogat . vt
interrogata omni oratione & eo dicente concluſionem, quæratur propter quid . id au-
tem erit maxime per antedictum modum. nam ſolo vltima dicta concluſione, immani
feſtum quomodo accidit. eo quod non præuidit reſpondens: ex quibus accidit, nõ per
membra digeſtis prioribus ſyllogiſmis. minime autem per membra digeritur ſyllogiſ-
mus concluſione: cum non eius ſumptiones ponuntur . ſed cum illa ſumuntur, a qui-
Decimus bus ſyllogiſmus fit. ¶ Vtile autem & non continua poſtulata ſumere. ex quibus ſyl- 10
declaratio logiſmi, ſed viciſſim ad aliam & ad aliam concluſionem. 11
Vndecimus ¶ Nam poſitis conuenientibus iuxta ſeinuicem : magis quod accidit ex ipſis manife-
declaratio ſtum. Oportet autem & diffinitione ſumere (in quibus poſſibile eſt) vniuerſalẽ pro-
poſitionem: non in ipſis, ſed in coniugatis. nam decipiunt falſa ratiocinatione ſeipſos
(quando in coniugato ſumitur diffinitio) ſi non vniuerſale concedunt. vt ſi oportet ſu
mere quod qui iraſcitur appetit pœnam: ſumatur autem, ira appetitus eſſe pœnæ: pro
Duodecimus pter apparentem paruipenſionem: manifeſtum autem quoniam hoc ſumpto habebi-
mus vniuerſale quod præelegimus. at eis qui in ipſis proponunt, ſæpe accidit vt abnu
declaratio ad reſpondens, eo quod magis ſe habeat in ea re inſtantia, vt quod non omnis qui ira-
Decimus ſcitur appetit pœnam. Nam parentibus iraſcimur quidem, non autem pœnam appeti
tertius mus. Fortaſſe autem non vera inſtantia eſt. Nam a quibuſdam ſufficiens pœna eſt, tri
declaratio ſtari ſolum, & facere pœnitere. veruntamen habet aliquid veriſimile, vt videatur irra- 12
tionabiliter negare propoſitum. in iræ autem diffinitionem ſimiliter facile eſt iſtantiã 13
inuenire. ¶ Præterea proponere par eſt non vt propter idipſum , ſed alterius gratia
eum qui proponit. ¶ Nam deuitant ea quæ ad poſitionem ſunt vtilia. ¶ Simpliciter


14 nam ad positionem est vtile:magis quod sibi videtur,ponunt. ¶ Amplius per similitu
dinem iterrogare. ¶ Nam & verisimile,& latet magis vniuersale,vt quod quemadmo decimus
dum scientia,& ignorantia contrariorum eadem:sic & sensus contrariorum idem. aut quartus
econuerso,postquam sensus idem contrariorum,& scientia,hoc autem est simile indu- declara.
ctioni:non tamen idem.nam illic quidē a singularibus vniuersale sumitur in similibus Deci. v.
autem non est quod sumitur vniuersale sub quo omnia similia sunt. ¶ Oportet autem declara.
15 & ipsum sibimet quandoque instantiam ferre. ¶ Nam insuspecte se habent respōden- Deci. vi.
16 tes ad eos,qui videntur iuste argumentari. ¶ Vtile autem dicere quod consuetum, & declara.
quod dicitur tale. ¶ Nam pigrescunt quod solitum est,dimouere, instantiam non ha- Deci.vij.
bentes.simul autē & quia vtuntur & ipsi talibus:cauent ea dimouere, ¶ Amplius nō declara.
17 sedule agere,& si omnino vtile sit. ¶ Nam aduersus sedule agentes:magis renitūtur.vt deci.viij.
18 in similitudine proponere quod ꝓpter aliud aliquid proponitur & nō propter seipsum declara.
19 vtile:ponent magis. ¶ Amplius non id proponere quod oportet sumere sed cui conse Deci. ix.
quens,id est ex necessitate: ¶ Nam & magis concedunt,eo quod non similiter, ex hoc declara.
manifestum sit.quod consecuturum est, & sumpto hoc:sumptum est & illud. ¶ Et id Vicesi-
20 vltimo interrogare,quod maxime vult sumere. ¶ Nam maxime prima renuunt, eo ꝙ mus
plurimi interrogatiuum prima interrogant,circa quæ vel maxime student. Ad quosdā declara.
autem,prima quæ vtilia sunt,proponere. ¶ Nam proterui maxime prima admittunt, Vicesi-
21 nisi oīno manifestū sit quod secuturū est: in fine aūt proteruiunt.similiter autē & qui- mus.i.
cunq; arbitrantur acuti esse in respondēdo.ponentes cū prima,in fine recantant, tan- declara,
quam nihil accident ex ijs quę posita sunt.ponunt aūt prompte confitentes habitu:& Vicesi-
arbitrantes nihil esse passuros.Amplius prolongare & interponere quæ nihil vsui ad mus .ij.
22 orationē,quemadmodū pseudographia vtentes. ¶ Nam cum sint plura: īmanifestum declara-
in quod falsum sit.quare & occultant quandoq; interrogantes, in absconso proponen- tio.
tes ea quæ per se ꝓposita:non ponerentur ad occultationem, igitur dictis est vtēdum.

Secundi cap. scholia. Pro respōdente loci alij quinq; & viginti, & dubitatio vna. 23. Ad ornatum vero inductione,ex superioris capitis calce verbum vtendum est,intelligendum. Ad ornatum,ad prorogandum atq; prolongandā orationem. magnitudo enim & prolongatio orationis, ornatus gratia esse debet. ideo cū ex numero. iij. quatuor enumet asset,īductionem magnitudinē orationis, occultationem conclusionis,& orationis dilucidatatē,ornatum non nominauit. nam ex secundo enumeratio intelligitur. Inductio igitur quale quid est manifestum de inductione secundo priorum numero.cix. sed illa magis est iam ad syllogismum reducta.quæ autem nondum est ad syllogismum reducta:ea argumentatio est quæ ex singularibus,vt par est enumeratis vniuersale colligit & sub singularibus etiā minus cōmunia cōprehendimus. 24. Qualia Homerus & nō qualia Cherilus. Hōerus & Cherilus poetæ Græci vt Virgilius & Bauius,Latini. Homerus & Virgilius ꝓbi & imitādi poetę, Cheril⁹ & Bauius iepti,& bonorū ęmuli,de quib⁹ & poeta Faust⁹. Faustus.

Meuius insurgit,Bauio comitatus inepto.

Et fatuus simili Cherilus arte furit.

. Dictum est autem de his & prius,secundo scilicet priorum analyticorum numero.cxij. 28. Inducentem prius.Oportet quod in aliquibus inducat priusquam efflagitet instantiam. 29. In altero instantiam ferre, vt quod alter parium numerorum sic primus. 31. Eo quod transeunte re amisit quidem disciplinam, oblitus autem non est,dicebant deliquio existēte disciplinam haberi,quod deliquium esset ex obiectu terræ,luminis in luna priuatio,at cū deliquium non erat,non amplius erat disciplina. quandoquidē id falsum putarent:deliquiū(vt poetæ quod nihil esset)esse priuationem luminis in luna,obiectu terræ prouenientem, non tamē eum dicebant qui sciet:esse oblitum.sed illi parū intelligere videbantur, vniuersalia vniuersalesque notiones curam temporis relinquere:& neque hic,neque hunc significare & non minus veras esse.nulla ratione cęli existente:quam nūc quoq; sunt: cū cęli ratio tempusq; existūt. 35. Demonstranti quidē & non differenti. demōstrare est scientis, differere autem dialectici ille ex proprijs,hic ex cōmunibus,ille ex solis necessarijs.hic vtrunq; ex necessarijs & verisimilibus. Nō impossibile dicunt esse respondentes non fatentur esse impossibile. 39. Tentandum sic proponere huiusmodi prępositum:huiusmodi problematum determinando vel diuidendo & forma superiore interrogando,vt putasne,nonne sic,an secus & similibus. 40. Quare aut nugatur sæpe repetendo idem. XLI. Et quæ natura sunt prima.prima,prima principia quæ priora nō habent postrema sunt vltima & quæ remotissima sunt a principijs,vt dare quadrato æquū



circulum aut circulo æquum quadratū.date sphæram æqualem cubo & similia. 42. Cū sint
pauca media horumq; &principiorum hic singularibus pro pluralibus vti videbatur Aristote
les. 43. Non habet quod increpet.Interrogatus non potest iuste increpare tales diffinitiones
cum ignoret an quicquam translatitie dictum sit.obiurgaret tamen iuste per numerum.vij sex
ti si id cognosceret. 45. Diffinitis autem contrarijs,vt quod contraria sunt quæ sub eodem ge
nere maxime distant nata eidem vicissim inesse,seque ad eodem mutuo expellere . nam nō con
tingit maxime distare nisi vnum vni.Linea ad latus secat planum,quando in superficie æquidi
stantium laterum ad latus per aream,linea dicitur æquidistans. Locum,planiciem, spatiumque
& aream intelligimus.Quę proportio a c ad c e ea est loci a c b d ad locum c e d f. Est autem dif-
finitio huius orationis hæc , eius orationis scilicet linea quæ ad latus secat planum. 46.
Simpliciter autem prima elementorum.Elementa vt sæpiuscule iam dictum est,sunt principia.
XLVIII. Credet ex minus credibilibus.nam ex singulis, & quæ sensui sunt obnoxia, quæ qui-
dem minus credibilia simpliciter,sed nobis credibiliora.

¶ Pro introductione respondentis loci alij.. Cap.II.

ADornatum vero,inductione,& conlusione,eorū quę affinia sunt. 23
¶ Inductio igitur qualequid est,manifestum.diuidere autem hu-
Vicesi-mus.iij. declara. iusmodi:vt scientiam sciētia esse meliorem , aut eo quod exactior
est,aut quod meliorum: & quod scientiarum aliæ quidem sunt cō
templatiuæ,aliæ autem actiuę,alię porro effectiuę.nam vnūquod
que talium,coornat quidem orationem. at non necessarium est , 24
vt dicatur ad conclusionem. ¶ Ad dilucriditatem autem exem 25
vicesi.iiij. declara. pla & similitudines afferendum. ¶ Exempla autem accommoda
ta,& ex quibus scimus,qualia Homerus,non qualia Cherilus sic eñ clarius erit quod
proponitur. ¶ Vtendum autem in differēdo syllogismo quidem ad dialecticos magis
vicesi.v declara. quā ad multitudinē:inductione vero contra,ad multitudinē magis. ¶ Dictū est autē 26
& de his & prius. ¶ Est aūt in aliquibus quidem inducenti possibile interrogare vni-
vicesi.vi. declara. uersale:in aliquibus vero non facile.eo q non positū sit similitudinibus nomen , oībus
cōmune.sed quando oportet vniuersale sumere sic in oībus talibus esse dicūt: ¶ Id au-
tem determinare difficillimū est, qualia sunt ea quæ proferuntur hmōi,& qualia non.
vicesi. vij decalra. & propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus.alij quidē dicentes.similia,es-
se,quæ non sunt similia:alij vero dubitantes quæ sunt similia,non esse similia. ¶ Qua 27
re tentandum in omnibus talibus:ipsum nomina effingere. vt neque respondenti lice
at dubitare quod non similiter quod infertur:dicitur,neq; interroganti calumniari . vt
vice. viij. declara. similiter dicto . eo quod plura eorum quæ non similiter dicuntur similiter videntur
dici. ¶ Quando autem inducenti in pluribus,non dederit vniuersale , tunc iustum est 28
efflagitare instantiam.non ducente autem ipso in aliquibus sic.non iustum est efflagi-
tare,in aliquibus non sic. Oportet enim inducentem prius sic instantiam efflagitare.
vicesi.ix. declara. ¶ Efflagitandum autem instantias non in eo quod proponitur ferre: nisi vnum tantū
sit hmōi.vt dualitas pariū numerorū solus primus . ¶ Nam oportet & eū qui instat in
altero instantiā ferre,aut dicere q hoc solū tale est . ¶ Ad eos aūt qui instāt vniuersali 29
Tricesimus declara. non in eodē aōt instantiam ferunt.sed in æquiuoco (vt quod habeat aliquis non suum
colorem,vel pedē,vel manum.habebit eñ pictor non suum colorem, & cocus pedem
non suū)diuidendo ęe vera in talibus interrogandū est . ¶ Nā latente æquiuocatione,
bene viderentur instare ꝓpositioni. ¶ Si aūt non in æquiuoco sed in eodē instans præ 30
pediat interrogationē:oportet auferentē id in quo instantia est,ꝓponere reliquū , vni-
uersale faciendo,donec sumat quod vtile est . ¶ Vt in obliuione & in oblitum esse. 31
non enim concedunt eum qui amisit disciplinam oblitum esse . eo quod transeunte re
Tricesimus.i. declara. amisit quidem disciplinam,oblitus autem non est . dicendum autem auferēti id in quo
instantia est reliquum.vt si permanente re amisit disciplinam, idcirco oblitum esse . si-
militer autem & contra instantes quoniam maiori bono,maius opponitur malū . pro-
ferunt enim quoniā sanitati minori bono quā bona habitudo , maius malum opponi-
tur.nā ægritudinē maius esse malum mala habitudine,auferendū igitur & in hoc id in
quo instantia est.nam ablato, magis ponet.vt quoniā maiori bono maius malum op-
ponitur.nisi cōferat alterum ad alterū , quamadmodum bona habitudo ad sanitatem.

33 ¶Non ſolum autem eo inſtante hoc,faciendum:ſed & ſi ſine inſtantia negat,eo quod
præuideat aliquid talium. Nam ablato eo,in quo inſtantia eſt:compelletur ponere
eo quod non præuideat in reliquo,in aliquo non ſic eſſe. ¶Si autem non ponat,
34 efflagitatus inſtantiã,non habebit aſſignare. ¶Sunt autem huiuſmodi propoſitio- Triceſi
num quæ in aliquo falſæ ſunt, quæ in aliquo autem veræ. in his enim par eſt auferre: mus.ij.
reliquum autem verum relinquere. ¶Si autem in multis proponenti non ferat in- declaratio
ſtanriam poſtulandum eſt ponere. ¶Nam dialectica eſt propoſitio ad quam ſic Triceſi
35 in pluribus ſe habentem:non eſt inſtantia. ¶Quando autem contingit idem & ſi mus. iij.
ne impoſſibili & per impoſſibile ſyllogiſare:demonſtranti quidem & non differenti declara
nihil refert vel ſic vel illo modo ſyllogiſmo colligere differenti aut non eſt vtendum tio
per impoſſibile ſyllogiſmo.nam ſi ſine impoſſibili quidem ſyllogiſmo colligat:mini- Triceſi.
me fiet vt dubitent. at quando per impoſſibile ſyllogiſant(niſi valde manifeſtum ſit quartus
falſum eſſe)non impoſſibile dicunt eſſe.quare non fit interrogantibus quod volunt. declara
36 ¶Oportet autem proponere quæcunque in pluribus quidem ſic ſe habent. tio
¶Inſtantia autem aut omnino non eſt,aut in ſuperficie eſt conſpicere.nam qui nõ poſ dubita.
37 ſunt conſpicere in quibus non ſic:tanquam verum quidem ſit ponunt. ¶Non opor
tet autem concluſionem,interrogationem facere.
¶Alioquin autem.eo renuente non videtur fieri ſyllogiſmus.nam & ſæpe cum non
interrogat, ſed vt ſequens infert: negant. & hoc facientes non videntur redargui ijs
qui non conſpiciunt quod accidit ex ijs quæ poſita ſunt. quando igitur non dicens Triceſi
quidem accidere,interrogabit,ille autem negabit:omnino non videtur fieri ſyllogiſ- mus v.
38 mus. ¶Non videtur autem omne vniuerſale dialectica propoſitio eſſe.vt quid eſt declara
homo?aut quot modis dicitur bonum? eſt enim dialectica propoſitio,ad quam eſt reſ tio
pondere ſic vel non.ad dictas autem non eſt,quare non ſunt dialecticæ huiuſmodi in-
terrogationes.niſi ipſe determinans vel diuidens dicat: vt putaſne bonum ſic vel non
39 ſic dicitur?nam ad talia facilis reſponſio vel affirmando vel negando. quapropter ten triceſimus
tendum ſic proponere huiuſmodi propoſitionum. ¶Simul autem & iuſtum for- ſextus
taſſe ab illo interrogare:quot modis dicitur bonũ,quando hoc diuidente & proponẽ- declara.
te,nullo modo conceſſerit. ¶Quiſquis autem vnam orationem multa tempore in- Triceſi-
40 terrogat:male interrogat. ¶Nam ſi reſpondeat quidem ei interrogato quod inter- mus. vij.
rogatur:manifeſtum quod multas interrogationes interrogat,aut frequenter eaſdem declara.
quare aut nugator,aut non habet ſyllogiſmum,nam ex paucis omnis ſyllogiſmus. ſi Triceſi
vero non reſpondeat:quid aut non increpat aut diſcedit? mus.viij.
41 ¶Eſt autem argumentari difficile:& ſuſtinere facile ipſas ſuppoſitiones. Sunt autẽ
talia, & quæ natura ſunt prima:& quæ poſtrema. Nam quidem termino egent.poſtre
ma vero per multa terminantur volenti continuum ſumere a primis, aut ſophiſticæ
videntur argumentationes.impoſſibile enim demonſtrare quippiam eſt eum qui non
incipit a proprijs principijs,& connectit vſque ad vltima.diffinire autem nihili ducunt
reſpondentes, neque ſi interrogans diffinierit. aduertunt atqui non facto manifeſto
quidnam eſt quod propoſitum eſt non facile eſt argumentari.maxime autem quod ta
le eſt,circa principia accidit.nam alia quidem per hæc monſtrantur:ipſa uero non con-
tingit per talia,ſed neceſſe eſt diffinitione talium,vnumquodque cognoſcere. ¶Sunt
42 autem difficile argumentabilia & quæ valde propinqua ſunt principio. ¶Non eñ
contingit plures ad hæc rationes inuenire:cum ſint pauca media horumque & pricipi-
43 orum, per quæ neceſſe eſt monſtrare ea quæ poſt illa ſunt. ¶Terminorum au-
tem difficile argumentabiles:in omnium maxime ſunt,quicunque vtuntur talibus no
minibus, quæ primum quidem manifeſta ſunt: ſimpliciter ne dicantur an multipli-
citer,adhuc autem quæ neque nota verum propriæ. an ſecũdum metaphoram de diffi
nito dicantur. ¶Nam quia obſcura ſunt:non habet argumenta.quia vero ignoran
44 tia ſi abſque metaphora dicitur quod tale eſt:non habet quod increpet. ¶Omnino
autem omne problema quando difficile argumentabile vel termino indigere arbitran
dum eſt,vel eſt eorum quæ multipliciter,vel eorum quæ ſecundum metaphoram dif
finito eſſe dicantur, vel non longe a principijs:vel quia non manifeſtum eſt primum

Quadragesimus quintus declara.

nobis hoc idem, secundum quam dictorum modorum est quod dubitationẽ præstat. Nam cum est manifestus modus: manifestum quoniam aut diffinire oportebit, aut diuidere, aut medias propositiões inuenire. nam per hæc mõstrantur vltima. ℂIn multis autem positionibus (non bene assignata diffinitione) non facile disputare ac argumentari. ℂVt vtrum vnum vni contrarium, an plura. diffinitis autem cõtrarijs aliquo mo- 45
do, facile est ostendere vtrum contingit plura eidem esse contraria, an non. eodem autẽ modo & in alijs diffinitione indigentibus. videntur autem & in disciplinis quædam ob diffinitionis deffectum, non facile describi. vt & quoniam quæ ad latus secat planum linea: similiter diuidit & lineam & locum. diffinitione autem dicta statim manifestum est quod dicitur. nam eandem ablationem habent loca & lineę. est autem diffinitio eius orationis, hæc. ℂ Simpliciter aũt prima elementorũ: positis quidẽ diffinitionibus (vt 46
quid linea, vel quid circulus) facillimum ostendere. verum non multis ad vnumquodque eorum est argumentari. ℂEo quod non sunt multa media. si autem non ponãtur principiorum diffinitiones. difficile: fortasse autem omnino impossibile. ℂSimiliter 47
autem his, & in ijs quæ sunt circa orationes se habent. non igitur latere oportet: quãdo difficile argumentabilis est positio, quod passa est aliquid eorum quę dicta sunt. quando autẽ erit ad dignitatẽ & propositionẽ, maior labor disputare quam ad positionem.
ℂDubitare autẽ possit quispiã vtrum ponenda sint talia an non. nã si non ponat, sed 48
poscat & ad illa disputare. maior præcipiet quã quod in principio positũ est. si vero ponat: credet ex minus credibilius. si igitur oportet nõ difficilius problẽa facere: ponẽdũ. si autem per notiora syllogisare: non ponendum. An discenti quidem non ponẽdum, nisi notius sit: exercitato vero ponendum, si verum solum videatur: quare manifestũ quoniam non similiter & interroganti & docenti existimandum esse ponendum. quo pacto igitur interrogare & ordinare oportet: pene sufficiunt quæ dicta sunt.



quadragesimus .vi. declara.

quadragesimus. vij declara.

TErtij cap. scholia. Quid opus respondentis. de quo sequentes locos intẽdit, & pro instruendo respondente, loci quatuor & uiginti. XLIX. Nam alterum fortasse peccatum. Alterum peccatum, altera absurditas si poneretur quod etiam poni non debet. nullo pacto positum, datumque tutari. LI. Ponendo probabile positionem, aut neutram. ponẽdo opinabilẽ aut inopinabil propositionẽ, aut neutrã, & absurditates, obliquitatesq́; quæ nunc obligationũ dicuntur: locorũ huius capitis sunt prolaptiones. Vel dandi, uel non dandi quod interrogandum est, ponendi uel non ponendi, concedendi uel nõ cõcedendi. Necesse est conclusionem probabilem fieri: quod interrogans intendit concludere oppositum conclusionis. LII. Nam cum improbabilis est positio probabilis est conclusio. interrogans qui respondenti aduersatur semper. intendit oppositum positionis respondentis: quo fit, ut si positio inopinabilis sit, conclusionem opinabilem esse oportere. quod enim inopinabile est, & eius quoque oppositum opinabile. & quod opinabile: & eius oppositum inopinabile.

LVII. Aut non ad orationem, aut nihil faciat ad orationem.

LVIII. Ad deuitationem absurditatis. nam quando admittuntur illa quæ non uidentur, colligunt aliquando ex illis absurda. Cum autem id prædixerit, nihil incommodum uidetur, si absurdum sequatur ad id quod datum erit.

LIX. Propinquum ei quod est in principio. quod est admodum propinquum ei quod est ab initio positum est; adeò ut propemodum uideatur petere, quod propositum est. Proteruire est, ineptire, grauem, difficilem, molestumque se præbere. LXXI. Sustinere autem & positionem & diffinitionem ipsum sibijpsi oportet præargumentando, ipsum respondentem. debet enim secum præargumentari ad positionem suam, & instructior ad alienas interrogationes inueniatur: faciliusque abiecta diluat alterius, si falsa erunt.

LXXIII. Vt si quis dicat sedentem scribere id intellige uniuersaliter.

Q(u)amuis falsum postulatum. ea oratio omnem sedentem scribere.

Quæ falso describuntur. ea sunt in quibus cadit pseudographia.

quadragesimus. viij declara.

ℂLoci pro respondente. Cap. III.

DE responsione autem primum quidem determinandum quodnam est opus bene respondentis, quemadmodũ bene interrogantis. ℂEst autẽ 49
interrogãtis quidẽ sic deducere orationem, vt faciat respondentem dicere inopinabiliora quam ea quæ propter positionẽ sunt necessaria. respondentis vero non propter se apparere, accidere impossibile aut qđ preter opinionem est: sed propter positionem. nam alterum fortasse peccatũ: ponere

50 primum quod non oportet,& poſitum non ſeruare aliquo modo:
¶Quia autem ſunt indeterminata ijs qui propter exercitationem & experientiam o- Quadra
rationes faciunt(nam non eædem conſiderationes & diſcentibus & docentibus & con geſimus
certantibus:neque his & ijs qui exercent ſeinuicem inſpectionis gratia. nam diſcenti nonus
quidem ponenda ſunt ſemper ea quæ videntur. neque enim conatur falſum vllus do-
cere. concertantium vero interrogantem quidem viderit aliquid facere oportet omni- quinqua
no:reſpondenrem autem nihil videri pati)& in dialecticis congreſſionibus quæ non geſimus
concertationis gratia,ſed experimenti & inſpectionis orationes faciunt,nondum enu declara.
cleatum eſt quo pacto oporteat coniectare reſpondentem,& qualia dare & qualia nõ
ad bene aut non, ſeruandam poſitionem,quoniam(inquam)nihil habemus traditum quinqua
ab alijs:ipſi aliquid dicere tentemus: geſi.i.
51 ¶Neceſſe eſt autem reſpõdentem ſuſtinere orationem:ponendo aut probabilem,aut declara.
improbabilem poſitionem,aut neutram,& aut ſimpliciter probabilem, aut improba-
bilem, aut indeterminate,vt huic alicui,vel alij. quinqua
¶Nihil autem refert quomodocunque,dum ea probabilis,aut improbabilis ſit. nam geſi.ij.
idem modus erit bene reſpondendi:vel dandivel non dandi quod interrogatum eſt.nã declara.
cum improbabilis eſt poſitio neceſſe eſt & concluſionem probabilem fieri. cum vero
probabilis:aut improbabilẽ. nã oppoſitum ſemper poſitionis interrogans concluder. quinqua
ſi autem neque probabile,neque improbabile quod poſitum eſt:& concluſio erit talis. geſi.iij.
¶Quoniam autem bene ſyllogiſans,ex probabilioribus & notioribus, propoſitum declara..
52 demonſtrat:manifeſtum eſt quod quando ſimpliciter eſt improbabile quod proponi quinqua
tur,non dandum eſt reſpondenti,nec quod non videtur ſimpliciter,nec quod videtur geſi.iiij.
quidem,minus aut concluſione videtur. declara.
¶Nam cum improbabilis eſt poſitio,probabilis eſt concluſio. quare oportet quæ ſu-
mũtur,probabilia eſſe omnia:& magis probabilia quam quod proponitur,ſi debet per quinqua
notiora quod minus notũ eſt cõcludi.quare ſi neque tale eſt quippiam eorum quæ in- geſi.v
terrogantur: non ponendum eſt reſpondenti. declara:
53 ¶Simpliciter autem ſi eſt probabilis poſitio:dilucidum eſt, quoniam concluſio ſim- quinqua
pliciter improbabilis.ponendum igitur & quævidentur omnia:& eorum quæ non vi geſi.vi.
dentur,quæcunque minus ſunt improbabilia concluſione. declara.
¶Nam ſufficienter ſic videbitur diſceptatum eſſe. ¶Similirer autem erir & ſi neque
54 improbabilis:neque probabilis,eſt poſitio. ¶Nam ſic & quæ videntur,omnia dandũ
55 & eorum quæ non videntur, quæcunque minus ſunt improbabilia concluſione. ſic quinqua
enim probabiliores accidit orationes fieri. geſi.vij.
¶Si igitur ſimpliciter quidem probabile,vel improbabile quod ponitur:ad ea quævi quinqua
56 dentur ſimpliciter,comparatio facienda.Si autem non ſimpliciter probabile, vel im- geſi.viij.
probabile ſit quod ponitur ſed reſpondenti:ad ſeipſum,quod videtur & quod non vi-
detur iudicando,ponendum vel non ponendum. ¶Si vero alterius opinionem tute-
tur reſpondens:manifeſtum,quoniam ad illius intelligentiam aſpiciendo, ponere ſin-
gula debet & negare.quare & qui curant extraneas opiniones(vt bonum & malum eſ quinqua
ſe idem quemadmodum Heraclitus inquit)non dant non adeſſe ſimul contraria eidẽ. geſi.ix.
non quia non videntur eis hæc:ſed quia ſecundum Heraclitum ſic dicendum. faciunt
hoc autem & qui ſuſcipiunt abinuicem poſitiones.coniectant enim ac ſi is dicat qui po
nit.manifeſtum igitur quæ coniectandum reſpondenti ſiue ſimpliciter probabile,ſiue
alicui poſitum eſt. ¶Quoniam autem eſt neceſſe omne quod interrogatur aut proba
57 bile,aut improbabile eſſe,aut neutrum,& ad orationem,aut non ad orationem attine-
re quod interogatur,ſi ſit qnidem quod videtur,& non ad orationem dandum eſt dicẽ
do quod videtur. ¶Non enim interimitur,poſito eo quod in principio.
¶Si vero non videtur, & non ad orationem: dandum quidem, & conſignificandum
58 quodnon videtur,ad deuitationem abſurditatis.
59 ¶Si vero ſit ad orationem & videatur:dicendum quoniam videtur qnidem:ſed valde
90 propinquum ei quod in principia eſt,& interimitur(eo poſito)quod propoſitum eſt
¶Si autem ad orationem quidem,valde autem improbabile poſtulatum dicendum

quod accidit hoc posito.advalde absurdũ esse,q̃.pponitur. ¶Sívero neque.pbabile neq̃ 61
Sexagesimus.i. declara. improbabile.si nihil quidem ad orationem:dandum nihil determinando. ¶Si autem 62
ad orationem:consignificandum quod interimitus(posito eo)quod in principio est.
Nam sic & qui respondet nihil videbitur propter hoc pati,siquidem præuidens singu-
la posuerit.& qui interrogat assequetur syllogismum: positis ab eo omnibus proba-
bilioribus conclusione. ¶Quicunque vero non ex probabilioribus conclusione conã 63
tur syllogisare:perspicuum quoniam non bene syllogisant.quare cum sic interrogant:
non ponendum. ¶Similiter autem & in ijs quæ obscure & multipliciter dicuntur,oc-
currendum est. ¶Nam quia datum est respondenti non discenti,dicere non disco,& 64
multipliciter dictum non ex necessitate confiteri vel negare:manifestum quoniam pri
Sexa. ij. mum quidem nisi planum sit quod dicitur:non cunctandum vt dicat aut intelligo . nã
declara. sępe ex eo quod non clare interrogantibus,dant:occurrit aliquid difficile. ¶Si autem 65
motum quidem sit,multipliciter autem dictum,si in omnibus quidem verum vel falsũ
sit quod dicitur:dandum simpliciter quod dicicitur,vel negandum.sivero in aliquo qui
dem sit verum:in aliquo autem falsum : significandum est quod multipliciter dicitur,
Sexa.iij. & quia hoc quidem falsum,illud autem verum. Nam cum posterius distinguitur:im-
declara. manifestum si & in principio ambiguum animaduerterit. ¶Si autem non præuiderit 66
dubium,sed in alterum aspiciens posuerit dicendum ad eum qui in alterum ducit quo
niam non ad id aspiciens dedi,sed ad alterum eorum.Nam pluribus existentibus quæ
sub eodem nomine vel eadem oratione sunt.facilis est ambiguitas. ¶Si vero & dilu- 67
cidum sit & simplex quod interrogatur:aut sic aut non respondendum. ¶Quoniam 68
autem omnis propositio syllogistica:aut earum aliqua est:ex quibus syllogismus,aut
propter aliquam illarum:manifestũ quod quandoque alterius gratia sumetur, ex eo
Sexa.iiij declara. quod plura similia interrogant. ¶Nam aut per inductionem:aut per similitudinẽ
plerunque vniuersale sumunt.singularia igitur omnia ponendum:si sint vera & proba 69
bilia.] ¶Ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. ¶Nam sine instan
tia vel quæ sit, vel quæ videatur,[prohibere orationem: proteruire est:si igitur[mul-
tis apparentibus, non dederit vniuersale qui non habet instantiam : manifestum est
quoniam proteruit: Amplius si neque contra argumentari habeat quod non verum
multomagis videbitur proteruire quanuis nec hoc sufficiat, nam complures orationes
opinionibus contrarias habemus : quas difficile est soluere . velut Zenonis quod non
contingit moueri,neque stadium pertransire.sed non propter id:quæ sunt opposita his
non ponendum.si igitur qui neque contra argumentari habet,neque instare , non po-
nit,dilucidum quoniam proteruit.est enim in disputationibus proteruia respõsio pręter 70
ter dictos modos,syllogismi destructiua . ¶Sustinere autem & positionem & diffini-
tionem,ipsum sibijpsi oportet præargumentando. Nam ex quibus interimunt interro
gantes quod proponitur : manifestum quoniam ijs aduersandum. ¶Inopinabilem 71
vero suppositionem cauendum sustinere. Erit autem inopinabilis multipliciter , nam
& ea ex qua absona contingit dicere.vt si omnia dicat aliquis moueri, aut nihil,& quæ
cunque peioris motis esse eligenda & quæ contraria consilijs.vt quod voluptas bonũ
& iniuriam facere melius quam iniuriam pati,nam non vt orationis gratia sustinentẽ,
Sexa.v. sed vt ea quæ videantur dicentem oderunt . Quæcunque vero orationum falsum syl-
declara. logisant:soluendum interimendo id propter quod fit falsum.
¶Nam non is qui quoduis interimit soluit:ne quidem sit falsum est quod ĩterimitur:
habere enim potest plura falsa:oratio.vt si quis sumat sedentem scribere . Socratem
vero sedere,accidit enim ex :Socratem scribere , interempto igitur Socratem sedere
nihil magis soluta est oratio.quanuis falsum sit postulatum : sed non propter id oratio
falsa.nam si quis sit sedens nonscribens autem:non amplius in tali, apte accommoda-
bitur eadem solutio,quare non id interimendum:sed sedentem scribere. non enim om
nis qui sedet scribit:soluit igitur omnino,qui interimit id propter quod fit falsum , no-
uit autem solutionẽ: qui sit quod propter id falsa oratio quemadmodum in ijs quę fal
so describuntur.Non enim sufficit instare , ne quidem si falsum sit quod interimitur,
sed & id propter quod falsum,assignandum . Sic enim erit manifestum vtrum præui-
dens aliquid an non:facit instantiam.

QVarti cap. scho. Loci cōmunes interrogāti & respōdēti quatuordecī. LXXIII. Tertium aūt ad interrogata, intellige ex superiore particula, instantiam dicendo. nam id prohibet disputationē procedere. Instantię igitur dictum est quatuor modis fiunt. Instantias obices, præpedimentaque faciendarum argumentationum intelligimus. Alicui videri ea quæ non sunt magis q̄ vera. Ea quę non sunt, ea quæ sunt falsa. 75. Oportet eum qui bene trāsfert: qui bene de se vno proposito in aliud transmutat. 76. Nā plures vno, concertantiū partiū vtranq; vincere impossibile est, sed vt altera solū victrix euadat necesse est. 78. Quando ea quæ in principio: quæ ab initio sunt proposita. 80. Quando ex pluribus, quia intenditur cōcludere oppositum problematis, quare potius eius oppositū q̄ ipsa 83. Philosophema, ratiocinatio philosophi quæ & monstratio, q philosophi maxime oīm demonstrationes scientur. Epichirema quod vbiq; interpretatur argumentū aut argumentatio, ratiocinatio dialectici Sophisma, captiūcula sophistæ. Aporema sub epicheremate continetur, est elenchus dialectic⁹. Et latinis nominibus carēt. 85, Neutra parte, hoc est non magis videatur assumptione, neq; cōclusione, neq; etiā similiter. Similiter erit & non similiter erit. Vt conclusio videatur: & non videatur. Similiter si compararetur ad sumptum, quod non videtur. 86. Ipsum quodque, ipsum quod vere est, ipsa opininio, idealia sunt. Etiam si id omittitur. Solet aliquando omitti ad ostendendam orationē aliquid, quia est nimis insigne & manifestum: & ad manum vt, intelligatur, vt communes conceptiōes: & communes loci & hmōi, nihilominus tamē est sufficiēter manifesta. Quæ quidē sint per conclusiones conclusa, quēadmodū conclusiones in geometria monstrantur, & quo modo ex eius monstraretur, si triangulus plures duobus rectis æquos haberet, lineas paralellas concurrere.

¶ Loci communes pro interrogante & respondente. Cap. IIII.

ESt autem orationem prohibere concludi, quadrupliciter. ¶ Nam
aut interimendo id propter quod fit falsum, aut ad interrogātem, Septuageli. ij.
73 instantiam dicendo, sępe enim non solum soluit quidem: qui tamē
interrogat non potest longius producere. tertium aūt ad interro- declara.
gata. accidit eñ ex interrogatis quidem non fieri quod volumus,
eo quod non bene interrogata sint: addito autem aliquo fieri conclusionē. si igitur non amplius potest producere interrogans ad in
terrogantem erit instantia, si autem potest, ad interrogata. quartū
autem pessima est instantiarum quæ ad tempus. nam quidam talibus instant ad quæ di
sputare pluris est temporis quam præsentis exercitationis instantiæ igitur vt dictum Septuageli. iij.
est prius: quatuor modis fiunt. Solutio autem est earum quæ dictæ sunt, prima tantū:
74 reliquæ autem prohibitiones quædam & impedimēta conclusionum. ¶ Inculpatio ve declara.
ro orationis & secundum ipsam orationem, & quādo interrogatur non eadem. ¶ Ple
runque eñ q non bene disputatur oratio, is qui interrogatur, est causa, eo quod nō cō
cedat ex quibus probe erat disputare ad positionem. nā non est in altero solo: bene ab-
soluere commune opus. Necessariū igitur qñq; ad dicentem & non ad positionem ar-
gumentari: quando is qui respondet, & cōtraria interrogāti obscurat corroborās, proter-
uientes igitur altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. amplius autē quia
exercitationis & experimenti gratia, & nō doctrinæ huiusmodi sunt orationes: perspi
cuum quoniā non solum verum syllogisandum, verum etiā falsum, nec per vera sem-
per, sed quandoq; & per falsa. sæpe enim vero posito: interimere necesse est disputan-
tem. quare proponenda falsa, quandoque autem & falso posito: interimendum per fal
75 sa. nihil enim prohibet, alicui videri quæ non sunt: magis quā vera, quapropter ex ijs
76 quæ illi videntur oratione facta, magis erit suasus quam adiutus. ¶ Oportet autem cū Septuageli. iiij.
qui bene transfert: dialectice & non contentiose transferre. ¶ Vt geometram geome
trice: siue falsum siue verum sit quod concludendum est. quales autem dialectici syllo- declara.
gismi: dictum est prius. ¶ Quoniam autem malus particeps qui impedit commune
77 opus patet quod & in orationibus. nā commune quippiam quo proponitur, & in il-
lis est. præterquam in concertantibus. his autem non est in eundem vtrisque finem asse
qui. nam plures vno impossibile est vincere. Differt autem nihil siue in respondendo,
siue in interrogando fiat. nam & qui contentiose interrogat. praue disputat: & qui in re
spondendo non dat quod videtur, neque suscipit quicquam quod vult interrogans in
terrogare. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta quod non similiter inculpandum & se-
cundum seipsam orationem, & interrogantem. Nam nihil prohibet orationē quidem

Declaratio prauam esse:interrogantem vero vt possibile est.optime contra respondentem disce-
ptare.nam contra proteruos non possibile fortasse statim sumere quales quis vult:sed
quales fieri possibile faciendi syllogismi. ¶Quoniam autem est indeterminatum,
Septuagesimus vij. declara. quando contraria.& quando ea quæ sunt in principio sumunt homines.nam plerum- 78
que per scipsos dicentes contraria dicunt,ad adnuentes prius. dant posterius.eo quod
interroganti & contraria,& quæ in principio,plerunque obediunt, necesse est prauas
fieri disputationes:causa antem est qui respondet hæc quidem non dans,illa autem ta-
Septuagesi.viij. declara. lia.manifestum igitur quoniam non similiter inculpandum & interrogantes,& orati-
ones,orationis autem secundum seipsas quinque sunt inculpationes. ¶Prima qui- 79
dem quando ex interrogatis non concluditur,neque quod propositum est,neque om-
nino quicquam,cum sint vel falsa vel inopinabilia,aut omnia aut plurima, in quibus
consistere debet conclusio,& neque ablatis quibusdam,neque additis.neque his quidē
ablatis illis vero additis:fit conclusio. ¶Secundo autem si ad positionem non fiat syl-
logismus,& ex talibus & eo modo quo dictum est prius. ¶Tertia vero si additis qui-
busdam fiat syllogismus:hæc autem sint deteriora ijs quæ interrogantur,& minus pro
babilia conclusione,etiam si ablatis quibusdā.nā quādoque sumunt plura necessarijs
quare non eo quod hæc sunt:fit syllogismus. ¶Amplius si ex inopinabilioribus & mi
nus credibilibus conclusione,aut si ex veris,sed maiore opera indigentibus demonstra
ri,quam problema.non oportet autem ex omnibus problematis syllogismos existima
re similiter probabiles esse,& suasibiles.natura enim statim sunt aliqua quidem facili
ora ;alia vero difficiliora eorum quæ interrogantur.quare si ex aliquibus vt fieri po-
test,maxime probabilibus coniecturam fecerit:disputatum bene est. ¶Manifestum 80
igitur quoniam orationis non eadem inculpatio & ad problema & secundum se. Nā 81
nihil secundum se quidem orationem prohibet esse vituperabilem.ad problema autē
laudabilem.& rursum e diuerso secundum se quidem laudabilem,ad problema autem
vituperabilem,quando ex pluribus est facile cum probabilibus,tum veris concludere.
Septuagesi.ix. declara. ¶Erit autem quandoque oratio etiam concludens quam non concludens deterior, 82
quando illa quidem ex absurdis concludit,cum non sit tale problema,hæc autem indi-
geat talibus quæ sunt probabilia & vera,& nondum assumptis sit oratio. ¶Eos au-
octogesimus declara. tem qui per falsa verum concludunt,non iustum est inculpare. ¶Nam falsum quidē
semper necesse est per falsa syllogisare,verum autem quandoque per falsa syllogisare.
octogesimus.i. declara. manifestum autem id ex analyticis. ¶Cum autem demonstratio sit alicuius dicta ora-
tio,si aliquid est aliud quod ad conclusionem nullo modo se habet,non erit ex illo syl
logismus.si autem appareat,sophisma erit,non demonstratio. ¶Est autem philosophe 83
octogesimus.ij. ma quidē syllogismus demonstratiuus.epicherema autē syllogismus dialecticus sophis
ma vero syllogismus cōtentiosus,aporema autē,syllogismus dialecticus cōtradictionis.
Philosophema Si ex vero vtrisque quæ videantur,aliquid ostendatur:non autem similiter videantur:
nihil prohibet quod ostenditur magis altero videri. ¶Sed si hoc quidem videatur, illud 84
Epichirema autem neutra parte, aut,si hoc quidem videatur,illud autem non videatur,si similiter
quidem similiter vtique erit.& non:si autem magis alterum sequetur quod est magis.
Sophis- ¶Est autē quoddam & idem ad syllogismos peccatum:quando ostenditur per longio
Aporema. ra,quod cōtingit per breuiora & quæ orationi assunt.
¶Vt quod est opinio magis altera, quam altera : si quis petat ipsum quodque maxi-
octogesimus.iij. declara. me esse,esse autem opinabile, ipsum quod vere est.quare quorundam magis esse ip- 58
sum. ad quod autem magis:magis dicitur esse.esse autem & ipsam opinionem veram,
an erit accuratius:quem par sit exigens quædam:petitum est autem & ipsam opinionē
octogesimus.iiij. declara. veram esse,& ipsum quodque maxime esse.ac si ipsa opinio vera,certior sit sed quæ ne
quicia maior,quam quæ facit circa id cuius est oratio : latere causam:oratio autem est 6
manifesta vno quidem modo & publicissimo,si sit concludens sic, vt nihil oporteat in
octogesimus.v. declara. terrogare.vno autem & qui maxime dicitur cum sumpta quidem sint ex quibus neces
sarium est conclusionem esse,quæ quidem sint per cōclusiones conclusa,etiam si id o-
mittitur quod valde probabile est.

QVinti cap. scho. Loci alij cõmunes vnus & viginti. 87. Talis eñ existens verorũ demonstratio est: scilicet q̃ sit ex ijs quæ magis videntur: non tñ verum ĩterimit. Quare erit huius demonstratio, huius quod ꝓponebatur, vel quod aliquid propositũ est q̃ sit falsum. Nã verum non nisi ex falso interimitur, e colligendo. s. eius oppositum. non eñ veri oppositum ex veris colligi potest. 90. Secundũ veritatẽ quidem in analyticis dictum est. secundo priorum analyticorũ a numero. 81. ad numerum. 86. In synonymis aũt, synonyma hoc in loco appellamus multiuoca vt gladius & ensis, neq̃ accõmodum videtur, vt hic transferretur vniuocis. Rursus si quis. Cũ quis debet ostendere coniuncta & petit disiuncta, vt si quis ostendere debeat medicinam esse sani & ægri. & diuidẽdo petat hoc pacto est, ne medicina scientia sani: & insuper est ne scientia ægri: petit id quod in principio quarto modo. Qđ diameter lateri, quod diameter est incõmensurabilis lateri. 91. Æqualiter aũt & contraria, æqualiter quinq̃ modis. Rursum si quis petat, quartus modus quito eius quod est petere quod in principio & quintus quarto respondet. 93. Ad gymnasiam aũt Aristoteles habet πρὸς δὲ γυμνασίαν καὶ μελέτην. sed meletẽ potius exercitationem q̃ meditationem vt vetus lectio habebat, ex Suida visum est esse interpretandum μελέτη, inquit, ἄσκησις, & cum gymnasia idem significet. eũ dicitur gymnasiã & exercitationem, & expositiue tenetus. Transsumentẽ cõclusionẽ. Transsumimus cõclusionẽ, cũ eius oppositum sumimus, cum aliqua interrogationũ ad interimendũ aliqd dictorum, & idẽ est ac cõclusionem cõuertere, ceu dictũ est secundo priorũ a nũero. 33. ad 43. XCIIII. Reliquũ eñ horum recte eligere alterum, reliquũ: reliquum ĩstrumentũ alterum, alterum contrarium. Nã qui amant & qui odiunt: qui amãt verum & odiunt falsum Et id maxĩe de primis positionibus, quia aliqñ faciunt primas ꝓpositiones, & q̃ prima sunt principia, ꝓblemata vt verũ partes simul suũ sit totum an secus: verũ substãtia & quãtitas reipsa duo sint: an non: verum positio est, & pricipium apud Aristotelẽ partes simul esse suum totum. vt partes continui simul continuæ, tota magnitudo partes consubstantiales simul connitæ: tota substantia partes discretæ simul: ipse numerus positio itẽ est substantiã & quãtitatẽ reipsa duo esse. haud secus atq̃ hõ & albedo reipsa duo sunt. Sed disputationes hmõi ad primas positiões molestæ sunt, & fastidientes. ꝓinde ac illæ quę erãt aduersus Antisthenẽ q̃ cõtingebat contradicere, & aduersus Heraclitum quod non oĩa sp̃ mouentur, aduersus Zenonem aliqd esse mobile, & aduersus Pyrronem nõ æque oẽ esse bonum. & vtinã vt Antisthenis, Heracliti, Zenonis & Pyrrhonica deliramenta extincta sunt, æque nostra tempestate extincta essent absurda problemata ad primas positiones, & innumera futilia quæ nulli disciplinæ sunt adminiculantia verum officiunt potius sæpiuntq̃ viam, volentibus philosophiæ subintrare penetralia. 97. Amplius terminorum copiosos esse oportet. tã eos qui ꝓbe interrogant q̃ qui probe respõdent copiam diffinitionum habere oportet, & ad illas & ad probabilia & principia summopere expeditos, prõptosq̃ esse. nam qui hæc in promptu & ad manum hñt: facile ratiocinantur, aut quid perperam in ratiocinatione dictum sit, facile manifestum ex diffinitionibus eñ probabilibus, principijs syllogismi ratiocinationesq̃ coalescunt. 99. Propositionemq̃ cõmunem magis quã positionẽ, vetus lectio habebat: magis quã orationẽ. sed in vetusto exemplari ita erat πρότασιν τε κοινὴν μᾶλλον ἢ θέσιν εἰς μνήμην θετέον, quod quadrantius videtur sententiæ Aristotelis. ideo positum est positionem, & in approbatione videtur Aristoteles singularibus vsus pro pluralibus. idcirco principiorum & suppositionum pluraliter expressimus quæ erant singulariter expressa. Et intellige per principia, cõmunes propositiones, cõmuniaq̃ principia quæ operæpretium magis est memoria tenere. & per positiones & suppositiones. ꝓpria & secundum subiectã materiam vnicuiq̃ accõmodanda. CII. Eundẽ autem, eundem disputantẽ. Contra vniuersale ferre syllogismos. fugere debet interrogãs ne faciat syllogismos qui suo aduersentur vniuersali. CVII. Ab eo eñ qui omnino tentat apparere, diffugiendum. Qui nunc ad omne propositum vtũtur nouo captiuncularum genere quas obligationes appellant nihil prorsus ad propositum facientes, oĩno id faciunt, volentes apparere cum sint in philosophiæ intelligentijs. Thersite ignobiliores. quare ex hoc Aristotelis præcepto tanquam ab omni philosophiæ parte extorres, diffugiendi sunt. Et q̃uis iustum esset tentare omnino colligere syllogismos cõtra huiusmõi, quia tamẽ cum talibus decertare indecorum est (nam sine probrosa altercatione cum talibus res nõ peragitur) satius est ipsos missos facere vt ridiculos indignosq̃ cõtra quos confligatur. CVIII. Ad quas in promptu, in promptu Aristotelis habet παραπόδας quod ad pedes sonare videtur verum sic habetur ex Suida παραπόδας ἐπίρρημα, εὐθέως καὶ ἐγγὺς καὶ πλησίον, parapodas aduerbium confestim in promptuque, aut prope vicineve significans.

¶Pro opponente & respondente loci communes. Cap. V.

78 FAlsa autem oratio vocatur quadrupliciter. Vno quidem modo quando apparet concludere quæ non concludit: vocatur autem apparens litigiosus syllogismus. alio modo quando concludit quidem. non tamen propositum, quod accidit maxime in ijs quæ ad impossibile ducunt, aut ad

Octagesimus vi. declara.

propositum quidem concludit:non tamen secūdum propriam disciplinam .hoc autem est si ea quæ non est medicinabilis videatur esse medicinalis, aut geometrica quæ non est geometrica,aut dialectica quæ non est dialectica,siue verū siue falsum sit quod accidit.alio autem modo si per falsa concludit.huius autem erit quandoque quidē conclusio falsa,quandoque autem vera.nam falsum quidem semper per falsa concludit.verum autem possibile est & non per vera vt dictum est prius.

¶ Quod autem falsa sit oratio:dicentis peccatum potius est,quam orationis. at ne quidem dicentis semper,sed cum lateat ipsum quod falsam orationem dixit aliquam. eo quod ab ipso suscipimus cum pluribus veris quippiam amplius. si ex ijs quæ maxime videntur interimit aliquid verorum (talis enim existens, verorum demonstratio est) oportet sane positorum aliquid non esse omnino, quare erit huius demonstratio.

¶ Si autem verum concludat per falsa & valde absurda. compluribus deterior erit quæ falsum syllogizant:erit autem talis,& quæ falsum concludit.

Octoge ¶ Quare manifestum quod prima quidem consideratio orationis: secundum seipsam
si. vij. est,si concludit,secunda autem:vtrum verum an falsum:tertia vero,ex qualibus quibus 88
Octoge busdam. ¶ Nam sic ex falsis quidem,opinabilibus autem,rationabilis.si autem existē 89
si.viij. tibus quidem, sed inopinabilibus praua.si vero & falsa & valde inopinabilia sint: dilu
declara. cidunt quod praua,aut simpliciter,aut ad rem. ¶ Id autem quod in principio & cōtraria quonam pacto peteret interrogans: secundum veritatem quidem in analyticis dictum est.secundum opinionem vero nunc dicendum est. Petere autem videntur id 90
Octoge quod est in principio quinque modis. ¶ Manifestissimo quidem & primo, si quis
simus. ix idipsum quod monstrari oporteat:petat hoc autem in eo ipso quidem: non facile latere
declara. potest.in synonymis autem, & in quibuscunque nomen & oratio idem significat, ma
Nonage gis. Secundo autem quando quod particulariter oporteat demonstrare: vniuersaliter
simus quis petat. vt qui argumentatur quod contrariorum vna disciplina. omnium opposi
declara. torum postulauerit vnam esse:nam videtur, id quod oportebat secundum se ostendere:cum alijs petere pluribus. Tertio,si quis quod vniuersaliter est ostendere propositum, parculariter petat.vt si de omnibus contrarijs propositum est,de aliquibus postulet. videtur enim hic quod cum pluribus oportebat ostendere secundum se: extra petere.rursus si quis diuidens,petat problema.vt si oportet ostendere medicinam sani & ægri:extra vtrunque postulet.aut si quis eorum quæ sequuntur seinuicem ex necessitate:alterum petat.vt latus incommensurabile esse diametro: si oporteat ostendere quod
Nonage diameter lateri. ¶ Aequaliter autem & contraria petunt ei quod ex principio est.
simus.i ¶ Nam primo quidem si quis opposita petat secundum affirmationem & negationē. 91
Secundo autem contraria secundum oppositionem,vt bonum & malum, idem. Tertio vero si quis vniuersaliter postulans:particulariter petierit contradictionem. Vt si
Nonage quis sumens contrariorum vnam disciplinam:sani & ægri alterū esse petat, aut si hoc
simus.ij. petens:in vniuersali oppositionem tenet sumere, rursum si quis petat contrarium ei,
declara. quod ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt. & si quis ea quidē non sumat quæ
Nonage opposita:at alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio.
simus. iij ¶ Differt autem cōtraria sumere tantillum ab eo quod est in principio. quoniam hu 92
declara. ius quidem est peccatum ad conclusionem.nam ad illam aspicientes: quod in principio est dicimus petere,contraria autem sunt in propositionibus eo quod quo ipse aliquo modo se habent adinuicem. ¶ Ad gymnasiam autem & exercitationem talium orationum primum quidem conuertere assuescere oportet orationes. 93

¶ Sic enim & ad id quod dicitur copiosius nos habemus, & in paucis, plures sciemus orationes.nam conuertere est transsumentem conclusionem cum reliquis interrogationibus interimere vnum quippiam eorum quæ dicta sunt. necesse enim si conclusio non est:vnam aliquam interimere propositionum, si quidem omnibus positis necesse erat conclusionem esse. ¶ Ad omnem autem positionem & quod sic & quod non sic argumentum,considerandum,& cum inuêneris solutionem statim quærendum. ¶ Sic 94
enim simul accidet & ad interrogandum & respondendū exerceri, & si ad nullum aliū habemus: apud nosipsos sensim comparanda sunt quæ attinent ad ipsam positionem argumenta. nam id ad cogendum multam copiam præbet, & ad redarguendum magnum habet adiumentum quando quispiam promptus est argumentari: & quod

ſic & quod non ſic.nam ad contraria accidit facere obſeruationem & ad cognitionem
& ea(quæ ſecundum philoſophiam eſt)peritiam poſſe conſpicere , & conſpexiſſe quæ
ab vtraque accidunt ſuppoſitione:non paruum inſtrumentum.reliquum enim horum
recte eligere alterum , oportet autem ad id quod tale eſt eſſe bono ingenio & hoc
eſt ſecundum veritatem bonum ingenium : poſſe bene eligere verum , & diffugere
falſum,quod qui nati ſunt bene poſſunt probe facere.nam qui amant,& qui odiunt :
95 quod profertur facile diſcernũt optimum. ¶ Et ad ea quæ ſæpiſſime incidunt pro- Nonage
blemata:ſcire oportet orationes.& id maxime de primis poſitionibus. ¶ Nam in his ſimus iiij
faſtidiunt ſæpe qui reſpondent. ¶ Amplius terminorum copioſos eſſe oportet,& pro declara:
babilium,& primorum ſe habere promptos. nonage.
96 ¶ Nam per hæc fiunt ſyllogiſmi. ¶ Tentandum autem & ea(in qua ſæpiſſime incidũt v
diſputationes)tenere. declara.
¶ Nam quemadmodum in geometria ante opus eſt circa elementa exercitatum eſſe, nonage.
& innumeris circa capitales prompte ſe habere : & multum refert ad hoc & alium nu- vi.
97 merum cognoſcere multiplicatum:ſimiliter quoque & in orationibus promptum in- declara.
eſſe ad principia & propoſitiones memoria ſcire oportet.nam perinde ac in memoriæ nonage.
ſenſorio ſolum ; loci poſiti ſtatim faciunt ipſas res memorare , & hæc faciunt ad ratio- vij.
cinandum promptiorem,eo quod ad determinatas illas inſpiciat ſecundum numerũ. declara.
90 ¶ Propoſitionemque commmem magis quam poſitionem in memoria ponendum. nonage.
¶ Nam principiorum & ſuppoſitionum copioſum eſſe mediocriter :difficile. viij.
¶ Amplius orationẽ vnã plures facere aſſueſcendũ:velut ij qui occultiſſime abſcõdũt. declara:
¶ Tale autem erit : ſi quis quam plurimum abſcedat ab affinitate eorum de quibus nonage.
eſt oratio.erunt autem potiores orationum vniuerſales maxime quæ id pati poſſint. ix.
99 vt quoniam non eſt vna plurium diſciplina, ſic enim & in ijs quæ ſunt ad aliquid,& in declara.
contrarijs & coniugatis eſt. ¶ Oportet autem & reminiſci vniuerſales facere oratio- Centeſi-
nes:tametſi fuerit diſputans particulariter. ¶ Sic enim & plures, licebit vnam facere : mus
ſimiliter autem & apud rhetores in enthimematibus. ¶ Eundem autem quam maxi- centeſi.
100 me fugere,contra vniuerſale ferre ſyllogiſmos. ¶ Et ſemper oportet conſiderare orati i.
ones ſi in pluribus communibus diſputantur. ¶ Nam omnes particulares in vniuerſa declara.
li diſputatæ ſunt & ineſt in particularibus eius quod eſt vniuerſale , demonſtratio . eo centeſi.
101 quod non eſt ſyllogiſare quicquã ſine vniuerſali. ¶ Exercitatio autem facienda : indu- ij.
ctiuarum quidem ad rudem,ſyllogiſticarum autem ad expertum. ¶ Et tentãdum acci declara.
pere ab ijs quidem qui in ſyllogiſmis triti ſunt propoſitiones:ab ijs vero qui in inducti centeſi.
onibus,ſimilitudines.in hoc enim vtrique exercitati ſunt. iij
102 ¶ Omnino autem exercitationis gratia diſceptantibus tentandum afferre , aut ſyllo- declara.
giſmum de aliquo,aut propoſitionem,aut ſolutionem,aut inſtantiam , ſiue recte quis centeſi.
dicat, ſiue perperam,vel ipſe,vel alter: vel ad quippiã vterque.Ex his enim facultas,ex quartus
103 ercitatio autem facultatis gratia.Et maxime circa propoſitiones & inſtantias:eſt enim declara.
(vt ſimpliciter dicam)dialecticus,propoſitiuus & inſtantiuus.eſt autem proponere qui centeſi.
104 dem:vnum facere quæ ſunt plura.oportet enim vnum omnino ſumere ad quod eſt o- quintus
105 ratio.inſtare autem:quod vnum eſt,facere plura.nam aut diuidit aut interimit:hoc qui declara.
dem dans illud autem non dans,eorum quæ propoſita ſunt. ¶ Non eſt autem cũ om- centeſi.
ni diſputandum:neque contra quemlibet exercitandum. ¶ Nam neceſſe ad aliquos ſextus
prauas fieri orationes.ab eo enim qui omnino tentat apparere, diffugiendum . iuſtum
106 107 autem omnino tentare ſyllogiſmo concludere. veruntamen non pulchrum,eo & non
oportet aduerſus quoſlibet facile conſiſtere.quandoquidem neceſſe eſt paruiloquium
inde emergere.nam qui exercitati ſunt non poſſunt abſtinere a diſputatione,ſine alter
catione.Oportet autem & factas habere orationes ab huiuſmodi problemata.in qui-
bus cum pauciſſimorum copia eas ad quam plurima vtiles habeamus. illæ vero ſunt
vniuerſales,& ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile eſt.

¶ OCTAVI TOPICORVM
ARISTOTELIS
FINIS.

PRIMVS ELENCHORVM SOPHISTICORVM.

PRimi capitis primi Elenchorum Sophisticorum Aristotelis Icho. quid intendit syllogismi æquiuoca diuisio. locus vnus, vnaque causa captionum, apparentium que redargutionum. 1. De sophisticis autem redargutionibus redargutio hoc est quod Græce ἐλεγχος elenchus dicitur, & præsentem librum de sophisticis elẽchis id est de sophisticis redargutionibus nuncupauit Aristoteles, a principali fine sophistarum. nam tametsi non solum redargutionem, sed & falsum, inopinabile, solœcismum & nugationem intendant, & de illis in hoc opere determinet Aristoteles, præcipuum tamen ꝙ intendit sophistes, est redargutio. vt patet ex numero. x. non ab re igitur ab illo primo & magis præcipuo fine librum nuncupauit. Et vnicus ac singularis apud Aristotelem hic liber habetur, verum pro consuetudine in duos discreuimus. Sic & in orationibus, in disputationibus. 2. Lithargyrina, lithos lapidem significat, & argyros argentum. hinc compositum nomen est lithargyrus, quasi lapis argenteus ponit enim Plinius lapidem quam cotulam appellant emen-

Plinius.

tiri argẽtum, qui olim in Tmolo flumine reperiebatur, nunc vero passim, quem alij heraclitum alij lydium vocant. Et felle tincta, aurea quod felle tincta aurea appareant, probauit noster ludocus Alostensis. 3. Quarum vnus locus aptissimus & publicissimus. Sophistarum duo sunt vniuersales loci. vnus in dictione & alter præter dictionem: speciales autem ob dictionẽ sex, & præter dictionem septem, vt postea clarius dilucebit. Quemadmodum ijs qui calculis supputant. Calculi, tesseræ, numeri ad supputationum ratiocinia, vt nunc supputales nummi. Id autem non est simile, id scilicet quod accidit in nominibus, in rebus quoque accidere & non refertur ad particulam de supputationibus numerorum. Et illic, in supputationibus.

¶ Quid intendit, & aliquem syllogismum, sophisticum esse. Cap. I.

Intentio

Diuisio

declara.

DE sophisticis autem redargutionibus, & de ijs quæ videntur re 1
dargutiones, sunt autem captiosæ ratiocinationes at nõ redar-
gutiones: dicamus oportet, incipientes secundum naturam a
primis. ¶ Quod igitur hi quidem sunt syllogismi, illi autem
(cum non sint) videntur: manifestum est. ¶ Nam quemadmo 2
dum & in alijs id fit per quandam similitudinem, sic & in ora
tionibus se habet. etenim hi quidem habitum probe habent: il
li vero videntur, ex tribu tumentes & componentes seipsos,
& pulchri, hic quidẽ ob pulchritudinẽ: illi autem videntur seip-
sos fucantes. & in inanimatis quoque similter. nam & illorum hæc quidem argentum, ista
vero aurum re vera sunt: illa non sunt quidem, apparent autem secundum sensum. vt
lythargyrina & stannea: argentea. & felle tincta: aurea. eodem autem modo & syllo-
gismus & redargutio. hæc quidem est, illa vero non est, apparet autem propter imperi-
tiam. nam imperiti velut distantes: a longe speculantur. Nam syllogismus quidam ex
quibusdam est positis: vt colligamus aliquid aliud ex necessitate ab ijs quæ posita sunt
per ea quæ posita sunt. redargutio autem syllogismus est, cum contradictione conclu
sionis, illi vero id quidem non faciunt.

Causa vna sophisticarũ redargutionũ declara.

¶ Videntur autem ob multas causas, quarum vnus locus aptissimus & publicissimus
per nomina. ¶ Nam quia fieri non potest vt res ipsas ferentes disputemus: sed nomi
nibus pro rebus, vtimur signis: & quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbi- 3
tramur accidere. quemadmodum ijs qui calculis supputant. id autem non est simile,
nam nomina quidem finita sunt & orationũ multitudo: res vero numero infinitæ sunt
necesse est igitur plura eandem orationẽ & nomen vnum significare, quemadmodum
igitur & illic qui non sunt prompti calculos sustinere: a scientibus decipiuntur. eodem
quoque modo, & in orationibus, qui nominum virtutis sunt ignari: perfacile captio
nibus hallucinantur. & ipsi disputantes, & alios audientes. ob hanc igitur causam,
& eas quæ dicendæ sunt, est syllogismus & redargutio apparens, atque non existens,

SEcundi cap.scholia.Sophistam imitari sapiẽtem, & quid sophistice,& quid sophistes,duo sapientis officia.Sophistam,genus , summamque disputationum sophisticarũ.inquirere genera disputationũ. IIII. Et sophista pecuniarũ aucupator, id pecuniarum aucupator vno verbo dicit Aristoteles χρηματιστὴς quod forte vno verbo diceremus pecuniosus.vnde Plato insectatur sui temporis sophistas: ve Gorgiam, Protagorã & similes.quod cauponarẽtur philosophiam facerentque vænalem, sed re vera non philosophiam quam promittebant sed vilia & contemptibilia venditabant sophismata. 5. Vt vnum ad vnum:hoc est duo. Hæc autem sunt,hæc scilicet non mentiri in quibus nouit: & posse manifestare mentientem.qui dat orationem, respondet , & eius officium est manifestare mentientem falsumque dicentem.Qui vero sumit:interrogat,atque argumentatur,& eius officium(modo sophista non sit)non mentiri,falsumque dicere. 6. Dictarum orationum dictarum numero.ij.apparentium scilicet at non existentium.Suffragantur, adminiculantur atque prosunt. VII Et non ex ijs quæ videntur respondenti . Ea quæ videntur respondenti, communia,& quæ seu ita sit siue non,credit vera esse si acceprat,aut falsa,si repudiat. Quomodo determinatum est in alijs.de demonstratiuis præsertim in libro posteriorum analyticorum de dialecticis in octo libris Topicorum.de tentatiua maxime in octo illorum. est enim tentatiua dialecticæ pars quædam.

De generibus disputationum. Cap. II.

4 QVoniam quibusdam magis operæprecium est videri esse sapientes quam esse & non videri(est enim sophistice apparens sapiẽtia non existẽs autem,& sophista pecuniarum aucupator ab apparente sapientia & non existente)manifestũ profecto est quoniam necessarium est illis & sapientis opus videri facere magis quã facere & non videri. Est aũt(vt vnum ad vnum dicamus)in vnoquoque opus sapientis non mentiri quidẽ ipsum de quibus nouit,mentientem aũt manifestare non posse. Hęc autem sunt, hoc quidẽ in eo quod potest dare orationem,illud autem in eo quid sumere. Necesse est igitur illos qui volunt sophistice agere:dictarum orationũ,genus quærere. ¶ Ope-
5 ræ enim præcium est eis.nam huiusmodi potestas faciet videri sapientes cuius sunt desiderium habentes.Quod autem tale orationum genus est,& quod talem appetũt potestatem,illi quos vocamus sophistas:manifestum est quot autem sunt species sophisticarum orationum,& ex quot numero potestas ea constat, & quot partes contingit esse negotij,& de alijs quæ suffragantur ad hanc artem:nunc dicamus. ¶ Sunt igitur ad
6 disputandum,orationum genera quatuor:doctrinales,dialecticæ, tentatiuæ, contentiosę. ¶ Et doctrinales quidem sunt quæ ex proprijs principijs cuiusque disciplinæ & non
7 ex ijs quę videntur respondenti colligunt.nam oportet credere eum qui discit,dialecticæ autem quæ ex probabilibus collectiuæ sunt contradictionum: tentatiuæ vero quæ ex ijs colligũt quæ videntur respondẽti, & quæ necessarium est eum scire qui simulat se habere scientiam. quomodo determinatum est in alijs . porro contentiosæ ; quæ sunt ex ijs quæ apparent probabilia , apparentes syllogistice . de demonstratiuis autem in analyticis dictum est , de dialecticis vero & tentatiuis in alijs , de altercatorijs autem & contentiosis nunc dicendum .

sophista Philosophaster. Quid sophista

Duo officia sapientis declara.

Genera disputationum declara.

TErtij cap.scholia. quot fines intendunt sophistæ.loci redargutionum communes,loci redargutionum propter dictionem,æquiuocatio,amphibolia,compositio,diuisio,accentus,figura dictionis, captiones.quot modis ęquiuocationis & amphiboliæ. Captiones captiosę,deceptoriæque ratiocinationes quæ quando ducunt ad apparentem contradictionem . Elẽchi, sophistici & captiones redargutionis dicuntur quando apparenter ad falsum;captiones falsi quando ad inopinabile,captiones inopinabilis.quando solœcismum,solœcismi. & quando frequentẽ eiusdem repetitionem nugationis. 8. Coniectant,intendunt. Aut quod non est, sed quod apparet aut sophistæ intendunt.quod re vera non est redargutio,falsum, inopinabile , solœcismus aut nugatio:sed potius quod apparet esse aliquid horum. 10. Quæ propter dictionũ faciunt phãtasiam, faciunt apparentiam. 11. Sunt autem propter ęquiuocationem. Numeri.ij. ad xvij. Inductione monstrant assumptionem syllogismi,que fidem facit sex numero sophisticos locos propter dictionem. Nam quæ expediunt,bona sunt:pro vocabulo expediunt . Aristoteles habet δέοντα quod apud Græcos significat καὶ τἀγαθὰ,καὶ τὰ συμφέροντα,καὶ τὰ ἀναγκαῖα , & honesta & vtilia & necessaria. & expedire propemodum vidẽtur illa tria importare . honestum vt expe-

dit iustitiam facere, utile. Vt expedit iter agentibus, tali victus obseruatione uti: necessarium, ceu expedit ve ortes intereant . necessarium enim appellamus , quod inelectabile est & deuitari nequit. Surgebat autem sedens, sedens & ægrotans bifariam dicuntur, & qui nunc sedet & qui sedebat, & qui nunc ægrotat, & qui ægrotabat. significationem enim eiusmodi participia tenēt & præsentis & præteriti imperfecti, neque id qui satis in grammaticis sunt instituti: erunt inficias. 12. καὶ ἄρα ἐστι σιγῶντα λέγειν. Id latina locutio dici non admittit. Nā σιγῶντα silentem & silētia significare potest, si enim accusatiuus est singularis ἀπὸ τοῦ ἀρσενικοῦ ὁ σιγῶν τὸν σιγῶντα silentem significat, Si vero accusatiuus pluralis ἀπὸ τοῦ οὐδετέρου τὰ σιγῶντα significat silentia. Visum igitur est satius vt silentia quam tacentem interpretaremur: cum non possit id nobis vocabulum latinum repræsentare eadem & Gręcum. quia tacentem oppositum ad loquentem videtur. Silens autem communius, vt res etiam inanimatæ præsertim quæ natę sint sonare , silentes dicantur: vt lapis & ferrum. non autem proprie dicantur tacentes . silere de hominibus, Virgilius.

Tum pietate grauem ac meritis, si forte uirum quem
Conspexere, silent: arrectisque auribus astant.

De inanimis idem.

In cælum scopuli. quorum sub uertice latè
Aequora tuta silent.

Quare accommodari ad id potest intelligentia, non autem si tacentem interpretaremur. Sed id ex locutione græca melius deprehenditur .13. Vt Aquila vel canis. Aquila ad auē , & ad imaginem cælestem æquiuocum est. Aquila pro aue, Ouidius .

Nympha mane: sic agna lupum, sic cerua leonem,
Sic penna fugiunt penna trepidante columbæ.

Pro imagine cęlesti Manilius

Nunc aquilæ sidus referam: quæ parte sinistra
Rorantis iuuenis, quem terris sustulit. ipsa
Fertur; & extentis prædam circumuolat alis.

Canis ꝓ cane domestico aīali, & astro, notas habet significatiōes. Pro domestico aīali, Virgili⁹

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram, sic paruis componere magna solebam.

Pro astro idem

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus: & aduerso cedens canis occidit astro.

Quando soliti sumus sic dicere , quando ex significatione propria & impropria prouenit paralogismus atque captio, solemus enim & oculos arborum & fructicum, hoc est id primum ꝙ germinando emittunt , & preciosos lapillos gemmas appellare, ex hoc igitur modo hunc texi mus redargutionis paralogismum, sunt ne gemmæ preciosi lapilli sic, quid: nunquid in palmitibus preciosi lapilli: non assumitur, attamen Virgilius inquit.

Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas
Torrida iam lato turgent in palmite gemmæ.

Sunt igitur in palmite preciosi lapilli. 16. Non enim idem significat. Cōposita oratio, in qua accusatiuus & infinitiuus simul iunguntur. Diuisa, qñ possibile & accusatiuus, compositio, possibile sedentem ambulare. significatque quempiam eiusce rei habere potestatem, vt sedens ambulet ꝙ impossibile est profecto. Diuisio, possibile sedentē, ambulare significatq; ꝙ quis cū sedet potestatem habet, vt ambulet, & id verum est. Compositio possibile, non scribentem scribere, id insinuat vt quis potestatem habeat, vt nō scribens scribat, quod esse nequit. Diuisio, possibile non scribentem, scribere intelligentia est vt quis non scribens potestatē habeat : vt scribat & id verum est. cum enim heri aut nudiustertius nihil scripserim , totam tamen diem potestatē habui vt scriberem. Vnde fit vt hæ orationes & similes, cum compositionem faciunt aut diuisionē, similes vocabulorū teneāt significationes neq; hæc vocabula possibile, contingens, impossibile, necesse, apud Aristotelem quandoq; prima esse nomina , & quandoque secūda , vt in diuisione, prima: & in compositione secunda (secunda nomina dico: quæ pro solis dictionibus aut orationibus accipiuntur, qualia sunt nomen, verbum, dictio, oratio & similia prima, quę ꝓ rebus ipsis vt homo, equus, lapis) sed huiusmodi commenta neotericorum sunt . Alia exempla nō magno impendio intelliguntur. 15. Quod maius sit ęquale probatio, quis maius tantundē æquali & amplius quippiā est cōposita oratio vera est, diuisa vero falsa. Cōposita maius tantundē æquali & amplius quippiā est. Diuisa maius tantundē æquali, & āplius quippiā est, diuisione facta commate inter æqualia & amplius. Compositio vero, ego posui te seruum existentē, liberum. Diuisio falsa ego posui te seruum, existentem liberum. Suppositio, sit factus de seruo liber. Quadraginta virum centum heros linquit Achilles. virum virorum carnem est Homeri

πεντικοῶρ τ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος ἀχιλλεύς. Compositio vera quinquaginta, virum centũ heros linquit Achilles. Diuisio falsa, quinquaginta virum cẽtum heros linquit Achilles, hypothesis. Achilles centũ viros duxit in bellum, quinquaginta amisit. 16. Vt & poetam defendunt. De Homero loquitur Aristoteles: & eius adducit carmen. item & de somnio Agamemnonis. Sed quia exempla nequeunt nostris accentibus accommodari. carmina cepimus ex Virgilio, qui Latinorum est Homerus. Seruius pentemimerim & turtur fœmininum ex hoc carmine (nec gemere aeria cessabit turtur abvlmo) putauit, hallucinatus accentu, arctius forte solum masculinum vt Priscianus & Ouidius.

Et uarijs albæ iunguntur sæpe columbæ
Et niger à uiridi turtur amatur aue.

Luderetur item per accentum qui quartum pedem huius hexametri (Cętera per terras omneis animalia somno) crederet esse tribrachum. omneis enim accusatiuus pluralis vltimam diphthõgo longat ad græcæ inflexionis imitationem. verum ista nosse: grammaticorum est. VII. Masculinum interpretatur fœmininum. omnis substantia bona, omnis equus substantia, omnis equus bona, dicendum bonus. Fœmininum masculinum. omnis homo natus ad virtutem, mulier autem homo, mulier igitur natus ad virtutem, dicẽdum nata. Quod inter hæc est (hoc est neutum) interpretatur fœmininum. Omnis substantia bona, omne anima, substantia, omne igitur animal bona, dicendum bonum. Et alia ceu diuisum est prius alia prędicamenta. Valere, sanum esse, & qualitatem potius quam actionem, passionemve: quandoquidem sanitas sit qualitas. Ex his locis, æquiuocatione, amphibolia, compositione, diuisione, accentu & figura dictionis.

¶ Finis sophistæ, & loci sophistici in dictione. Cap. III.

8 PRimum igitur sumendum est quot coniectant qui in orationibus decertant & coaltercantur. sunt autem hæc quinque numero. redargutio, falsum inopinabile, solœcismus, & quintum quod est facere nugari est qui condisputat, hoc autem est frequenter cogere idem dicere. aut quod non est, sed quod apparet quodque esse horum. ¶ Nam maxime volunt apparere redarguere, secũdum autem, falsum aliquid mõstrare. tertium vero, ad hoc quod est inopinabile ducere. quartum, solœcismo vti facere: hoc autẽ est facere secundum locutionem barbarizare ex oratione respondentem. vltimum autem: idem frequenter dicere. ¶ Modi autem redarguendi sunt duo. nam alij qui-
9 dem sunt propter dictionem: alij vero extra dictionem. ¶ Sunt autem ea quidem quæ
10 propter dictionem faciunt phantasiam: sex numero. hæc quidem sunt: æquiuocatio, amphibolia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. huius autẽ fides: & ea quę est per inductionem, & syllogismus, & si qua sumatur alia, & quod idem modis: si eisdẽ nominibus & eisdẽ orationibus, non idem significamus. ¶ Sũt autem propter ęquiuo-
11 cationem huiusmodi orationes. vt quod discunt scientes. nam ea quę memorię prodita sunt: discunt grammatici. dicere enim æquiuocum est ad intelligere eum qui vtitur disciplina & ad accipere disciplinã. Ea rursus quod mala bona sunt. nam quæ expediũt, bona sunt: mala autem expediunt, duplex enim expediens est, & necessarium quod accidit plerunque in malis (est enim quoddam malum, necessarium) & bona quoque expedientia dicimus esse. Amplius autem eundem sedere & stare & ægrotare & sanũ esse. nam qui surgebat stat. & qui sanabatur sanus est: surgebat autem sedens: & sanabatur ægrotans ægrotantẽ eñ quilibet facere aut pati, non vnũ significat: sed quandoque quidẽ qui nunc ægrotat aut sedet, qñque aũt qui ægrotabat prius veruntamen sanabatur quidẽ ægrotans cum ægrotãs. sanus est aũt non cum ægrotans, sed ægrotans non nunc sed prius. ¶ Propter autem amphiboliam. sunt orationes tales. velle capere me pugnantes. Et putas ne quod quis cognoscit, id cognoscit. nam & cognoscentem, & cognitum contingit vt cognoscentem significare hac oratione. Et putas quod quis

apparenter redarguimus totidẽ modis quot modis eisdẽ nominibus & eisdem orationibus nõ idem significamus.

sex modis

nonne scietes discũt non.

Fides per syllogismũ
Propositio elementum
Assumptionis fides: per inductionem.

videt,id videt? videt autem columnam. quare columna videt. Et putas quod tu dicis esse,id tu dicis esse? dicis autem lapidem esse. quare tu lapis dicis esse. Et putas est silentia dicere? duplex enim est & id silentia dicere:hoc quidē eos qui dicunt silere,illud au-
tem ea quæ dicuntur. ❡Sunt autem tres modi secundum æquiuocationem & amphi- 13
Tertius Compositio. captiões
boliam.vnus quidem quando nomen vel oratio plura significat principaliter. vt aquila vel canis:alius autem quando soliti sumus sic dicere,tertius vero quando compositū plura significat.separatum vero simpliciter,vt scire literas.nam vtrunque fortasse vnū quidem significat.& scire & literæ:ambo autem plura.aut literas ipsas scientiam habere:aut literarum,alium.amphibolia igitur & æquiuocatio propter hos modos sunt.
❡Propter compositionem vero huiusmodi sunt.vt possibile est sedentem ambulare, 14
& non scribentem scribere.non enim idem significat si diuidens quis dicat componensque.possibile est sedentem ambulare & non scribentem scribere,& hoc identidē si quis componat non scribentem scribere,significabit profecto quod habet potestatē:vt non scribent scribat.si quis autem non componat:quoniam habet potestatem quando non scribit,vt scribat. Et discit nunc literas:si quis didicit quas sit. Amplius quod vnum solum potest ferre:plura potest ferre.
quartus Diuisio. captiões
❡Propter vero diuisionem quod quinq; sunt duo, 15
& tria:paria,& imparia. Et quod maius æquale.tantundē enim est maius & adhuc amplius.nam eadem oratio:diuisa & composita non idem semper videbitur significare. Vt ego posui te seruum existentem liberum. Et hoc quinquaginta virum,centum heros liquit Achilles.
Quītus Accētus captiões
❡Propter accentum autem:in iis quæ sunt sine scriptura, non fa- 16
cile dialecticis facere orationem.in scripturis autem & poematibus magis, vt & poetā defendunt nonnulli aduersus redarguentes quasi hic absurde locutum. Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo,quod pentemimeri vsus sit,& turture fœminino. soluunt enim id accentu: dicentes quod aeria accentum finalem longum habet, & non ad turtur sed ab vlmo vt epithetum debet referri. & id de Niso & Eurialo cum Rotulos vino,somnoque sepultos intellexissent.

Cætera per terras,omnes animalia somno
Laxabant curas,et corda oblita laborum.

Sextus Figura dictiõis.
Talia igitur propter accentum sunt. ❡Quæ autem propter figuram dictionis sunt: 17
accidunt quando non idem vt idem interpretatur,vt masculinum.fœmininum.vel fœmininum:masculinum.vel quod inter hæc est:alterum horum.vel rursus:quale:quantum.vel quantum:quale.vel faciens:patiens, vel dispositū, facere.& alia, ceu diuisum est prius.nam est aliquid est quod non est eorum quæ sunt facere, vt eorum quæ sunt facere, aliquid dictione significare vt valere. similiter figura dictionis dicitur ei quod est secare,vel ędificare.quamuis illud quidem quale quid & affectum quodam modo significet:hæc vero facere aliquid: eodem autem modo & in cæteris. propter igitur dictionem redargutiones,& ex his existunt.

QVarti cap.scholia.numerus locorum sophisticarum redargutionum extra dictionem loci accidens,secundum quid & simpliciter. inscitia redargutionis petitio principii,consequens: non causa vt causa plures interrogationes,vt vna,& captiones.

XIX. Accidens,quod sequitur res quod antecedit,vt subiectum res est.& antecedit, prædicatum autem accidens, atque subsequitur. in prædicationibus,generum,specierum, differentiarum, terminorum, propriorum,& accidentium communium (vt hominem esse animal, sensibile susceptiuum disciplinæ, coloratum & Platonem esse hominem)non modo subsequitur, vt subiectum id quod prædicatur, & vt materiam forma sed sequela necessaria,vt ex Topicis cognosci potest.
Vt si Coriscus ab homine in prima parte intelligatur,acsi particularem habeat intelligentiam in secunda autem parte ab homine alterum,acsi vniuersalem.nā locutionibus alter ab hoīe, ab homine alter(sic an nō,sic dicatur,apud Aristotelem nihil refert, aliquādo intelligūs vniuersaliter,vt ꝙ res alia,sed non sit homo. aliquādo particulariter,vt ꝙ ab aliquo hoīe res diuersa sit & ideo quam velint intelligentiam requirēdi sunt,an vniuersaliter an particulariter intelligāt. Eo quod accidit.nā sequitur:Socrates,igitur homo.Esse quoduis:ab eo quod est esse. esse quoduis,recipere quoduis prædicatū vt opinabile,vt intelligibile, vt aut aliud quodcunq; parum re

ferre aut nihil videtur imperitis ab eo quod est prædicationem eius quod est esse recipere. 21. Fiunt propter omissionem orationis, fiunt propter omissiouem alicuius particularum diffinitionis redargutionis. Nominis non synonymi. synonymo hic vtitur pro multiuoco vt vestis & tunica, vt & alias in Topicis. nam id non sufficit ad contradictionem, sed oportet idem esse nomen (vt homo, homo) atque rem eandem. Et similiter, vt idem. nam græce non ομοιωσ quod proprie similiter significat, sed ωσαυτωσ quod potius identidem, & vt idem designat. Solent tamen interpretes siue si ομοιωσ siue ωσαυτωσ promiscue ponere. similiter primum tamen a simili, secundum ab identitate dici videtur. Trahat autem aliquis hanc. trahat hanc deceptionem ex inscitia diffinitionis redargutionis ad eas captiones quę sunt in dictione. nam in illis non argumentatur ad idem significatum, neque secundum idem & similiter. quo fit vt hæc deceptio homonyma sit nunc propter dictionem nunc vero extra dictionem. 22. Eo q non possit inspicere idē & diuersum, si est idem ei quod ab initio positum est an diuersum si etiam magis aut æque ignotū. 23. Quod comptus, comptum prolasciue & superfluo se ornante hic ponimus. solent enim venerei homines circa cultū sui nimiū luxuriare. Pluribus aūt hęc quidem insunt. hæc comptum esse & errare noctu quibus non inest prædictum adulter. 24. Sed solum contrarium vitam. Sed cum solum dicat vitam contrarium morti: mortemque esse corruptionem: & corruptioni generationem cōtrarium, accidit illud impossibile. 25. In aliquibus vero minus. In aliquibus minus est facile videre plures interrogationes esse.

De locis redargutionum sophisticarum: extra dictionem. Cap. IIII.

PArumvero quę extra dictionem sunt captionum species sunt Loci spe
septem. Vna quidem propter accidens: secunda autem pro- ciales ex
18 pter id quod simpliciter, vel non simpliciter: sed aliquo mo- tra dicti-
do, aut vbi, aut quando: aut ad aliquid dicitur. tertia autem onem.
propter redargutionis ignorantiam. quarta vero propter con
sequens. quinta autem propter id quod est in principio sume
re. sexta propter id quod non est causa: vt causam ponere. se
ptima vero propter plures interrogationes vnam facere.
Propter igitur accidens captiones sunt, quando similiter
19 quodcunque existimabitur rei & accidenti inesse. nam multa eidem accidunt. non est
necesse omnibus prædicatis & ei de quo prædicantur, illa omnia inesse. nam omnia Primus.
sic erunt eadem quemadmodum sophistæ dicunt. vt si Coriscus est alter ab homine: ip accidens
se est altera se. est enim homo, aut si a Socrate alter, Socrates autem homo, ab homine captiões
alterum dicunt esse confessum. eo quod accidit (a quo dixit alterum esse) hunc esse ho-
minem. Propter id autem quod hoc quidem simpliciter, illud autem aliquo mo- Secūdus
20 do & non præcipue, quando quod in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur. vt nō Secūdū
ens est opinabile, quod non ens est. non enim est idem esse quiduis, & esse simpliciter. quid &
Aut rursum quoniam quod est non est, si eorum quæ sunt quippiam non est, vt si non simplici-
est homo, nam non idem est non esse quiduis & non esse simpliciter: apparet autem ter
eo quod per quam propinquum est dictione & parum differat esse quiduis ab eo quod captiões
est esse: & non esse quiduis ab eo quod est non esse.
Similiter autem propter id quod est aliquo modo & simpliciter. vt si Indus cum
sit totus niger: albus est dentibus, albus igitur & non albus est. aut si ambo aliquo
modo, quod simul contraria inerunt. tale autem in quibusdam quidem cuilibet facile
est considerare. vt si sumens Aethiopem nigrum esse, dentibus dicat quod albus. si
ergo ibi albus, quod niger & non niger, putabit disputasse syllogistice cum perfe- Tertius
cerit interrogationem. in quibusdam vero latet frequenter. in quibuscunque cum ali Inscitia re
quo modo dicatur, simpliciter videtur sequi, & in quibuscunque non facile est con dargutio
siderare vtrum eorum præcipue sit assignandum. fit autem tale in quibuscunque, si- nis.
militer sunt opposita. nam videntur aut ambo aut neutrum dandum esse, simplici- Quid re
ter prædicari. vt si dimidium quidem album, dimidium vero nigrum vtrum album an dargutio
nigrum? Quæ autem sunt propter id quod non determinatur quid est syllo-
21 gismus aut quid redargutio, fiunt propter omissionem orationis. nam redargutio

est contradictio vnius & eiusdem, non nominis sed rei, & nominis non synonymi
sed eiusdem. ex ijs quæ data sunt ex necessitate. non connumeratio eo quod erat in
principio, secundum idem, & ad idem, & similiter. & in eodem tempore hoc autem mo
do fieri potest vt quis falsum dicat de aliquo. quidam autem omittentes aliquid eorum
quæ dicta sunt, apparent redarguere. vt quod idem duplum & non duplum. nam duo
vnius quidem dupla. tria autem non dupla. Aut si eiusdem idem duplum & nõ du
plum sed non secundum idem. nam secundum longitudinem duplum: secundum la-
Captio- titudinem non duplum. Aut si eiusdem & secundum idem & similiter sed nõ simul. 22
nes. quare est apparens redargutio, trahat autem aliquis hanc, & in eas quæ sunt propter
dictionem. ¶ Quæ autem propter id quod principio erat sumuntur: fiunt quidem
sic & tot modis quot modis contingit quod in principio est petere: videntur autem re-
quartus darguere eo quod non possit quis inspicere idem & diuersum.
Primo ¶ Quæ vero propter consequens est redargutio ideo est quod putent conuerti con- 23
principij sequentiam. nam si cum hoc ex necessitate illud sit, & cum illud est putant & alterum
Quĩtus esse ex necessetate, vnde & (quæ ad opinionem ex sensu sunt) deceptiones fiunt. nam
Conse- sæpe esse mel, fel suspicati sunt: eo quod sequitur flauus color mel. Et quia accedit ter
quens. ram pluuia madidam fieri, etiam si sit madida opinantur pluisse. id autem non necessa-
rium est. In theoricis quidem quæ secundum signum fiunt demonstrationes: ex con
sequentibus sunt. nam volentes ostendere quod adulter, quod consequens est accipi-
unt, quod comptus, aut quod videtur noctu errabundus. pluribus autem hæc quidẽ
insunt: prædicatum tamen non inest: Similiter autem & in ratiocinatiuis, vt est Me
lissi oratio quod infinitum est vniuersum. sumens autem vniuersum ingenitum (nam
ex nihilo nihil fieri) quod autem factum est ex principio fieri. si igitur non factum
est: principium non habet vniuersum. quare infinitum, non necesse est autem hoc acci-
dere. non enim si omne quod factum est: principium habet: etiam quicquid principium
habet: factum est, quemadmodũ neque si febriens, calidus: etiam calidum necesse est
Sexus febrire. ¶ Quæ vero propter non causam vt causam: cum assumitur quod nõ cau 24
Nõ cau- sa est, tanquam propter illud fiat redargutio, accidit autem tale, ad impossibile syllogis-
sa vt cau. mis. necessarium enim est in his aliquid ĩterimere ex ijs, quæ posita sunt, si ergo enume
sa retur in necessarijs interrogationibus ad id ad quod accidit impossibile, videbitur pro
captiões pter id sæpe fieri redargutio, vt quod non est anima & vita idem. nam si generatio cor-
ruptioni est contrarium: & alicui corruptioni erit quædam generatio contrariũ. mors
autem corruptio quædam & contrarium vitæ. quare vita & generatio & viuere gene-
rari: hoc autem impossibile. non ergo idem anima & vita. nequaquam collectum est.
nam accidit (tametsi quispiam non idem dicat vitam & animam) impossibile. sed solum
contrarium vitam quidem morti cum sit corruptio: corruptioni autem generationem
incollectiles. igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes id ad propositum incol-
lectiles. & latet plerunque non minus ipsos interrogantes quod tale est. propter igitur
consequens & propter non causam orationes huiusmodi sunt.
Septi ¶ Quæ autem propter id quod est duas interrogationes vnam facere, quãdo latet plu 25
mus res esse & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. In aliquibus autem facile est
Plures ĩ- videre quod plures & quod non danda vna responsio. vt vtrum terra mare est an cœ-
terroga- lum? in aliquibus vero minus: & quasi vna sit. aut confitentur (eo quod nequeunt re-
tiones vt spondere ad interrogatum) aut redargui videntur. vt putas hic & hic est homo? quare
vna cum aliquis percusserit hunc & hunc: percutiet hominem & non homine. Aut rursum
captiões. quorum hæc sunt quidem bona, illa autem non bona, omnia hæc bona an non bona?
nam vtrumuis dixerit: est quidem: vt aut redargutionem aut falsum apparens videatur
facere. nam dicere eorum quæ non bona sunt aliquid esse bonum, aut eorum quæ bo-
na sunt non bonum: falsum. Quandoque autem assumptis quibusdam, redargutio eti
am fiet vera. vt si quis concedat similiter & vnũ & plura dici alba, & nuda, & cæca. nam
si cæcum est quod non habet visum, natum tamen habere: & cæca erunt quæ non ha-
bent visum, nata autem habere: quando igitur hoc quidem habet visum, illud autem
non habet: ambo erunt vel videntia, vel cæca: quod est impossibile.

CVinti cap. scholis. captiosas ratiocinatiões & redargutiões sophisticas omnes in redargutionis inscitiam reuocari posse : id in ijs quæ sunt in dictione euenire, id in accidente. in eo quod simpliciter, in speciali redargutionis inscitia, in consequente, in non causa, in pluribus interrogationibus captiones. 26. His qui hanc principium faciunt: ijs qui ignorantiam redargutionis fundamẽtum ponunt omnium redargutionum. Atque non apparens. nam oportet cõclusionem non in fallaci apparentia, sed in veritate accidere. 27. Nam earum quæ sunt in dictione: earum apparentium redargutionum. Consuetũ eñ id, omnia vt & illud quippiam significare. hoc est solitum est id omnia prædicta significare vt & illud quoduis: id est significare vnũ significatum sicut & alterum quippiam. 28. Non enim si cum hęc sunt necesse est illud esse. verum sint hęc: omne dulce sapidum, & mel omne, dulce : necessario euenit vt mel omne, sapidum. & quãquam omne mel sit flauum, non oportet ex necessitate syllogismo, conuenire accidenti flauo quod rei subiectæ melli conueniebat. non enim fit syllogismo, si omne dulce sapidũ, & mel omne dulce, flauum ex necessitate esse sapidum. Nam verum est & illud, scilicet ꝙ vestis, si verũ est ꝙ tunica. Neq; si triãgulus, si putetur quia si triãgulo cõuenit habere tres duobus rectis ęquos qua triãgulus, & triangulus est figura, idcirco figuræ qua figura cõuenire tres duobus rectis æquos habere, accidẽdis captio est. Qui vero non possunt diuidere, qui nõ possunt distinguere atq; secernere captiones accidentis a bonis syllogismis, verisq; redargutionibus. 31. Manifestissime aũt hæ captiones dictæ sunt scdm ignorãtiã redargutionis, & præcipue omittũt aliquã particularum secundũ idem ad idẽ vt idem & in eodem tempore. 33 Nã consequens accidit. Accidere communius est hoc in loco quã consequens. nam id dicitur consequens, quod cum sequatur non recurrit, atq; idcirco captio prouenit, ꝙ ipsum conuertitur. Differt aute ab accidente: quoniã accidẽs quidẽ est in vno solo sumere. Fieri potest vt accidens, vno solo antecedẽte quoniã accidens quidẽ est in vno solo sumere. Fieri potest vt accidẽs, vno solo antecedente sumatur, vt id flauum est, igitur mel non tamen id oportet. nam quãdo in duplici accipitur, nihilominus est accidens, sed consequens sp duplici sumitur, vt siest mel est flauũ. igitur si flauum, mel. quare oĩs apparẽs redargutio, captioq; ꝓpter cõsequẽs, eadẽ est & propter accidẽs, ac contra non fit vt oĩs propter accidẽs, eadẽ sit & ꝓpter cõsequẽs. Quę vni & eidẽ sunt eadem, & sibiinuicem eadẽ esse, si de re singulari intellectũ petatur, nõ faciet deceptionem: at si cõmunibꝰ rebus applicaeum petatur: errorem facit. Cõmunes res appello quæ cõmunibus, vniuersalibus que notionibus designantur, vt nix eadem albo & cygnus idẽ albo: tamen non idcirco, ꝙ nix & cygnus eadem albo, inter se sine eadem Aut æqualia fieri & eãdem magnitudinem accipere quę eandem magnitudinẽ accipiunt æqualia fiunt, atẽ non æqualẽ magnitudinem accipiũt. id eñ nõ accipit: a quo quicq̃ detrahitur. 33. Manifestũ qm̃ & hæc in redargutionis est, ꝙ hæc captio plurium interrogationũ cõprehenditur in ignorantia redargutionis, & qui ad plures interrogationes respondet vt ad vnã, erit in eum redargutio at si non dederit vt ad vnam, sed apparēat, erit apparens redargutio. Quare oẽs loci, sex scilicet propter dictionẽ & septẽ extra dictionẽ cõprehendũtur atq; proueniunt ex inscitia elenchi. Quod erat propriũ redargutionis, quod scilicet contradictio non ementita ac apparens, sed re vera Propter syllogismi terminũ propter syllogismi diffinitionem, quod ignoretur, quodque ea non bene vtatur.

ℭ Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri. Cap. V

26 AVt igitur sic diuidẽdũ apparẽter syllogismos & redargutiões, aut
omnes reducendum ad redargutionis ignorantiam ijs qui hanc Redar-
principiũ faciunt. fieri enim potest vt oẽs resoluamus dictos mo gutiões
dos ad redargutionis diffinitionem. Primum quidem si incolle in dictio
ctiles fuerint. oportet enim ex ijs quæ posita sunt accidere cõclu ne.
27 sionem, & (vt ita dicam) ex necessitate, atque nõ apparere. ℭ De
inde & secundum partes diffinitionis. nã earũ quę sunt in dictiõe
hę quidẽ sunt propter duplex vt æquiuocatio, & oratio & similis figura. consuetum enim id, omnia, vt & illum quippiam significare: cõpositio aũt & diuisio & accentus: eo quod non eadem est oratio aut nomen quod differens. oportebat autem id esse quemadmodum & rem eandem : si debebat redargutio vel syllogismus esse vt si tunica: non vestis syllogizetur, sed tunica. nam verum est & illum: sed non syllogizatum est. sed adhuc interrogatione indiget quod idem significat ad eum qui quærit propter quid: ℭ Quæ vero secundum accidens distinctio syllogismo manifestæ fiunt. nam eandem diffinitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamen & adiũgere contradictionẽ. nam redargutio syllogismus est contradictio

his.ſi igitur non eſt ſyllogiſmus accidentis:non fit redargutio:nõ enim ſi cum hęc ſint, neceſſe eſt illud eſſe,id autem eſt album: neceſſe eſt album eſſe propter ſyllogiſmum. neque ſi triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figuram eſſe,vel primum,vel principium:quod figura,vel primum,vel principium tale eſt. nã non quatenus figura,vel primum vel principium:ſed quatenus triangulus demonſtratio:ſimiliter & in alijs.quare ſi redargutio ſyllogiſmus quidam: nõ erit quæ ſecundum accidens redargutio. Verum propter hoc & artifices & omnino ſcientes ab inſcijs redarguuntur.nam ſecundum accidens ſyllogiſmos faciunt contra ſapientes.qui vero nõ poſſunt diuidere:aut interrogati concedunt,aut cum non dant arbitrantur dediſſe.

Secũdũ quid & ſĩpliciter

¶ Quæ vero propter id quod aliquo modo & ſimpliciter:quoniam non de eodem affirmatio & negatio eſt.nam aliquo modo albi,aliquo modo non album, & ſimpliciter 29
albi,ſimpliciter non album negatio eſt.ſi igitur cum datur aliquo modo eſſe albũ,quis vt ſimpliciter dictum accipit:non facit redargutionem.apparet autem propter ignorantiam ipſius, quid eſt redargutio.

Inſcitia redargutionis.

¶ Manifeſtiſſime autem omniũ:quæ prius dictæ ſunt 30
propter redargutionis diffinitionem,quare & ſic nuncupatæ ſunt.nam propter rationis omiſſionem phantaſia ſit:& diuiſis hoc pacto,commune in omnibus his ponẽdum eſt orationis omiſſio.

Petitio principij

¶ Quę vero propter id quod ſumitur ꝙ erat in principio,& nõ
Nõ cauſa vt cauſa.
cauſa vt cauſa ponitur:manifeſte ſunt per diffinitionem nam oportet concluſionẽ accidere.eo quod hæc ſunt:quod non erat in non cauſis.& ruſum non connumerato eo quod erat in principio:quod non habent eæ quæ ſunt propter petitionem eius quod in principio. 31

Conſequens.

¶ Quæ vero propter conſequens: particula ſunt accidentis. nam conſequens accidit. differt autem ab accidente quoniam accidens quidem eſt in vno ſolo ſumere. vt idem eſſe flauum & mel,& album & cygnum.quod autem propter cõſequẽs: ſemper in pluribus.nam quæ vni & eidem ſunt eadem, & ſibijnuicem poſtulantur eſſe eadem:propter quod fit ea quæ propter conſequens redargutio. eſt autem non omnino verum,vt ſi ſit album ſecundũ accidẽs.nam & nix & cygnus albo idem.aut ruſum in Melyſſi oratione idem eſſe accipit factum eſſe,& principium habere,aut æqualia fieri:& eandem magnitudinem accipere. quoniam enim principium habet quod factum eſt:& quod habet principium, factum eſſe poſtulat tanquam ambo eadem ſint, eo quod principium habent factum eſſe & finitum. ſimiliter autem & in ijs quę ęqualia facta ſunt,ſi eandem magnitudinem & vnã ſumentia æqualia fiunt:& quę æqualia facta ſunt eandem & vnã magnitudinẽ ſumunt,quare conſequens ſumit. quod igitur propter accidens redargutio,in ignorantia redargutionis eſt:manifeſtũ,& quod ea quę eſt.eſt propter conſequens,inſpiciendum autem eſt id & alias. 32

captiões

Plures ĩterrogationes vt vna.

¶ Quæ vero propter id quod eſt plures interrogationes vt vnam facere: in eo ſunt quod nõ enucleamus ſiue non diuidamus propoſitionis orationem. nam propoſitio vnum de vno eſt. nã idẽ terminus vnius ſolius rei,& ſimpliciter rei.vt hominis.& vnius ſolius hominis.Similiter autem & in alijs.Si igitur vna propoſitio eſt,quæ vnum de vno poſtulat: & ſimpliciter erit propoſitio talis,interrogatio.atqui quoniam ſyllogiſmus ex propoſitionibus eſt,redargutio autem ſyllogiſmus:& redargutio erit ex propoſitiõibus.ſi igitur propoſitio vnum de vno:manifeſtum quoniam & hęc in redargutionis ignorantia. nam apparet eſſe propoſitio:quæ non eſt propoſitio. ſi itaque dedit reſponſionem vt ad vnã interrogationem:erit redargutio.ſi autem non dederit ſed apparet:apparẽs redargutio Quare omnes loci cadunt in redargutionis ignorantiam. qui quidem dicti ſunt propter dictionem:eſt apparens contradictio,quod erat proprium redargutionis. alij autẽ propter ſyllogiſmi terminum. 33

SExti cap. ſcholia.cur deceptiones in æquiuocatione & in ãphibolia.in cõpoſitiõe & diuiſione, in accentu.in figura dictiõis, in accidẽte,cõſequente. inſcitia redargutiõis,petitione prĩcipij nõ cauſa, & pluribus ĩterrogationibus.cur captionibus in dictione magis cum alijs diſſerendo decipimur. 34. Deceptio autẽ fit in ijs quidẽ quæ propter æquiuocationẽ & orationẽ.in ijs captionibus quæ ſunt ꝓpter æquiuocationem & amphiboliam. 36. Intenſa & remiſſa oratio, acuta & grauis.nam acuta intenditur,grauis remittitur. 38. Hic locus ponendus,hoc pręceptũ,documentumq;. 40. Amplius & in multis apparet. vt homo non ſeparatur a riſibili,neq; riſibile ab hoĩe, & id quoties æqua ſunt:quod antecedit & quod ſequitur. Sed quanq̃ hõ non ſeparatur ab animali: animal tamen

homine separatur. Quapropter cum petũt si hoc ab altero non separatur, neq; alterum ab hoc si id petunt de æquis & conuertibilibus, illis dandũ est. si autem de inæqualibus, vt de homine & animali: illud refutandum. alioqui captio propter cõsequens, specialiter emerget: generali etiam nuncupatione, & propter accidens. 14. Et in ijs quæ sunt propter omissionem orationis, quæ sunt propter omissionem particularum: ad idem secundum idem, similiter & in eodẽ tempore, diffinitionis redargutionis. 42. Propter prædictam causam, quia parum differre videtur non causæ, & causæ. interrogationes plures, & vna interrogatio.

¶ Causæ deceptionum, captionum sophisticarum. Cap. VI.

34 DEcepnio autem fit in ijs quidem quæ propter ęquiuocationẽ
& orationem eo quod non potest quis diuidere id quod mul-
tipliciter dicitur. nam quędam nõ est promptum diuidere: vt
35 vnum & ens & idem. ¶ In ijs autem quæ sunt propter cõpo-
sitionem & diuisionem: eo quod nihil putatur differre compo
36 sita & diuisa oratio, ceu euenit in plurimis. ¶ Similiter autem
& in ijs quæ sunt propter accentum. non enim aliud videtur
significare intensa & remissa oratio in aliquo: aut non in pluri
bus. ¶ Earum vero quæ sunt propter figuram. ob similitudi-
37 nem dictionis: difficile est enim diuidere quæ similiter & quę aliter dicuntur. nam fer-
me qui hoc potest facere in procinctu est vt videat verum. maxĩe aũt sciet innuere: qđ
omne quod de aliquo prædicatur: arbitramur idipsum aliquid esse, & vt vnũ intelligi-
38 mus. nã vnum & substantiã maxime videtur sequi id quod est aliquid & ens. ¶ Quare
in ijs quę sunt propter dictionẽ hic locus ponendus. primum quidẽ magis deceptio ag
gignitur in ijs qui cum alijs considerant, quã qui per seipsos. nã ea quæ cum alio est cõ-
sideratio: per orationem est. quæ autem per seipsos, non minus per ipsam rem. Dein-
de & per seipsos decipi accidit, quando in oratione facit considerationem. præterea de-
39 ceptio quidem ex similitudine: similitudo autem ex dictione. ¶ In ijs autem quę sunt
propter accidens: eo quod non potest dijudicare idem & diuersum, & vnum & multa:
40 neque quibus prædicatorũ omnia hæc, & rei accidunt. ¶ Similiter autem & in ijs quæ
propter consequens sunt. pars enim quędam accidentis est consequens. Amplius & in
multis apparet & postulatur hoc pacto: si hoc ab illo non separatur, nec ab altero sepa
ratur alterum. ¶ In ijs vero quæ sunt propter omissionem orationis: & in ijs quę sunt
41 propter id quod aliquo modo, & simpliciter: eo quod propter parum deceptio est. nã
quasi nihil consignificet quid aut aliquo modo, aut simpliciter, aut alicubi, aut nunc.
42 vniuersaliter concedimus. ¶ Similiter autem & in ijs quę quod in principio est sumũt,
& in non causis: & quæcunque plures interrogationes vt vnam faciunt. in omnibus
enim his est deceptio: ob id quod propter parum. nam non exacte discernimus, neque
propositionis, neque syllogismi terminum, propter prædictam causam.

deceptio æquiuocationis. Amphiboliæ. Compositionis. diuisiõis accentus Figurę dictionis Figuræ dictionis fallaciæ in dictione Accidentis. Consequentis. Ignorantiæ redargutionis Secũdũ quid & simpliciter penitiõis pricipij. nõ causę vt causæ secundũ plures interrogationes vt vnam.

SEptimi cap. scholia. Captiones ad falsum ducentes ex eisdẽ locis pendere vt sophisticæ redargutiones, rationes tres. sophisticam redargutionẽ & apparentẽ, ad aliquem solũ redargutionem & syllogismum esse. Esto sophistica redargutio ad aliquẽ sit redargutio nõ tamen accidit, vt sit redargutio: sed hallucinatio est, a secundum quid ad simpliciter. 43. Non existentem quidem, est existens aut syllogismus aut redargutio, quando colligit, neque illationis legem omittit. sed apparenter accommodatur, quando probationis lege omissa, in probatione deficit, quod vel maxime fit in captionibus petitionis principij. Sunt autem illæ quæ non secundum rem redarguunt, illæ redargutiones. Sophisticę autem redargutiones. Id interest inter redargutiones dialectici siquando periculum facit & redarguit, & inter eas quæ sunt sophistæ, quod dialecticus docet & manifestum facit id etiam falsum esse si forte concluderit, & respondens ignorarit. At sophista si falsum cóncludit. & id ignorat respondens: neque manifestat, sed gaudet eum falsis pro veris inuoluere, seductionis enim & errorum est amator, & e castris amatorum veritatis transfuga.

Contra quos falsis, ne quicquam pugnat in armis:
Dyscolus, importunus, iners, clamoris amator.

44 Vt in ijs quę sunt in ijs captionibus. 45. Vt quod propter non accidens, propter orationem quæ ad impossibile, id dictum est pro captionibus fallacię deceptionisque non causæ vt causæ. quia credunt illud quod non accidit, quodque non sequitur: accidere, atque sequi propter eam orationem quæ est ad impossibile.

Ex quibus locis captiones falsi. Cap. VII.

Vnde fiunt sophistici syllogismi.

QVoniam autem habemus propter quæcunque fiunt apparentes syllo- 43.
gismi:habemus & propter quæcunque fiunt sophistici syllogismi,& re
dargutiones. dico autem sophisticam redargutionem & syllogismum,
non solum apparentem syllogismum aut redargutionem non existen-
tem quidem,at apparenter accommodatã rei. sunt autem illæ quæ non
secundum rem redarguunt,& quæ monstrant ignorantes : quod quidẽ
erat proprium tentatiuæ,est autem tentatiua,pars dialecticæ. Illa autem potest syllogi-
zare falsum:propter ignorantię eius qui dat orationem. Sophisticę autem redargutio-
nes tametsi colligant contradictionem:non faciunt manifestum,si ignorat. nam & sciẽ
tem impediunt hisce orationibus. ¶ Quod autem illas habeamus :hac via manifestum 44
est. nam propter quæcunque apparet audientibus vt interrogata syllogizare: propter
hæc & respondenti vtiquevideatur.quare erunt syllogismi falsi per hęc aut omnia,aut
aliqua.nam quod non interrogatus arbitratur dedisse :& interrogatus quoque ponet.
Verum in quibusdam simul accidit & ĩterrogare quod deest,& apparere falsum. vt in
ijs quæ sunt secundum dictionem,& solœcismum. ¶ Si ergo syllogismi contradictio-
nis propter apparentem redargutionem sunt, manifestum est quod propter tot erunt. 45
& falsorum syllogismi,propter quot & apparens redargutio: apparens autem propter
particulas veri.nam cum quodcunq; defuerit, apparebit redargutio. vt quod propter
non accidens:propter orationem,quæ ad impossibile. & quæ duas interrogationes vt
vnam facit:propter propositionẽ.& pro eo quod per se:quod propter accidens. & hu-
ius particula:quod propter cõsequens.amplius non in re:sed in oratione accidere. dein
de pro vniuersali cõtradictione,& secundũ idẽ,& ad idem:& similiter: propter id quod
in aliquo,vel propter vnumquoq; horum peccat.amplius propter id quod est nõ con-
numerato eo quod in principio : quod in principio sumere. quare habemus secundum
quot fiunt captiosæ ratiocinationes.nam secundũ plura non erunt:secũdum aũt ea quę

de redargutione sophistica.

dicta sunt,erunt oẽs. ¶ Est autem sophistica redargutio nõ simpliciter redarguno, sed 46
ad aliquem.& syllogismus similiter. Nam si non sumat id quidem quod est propter æ-
quiuocũ vnum significare,& quod propter similitudinis figuram solũ hoc quidẽ, & in
alijs similiter:neque syllogismi neque redargutiones erũt, neque simpliciter, neque ad
eum qui interrogatur.si aũt sumant:ad eũ qui interrogatur erunt, simpliciter autem nõ
erunt,non eñ vnum significatũ sumpserunt sed apparens: & apud illum quidem.

OCtaui cap.scho. Veræ redargutiones innumeræ. apparẽtes identidẽ innumeræ appa
rentes sophisticæ redargutiones secundũ locos dialecticos & cõmunes sumẽdæ. ꝙ di
luendę. ꝙ dialecticiꝗesi posse sumere vnde & veræ & apparentes redargutiones fiunt.
47. Nã infinitæ fortasse scientiæ.id de partialibus intelligitur sciẽtijs. vnaquæq; eñ
conclusio quæ demonstratione colligitur,scientiam aggenerat. 50. Nam illarum instantiæ,ob
iectiones,refutationes. Obijciunt eñ ac refellunt dialectici ex cõmunibus principijs: si quid per
peram est dictum. Habemus autem propter quæcunque summatim scilicet & in vniuersali:sed
propter dictionem,& septem extra. Sed talibus, ignaris scilicet orationes falsas ac apparentes
a veris secernere. Infinita enim sunt si quis consideret illa secundum quæcunque apparent qui
buslibet.si quis considerare moliatur in particulari illa omnia secundũ quæ cuiuis apparẽt, nõ
autem si summatim considerentur vt in superiore scholio dictum est. 51. Quare manifestũ est
quoniã dialectici est.nam eiusdẽ artificis est,in ijs quæ considerat,rectum & obliquum cogno-
scere,vt grãmatici latialem locutionẽ,& barbaram solœcissicamq;, sese latinam ementientem.

¶ De veris & falsis redargutionibus. Cap. VIII.

Veræ redargutiones,innumeræ.

PRopter quæcunque autem redarguunt qui redargutionibus
vtuntur, non oportet tentare sumere,sine omnium quę sunt 47
scientia.id autem non vnius artis. nam infinitæ fortasse sunt
scientiæ.quare manifestum:quoniã & demonstrationes, redar
gutiones quidem sunt,& veræ.nam quæcunque est demõstra
re:est & redarguere eum qui ponet contradictionem veri. vt
si commensurabilem diametrum posuerit:redarguet quis de-
monstratione, ꝙ incõmensurabilis. quare oĩm oportebit esse
sciũ.nã aliæ quidem sequũtur ꝓpter ea quę in geometria sunt
principia & eorũ cõclusiones,aliæ autem propter ea quæ sunt in medicina, aliæ deniq;

48 propter illa quæ sunt aliarum disciplinarũ. ¶ Sed falsæ redargutiones similiter infinitæ erunt. ¶ Nam secundum vnamquanque artem est falsus syllogismus. vt secundum geometriam geometricus: & secundum medicinam medicinalis. dico autem secundum Falsę, in numerę.
49 artem, secundum illius principia. ¶ Manifestum est igitur quod non omnium redargutionem: sed earum quæ sunt secundum dialecticam, sumendi sunt loci. ¶ Nam ij communes sunt ad omnem artē & potentiam. & eam quidem quæ est secundum vnamquamque disciplinā redargutionem: scientis est considerare siue cum non est apparet: siue cũ est, & quare est. eam autem quæ ex communibus est, & sub nulla arte cadens: dialecticorũ. nam si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quolibet: habebimus ex quibus
50 bus redargutiones, redargutio nanque est syllogismus contradictionis. quare aut vnus aut duo syllogismi contradictionis: redargutio est. ¶ Habemus igitur propter quęcunque omnes huiusmodi sunt. si autem hæc habemus, & solutiones habemus. nam illarum instantiæ: solutiones sunt. habemus autem propter quæcunque & apparentes fiunt: apparentes autem non cuilibet, sed talibus. infinita enim sunt si quis consideret il-
51 la, secundum quęcunque apparent quibuslibet. ¶ Quare manifestum est quoniam dialectici est posse sumere propter quæcunque fit per comunia vel quæ est redargutio vel quæ apparet redargutio, vel dialectica vel apparens dialectica vel tentatiua.

NOni cap. scho. Orationes ad nomen & ad intellectum re ipsa non differẽtes. syllogismus prior redargutione. apparentium redargutionum causæ, in syllogismo, aut in contradictione, aut in vtroque non diuersum genus orationum ad intellectum, quæ non ad nomen. non æquum vt respondens petat proposita distingui. Syllogismi nomen sit alias argumentationum species extendimus. 52. Non vtitur nomine (qui putat interrogare) eo: ea re ad quam respondens admisit orationem. Primum igitur huiusmodi circa orationes est ad nomen & ad intellectum. in orationibus quæ plura significant est differere ad nomen & ad intellectum. ad nomen quidem, quando is qui interrogat & is qui respondet. intelligentiam suam nō ad idem significatũ accommodant, ad intellectum vero, quando prorsus ad idem accommodant, 53. Quare oportet de syllogismo prius quam de falsa redargutione. nam syllogismus prior est apparenti syllogismo, vt verũ prius falso, & apparens syllogismus prior apparenti, falsaq; redargutione: vt genus prius est specie. multo igitur syllogism⁹ prior falsa redargutione, quare & eius determinatio prior. 54. Qđ non habet aliquis, dare. an quis dat q; non habet: non. aliquis dat vnũ solum denariũ, non habet autẽ vnum solum denariũ, quod igitur non habet dat. neq; colligit, neque recte contra dicit. Et de eo quod est Homeri poema. oīs circulus est figura. poema Homeri, circulus est. poema igitur Homeri, figura. Poema fortasse circulus appellatur, cum ab eodem versu incipit & in eundem desinit, quos & intercalares dicunt. quale id est apud Virgilium.

Ducite ab urbe domum mea carmina ducite Daphnin.
Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit Virgili⁹.
Vno, eodemque igni. sic nostro Daphnis amore,
Sparge molam: & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus urit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

55. Et dedit non vt eam figuram de qua concludebat, & concessit non vt significat eam figuram de qua qui argumentabatur, concludebat habere tres duobus rectis æquos: vt si pro de toto cælesti triangulo, aut pro numero vt monadæ, ternario, aut senario: qui trianguli sunt apud arithmeticos. Eum qui non dat diuisionem. sunt qui non dãt diuisionem: quod nullum vocabulum anceps ambiguumque dicunt vt Diodorus cronus. aut qui dicũt quidem (vt Chrysippus qui omne vocabulum anceps dicebat) sed diuisionis omnem partem refutant. 56. Vt putas æquales sunt vnitates binarꝭ, in quaternario (vt sunto a b c d quatuor vnitates. binarius vnus est a b, secundus c d, tertius a c, quartus b c. veruntamen sunt duo duntaxat in communicantes a b, & c d. duo autem a c, & b d communicant, suntque alꝭ duobus inexistentes. Illum autem interrogare neque dialectici tentantis, neque sophistæ interrogantis est docere: sed eius est interrogare, non autem respondentis.



¶ Orationes: ad nomen & ad intellectum non bene diduci. Cap. IX.

52 NOn est autem differentia orationum quam quidam dicunt esse: has quidem ad nomen, illas vero ad intellectum. Inconueniens enim est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas vero ad intellectum & non easdem. quid enim est non ad intellectum: nisi quando non vtitur nomine (qui putat interrogare) eo ad quod is qui in- ad nomẽ & ad intellectũ;

terrogatus est dedit? Idem autem id est & ad nomen. & ad intellectum autem: quando ad quod dedit intelligens: si autem aliquis (plura significante nomine) vnum putet significare & interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnũ plura significat. sed & respondens & interrogans Zeno vnum putans esse interrogauit, & est oratio quod vnũ omnia) hæc ad nomen est: aut ad intellectum interrogantis disputata. si vero aliquis multa putet significare: manifestum quod oratio illa non est ad intellectum. primum igitur circa huiusmodi orationes: est ad nomen & ad intellectũ: quæcunque plura significant. deinde circa quamlibet est. nam non in oratione est ad intellectum esse: sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea quæ dantur. deinde ad nomen contingit omnes eas esse. nam esse ad nomen: hoc in loco est esse non ad intellectum, nam si non omnes: erunt quædam aliæ quæ neque ad nomen neque ad intellectum. illi vero dicunt omnes: & diuidunt vel ad nomen vel ad intellectum esse omnes. alias autem nõ. Attamen quicunque sunt syllogismi propter id quod multipliciter, horum aliqui sunt secundum nomen. nam absurde dicatur secundum nomen esse omnes, qui sunt propter dictionem. sed sunt quædam captiones non in eo quod respõdens ad eas se habeat aliquo modo: sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quę plura significet.

syllogismus redargutione. redargutionum causæ.

¶ Et omnino inconueniens est de redargutione differere & non prius de syllogismo: 53
nam redargutio syllogismus est. quare oportet & de syllogismo prius: quam de falsa redargutione. nam talis redargutio, apparens syllogismus contradictionis.

¶ Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione (nã adiungere oportet contradictionem) quandoque autem in vtroque erit apparens redargutio. est autem de eo 54
quod est silentia dicere: in contradictione, non in syllogismo. De eo autem quod est quod non habet aliquis, dare: in vtrisque. de eo vero quod est qđ Homeri poema est figura. per circulum: in syllogismo. quæ autem in neutro est: verus est syllogismus.

¶ Verum vnde sermo prouenit reuertamur. vtrum quæ in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui videtur plura significare triangulus, & dedit non vt eam figuram de qua concludebat quoniam duo recti: vtrum ad intellectum illius 55
disputauit hic, an non? amplius si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neque putat quo modo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare, cum qui non dat diuisionem? siue interroget aliquis si est silentia dicere an non? an est quidem vt non: an est vt sic? si autem dat aliquis nullo modo, ille autem disputat: vtrum non, ad intellectum disputat, quamuis oratio videatur earum esse quæ ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum: sed ille quidem ad nomen sunt. & huiusmodi, non omnes: non quod redargutiones, sed neque appatẽtes redargutiones. nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones. vt 59
quæ propter accidens, & reliquæ.

¶ Si autem postulet diuidendum, quod dico quidem silentia dicere: hæc autem sic, illa vero non sic, id profecto primum, absurdum postulare. nam quãdoque non videtur interrogatum multipliciter se habere. atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere: quid aliud erit? manifestum enim faciet quonam pacto se habet, ei: qui neque considerat, neque scit, neque opinatur quod aliter dicitur. quia & in non duplicibus quid prohibet hoc facere. vt putas æquales sunt vnitates binarijs: in quaternarijs sunt autem binarij hi quidem inexistentes: illi autem non sic. & putas contrariorũ vna est disciplina an non? sunt autem contraria hæc quidem nota: illa autem ignota. quare videtur ignotare qui hoc postulat, quod aliud est docere quã disputare: & quod oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere: illũ autẽ interrogare.

DECIMI Cap. scolia. dialecticus tentatiuus interrogans petit aut cõcedere aut negare. quo dialecticus & sophista differunt. syllogismus contentiosus pariter & sophisticus vnus circa indeterminata & quæ nullius sunt determinati generis, alius circa ea quæ determinati sunt generis. quo differunt contentiosi & sophistæ, reipsa contentiosi sophistæ, & oratio contentiosa sophistica, sed alia aliaque ratione. quomodo contentiosa oratio ad dialecticam se ha-

ad dialecticam se habet. 58. Qui igitur secundum rem considerat, qui pro rei veritate considerat. LVI. Et syllogismus contentiosus & sophisticus, syllogismus cōtentiosus & sophisticus re ipsa cōcidunt, vnus idemque sunt: aut rationum sentiunt interualla. nam cōtentiosus est ad victoriam, sophisticus autem ad apparentem sapientiam aucupendarum quidem diuitiarum gratia, & qui ad victoriam & ad aucupium pariter esset: cōtentiosus sophisticusque ex numero. 61. esset. LXIIII. Et quæcunq; (cum non sint) cum non sint secundū artem & esse videātur: tales omnes contentiosæ, illę autem sunt secundum artē: quæ proprijs ꝓcedūt, vt pseudographiæ, quæ neq; contentiosæ, neq; sophisticæ dicuntur. videntur autem secundum artem esse: quæ non procedunt ex proprijs artis, sed ex cōmunibus, vt ratio Brissonnis. Tres maximopere insudasse ad monstrandā circuli quadraturam ante Aristotelis tempora leguntur. Antiphon, Hippocrates Chius, & Brisson. Antiphō inscribebat quadratū circulo & super quatuor latera quatuor ęquipedos: proueniebatque poligonia octogona, & rursus ęquipedos supra singula æqualium laterum æquipedorum, surgebatque hexadecagona & sic procedendo, censebatque tandē intercepta spatia absumi æquipedis, & illam poligoniam vltimam æquari circulo. at cum datę poligoniæ: quadratum æquale assignabile sit, & circulo quoq;, vt eius ferebat opinio, id falsum sumebat, id spatium interceptum, absidemque illam tandē absumi æquipedis & dari posse vltimam poligoniam, de ratione per lunulas (quæ pseudographa est) Hippocratis Chij ammonuimus secundo priorum analyticorum in notis cap. 25. Brisson opinabatur se hac ratione quadrare circulum. inscribebat em̄ & circūscribebat circulo quadratū, & tertiū efficiebat maius inscripto & minus circūscripto, ex hoc quoque argumentabatur, quæcunque eisdem maiora & eisdē minora, æqualia igitur hęc oratio, captiosa sophisticaque est, ꝙ communi vtitur, quæcunq; eisdē maiora & eisdem minora, equalia esse. quod etiam sophisticum principium est, & ꝙ in superficie verū apparet. nam viij. & .ix. eisdē maiora sunt (nam maiora. vij. & vi) & eisdē minora. nam minora. x. & .xi. attamen vi. & viij. nullus fateatur æqualia. Iniusta pugna, contentiosa est. pugna proprie est ea quæ pugnis sit concertatio, hic autem generaliter & pro omni cōllictatione. 60. (vt diximus) non id in diffinitione sophistices dixi, sed sophistæ, ꝙ sit . χρηματιστικὸς ἀποφαινομένης σοφίας, id est pecuniarum aucupator ab apparente sapientia. LVII. Ex eisdem contentiosa: differendi modo captiose decipit, ex eisdem. nam communibus, ex eisdem etiam pricipijs. nā dialecticam & contentiosam nihil prohibet eisdem vti principijs, sed hæc quidem perperā, illa recte. hęc male intelligens maleque applicans, illa recte. quanq̄ contentiosa etiam peculiaria habeat, quę in cortice apparent, sed introrsus & altiuscule explorata, falsa ementitaque esse deprehenduntur, vt quod liceat semper pro nomine ponere orationem & huiusmodi innumera. Non ex illis vtique erit contentiosa, ex illis, ex proprijs, vt & oratio pseudographa.

Brisson



Hippocrates



¶ De interrogatione tentatiue: & quid contentiosum, sophisticumque intersit. Cap. X.

Tentatiua quid interroga

A Mplius affirmare vel negare qui postulat: id non monstrantis est,
57 sed experimentum sumentis. nam tentatiua. dialectica quædā est.
quapropter de omnibus inspicit: & explorat non scientem, sed
ignorantem atque simulantem. ¶ Qui igitur secundum rem con
siderat communia, dialecticus est: qui autem id apparenter facit, so
58 phisticus. ¶ Et syllogismus contentiosus & sophisticus: vnus qui
dem est apparens syllogismus, circa ea de quibus dialectica tenta
tiua est: quanuis vera sic conclusio. nā eius quod est propter quid
59 hallucinatorius est. & quæcunque (cum non sint) secundum cuiusque disciplinam captiosæ ratiocinationes, videtur esse secundum artem, nam pseudographiæ non contentiosę (secundum enim ea quæ sub arte sunt: captiosæ sunt ratiocinationes) neque si aliqua est pseudographia circa verum, vt Hippocratis quadratura quæ per lunulas: sed vt Brisso quadrauit circulum. & tametsi quadraretur circulus: quia tamen non secundum rem, ideo sophisticus. quare & qui de his quidem apparet syllogismus: contentiosa est oratio. nam apparens est secundum rem, quare fallax & iniusta. quemadmodum enim ea (quæ in certamine est) iniuria, quandam speciem habet, & est quædam iniusta pugna: sic in contradictione, iniusta pugna contentiosa est. nam & illic qui omnino vincere volunt, omnia tentant: & hic, qui contentioni sunt,

Differūt dialecticus & sophista.

Similes sunt syllogism' contētiosus & sophisticus

60 ¶ Qui igitur victoriæ ipsius gratia, tales sunt: contentiosi homines & litium amatores videntur esse. qui autem glorię gratia quæ in diuitijs est: sophistici sunt. nam sophisticæ est (vt diximus) pecuniarum quędam aucupatiua ab apparente sapientia, quapropter demonstrationem apparentem appetunt.
61 ¶ Et in eisdem orationibus quidam sunt litium amatores & sophistæ, sed nō propter eadem, & oratio quidem eadē erit so

Quomodo contentiosa oratio ad dialecticam.

phistica & contentiosa. sed non propter idem. sed quatenus quidem est ob victoriam apparentem, contentiosa: quatenus vero ob sapientiam, sophistica: nam sophistice est quædam apparens sapientia: non autem existens. ¶ Contentiosa vero est quodammodo sic se habens ad dialecticam: vt id pseudographa geometricam. nam ex eisdem contentiosa, differendi modo, captiose decipit: vt & pseudographa, geometrice. sed hæc quidem non est contentiosa: quia ex principiis & conclusionibus quæ sunt sub arte pseudographiam facit. quæ autem ex iis est quæ sunt sub dialectica: circa alia quidem contẽtiosam esse, manifestum est. vt quadratura quidem quæ per lunulas, non contentiosa. Brissonis autem contentiosa, & illam quidem non est transferre nisi ad geometriam solum: eo quod ex propriis fit pricipiis. hanc autem ad plures quicunque nesciunt qd est possibile in vnoquoque, & quid impossibile. nam accõmodabitur: aut vt antiphon quadrauit. vel si quis non dicat melius esse post cœnam deambulare per Zenonis rationem: non medicinalis. communis enim est. si ergo omnino similiter se habebat cõtentiosa ad dialecticã: vt pseudographa ad geometriam, non ex illis vtique erit contẽtiosa.

Vndecimi Cap. scolia Quod dialecticus non circa determinatum subiectum. nulla scientiarum interrogatiua. tentatiua interrogatiua. & nullius determinati generis. illiterati, quodam modo dialectica & tentatiua vtuntur. illiterati redarguũt cõmuniũ ars, dialectica. epilogus. 63. Neque demõstratiuus vllius: neq; tex ẽs demonstrationem. nam demonstratio scientiæ est. omnis autem sciẽtia ex numero. 162. primi posteriorum determinati generis. Neque talis, qualis vniuersalis artifex. vniuersalis artifex, metaphisicus, supramundanusque philosophus. 54. Si autem monstraret, neq; dialectica demonstrat quicquam neque sua principia (quæ communium locorum elementa sunt) interrogat. 65. Non sciens aliquis. nam dialecticus & tentatiuus vt huiusmodi scientes nõ sunt, quandoquidem scientia circa propria fit. non tamen sunt rerum ignari, sed disciplinam habent communem a qua dialectici, tentatiuique dicuntur perinde ac intelligentes, scientes non sunt, non tamen ignorantes, sed intellectum tenent, cognoscendi principia habitũ a quo intelligentes dicuntur. Neque ex propriis, sed ex consequentibus. sed ex communibus.

Quæ scientem quidem, nihil prohibet nescire artem nihil prohibet non habere specialem aliquam scientiam. sed qui illa (communia scilicet) nescierit vt appareat ignarus necesse est. 66. Quamuis videantur longe extra dicere. illiterati nihil minus sciunt communia quam qui artes, profitentur. quãuis plerunque valde aliena dicere videantur. & a cõmunium intelligentia semota quod insita cuiq; differẽdi vis, non sufficiat, nisi arte: vsuq; exercitatione, fulciatur 68

Sed vt negationes. quia negationes neq; naturam certam, neq; genus dicunt, circa quod existãt 93
sed quodam modo sunt circa omnia.

¶ Orationes dialecticorum, tentatiuorumque: non esse ad determinatum genus. Cap. XI:

Dialecticus non est determinati generis.

Vnc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus vllius, neque talis qualis vniuersalis. nam neque oĩa sunt in vno genere. neque si sint. possibile est sub eisdem pricipiis esse, ea quæ sunt. ¶ Quare & nulla ars earum que aliqam naturã demõstrant: interrogatiua est. 64
Nulla sciẽtia interrogat.
nam non possibile est vtramuis partium dare. syllogismus eñ non fit ex vtrisque dialectica autem interrogatiua est (si autẽ monstraret: quid illud, nisi & omnia?) verũtamen prima, peculiariaque principia non interrogat. nam si non daret: non iam haberet, ex quibus amplius disputaret ad instantiam. 65 ¶ Talis autem est tentatiua:

Tẽtatiua iterrogatiua, & nullius determinati gñs

nam tentatiua non talis est qualis est geometria: sed qualem vtique haberet, non sciens aliquis. fieri enim potest vt periculum sumat, & is qui nescit rem: de eo qui nescit. siquidem & dat non ex quibus scit, neque ex propriis: sed ex consequentibus, quæ omnia talia sunt quæ scientem quidem, nihil prohibet nescire artem, nescientem autem necesse est ignorare. quare manifestum quoniam nullius determinati tentatiua disciplina est 66
eo quod de omnibus est. nam omnes artes vtuntur quibusdam communibus. ¶ Ideo 67
que omnes illiterati quodam modo vtuntur dialectica & tentatiua.
¶ Nam omnes vsque ad aliquid conantur diiudicare eos qui pronũciant. hęc autẽ sunt communia. nam illa nihil minus sciunt ipsi, quamuis videantur longe extra dicere. Redarguũt igitur oẽs. nã sine arte q̃dẽ eo participãt: cuius artificialiter est dialectica. & ar-

68 te syllogistica, tentatiuus: dialecticus. ¶ Quoniam autẽ sunt multa quidẽ hęc & de om
nibus, non talia autem vt natura quædã sint, & genus, sed vt negationes, alia aũt nõ ta Dialectica.
lia, sed propria sunt: ex illis de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem
esse quandam, & non talem esse quales quæ demonstrant, eo quod cõtentiosus nõ est Ars cõmuniũ
omnino sic se habens: vt pseudographus. nam nõ erit captiosus ex determinati cuiuspi
69 am generis pricipijs: sed circa oẽ genus erit eis qui contentiosus. ¶ Loci igitur sophisti epilogus
carum redargutionum hi sunt, & quod dialectici est considerare de his, & res eas posse
facere: non difficile videre. nam quæ circa propositiones est disciplina: omnẽ habet hãc
speculationem, & de redargutionibus quidem apparentibus: dictum est.

DVodecimi capitis scholia. Sophistici loci ducendi ad falsum & inopinabile duodecim. 70. Et per interrogationem accidit maxime: aut ostendere falsum, aut ducere ad inopinabile. Venatiuum est illorum, falsi & inopinabilis. 73. Consideratio facit, qui respondet se minus obseruat, & liberius loquitur more docentium & interrogans sophista ex attẽtione ad verba respondẽtis plerũq; aucupatur argumẽtandi facultatẽ. 74. Quemadmodũ dictum est prius, libro secundo numero vicesimo. 75. Ex quo genere, ex qua secta philosophãtium eñ Athenis sectæ erãt Academici, Stoici, Peripatetici: speciales aũt quã plurimæ. nã alij Zenonij, alij Cynici, alij Platonici, alij Pythagorei, & hunc in modũ ab ijs qui suã stabilire sufficerent hæresim sed in sectarũ diuersitate, philosophia veritatis indumentũ laceratur atq; discerpitur. & nunc ob id oĩa ferme perierunt gymnasia. nam vt veritas vna, & philosophiæ vnius, deceret veritatis amicos esse sequaces. neque dissonantes magistros facere studiorum (aut verius factionum) duces, quæ eñ cũ amore sapiẽtiæ, factionis cõuentio? LXXVII. Eum vero qui ducit ad has: ad manifestas opiniones, & quas verbotenus confitentur homines. absconsæ aũt quæ animo recte geruntur. 78. Et veteres autem omnes, vsq; oportet autem, verba Callichis sunt in Gorgia, qui dialogus etiam a Platone inscriptus Gorgias est. 80. Vt ĳ quid circa orationes, vt sapientes qui orationibus & scriptis veritatem determinant, vt voluptates fugiendas esse. honestũ vtili proferendum. potius appetendum quã turpe, committendum, & cætera id genus, pro veritate determinata sunt quanuis mẽs alligata sensibus, magis ad opposita facienda trahatur. 81. Lex opinio multitudinis id de lege populari. nã lex in regia gubernatione, regis est institutum, in tyrannide, tyrãni. in optimorum gubernatione, scit a prudentium in paucorum potestate, opulentorum. in republica & sensu potestate mediocriter coniectantium, & in populari popularium. Sed hæc alienæ sunt contemplationis.

¶ Loci sophistici interrogantium ad falsum aut inopinabile. Cap. XII.

70 DE aliquo est falsum quippiam ostendere: & oratione ad inopina- Primus locus.
bile ducere. hoc autem fuit secundum propositum sophisticæ in-
tẽtionis. primum quidẽ ex eo q interrogat quodã modo, & per
interrogationẽ accidit maxime. nã id, ad nullum determinatũ in-
terrogare propositum venatiuum est illorum, temere nanque di-
centes: peccant magis. temere autem dicunt: quando nihil habent
propositum. ¶ Et id interrogare multa (quanuis id determinatũ
71 sit ad quod disputant) & id, ea quæ vidẽtur, dicere se postulare: fa-
cit quandam idoneitatem: vt ad inopinabile ducat, aut falsum. ¶ Et si interroga- Secũdus
tus affirmet: aut neget illorum aliquid: ducere ad ea ad quæ promptus est argumenta-
ri. potest tamen nunc minus nocere per hæc quam prius. nã repetunt aliquid ad id qđ Tertius
72 in principio. ¶ Elementum autem deueniendi ad falsum aliquod aut inopinabile: nul
lam statim interrogare positionem, sed affirmare ob id se interrogare, quod discere ve- quartus
73 lit. nam locum argumentationis, consideratio facit. ¶ Ad falsum autem ostendendum
proprius locus sophisticus est ducere ad talia ad quæ abundat orationibus, est autẽ be- quintus
74 ne & non bene id facere: quemadmodum dictũ est prius. ¶ Rursum vt ad inopinabi- Sextus
lia ducat: cõsiderare ex quo gñe est qui disputat, deinde interrogare quod pluribus illi
75 dicũt inopinabile, est eñ singulis quibusque aliquid tale. ¶ Elemẽtũ aũt horum: sume- septim⁹.
re singulorum quorũque positiones in ꝓpositionibus. Solutio vero & horũ cõpetens
76 fertur: ostendere q nõ propter orationẽ accidit inopinabile semper aũt id quoque vult
qui contendit. ¶ Amplius aũt ex voluntatibus & manifestis opinionibus. nam non ea octauus
77 dem volunt & dicunt, sed dicunt quidẽ decoratissimas orationes, volunt aũt ea quæ vi-
dentur prodesse. vt bene mori magis quã voluptuose viuere dicunt oportere. & agere
iuste magis quã diuitijs affluere prave volunt aũt contraria. cũ igitur qui dicit secundũ
voluntates: ad has: manifestas opiniones deducendum: eum vero qui dicit secundũ has

ad abſcõſas.vtrouis enim modo neceſſarium eſt inopinabilia dicere. nam aut ad mani
Nonus. feſtas aut immanifeſtas opiniones dicũt contraria. ℭPlurimus autem eſt locus facien 78
di inopinabilia dicere:quemadmodum Callicles in Gorgia ſcriptus eſt:dicẽs.&veteres
autem omnes arbitrãti ſunt accidere propter id quod ſecundum naturam & ſecũdum
legem contraria. cantraria eñ eſſe naturam & legem dicunt. & iuſtitia ſecundũ legem
quidem eſſe bonum.ſecundum aũt naturam non bonum . oportet igitur ad eum qui-
dem qui dicit ſecundum naturam.ſecundum legem obuiare.ad eum vero qui ſecundũ
legem:ad naturam ducere.nam vtroque modo dicere contingit inopinabilia.erit autẽ
decimus quod ſecundum naturam quidem ipſis verum,ſecundum autem legem quod multitu-
dini videtur.qrare manifeſtum quod,& illi,quemadmodum & qui nunc:aut redargue
re,aut inopinabilia dicere reſpondentẽ conabantur efficere. ℭ Quędam autem interro 79
Vndeci- gationum,hñt vtrinqu e inopinabilẽ reſponſionẽ.vt vtrum ſapientibus an patri opor
mus teat obedire,& expedientia facere an iuſta,& an iniuriam pati eligibilius quã nocere. 80
ℭOportet aũt ducere ad ea quæ multitudini & ſapientibus ſunt contraria , nã ſi dicat
aliquis vt ij qui circa orationes: ad ea quæ multitudini. ſi autem vt multi ad ea quæ ijs
qui in oratione.dicunt enim hi quidem ex neceſſitate beatum iuſtum eſſe : multitudi- 81
Duode- ni aũt inopinabile eſt regem infœlicẽ eſſe. ℭ Eſt aũt ad ea quæ ſic ſunt,inopinabilia du
cimus cere:idẽ ei quod eſt ad eam quæ eſt ſecundum naturam,& ſecundũ legem contrarieta-
tem,ducere.nam lex,opinio multitudinis:ſapientes autẽ ſecundum naturam,& verita-
tem dicunt & inopinabilia quidem:ex his oportet quærere locis .

DEcimi tertii cap ſcho.De nugatione cur contingat,captiones,cur apparẽt facere nugari,de ſolœciſmo quomodo fiat,quod dialecticus id efficere poſſit , cur appareant ſolœciſmi,ſolœciſmus ſimilis,figuræ dictionis. LXXXII. Quod enim nugatio fit vnius,eiuſdemq́ ne quicquam frequens repetitio,notum eſt. Et rurſum ſi pro duplo,duplum dimidij ponat,pro duplo ſcilicet cum dicebatur dimidij duplum. LXXXV. Solœciſmus autem quale quid eſt dictum eſt numero,viii.huius. Latini ſolœciſmũ ſtribliginem appellãt,qui quõ fiat non aũt quomodo fieri debeat(nã fieri non debet)amplíſſime docent grãmatici,dialecticus autem quõ eius captiones,& vtinã nunc dialectici captiũculas ſuas,'ſuæ quidẽ artis labes & vitia tã aioſe inſectarentur,q̃ grãmatici generoſo ſpiritu ſolœciſmos barbariſmoſq́ propulſant,quidnãaliud ſophiſta in logicis,quã barbarus &(vt ita dicam)ſtribliginoſus in grãmaticis.Quẽadmodũ Leuinus inquit. Ariſtoteles ponit de Protago-
Leuinus ra,qui iracundiã & galeã ponebat maſculina.ſed id latinę locutioni nõ reſpõdet accõmodatũ.
Ideo deprõptũ eſt exẽplũ ex Leuino(qui,vt teſtatur Macrobius)venerẽ ponebat maſculinũ,di
cebat eñ,venerẽ igitur almũ adorãs,& ſi venus maſculinũ cũ diceremus venerẽ almã,vt Ver.
Macro. *Tunc ille Aeneas,quem Dardanio Anchiſe*
Vergi. *Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam.*

Solœciſmus eſſet ſecundum illum,non apparet autem multis,& ſi diceremus almum,apparet quidem & non eſſet. Vetuſta traductio de ficu ponebat, propter carmen Martialis.

Cum dixi ficus,rides quaſi barbara uerba:
Martial. *Et dici ficos Ceciliane iubes.*
Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos Ceciliane tuos.

Ficus pluratiue quartæ,fructus fici arboris ſignificat,pluratiue ſecundæ, morbũ vitiũque corporis facere iocatur in Cecilianũ grãmaticũ.ſingulariter aũt ſecũdæ. & arborẽ & fructũ ſignat fructum. Tullius vt ex tantulo grano fici arborem,Iuuenalis. Diſcutienda venit ſterilis mala robora fici,itẽ pluratiue ſecundæ,fructum etiã ſignificat,vt Horatius , pinguibus & ficis paſtũ iecur anſeris albi. Sed grãmaticis hæc diſcutienda amplius relinquamus.LXXXVI. Ars quędam, ars q̃ docet quõ fiãt captiones ſolœciſticæ dialectica q̃ aũt vtitur,ars apparẽs atque ſophiſtica. LXXXVII .Propter hoc quia videntur colligere & non colligunt. Significat & illa vtraque, ſæpe indicat & maſculinũ & fœmininũ,& etiã neutrũ vt quid hoc? Antonius quid hoc maria,qd hoc?ſcabellũ. Calliope nomen mulieris eſt,etiã eſt nomen muſæ. Et in fœminis noĩbus ſimiliter inſerebat Ariſtoteles de noĩbus ſupellectiliũ habentibus marium & fœminarũ nuncupationẽ, ſed grãmaticæ latinæ non hñt reſponſum,ideo non ab re id in litera omiſſum eſt. Ab hoc enim loco,vt eſt Coriſcus,eſſe Coriſcum,vt vetus exẽplar grçcum habet, exemplar alterum græcũ, q́ beneficio Aldi ſtudia tenent impreſſum(cui oẽs meliorum diſciplinarũ amatores debent,etiã plurimũ)ſic ad ſententiã habet,vt eſt Hipponicus eſſe Hipponicũ,& in fœmininis noĩbus eodẽ mõ,& in ijs quæ ſupellectilia nuncupãtur hñt ia quidẽ fœminæ aut maris vocationẽ,quæcunq́ e in o & n deſinunt,hæc ſola ſupellectilis habent vocationẽ vt lignum,funis.alia autẽ non ſic maris aut fęminæ,quorũ aliqua referimus ad ſupellectilia,vt vter quidẽ maſculinum nomen le

ctica aūt fœmininū.quare & in talibus & eſt,& eſſe facient differentiā. 88. Nam q̄admodum
illic in reb⁹,ſic hic in oībus.illic,in paralogiſmis figurę dictiōis,hic.in paralogiſmis ſolœciſmi.

De captionibus nugationis & ſolœciſmi. Cap.XIII.

DE eo quidem quod eſt facere nugari,quidnam dicimus nugari,iā Cur fit
82 monſtrauimus.oēs aūt tales orationes id volunt efficere : ſi nihil nugatio.
referat nomē ad orationē dicere,duplum aūt,& duplum dimidij
idē eſt.ſi igitur duplum eſt,dimidij duplum. erit dimidij, dimidij
duplum,& rurſum ſi pro duplo , duplū dimidij ponatur. ter erit captiōes
dictum dimidij dimidij dimidij duplum .Et putas eſt concupiſcē-
83 tia delectationis ? hæc autem eſt appetitus delectationis . eſt igi-
tur concupiſcentia appetitus delectationis delectationis . Sūt In qui-
autem omnes huiuſmodi orationum: in ijs quæ ſunt ad aliquid : quæcunq; non ſolum bus fit
genera:ſed & ipſa ad aliquid dicuntur,& ad idem& vnum aſſignantur.vt appetitus ali nugatio.
cuius appetitus:& in concupiſcentia alicuius concupiſcentia,& duplum alicuius duplū
& duplum dimidij.& in quibuſcunq; quæ(cum ſubſtantia non ſint)ad aliquid omnino
eorum ſunt,quorum ſunt habitus:aut affectus, aut aliquid huiuſmodi:in oratione ip-
ſorum de illis prædicatorum declaratur.vt impar eſt numerus medium habens.eſt au-
tem numerus impar:eſt igitur numerus numerus medium habens. Et ſi ſimum : caui-
84 tas naris eſt.eſt autem naris ſima,erit ergo naris naris caua. Apparent autē facere nō
facientes quandoque:eo quod non interrogant ſi ſignificet aliquid per ſe dictū duplū
85 an nihil.& ſi aliquid ſignificat:vtrum idem an diuerſum . ſed concluſionem dicunt ſta-
tim:& apparet propter nomē idem,eſſe idem & ſignificare. Solœciſmus autem qua
le quid eſt:dictum eſt prius.eſt autem & hoc facere & non facientem videri : & facien- Solœciſ
tem non videri.quemadmodum Leuinus dixit,ſi Venus maſculinum eſt . nam qui di- mus
cit almam,ſolœciſmum quidem facit ſecundum illum,non apparet autem alijs. qui aūt
86 almū, apparet autem,ſed nam facit ſolœciſmum . Manifeſtum igitur quoniā & ars
87 quædam hoc poteſt facere.eo quod multæ orationes non colligentes,ſolœciſmū vidē-
tur colligere,vt & in redargutionibus. Sunt autem omnes pene apparentes ſolœciſ Cur ap-
mi propter hoc.& quādo caſus neque maſculinū neque fœmininum ſignificat, ſed neu parēt ſo
trum.nam quidem maſculinum ſignificat,hæc autem fœmininum , hoc vero neutrum lœciſmi.
vult ſignificare:ſępe autem ſignificat & illavtraque.vt quid eſt hoc? Calliopelignum,
Coriſcus.Maſculini igitur fœminini differūt caſus omnes neutri hi quidem,illi autem
non.cum datur igitur hoc:ſæpe colligunt quaſi dictum ſit hunc,ſimiliter autem & aliū
caſum,pro alio ponunt.captioſa autem ratiocinatio fit eo quod hoc commune ſit plu- Solœciſ
rium caſuum,nam hoc ſignificat quandoque hic:q̄nque autem hunc.oportet autem vi- mus
ciſſim ſignificare,cū eſt quidē hic.cū eſſe autem hunc, vt eſt Coriſcus:eſſe Coriſcum & Similis
in fœmininis nominibus ſimiliter. nam in omnibus ſimiliter eſt,& eſſe facient differē- figurę di
88 tiā. Et quodā modo in his ſimilis eſt ſolœciſmus ijs redargutionibus quæ propter id ctionis.
quod non ſimilia aut propter figuram,ſimiliter dicuntur . nā quēadmodū illic in rebus
ſic hic in nominibus accidit ſolœciſmum facere.nā homo & album & res & nomē eſt.
manifeſtum igitur q̄m ſolœciſmum tentandum eſt ex dictis caſibus colligere . Species
igitur ſunt hę cōtentioſarum orationum,& partes ſpecierum & modi qui dicti ſunt.

DEcimi quarti cap.ſcho.De occultatione ſophiſtica & contra moleſte reſpondētes ſophiſtæ interrogātis loci decem & ſeptem. XCI. Ad ꝓlixitatem vero q̄ adducū tur elementis,vtendū elementis,regulis atq; præceptis, & hæc elementa ſophiſtarum ſunt. XCIIII. Quæ ad occultandum dicta ſunt prius libro.viij.a numero.viij. ad numerū.xxij. XCVIII. Magis em̄ ſi neceſſe.ſi aſſit neceſſitas, ſintq; pater aut parentes in neceſſitate conſtituti,videbuntur illis potius eſſe tribuenda multa q̄ pauca. XCIX. Non igitur hoc & hoc,non igitur hoc & igitur hoc negatiue ſcilicet aut affirmatiue colligendo. CII. Qui videntur tales qui videntur bene dicere aut agere. CIII. Quandoq; illo,interrogantes debent dubiex facere. Vt facit Cleophon in mandrobulo. mandrobulus drama Cleophontis fuit enim Cleophon Athenienſis tragicus tragœdias ſcripſit:quarum nomina. Actæō, Amphiaraus,Achilles,Bacbæ,Dexamenus,Erigone,Thieſtes,Leucippus, Telephus. CIIII. Quod Lycophron fecit,dum propoſitum eſſet ex arte lyram commendare,Lycophrō grammaticus, & factor tragœdiarum inter ſeptem inſignes vnus apprime nominatus cuius Tragœdiæ: Aeolus,Andromeda,Alethes,Aeolydes,Elephinor,Hercules,Hicete,Hippolytus, Caſſandra,Laſus,Maraionij,Nauplius.Oedipus,Orphanus,Pentheus,Pelopidę,Simmachi,Telegonus,Chry

sippus,& alia quoque scripsit poemata complusecula,apud Græcos.

¶De occultatione sophistica & contra male respondentes. Cap. XIIII.

DIffert autem non parum si ordinentur quodam modo ea quæ ad 89
Primus interrogationem sunt,vt lateat quemadmodum in dialecticis. de
locus inceps igitur ex ijs quæ dicta sunt,hæc primum dicenda. ¶Est au 90
tem ad redarguendum:vnum quidem prolixitas.nam difficile si- 91
Secũdus mul multa conspicere. ¶Ad prolixitatem vero quæ adducuntur
elementis,vtendum. Vnum quidem festinatio. nam tardiores mi
nus præuident,amplius autem ira & contentio . nam conturbati
minus possunt obseruare omnes. ¶Elementa autem iræ. Mani 92
festum quoque eum facere qui vult iniuste agere, & circa omnia impudentem esse.
¶ Amplius permutatim interrerrogatiões ponere : siue ad idem plures habeat aliquis 93
orationes,siue quod sic & quod non sic.simul enim accidit aut ad plura aut ad contra-
Tertius ria facere obseruationem . ¶Omnino aũt omnia quę ad occultãdum dicta sunt prius,
vtilia etiã ad contentiosas orationes.nam occultatio latendi gratia est . latere autem de 94
quartus ceptionis. ¶Ad eos autem qui renuunt quæcunque opinantur esse ad orationẽ ex ne- 95
quintus gatione interrogandum,ceu contrarium velit,aut etiam ex æquo interrogationem fa-
cere.nam cum dubiũ est,quid vult sumere:minus insolescunt. ¶Et quãdo in partibus
Sextus dederit quispiam singula inducenti vniuersale sæpe non interrogandum est. sed vt da- 96
to vtendum. nã quãque putant & ipsi dedisse.& audientibus quoque apparet ꝓpter in
septimus ductionis memoriam,veluti perinde atque non interrogauerit vane . ¶Et in quibus
non nomine significatur vniuersale similitudine tamen vtendum est ad id quod expe- 97
octauus dit.nam latet similitudo plerunque . ¶Et ad sumendum propositionem , contrarium. 98
oportet comparando interrogare.vt si debeat sumere quoniã oportet per omnia patri
Nonus obedire, vtrum per omnia oporteat obedire parentibus,an per omnia non obedire:' &
Decimᵘ sæpe id.vtrum multa concedendum an pauca:' magis enim si necesse , videbuntur esse
multa.appositis enim iuxta se contrarijs.minora & maiora apparent , & peiora & me-
Vndeci. liora hominibus. ¶Valde autem & sæpe facit videri redargui:maxime sophistica calũ 99
Duode. nia interrogãtium:cum nihil colligentes non interrogationem faciunt id quod est vlti-
mum sed concludenter dicunt veluti colligentes, non igitur hoc,& hoc . ¶Sophisticũ 100
autem est & cum ponitur inopinabile quod apparet postulare se respondere , proposi
to eo quod videtur ex principio,& interrogationem talium sic facere vtrum tibi vide-
tur:'nam necesse est si sit ĩterrogatio ex quibus syllogismus,aut redargutionẽ,aut ino-
pinabile fieri,cum dat quidem redargutionem:cum autem nõ dat, neque dare videtur,
fatetur inopinabile,cum vero non dat,videri aũt fatetur,redargutionis simile . ¶Am- 101
plius quemadmodum in rhetoricis:& in redargutionibus similiter contrarietates con-
siderandum , aut ad eas quę ab eodem sunt dictæ , aut ad eos quos confitetur bene di-
cere,aut agere. ¶Amplius ad eos qui videntur tales: aut ad similes , aut ad plurimos,
aut ad omnes. ¶ Quemadmodum autem respõdentes sæpe cum redarguuntur faciũt 102
Deci. iij. duplex,si debeat accidere redargutio:& interrogantibus vtendũ quandoque illo: con- 101
Deci. iiij tra instantes:si sic quidem accidat,sic autem non quoniam sic sumpserit. vt facit Cleo-
Deci.v phon in Mandrobulo.oportet etiam absistentes ab oratione reliqua argumẽtorum di
cleophõ uidere,& respondenti (si præsenserit)prius instare:& prædicere . ¶Argumentandum 104
Deci.vi. aũt quandoque & ad aliud ab eo quod dictum est, illud sumentibus : si non ad id quod
Lyco propositũ est habeat aliquis argumentari. ꝙ Lycophron fecit dum propositũ esset ex
phron. ante,lyrã commendare. ¶Ad eos aũt qui exigunt ad aliquid argumentari: postq̃ vide-
Deci. vij tur oportere assignare causam,dictis aũt quibusdam obseruabilius quod vniuersaliter 105
accidit in redargutionibus, vt dicat contradictionẽ:vt quod affirmauit negare , aut qđ
negauit affirmare,sed non quod contrariorum est eadem disciplina:vel non eadem.nõ
oportet autem conclusionẽ vt propositionem interrogare . quædam autem neque in-
terrogandum est,sed vt concessis vtendum.Ex quibus igitur interrogationes: & quo
modo interrogandum in concertatorijs exercitationibus dictum est.

¶PRIMI ELENCHORVM SOPHISTICORVM
ARISTOTELIS FINIS.

SECVNDVS ELENCORVM SOPHISTICORVM.

SEcundi Elenchorum Sophisticorum Aristotelis primi capitis scholia. Quid intenditur, vtilitates cognitionis orationum sophisticarum. obsistendum illis ex cognitione rectarum, apparatum, præmeditatumq; esse ad illas diluendas. Cognitio sophisticarum orationum vtilis est non vt vtamur, sed vt vtentes deprehendamus & illas diluẽdo, illorum manifestemus errores. est enim sophista omnis, sycophãta, & similis viro qui soli aliorum deceptioni inuigilat, & ferme hoc tempore vniuersa hoc vitio laborant studia, vt solis, aduersus veritatem & authorum disciplinas, captionibus inuigilent, doceantque auditores suos orationum sophisticarum, captionumq; vsum. sed puto resipiscẽt, quod maxime ad incolumitatem studiorum velim. 1. Et quid, quid solutio numero. xxv. huius dicetur. 2. Nam is qui in orationibus est consocius: is est respondens. qui si culpat vitiosas orationes & non habet quo ostendat earum vitiositates, videtur grauis: onerosus atq; difficilis. Sed propter imperitiam assistentium. 3. Superabundantias sufficienter diuisimus. superabundantias: locos vocat sophisticos æquiuocationem: amphiboliam, compositionem, diuisionem, accentum, figuram dictionis, accidens, secundum quid & simpliciter, inscitiam redargutionis, petitionem principij: consequens: non causam vt causam, plures interrogationes vt vnam. nam hæ argumentationum superfluitates sunt atque abundantiæ, & cum quæuis captio diluetur, illa inquirenda erunt ad ostendendum captionem deficere ob æquiuocationem, aut amphiboliam, aut aliquem aliorum locorum sophisticorum.

¶ Secundi Elenchorum Sophisticorum Aristotelis de vtilitate cognoscendi sophisticas orationes & apparatu ad eas diluendas. Cap. I.

1 DE responsione autem, & quo modo oportet soluere, & quid,
& ad quam vtilitem orationes huiusmodi prosunt, post hæc
dicendum. ¶ Vtiles ergo sunt ad philosophiam propter duo. Intentio
2 primum quidem quia eę quæ vt plurimum propter dictionẽ Vtilitates.
fiunt: melius se habere faciunt ad id, quotupliciter quodque di
citur, & ea quæ similiter & quæ aliter in rebus accidunt & in
nominibus. Secũdum autem ad eas quę per seipsum inquisi
tiones fiunt. nam qui ab alio facile captiose fallitur & id non
sentit, & ipse quoque a se id patitur persæpe. Tertium vero
& reliquum adhuc, ad gloriam. eo quod circa omnia exercitatus esse videbitur, & in
nullo se inexperte habere. nam si is qui in orationibus est consocius, orationes vitupe
rat, cum nihil habeat quod determinet de vitiositate earum: dat suspitionem quod vi
deri velit insolescere. non quia verum sit, sed propter imperitiam.
3 ¶ Respondentibus autem, quo modo obsistendum sit, aduersum huiusmodi oratio
nes, manifestũ: si quidẽ recte diximus prius ex quibus sunt captiosæ ratiocinationes, &
si (quæ inquirendæ sunt) superabundantias sufficienter diuisimus. ¶ Non est autem
4 idem sumentem orationem videre & soluere vitiositatem, & interroganti posse occur
rere celeriter. Nam quod scimus: sæpe transpositum ignoramus. Amplius autem quẽ
admodum in alijs, id quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis: sic & in orationi
bus se habet. quare si manifestum quidem sit nobis: immediati autem simus, priuamur
opportunitatibus frequenter. ¶ Accidit autem quandoque sicut in linearum descri
ptionibus. nam & illic soluentes quandoque componere verum non possumus: sic &
in redargutionibus, nam scientes propter quid orationem accidit connectere: soluere
tamen orationem impotes sumus.

SEcundi capitis scholia. Pro apparenti soutione partim loci viginti. 5. Quare vt non videantur, vt nõvideantu r syllogismũ facere & colligere, sunt corrigẽdi ostendendo vitiositatem suę argumentationis. Nam si redargutio est contradictio non ęquiuoca ex quibusdam: propositionibus, nã omnis syllogismus ex quibusdam positis, cõclusionẽ ex necessitate colligit, eo ꝙ illa sunt. Amphibolia, ambigua, & ea sunt quæ sunt secundũ amphiboliam ancipitia. 6. Incertum enim si vera dicit nũc

ſcilicet cum dicebat ſe æquiuoce,aut amphibolice capere, & non in eodem cum interrogante ſenſu.Prius autem magis.priores ſophiſtæ & magis contentioſi quam nunc volebant interrogatum reſpondere ſic vel non,ſine quacunque diſtinctione,ideo fiebat incerta redargutio.Fieri poteſt.fieri poteſt ĩcerta redargutio.nam incertum eſt nam ad intellectum interrogantis ſic aut non reſponderit.aſtringebant enim veteres ſophiſtæ ſuos reſpondentes ad omne propoſitum reſpondere ſic aut non.quod minus iam fiebat tempore Ariſtotelis.8.Quodam modo non erit reſpondentem effugere redargutionem . quodam modo apparenter.In ijs quę oculis ſubiecta ſunt in rebus viſibilibus.vt eſto Coriſcus Thebanus muſicus.Athenienſis autem non muſicus ſi rogetur eſt ne Coriſcus muſicus dato ſic.attamen hic(demonſtrato Athenienſi Coriſco)nõ eſt muſicus:igitur Coriſcus eſt muſicus & non muſicus.ſi putat contradictionem eſſe in æquiuoco,neceſſe eſt vt de Coriſco Athenienſi affirmet eſſe muſicum,quod prius negaſſet,& quod cognoſcitur negandum & neget quod affirmaſſet,cognoſciturque affirmandum,aut duæ contradictoriæ ſimul veræ.prius enim affirmaſſet ipſum eſſe non muſicum,& negaſſet eſſe muſicum.12. Et in ea(quæ ad duplex eſt)occurſione. in dilutione captionis quæ prouenit ratione alicuius multiplicitatis,vt pleræque earum quæ ſunt propter dictionem.15. Quia autem quo pacto petitur quod eſt in principio,ex octaui Topicorum numero. 90.19. Similiter autem & in alijs hæc particula eſt ad complementum interrogationis ſophiſticæ,qua quidem data,aſſumitur,atqui homo eſt animalium,& deinde colligendo completur captio.22. Verum in ijs q̃ ſunt vt ſcientiæ.γνώμη quæ vt ſcientia,notam habet ſignificationem apud morales,vt eam virtutem ſignificet quæ legem ob vniuerſale deficientem corrigit ac emendat.hic autem aliter capi videtur vt eas ſignificet opiniones quæ veræ ſunt,& totas negationes,totaſque eas opiniones quę controuerſæ ſunt & cũ aliarũ negatione,in illis enim plerumque incertum eſt vtro modo propter aſſiſtentes dici oporteat.ſi enim Platonicis & Peripateticis pręſentibus ſciſcitabitur,vtrum ne videamus intus ſuſpicientes an foras quicquã emittentes,ſi dederit intus ſuſcipientes,id falſum Platonicis eſſe uidebitur.ſi etiam dederit foras mittentes,& id quoque falſum Peripateticis.verum poterit dicere ſe male in præſentiarum Peripateticorum partes tutari & viſionem cum quicquam intus admittimus fieri,quamuis aliter Platoni viſum ſit.23. Transferens quiſpiam,tranlatitie loquẽs:vtensque metaphora.

De apparenti ſolutione reſpondentis Cap.II

primus locus PRimum igitur quemadmodum ſyllogizare dicimus,opinabiliter 5
quandoque magis quam vere,eligere oportere,ſic & ſoluendum
quandoque magis opinabiliter quam ad veritatem.nam omnino
aduerſus contentioſos eſt reluctandum : non vt ad eos qui redar-
ſecũdus guunt,ſed qui redarguere apparent,non enim dicimus eos ſyl
legizare.quare . vt non videantur:emendandi ſunt . nam ſi redar
dutio eſt contradictio,non æquiuoca:ex quibuſdam : nihil opus
eſt diuidere ad amphibola & æquiuocationem.non enim facit ſyl
logiſmum:ſed nullius alterius gratia diuidendum eſt niſi quia concluſio videtur redar
Tertius gutioni ſimilis. ❡Non ergo redargui:ſed videri redargui cauendum eſt.eo quod in 6
quartus terrogat amphibola & quæ propter æquiuocationem ſunt & quæcunque aliæ huiuſ-
quintus modi cauillationes quæ & veram redargutionem adumbrant.& redarguentem atque
non redarguentem incertum reddunt.nam (quia licet in fine cum concluſum fuerit di
cere ſe,non id ipſum quod affirmauit negare,ſed æquiuoce aut amphibolice,quamuis
maxime contingit in idem ferat)incertum,ſi redargutus eſt,incertũ em̃,ſi vera nũc di-
cit.ſi vero diuidens interrogaſſet æquiuocum,aut amphibolũ non incerta eſſet redar-
gutio:qm̃ requirũt(nũc quidem minus,prius autẽ magis)contentioſi ſic vel nõ reſpõde
re eum qui interrogatur,fieri poteſt. ❡Nunc autem quia non bene interrogant inqui 7
rentes neceſſe eſt vt reſpondeat aliquid is qui interrogatus eſt, emẽdans vitiũ interro-
gationis.quia diuiſio ſufficienter:vel ſic:vel non,neceſſe eſt dicere reſpondentem:
❡Si autem aliquis putet ſecundum æquiuocationem redargutionem eſſe , quodam
modo non erit reſpondentem effugere quin redarguatur.nam in ijs quæ oculis ſubie- 8
cta ſunt:neceſſarium quod affirmauit negare nomen,& quod negauit affirmare.
❡Enimuero vt diluunt quidem.nihil prodeſt.nam non Coriſcum aiunt eſſe muſicum
& nõ muſicum:ſed hunc Coriſcũ muſicum:& hunc Coriſcũ non muſicum.eadem nã-
que erit oratio Coriſcũ.ei q̃ eſt hũc Coriſcũ muſicum eſſe.vel nõ muſicũ,quod ſimul

affirmant & negant. Sed fortasse non idem significant, nam nec illic nomen. quare in
aliquo differt. Si autem hoc quidem simpliciter dicendo, Coriscum assignet, illi autem
addat aliquem, aut hunc: absurdum est. nihil enim magis quam alterum. vtrolibet em̃
10 nihil differt ℭ Non sic igitur sed quia incertus quidem est qui non determinauit am
biguitatem: vtrum redargutus est vel non redargutus, datum autem est in orationibus Sextus:
diuidere: manifestum quod non determinando dare interrogationem, & quidem sim-
pliciter, peccatum est, quoniam & si non ipse: tamen oratio redargutæ similis est.
ℭ Accidit autem sæpe videntes amphiboliam torpescere diuidere, eo quod crebra ta- septi.
11 lia proponantur: ne ad omne videantur molesti esse. deinde non putantibus propter
id fieri orationem: sæpe profecto occurrit inopinabile. quapropter quia datum est diui
dere haud cunctandum, quemadmodum dictum est prius.
ℭ Si autem duas interrogationes non vnam facit quisquam interrogationem, nõ pro
pter æquiuocationem & amphiboliam fiet captiosa collectio. nonne redargutio an nõ
quid enim differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint: quam si ambobus
vnum nomen esset existentibus diuersis? Nam si plura significat quam vnum, plura
interrogauit. si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnam responsionem cen
sere sumere simpliciter, manifestum quoniam nulli eorum quæ æquiuoca sunt: conue
nit respondere simpliciter. nec si de omnibus quidem verum sit, veluti censent quidam
nihil em̃ differt hoc quam si interrogasset, Coriscus & Callias vtrũ sint domi an non
sint domi: siue assint ambo siue nõ assint. vtrinque enim plures propositiones, non e-
nim si verum est dicere: interrogatio propter id vna. possibile est enim ad decies mille-
nas interrogatas quæstiones, omnes sic vel non verum esse dicere. attamen non est res
pondendum vna responsione. interimitur enim disputatio. id autem simile ac si idem
nomen imponatur diuersis. si igitur nõ oportet ad duas interrogationes vnam respon
sionem dare: manifestum quoniam nec in æquiuocis sic vel non, dicendum neque em̃
qui dixit respondet: tametsi dixit. sed id admittunt quodam modo in disputationibus:
eo quod lateat quod accidit. octauus
ℭ Quemadmodum igitur diximus quod redargutiones quædam videntur esse cum
12 non sunt eodem quoque modo & solutiones quædam videntur esse quæ non sunt: Nonus
quas dicimus quandoque operæprecium magis afferre quam veràs in contentiosis o-
rationibus, & in ea (quæ ad duplex est) occursione.
ℭ Respondendum autem in ijs quæ videntur, esto: dicendo. nam & sic minime fiet re- decimus
dargutio. ℭ Si vero aliquid quod inopinabile sit cogatur dicere: hic maxime addendũ
13 videri. sic enim neque redargutio, neque inopinabile videbitur fieri. ℭ Quia autem vndeci- mus
14 quo pacto petitur quod est in principio, manifestum putant omnino (si sint propique
interimendum, & non concedenda esse vlla, perinde ac si quod in principio est petat. duodeci
15 ℭ Et quando aliquid tale postulauerit quispiam quod necessarium quidem est accide mus
16 re expositione, sit autem falsum vel inopinabile, idem dicendum. nam quæ ex necessi-
tate accidunt, eiusdem videntur esse positionis. ℭ Amplius quando vniuersale non no
17 mine sumitur sed similitudine: dicendum quod non sic, datum est, neque vt proposuit, decimus tertius
18 sumit. nam propter id fit sæpe redargutio. cum autem prohibetur his, ad id quod non
bene ostensum est redeundum obsistendum autem secudum dictam determinationẽ.
19 ℭ In ijs igitur quę proprie dicuntur nominibus, necesse est respondere, vel simpliciter decimus
vel diuidendo. ℭ Quæ autem subintelligentes proponimus vt quæcunque non pla- quartus
ne sed truncatim interrogantur, propter id accidit redargutio. vt putasne quicquid est.
Atheniensium possessio est Atheniensium: sic. similiter autem & in alijs: atque homo decimus
est animalium. sic. possessio igitur animalium, homo. nam hominem animalium esse quintus
dicimus: quia animal est. & Lysandrum Lacedęmoniorum: quia Lacedęmonius est.
manifestum igitur quoniam in quibus obscurum est quod proponitur: non simplici- decimus
20 ter concedendum: sextus
ℭ Quando vero duobus existentibus cum hoc quidem est, ex necessitate alterum es-
se videtur, cum vero alterum est: hoc non ex necessitate, interrogato vtroque opor-
tet quod minus est dare. ℭ Nam difficilius est colligere de pluribus. ℭ Si autem
argumentetur quod hic quidem est contrarium. illi autem nõ est: si oratio vera sit, con

trarium esse est dicendum, at nomen alterius positum non esse. ¶ Quoniam autem 21
deci. vij. quædam quidem eorum quę dicuntur plures eum qui non concedit falsum dicere aiūt.
deci. viij quædam autem non, vt quæcunque ambigunt (vtrum enim corruptibilis vel immor-
Quinti- talis sit anima animalium non exploratum est multis) in quibus igitur incertum est v-
lianus. tro modo soleat dici quod proponitur: vtrum in ijs quæ sunt vt sententiæ: vocat em̄
Setentiā sententias & veras opiniones, & totas negationes. vt diameter incommensurabilis est. 22
veteres: ¶ Amplius de quo verū dubitatur, transferens quispiā nomina maxime latebit in il-
quod a- lis. nā quia incertum est vtro modo se habet verum: non videbitur sophistice agere
nimo sē- propter id autem quod dubium, non videbitur falsum dicere. nam metaphora faciet
sil ēt vo orationem sine redargutione videri. ¶ Amplius quascunque interrogationum pręsen 23
cauerūt. sent aliquis: pręinstandū est, & prædicendum. iam sic maxime interrogātē prohibebit.

Tertij cap. scho. De recta solutione & dilutione captionum propter dictionem loci decē & octo. In ea vero quæ est conscire scientem. codex Græcus ex typis cursorijs adiectum habet, vt hoc quidem, sciēs dicere vel agĕre, & id conscit quod legit, vel agit. hic autē scit lege re iambica. sed vetustus codex id non habet, neq; antiqua traductio, cōsciree est duplex. nā id cum alio scire, illud vero cōscium esse significat. Ens, verum duplex est ens. quando vtroque sensu vera est, nō ens, quando vtroque falsa. significat duplex, quando vno sensu vera & altero falsa est oratio. 30. Vt in eo quod est cæcum videre, cæcum videre duplex est secundū amphiboliam, vt possibile est quempiam cæcum videre, significat possibile esse vt quispiam cæcum videat, & id verum est: aut possibile esse vt quempiam cæcus videat, & id falsum est. 33. Non enim est idem quod non est conscire, vt non est idem non conscire iambica, & non scire sic (vt dicere) iambica. nā qui ignorat secundum se iambica, scit dicere iambica: at non conscit iambica conscius enim esset esse iābica. 36. Habet quidem aliquid etiam dubiarum quæstionum. quæstio est, vtrū ea deceptio quæ est propter compositionem sit propter duplex, vult proprie non esse propter duplex. nam oratio composita & diuisa non sunt eadem, cum sit alius & alius cōtextus orationis, & dictionis cum dictione ordīatio. debet tamen diuidendo dilui. vnde fit vt non solum duplex: diuidēdo soluatur. solent tamen diuersa multiplicia ponere: actu, potestate, phātasia. at quia hæc Aristotelis vocabula non sunt, & apposita nouam efficiunt phantasiam, idcirco ab illis libēter abstineo. cui enim psicere summopere cura est: se intra philosophorū terminos arceat, contineatq; oportet, alioqui qui noua meditatur, inusitataque vocabula, laqueos necti ad intelligentiæ lapsus quis enim (si sapiat) barbara atque insulsa recipiat pro aptis. nam vt hæc disciplinæ lege continentur: ita illa nullam legem, nullumque regulæ moderamen patiūtur, sed figmentis similia, plerunque omnem diffugiunt intelligentiæ captum. 38. Ora & hora, accentu exili regionem, aspirato autem densoque tempus significat. Aristoteles ορος posuit, quod hn̄s exilē accētum montē, aspiratum aūt limitem terminūq; significat: sed latina dictione quæ respōdeac caremus. Ideo oram & horam (quæ in analogia respondent) potius posuimus q̄ in antiqua traductione malū, quæ similem in accentu analogiā non seruant. Et illic iam signa faciunt signa, notæ accentuū ορος ορος notæ accentuū φιλωαι δ'ασεια faciunt prolata non eadem cū exiliter & densæ proferuntur, & in ora & hora notæ accentus non eædem. nā ora exiliter scribitur & profertur, & hora aspiratur & dense profertur, estque h nota aspirationis vocis, & nota exilitatis: sed nota raro latini vtuntur, attamen ορος vt pauloante dixi in scriptis idem seu exile: seu densum, eum ex eisdem literis, sit, similiter ora & hora, nam h non litera, sed spiritus, quod manifestius est apud Græcos, vtpote q̄ non in ordine literarum, sed in apicibus collocant vt & cæteros accentus. Pyreus portus Athenensium .xl. stadia (vt tradit Scrabo) ab vrbe distans. & hæc oratio putasne vidisti tu nunc in Pyreo naues: cum sis in Sicilia, potest coniungere nūc & vidisti, & falsa est vel potest disiungere vt dicatur putasne vidisti tu, in Pyreo naues nunc cum sis in Sicilia, sed non eadem est oratio. Putasne quorū scientiæ bonæ bonas esse disciplinas: Iungi potest vt intelligatur, putas ea quorū scientiæ bonæ, bonas esse disciplinas, & id falsum diuidi pōt putasne quorū, sunt sciētiæ bonę bonas esse disciplinas: & ītelligētiā est, putasnē disciplinas esse bonas eorū, quorum scientiæ sunt bonæ. Putasne verū dicere. nunc q̄ tu factus eo iungitur tunc cum factus es, falsum disiungitur putasne verū dicere nunc, q̄ tu factus es verum. Potestatem habet quis, non citharizans vt citharizet: componitur, cum nō citharizās ei quod

est vt citharizet adiungitur, & id falsum est. diuiditur, cum non citharisans adiungitur ad potestatem habet, hoc pacto, potestatem habet quis non citharisans, vt citharizet. & id verū est. xxxix. Putasne est quod habitas domus? sic nunquid ne esse quod habitas, negatio eius est quod habitas? sic dicebas autem, ne esse quod habitas domum. negas igitur te habitare domum, exemplū Aristotelis paululum immutatum est. vt locutioni latinæ quam fieri potest accommodetur. Captio eo quod ne potest habere, accentum grauem: tunc interrogans est & non negans. sic putasne est quod habitas domus? sic verum est. aut potest esse vox acuta, sic putasne est quod habitas domus. & sic particula est negatiua. falsum est. Id autem iustos viros iustum est pendere, vetustæ traductionis, in nullo literæ respondebat, Idem & secundum idem contingit vt homo videt secundum oculū, & secundū oculum videtur. Secatur, vritur, operatur, græce ponitur ἀισθάνται quod vocem habet passiui vt præcidentia, sed latine dicitur sentit, habetque vocem actiuam ideo oportuit ponere aliam dictionem, quę vocem habeat passiuam, quale est operatur. Nam vnum solum admittens calculum, non habebit decem calculos id imperfectum perficiatur autē captio, habebat autem prius decem calculos, perdidit igitur decem calculos. Ponit autem Aristoteles nunc ἀστράγαλον nunc ψῆφον quod calculum significat, & hos calcanei animalium. xl. Vel si est quidem quod, est etiam quod non, si est quidem, quod est solutio, est etiam quo non est solutio. nam si concludit, est solutio. si nō id, non est solutio. xli. Quod ambulat aliquis, quod spacium dicit totam diem dicit quando quod ambulat aliquis est via, spaciumve, quando autem ambulat, totam diem aut diluculo, aut vesperi. Nec cum cyphum bibat, putasne quod quis bibit, liquor est, sic cyphum autem quis bibit. cyphus igitur liquor est. calicem vini quis bibit, calix igitur vinum cyphus, calix non quod, sed ex quod dicit. Et putas quod quis sciuit, inueniēs vel discens sciuit? sic. quorum hoc quidem inuenit, illud autem didicit, hæc ambo neque inueniens neque discens sciuit. non igitur quod quis sciuit, vel inueniens, vel discens sciuit hęc omne, vniuersum, & collectum dicit, quod autem, non dicit ideo non accidit, hæc neque inueniens neque discens sciuit igitur non quod sciuit, inueniens vel discens sciuit, sed non quæ sciuit inueniens vel discens sciuit. An hęc quidem omne. dilutio captionis est hæc, omne & aggregatum dicit, hoc autem, non omne aggregatumque, sed singulum. Quis tertius homo a se. quia tertius ab homine, est & ipse homo est, igitur tertius homo a se, & quod sit a quolibet tertius quia tertius ab homine. Callias autem homo, igitur tertius a Callia, & ita de quolibet alio. Quare non est idem exponere, non est eadem eiusdemque prædicamenti expositio. Exponere autem non facit tertium hominem hoc est, captio quod quilibet sit a se tertius homo, non prouenit propter expositionem eo scilicet quod quid substantiaque exponatur, quantum, quale aut aliquid aliorū prædicamentorum. nam Callias in captione exponitur homo. Callias autem & homo eiusdem prędicamenti sunt, & ipsum quid & substantiam esse conceditur, sed hoc aliquid & singulare, commune conceditur, quocirca & quod substantiæ communi conuenit, idem singulari tribuitur, quod si quis contendat id esse propter expositionem quia hoc aliquid, quale quid esse exponitur non censet Aristoteles magnopere esse curandum, si propter expositionem id prouenire dicatur. veruntamen proprie propter expositionem prouenit captio quando quod est vnius prædicamenti per alterum exponitur, vt substantia, quantum quale, aut aliquid huiusmodi. sed eadem putatur expositio, quādo tn eodem sit prędicamento, maxime in substantia. nam si forte quanta, quod exponerentur, hallucinatio hæc propter expositionem diceretur. vt quantos heri digitos habuisti, hodie habes. atqui heri decem habuisti decem igitur hodie habes, posito quod digitum vnum perdideris, non quod fuit exponendum, sed determinata aliqua mensura magnos. continuū enim hic exponitur discretum.

De recta solutione loci. Cap. III.

25 Quoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi ab quacunque interrogationem accidat falsum (falsus autem syllogismus dicitur dupliciter. nam aut si collectū est falsum, aut si cū non est syllogismus, videtur esse syllogismus) erit & quæ nunc dicta est solutio, & apparentis syllogismi, ob quam videtur esse, interrogationum correctio. quare cōtingit orationes syllogisantes quidem interimere, apparentes autem diuidentem soluere. *Quid recta solutio.*

26 Rursum autem quoniam syllogisantium orationum, hæ quidem veram, illę autem falsam habent conclusionem. eas quidem quę secundum conclu-

27 sionem sunt falsæ, duobus modis cōtingit soluere. nam & eo quod interimitur aliquid

Aequiuocatio amphibolia

eorum quæ interrogata sunt.& eo quod ostēditur cōclusio,non sic se habere. ¶ Eas vero quæ secundum propositiones,eo quod interimitur quiddam solum.nam conclusio 28
vera est. ¶ Quare volentibus soluere orationem primum quidem inspiciendum si syllogisat,an non syllogisat. deinde vtrum vera sit conclusio an non vera,quatinus vel diuidentes vel interimentes soluamus,& iterum interimentes hoc modo vel illo,quemadmodum dictum est prius. ¶ Differt autem plurimum & interrogatam & 29
non soluere orationem,nam præuidere quidem difficile est,per ocium autem temporis videre facile,earum igitur quæ propter æquiuocationem & amphiboliam redargutionum,aliæ quidem habent aliquam interrogationem plura significantem,aliæ autem cōclusionem multipliciter dictam.vt in ea quidem quę est silentia dicere,conclusio est duplex in ea vero quæ est non conscire scientem. vna interrogationum amphibolia est. Et duplex quidem quandoque est ens,quandoque,nō est ens & quandoque significat duplex.hoc quidē ens,illud vero non ens. ¶ Quibuscūque igitur in fine est multiplex nisi prius sumpserit contradictionem,non fit redargutio.vt in eo quod est cæcum videre:nam sine contradictione non fit redargutio.

conscit dicere iambica attamen ignoret esse iambica

scit dicere iambica, hic



¶ Quibuscunque vero in interrogationibus non necesse est prænegare quod duplex 30
est.nam non ad hoc sed propter hoc fit oratio.In principio igitur ad duplex & nomen 31
& orationem sic respondendum,quod est vt sic,est autem vt non.vt de eo quod est silentia dicere quod est vt sic,est autem vt non,& quæ expediunt agendum. sunt autem quæ sic,sunt autem quę non.nam expedidentia dicuntur mutipliciter. ¶ Si autem late at in fine addendo interrogationi corrigendū.est ne silentia dicere?non tū eos qui silent ¶ Et in ijs autem quæ sic habent quidem multipliciter in propositionibus, similiter nō putas conscīunt,quod sciunt,sic.sed non sic scientes.non enim est idem , quod non est conscire,atque sic quid non esse scientes. 32

Compositio Diuisio

Captiones Dubitatio

¶ Et omnino obluctandum est,tametsi simpliciter colligatur,quod non rem quam dixit negauit,sed nomen.quare id non est redargutio .

¶ Manifestum autem & eas quæ sunt propter compositionem & diuisionem,quomodo soluendum:nam si diuisa & composita oratio aliud significat cum concluditur contrarium dicendum. Sunt autem huiusmodi omnes orationes secundum compositionē 33 34
& diuisionem. Putasne quo viuisti tu hunc percussum,illo percussus est hic?& quo per 35
cussus est,illo tu vidisti? ¶ Habet quidem aliud etiam dubiarum quæstionum, quamuis sit propter compositionem.nam non est duplex,ob id quod est secundum diuisionem non enim eadem ratio fit diuisa & composita.siquidem ora & hora secundum accentum prolata significant aliud,sed in scriptis quidem idem nomen,cū ex eisdem elementis scriptum sit & similiter.& illic autem iam signa faciunt,prolata nō eadem,quare non duplex quod propter diuisionem est manifestum autem quoniam non omnes 36
redargutiones propter duplex.sicut quidam dicunt. Diuidendum igitur & qui respondet.non idem est enim dicere videre oculis percussum & dicere oculis percussum videre.Et Euthidemi oratio.Putasne vidisti tu nunc existētes in Pyrio naues,cum in Sicilia sis.Et rursum putasne malum sutorem bonum esse?sit autem quis bonus sutor malus quare sutor malus. Putasne quorum scientię bonę,bonas esse disciplinas.mali aūt bona disciplina, igitur bona disciplina malū. attamen & malum.& disciplina malum.quare mala disciplina malum. Putasne verum dicere nunc quoniam tu factus es?ergo nunc. ¶ An aliud significat diuisum?verum enim dicere,nunc,quod tu factus es,sed nō.nūc tu factus es. Putasne vt potest & quæ potes,sic & ipsa facies,non citharisans autem habes potestatem citharisandi.chitharisabis igitur non citharisans . An non huius habet potestatem,vt non citharisans citharisaret.sed cum non facit hoc,vt faciat. Soluunt autē quidam id & aliter,nam si dedit vt potest facere,non dicunt accidere nō citharisantē citharisare.non enim omnino vt potest facere datum est facere,non idem autem esse vt potest,& omnino vt potest facere. 37

putasne quo vidisti hūc p oculo illo p cusus ē

hūc autē oculo vidisti per cussū


hic igitur oculo p cussus est illo



& putas quo p cussus est illo tu vidisti

hic autem virga percussus est

virga igitur vidisti



Alia solutio sed insufficiens.

¶ Sed manifestū quoniā nō bene soluūt,nā orationum omniū quæ propter idē,eadem

solutio.eadem autem non accommodabitur ad omnes, nec omnino ad interrogatas: sed est ad interrogantem,& non ad orationem. ¶ Propter accentum autem orationes non sunt,neque in ijs quæ scribuntur , neque in ijs quæ dicuntur , præterquam si quæ
38 paucę fiũt.vt hic putasne est quod habitas,domus?.sic.nõquid,ne est quod habitas:negatio eius est,quod habitas?sic.dicebas autem ne esse quod habitas domum.negas igitur te habitare domum.Quomodo autem soluendum est.palam.non enim idem significat grauiter & acute ploratum. Accẽtuũ captiões
39 ¶ Manifestũ autem & in ĩs quæ fiunt propter id quod vt eadem dicuntur ea quę non sunt eadem,quo pacto obsistendum,eo quod habemus genera prædicamentorum.nã hic quidem dedit interrogatus non esse aliquid eorum quæ quid est significant,ille vero ostendit quidem esse aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, vel quantitatis. videntur autem quid est significare propter dilectionem . vt in hac oratione. Putasne contingit idem simul facere & fieri?non.at vero videre simul & videri idem & secundum idẽ cõtingit.Putasne est aliquid eorum quæ sunt pati facere?non.nõne igitur secatur,vritur, operatur similiter dicuntur, & omnia quidem pati significant?rursum autem currere, videre similiter sibijnuicem dicuntur.veruntamen videre operari aliquid est.quare & pati aliquid simul etiam facere. Si autem aliquis illic dans non contingere simul idem facere & pati:videre & videri dicat possibile nondum,redargutus est si non dicat vide re facere aliquid & videri pati.indiget enim hac interrogatione sed ab audiente opinatur datum esse,cum & secare facere aliquid & secari fieri aliquid dedit & quęcũque alia similiter dicuntur.nam reliquum ipse addit qui audit,veluti similiter dictum.illud autem dicitur quidem non similiter,videtur autem propter dictionem.idem autem accidit hic quod in æquiuocationibus . putat enim in æquiuocis inscius orationum quam dixit negare rem,non nomen.ideoque adhuc indiget interrogatione,si ad vnum aspiciens dicat æquiuocum.sic enim dante,erit redargutio. Similes autem & hæ orationes illis.si quod quis habens post ea non habet,amisit.nam vnum solum admittens calculum,non habebit decem calculos.An quod non habet quidem . prius habens amisit; quantum autem habet vel quot,non necesse est tot amittere.interrogans igitur quod habet colligit in eo quot.nam decem aliquot.si igitur dixisset a principio,si quod quis non habet prius habens.putasne amisit tot?nullus vtique dedisset:sed aut tot,aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis quod non habet.non enim habet vnum solum calculum: An non dedit quod non habuit , sed vt non habuit?nam solum. non quod significat,neque quale,neque quantum,sed vt se habet ad aliquid,vt quod non cũ alio. Quemadmodum si dicat , putasne quod non aliquis habet dabit?non annuente autẽ, interroget si dabit quis aliquid cito,qui non habet cito?astruente autem colligat quod dabit quis quod non habet,& manifestum quoniam non syllogisauit. nam cito nõ est quod dare , sed hoc modo dare , quo autem modo non habet , dabit aliquis . vt quod delectabiliter habet mœste dabit.Similiter autẽ & huiusmodi orationes.Putasne quã non habet,manu percutiet quis?aut quem non habet,oculo videbit?non enim habet vnum solum oculum. Captiões. Figura dictiõis

40 ¶ Soluunt autem quidam dicentes & quod habet vnum solum oculum,& aliud quid libet qui plura habet quidam autem & vt quod habet accepit.dedit enim vnum solum hic calculum,& hic habet(dicunt)vnum solum ab hoc calculum. accepit enim ab hoc , calculũ.accepit enim ab hoc,ergo vnum solum habet hic calculum,alij autem statim interrogationem interimẽtes . quia contingit quod non accepit habere.vt vinum accipientem suaue,si corrumpatur in acceptione,habere acre.Sed quod dictum est prius,hi omnes non ad rationem,sed hominem soluunt.nam si esset hæc solutio dantem oppositum non possibile esset soluere quemadmodum & in alijs.vt si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio.si simpliciter det dici,concludit,si autem non concludit non erit solutio.in prædictis(omnibus datis)non dicimus fieri syllogismus. Dilutio antiquorũ insufficiens
41 ¶ Amplius autem & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est,

Aliæ captiones figuræ dictiōs

scripsit quis? scriptum nunc quod tu sedes falsa oratio erat aut vera: cum scribebatur. igitur simul scribebatur falsa & vera. Nam falsam uel veram orationem vel opinionem esse non quod, sed tale significat. nam eadem ratio: & in opinione. Et putas quod discit dicens, hoc est quod discit? discit autem aliquis quod est trade, celeriter. Non igi- 41
tur quod discit, sed vt discit dixit. Et putas quod ambulat aliquis: pessundat? ambulat autem totam diem. An non quod ambulat: sed quādo ambulat dixit? nec cum cyphum quis bibat: quod bibit, sed ex quo? Et putas quod quis sciuit inueniens vel discens sciuit? quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrum. An hæc quidem omne, quod autem non omne? Et quoniam est quis tertius homo a se, & ab vnoquoque. Nam homo & omne commune, non hoc aliquid, sed quale quid vel ad aliquid vel aliquo modo vel huiusmodi aliquid significat. Similiter autem & in hoc, Coriscus & Coriscus musicus, vtrū idē an alteru? Nā hoc quidem hoc aliquid quale quid significat. quare non est idē exponere autem nō facit tertium hominem, sed idipsum qd esse concedere, non enim erit hoc aliquid esse id quod Callias, & id quod homo est. neque si quis expositum non id quidem quod hoc aliquid esse dicat: sed idem quod quale, nihil refert. nam erit a multis vnum quiddam, vt homo, manifestum ergo quoniam non dandum hoc aliquid esse quid quod communiter prędicatur sed omnibus, sed aut quantum, aut quale. aut ad aliquid, aut aliquid talium significare.

Modus vniuersalis diluēdi dictiōe

¶ Omnino autem in quæ propter dictionem sunt orationibus, semper per oppositū erit solutio quam propter quod est oratio. vt si propter compositionem oratio, solutio diuidendo, si autem propter diuisionem componendo. Rursum si propter accentum 42
acutum, grauis, erit solutio. si vero propter grauem, acutus.

Si autem propter æquiuocationem est, oportet oppositum nomen dicendo, soluere. vt si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestum quod est inanimatum: si vero inanimatum dixit, hic autem animatum colligat, dicendum quod est inanimatum. Similiter autem & in amphibolia. Si autem secundum similitudinem dictionis, oppositum erit solutio. putasne quod non habet: dabit aliquis?

An quod non habet, sed vt non habet vt vnum solum calculum? putasne quod scit dicens vel inueniens. scit attamen non quæ scit. & si quo ambulat pessundat. non tamen quando similiter autem & in alijs.

QVarti Capitis scolia. Argutiarum accidendis diluendarum loca sex.

xlij. Habere autem oportet quo refellat dicendo id perinde est ut id Aristoteles habet ἔχειν δὲ προφέρειν τὸ οἷον habere autem oportet proferre ut, sed quia id subobscurū idcirco aduerba non conuersum est, quod aliquando expedire non tacuit Flaccus cum in arte poetica diceret.

Horatius

Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus
interpres, nec desilies imitator in arctum,
Vnde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex

xliij. putasne id scis, quod debeo te interrogare. non scis ne quatuor paria sint, an imparia. scio, id autem debeo te interrogare, igitur id sciebas, quod te debeam interrogare.

Cognoscis ne uenientem aut coopertum, non. nonne patrem tuum cognoscis, sic qui autem uenit, & qui coopertus est, pater tuus est. cognoscis igitur uenientem & coopertum.

Statua ne opus tuum est? nonne statua opus est? sic, nonne tua? sic, opus igitur tuum.

Canis est ne tuus pater? non est pater, est tuus igitur pater tuus.

Sunt ne omnia pauca, paucies pauca? non, centum ad dena milia paucies pauca, & ita de quodlibet alio. omnia igitur pauca, paucis pauca. Et de paucis & multis alio modo, captiones nectunt. Tria pauca sunt annon? pauca & si unum addidero multa non erunt non progredior rursus, & si quando dabis esse multa, additum granum efficiet acervum, unumque tandem efficiet multa, sed ne centum milia multa sunt. multa unum si depsero, multane reliquam, etiam progrediar, si tandem occurrent, Pauca demptum granum tollit acervum, omnia ne igitur multa sunt, & unum multa, & omnia pauca, & centena milia pauca, siquidem unum paucum. sed hæc ad chrysippi soritas. cum minutatim, gradatimue additur, aut demitur (ut in achademis ait Cicero) id captio

fissimum & vitiosum interrogationum genus Soritas appellant , qui aceruum faciunt vno addi
to grano. &adeo irrepsit id tortuosum argumentandi genus, vt Sorbona id aliquando vel inuita Soritę
sentiat. attamen Athenis hæc Areopagus damnabat. 44. Idipsum quod approbant , scilicet
possibile esse idem cognoscere et ignorare. 45 Nam possibile est ostendere quempiam quod fal
sum quidem syllogisauit. possibile est vt quispiam dicat orationem Zenonis que est impossibile
est aliquid moueri, colligere falsum , et insuper illum dicere quare si quis moliatur ratione Zeno
nis colligere vt ad impossibile peccat, tametsi millies colligat. dicere certe illo modo non est solue
re , sed soluere est ostendere id propter quod falsum colligit , & quare si quis moliatur oratione
Zenonis colligere vt ad impossibile peccat. Fortasse autem & id idem cognoscere & ignorare nõ
secundum idem, verum et ex emplis eius qui ita solueret, parum accommodatur. Sic enim idem
cognoscit et non cognoscit, sed non secundum idem, si quispiam venit aut laruatus, aut velata fa
cie nihil prohibet illum cognoscere et non cognoscere respectu diuersorum predicatorum , non
autem secundum idem. vt agnoscis quod venit, quod faciem velatus , quod pullo vestitus indu
mento, quod calligatus, quod crepidas habeat laceras, et multa fortasse alia huiusmodi predicata
que sensus ostendunt nescis tamen an Petrus, an Ioannes, an notus tibi an ignotus, affinis an nul
la tibi necessitudine vinctus, an literatus, an literarum expers et innumera huiusmodi: et quanuis
cognoscas venientem, hoc est esse venientem atque quod venit et qui venit Petrus sit. non tamẽ
oportet te cognoscere quod Petrus is sit qui venit . nam non oportet si accidens cognoscas, et di
stincte semper eius agnoscere subiectum, remque subiectam & quanquam idem esset pater tuus:
non oportet te cognsocere venientem esse patrem tuum non enim si rei subiecte cuiuspiã accidẽs
aliquod cognoscimus: et aliud identidem eiusdem rei subiecte accidens cognoscere oportet. esset
enĩ Petrus res subiecta, accidentia eius veniens et pater tuus. nã idẽ et veniens et pater tuus. Quod
autem vocabula notiones mentis designantia, arceant ad huiusmodi notiones, quod referat enun
ciare venientem agnosco, et agnosco venientem: recentiorum sunt , et propemodum frigida neo
tericorum somnia. 46. Quod omnis numerus paucus, sunt ne centũ ad dena milia pauca. et mil
le ad decies centena milia? sic omnis igitur numerus paucus. 47. Sed non tuum filium. non acci
dit esse tuum filium, quia scilicet non est filius tuus, accidit tamen , sequiturque quod sit tuus , et
quod sit filius. Et si quid ad mala : non sequitur si prudentia est disciplina malorum : ergo est ali
quid malorum, sed captio est accidentis, aut propter id quod aliquo modo et simpliciter. Nõ ẽm
si bonum est et huius: bonum huius simul. vt si est bonum possidentis : quod simul sit bonum ma
li, si is qui possidet malus sit etiam et malo , diuine bone non dicuntur, sed male. Non enim si in
terdum aliquid significamus auferentes, ceu cum dicitur homo est e numero animalium , cum au
ferimus e numero et solum id dicimus homo est animalium, idem quoque ĩtelligi volumus: at nõ
propterea multiplecetatem aliquam esse oporteat Nam & dimidium dicẽtes versus da mihi Ilia
da significamus nam et dicentes da mihi dimidium versus significamus Iliada, significamus dimi
dium versus Iliados: vt verbi causa iram pande dea. non tamen quando tantundem volumus si
gnificare auferentes Iliados et dicendo da mihi dimidium versus acsi integre dictum fuisset , da
mihi dimidium versus Iliados, propterea illud truncatim dictum multiplex est, iram pande dea,
hemistichus dimidiatusque versus est. Illiados Homeri, hoc enim hemisticho incipit Ilias μῆνιν ἄ
ειδε & perinde est ac si puerum interrogans dicerem, da mihi dimidium versus, significans Ae
neida, hemisticumque Virgiliane Aeneidos perinde acsi plane interrogarem, da mihi dimidium
versus Aeneidos, et protinus subiungeret. Arma virumque cano, non propterea oratio da mihi
dimidium versus, multiplex , neque quoque oratio homo est animalium multiplex erit .

¶ De diluendis argutijs accidentis. Cap. IIII.

AD illas vero quæ propter accidens: vna quidem solutio est ad om
nes. nam quia indeterminatum est quando dicendum de re : cum Captiões accideñtis
42 quippiam accidenti inest. & in quibusdam quidem videtur & di
cunt, in aliquibus autem non dicunt necessarium esse . dicendum
igitur conformantes similiter ad omnes quod non est necessari
um. habere autem oportet quo refellat dicendo perinde est vt.
43 ¶ Sunt autem omnes huiusmodi orationes propter accidens, pu
tasne, id scis, quod debeo te interrogare? Age cognoscis ne venien
tem aut coopertũ? Statua ne tuum opus est? An tuus canis pater ? sunt ne paucies pau
ca, pauca? manifestum enim in omnibus his quoniam non necesse est quod de acciden
te dicitur? & de re verum esse. solis enim ijs quæ secundum substantiam sunt indifferen
tia. & quæ vnum sunt: omnia videntur eadem inesse . bono autem non idem est bonũ
esse & venturum est interrogare. neque venienti , aut cooperto , & venientem esse &

Vnde sunt sophistici syllogismi.

Quoniam autem habemus propter quæcunque fiunt apparentes syllo- 43
gismi: habemus & propter quæcunque fiunt sophistici syllogismi, & re
dargutiones. dico autem sophisticam redargutionem & syllogismum,
non solum apparentem syllogismum aut redargutionem non existen-
tem quidem, at apparenter accommodatã rei. sunt autem illæ quæ non
secundum rem redarguunt, & quæ monstrant ignorantes: quod quidẽ
erat proprium tentatiuæ, est autem tentatiua, pars dialecticæ. illa autem potest syllogi-
zare falsum: propter ignorantię eius qui dat orationem. Sophisticę autem redargutio-
nes tametsi colligant contradictionem: non faciunt manifestum, si ignorat. nam & sciẽ
tem impediunt hisce orationibus. ¶ Quod autem illas habeamus: hac via manifestum 44
est. nam propter quæcunque apparet audientibus vt interrogata syllogizare: propter
hæc & respondenti vtique videatur. quare erunt syllogismi falsi per hęc aut omnia, aut
aliqua. nam quod non interrogatus arbitratur dedisse: & interrogatus quoque ponet.
Verum in quibusdam simul accidit & iterrogare quod deest, & apparere falsum. vt in
ijs quæ sunt secundum dictionem, & solœcismum. ¶ Si ergo syllogismi contradictio- 45
nis propter apparentem redargutionem sunt, manifestum est quod propter tot erunt.
& falsorum syllogismi, propter quot & apparens redargutio: apparens autem propter
particulas veri. nam cum quodcunq; defuerit, apparebit redargutio. vt quod propter
non accidens: propter orationem, quæ ad impossibile. & quæ duas interrogationes vt
vnam facit: propter propositionẽ. & pro eo quod per se: quod propter accidens. & hu-
ius particula: quod propter cõsequens. amplius non in re: sed in oratione accidere. dein
de pro vniuersali cõtradictione, & secundũ idẽ, & ad idem: & similiter: propter id quod
in aliquo, vel propter vnumquodq; horum peccat. amplius propter id quod est nõ con-
numerato eo quod in principio: quod in principio sumere. quare habemus secundum
quot fiunt captiosæ ratiocinationes. nam secundũ plura non erunt: secũdum aũt ea quę 46
dicta sunt, erunt oẽs. ¶ Est autem sophistica redargutio nõ simpliciter redargutio, sed
ad aliquem. & syllogismus similiter. Nam si non sumat id quidem quod est propter æ-
quiuocũ vnum significare, & quod propter similitudinis figuram solũ hoc quidẽ, & in
alijs similiter: neque syllogismi neque redargutiones erũt, neque simpliciter, neque ad
eum qui interrogatur. si aũt sumant: ad eũ qui interrogatur erunt, simpliciter autem nõ
erunt, non eñ vnum significatũ sumpserunt sed apparens: & apud illum quidem.

de redargutione sophistica.

Octaui cap. scho. Veræ redargutiones innumeræ. apparẽtes identidẽ innumeræ appa
rentes sophisticæ redargutiones secundũ locos dialecticos & cõmunes sumẽdæ. q; di
luendę. q; dialecticis esse posse sumere vnde & veræ & apparentes redargutiones fiunt.
47. Nã infinitæ fortasse scientiæ. id de partialibus intelligitur scientijs. vnaquæq; eñ
conclusio quæ demonstratione colligitur, scientiam aggenerat. 50. Nam illarum instantiæ, ob
iectiones, refutationes. Obijciunt eñ ac refellunt dialectici ex cõmunibus principijs: si quid per
peram est dictum. Habemus autem propter quæcunque summatim scilicet & in vniuersali: sed
propter dictionem, & septem extra. Sed talibus, ignaris scilicet orationes falsas ac apparentes
a veris secernere. Infinita enim sunt si quis consideret illa secundum quæcunque apparent qui
buslibet. si quis considerare moliatur in particulari illa omnia secundũ quæ cuiuis apparẽt, nõ
autem si summatim considerentur vt in superiore scholio dictum est. 51. Quare manifestũ est
quoniã dialectici est. nam eiusdẽ artificis est, in ijs quæ considerat, rectum & obliquum cogno-
scere, vt grãmatici latialem locutionẽ, & barbaram solœcisticamq;, sese latinam ementientem.

¶ De veris & falsis redargutionibus. Cap. VIII.

Veræ redargutiones, innumeræ.

Propter quæcunque autem redarguunt qui redargutionibus
vtuntur, non oportet tentare sumere, sine omnium quę sunt 47
scientia. id autem non vnius artis. nam infinitæ fortasse sunt
scientiæ. quare manifestum: quoniã & demonstrationes, redar
gutiones quidem sunt, & veræ. nam quæcunque est demõstra
re: est & redarguere eum qui ponet contradictionem veri. vt
si commensurabilem diametrum posuerit: redarguet quis de-
monstratione, q; incõmensurabilis. quare oĩm oportebit esse
sciũ. nã aliæ quidem sequũtur ꝓpter ea quę in geometria sunt
principia & eorũ cõclusiones, aliæ autem propter ea quæ sunt in medicina, aliæ deniq;

48 propter illa quæ sunt aliarum disciplinarũ. ¶Sed falsæ redargutiones similiter infini-
tæ erunt. ¶Nam secundum vnamquanque artem est falsus syllogismus. vt secundum Falsę, in
geometriam geometricus: & secundum medicinam medicinalis. dico autem secundum numerę.
49 artem, secundum illius principia. ¶Manifestum est igitur quod non omnium redargu
tionem: sed earum quæ sunt secundum dialecticam, sumẹndi sunt loci. ¶Nam ij com-
munes sunt ad omnem artẽ & potentiam. & eam quidem quæ est secundum vnamquã
que disciplinã redargutionem: scientis est considerare siue cum non est apparet: siue cũ
est, & quare est. eam autem quæ ex communibus est, & sub nulla arte cadens: dialecti-
corũ. nam si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quolibet: habebimus ex qui-
50 bus redargutiones, redargutio nanque est syllogismus contradictionis. quare aut vnus
aut duo syllogismi contradictionis: redargutio est. ¶Habemus igitur propter quęcun
que omnes huiusmodi sunt. si autem hæc habemus, & solutiones habemus. nam illa-
rum instantiæ: solutiones sunt. habemus autem propter quæcunque & apparentes fi-
unt: apparentes autem non cuilibet, sed talibus. infinita enim sunt siquis consideret il-
51 la, secundum quęcunque apparent quibuslibet. ¶Quare manifestum est quoniam dia
lectici est posse sumere propter quæcunque fit per comunia vel quæ est redargutio vel
quæ apparet redargutio, vel dialectica vel apparens dialectica vel tentatiua.

NOni cap. scho. Orationes ad nomen & ad intellectum re ipsa non differẽtes. syl
logismus peior redargutione. apparentium redargutionum causæ, in syllogis
mo, aut in contradictione, aut in vtroque non diuersum genus orationum ad
intellectum, quæ non ad nomen. non æquum vt respondens petat proposita
distingui. Syllogismi nomen sit alias argumentationum species extendimus.
52. Non vtitur nomine (qui putat interrogare) eo: ea re ad quam respondens
admisit orationem. Primum igitur huiusmodi circa orationes est ad nomen & ad intellectum:
in orationibus quæ plura significant est differere ad nomen & ad intellectum. ad nomen qui-
dem, quando is qui interrogat & is qui respondet. intelligentiam suam nõ ad idem significatũ
accommodant, ad intellectum vero, quando prorsus ad idem accommodant, 53. Quare opor-
tet de syllogismo prius quam de falsa redargutione nam syllogismus prior est apparenti syllo
gismo, vt verũ prius falso, & apparens syllogismus peior apparenti, falsaq; redargutione: vt ge
nus prius est specie. multo igitur syllogism⁹ prior falsa redargutione, quare & eius determina-
tio prior. 54. Qđ non habet aliquis, dare. an quis dat q non habet? non. aliquis dat vnũ solum
denariũ, non habet autẽ vnum solum denariũ, quod igitur non habet dat. neq; colligit, neque
recte contra dicit. Et de eo quod est Homeri poema. oĩs circulus est figura. poema Homeri, cir-
culus est. poema igitur Homeri, figura. Poema fortasse circulus appellatur, cum ab eodem ver
su incipit & in eundem desinit, quos & anteealares dicunt. quale id est apud Vergilium.

Ducite ab urbe domum mea carmina ducite Daphnin.
Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit Virgili⁹.
Vno, eodemque igni. sic nostro Daphnis amore,
Sparge molam: & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus urit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

55. Et dedit non vt eam figuram de qua concludebat, & concessit non vt significat eam figu
ram de qua qui argumentabatur, concludebat habere tres duobus rectis æquos: vt si pro de to
to cælesti triangulo, aut pro numero vt monadæ, ternario, aut senario: qui trianguli sunt apud
arithmeticos. Eum qui non dat diuisionem. sunt qui non dãt diuisionem: quod nullum vocabu
lum anceps ambiguumque dicunt vt Diodorus cronus. aut qui dicũt quidem (vt Chrysippus ●●●●
qui omne vocabulum anceps dicebat) sed diuisionis omnem partem refutant. 56. Vt putas a b cd
æquales sunt vnitates binarijs, in quaternario? vt sunto a b c d quatuor vnitates. binarius vnus
est a b, secundus c d, tertius a c, quartus b c. veruntamen sunt duo duntaxat in communicantes
a b, & c d. duo autem a c, & b d communicant, suntque alijs duobus inexistentes. Illum autem
interrogare neque dialectici tentantis, neque sophistæ interrogantis est docere: sed eius est in-
terrogare, non autem respondentis.

¶Orationes: ad nomen & ad intellectum non bene diduci. Cap. IX.

NOn est autem differentia orationum quam quidam dicunt esse: has
52 quidem ad nomen, illas vero ad intellectum. Inconueniens enim est ad nomẽ
opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas vero ad in- & ad in-
tellectum & non easdem. quid enim est non ad intellectum; nisi quã- tellectũ;
do non vtitur nomine (qui putat interrogare) eo ad quod is qui in-

terrogatus est dedit? Idem autem id est & ad nomen. & ad intellectum autem: quando ad quod dedit intelligens: si autem aliquis (plura significante nomine) vnum putet significare & interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnũ plura significat. sed & respondens & interrogans Zeno vnum putans esse interrogauit, & est oratio quod vnũ omnia) hæc ad nomen est: aut ad intellectum interrogantis disputata. si vero aliquis multa putet significare: manifestum quod oratio illa non est ad intellectum. primum igitur circa huiusmodi orationes: est ad nomen & ad intellectũ: quæcunque plura significant. deinde circa quamlibet est. nam non in oratione est ad intellectum esse: sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea quæ dantur. deinde ad nomen contingit omnes eas esse. nam esse ad nomen: hoc in loco est esse non ad intellectum, nam si non omnes: erunt quædam aliæ quæ neque ad nomen neque ad intellectum. illi vero dicunt omnes: & diuidunt vel ad nomen vel ad intellectum esse omnes. alias autem nõ. Attamen quicunque sunt syllogismi propter id quod multipliciter, horum aliqui sunt secundum nomen. nam absurde dicatur secundum nomen esse omnes, qui sunt propter dictionem. sed sunt quædam captiones non in eo quod respōdens ad eas se habeat aliquo modo: sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quę plura significet.

syllogismus redargutione. redargutionum causæ.

¶ Et omnino inconueniens est de redargutione disserere & non prius de syllogismo: 53
nam redargutio syllogismus est. quare oportet & de syllogismo prius: quam de falsa redargutione. nam talis redargutio, apparens syllogismus contradictionis.

¶ Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione (nã adiungere oportet contradictionem) quandoque autem in vtroque erit apparens redargutio. est autem de eo 54
quod est silentia dicere: in contradictione, non in syllogismo. De eo autem quod est quod non habet aliquis, dare: in vtrisque. de eo vero quod est qđ Homeri poema est figura. per circulum: in syllogismo. quæ autem in neutro est: verus est syllogismius.

¶ Verum vnde sermo prouenit reuertamur. vtrum quæ in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui videtur plura significare triangulus, & dedit non vt eam figuram de qua concludebat quoniam duo recti: vtrum ad intellectum illius 55
disputauit hic, an non? amplius si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neque putat quo modo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare, eum qui non dat diuisionem? siue interroget aliquis si est silentia dicere an non? an est quidem vt non: an est vt sic? si autem dat aliquis nullo modo, ille autem disputat: vtrum non, ad intellectum disputat, quamuis oratio videatur earum esse quæ ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum: sed ille quidem ad nomen sunt. & huiusmodi, non omnes: non quod redargutiones, sed neque apparẽtes redargutiones. nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones. vt 59
quæ propter accidens, & reliquæ.

¶ Si autem postulet diuidendum, quod dico quidem silentia dicere: hæc autem sic, illa vero non sic, id profecto primum, absurdum postulare. nam quãdoque non videtur interrogatum multipliciter se habere. atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere: quid aliud erit? manifestum enim faciet quonam pacto se habet, ei: qui neque considerat, neque scit, neque opinatur quod aliter dicitur. quia & in non duplicibus quid prohibet hoc facere. vt putas æquales sunt vnitates binarijs: in quaternarijs sunt autem binarij hi quidem inexistentes: illi autem non sic. & putas contrariorũ vna est disciplina an non? sunt autem contraria hæc quidem nota: illa autem ignota. quare videtur ignorare qui hoc postulat, quod aliud est docere quã disputare: & quod oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere: illũ autẽ interrogare.

DECIMI Cap. scolia. dialecticus tentatiuus interrogans petit aut cõncedere aut negare. quo dialecticus & sophista differunt. syllogismus contentiosus pariter & sophisticus vnus circa indeterminata & quæ nullius sunt determinati generis, alius circa ea quæ determinati sunt generis. quo differunt contentiosi & sophistæ, reipsa contentiosi sophistæ, & oratio contentiosa sophistica, sed alia aliaque ratione. quomodo contentiosa oratio ad dialecticam se ha-

ad dialecticam se habet. 58. Qui igitur secundum rem considerat, qui pro rei veritate considerat. LVI. Et syllogismus contentiosus & sophisticus, syllogismus cōtentiosus & sophisticus re ipsa cōcidunt, vnus idemque sunt: aut rationum sentiunt interualla. nam cōtentiosus est ad victoriam, sophisticus autem ad apparentem sapientiam aucupendarum quidem diuitiarum gratia, & qui ad victoriam & ad aucupium pariter esset: cūtentiosus sophisticusque ex numero. 61. esset. LXIIII. Et quæcunq; (cum non sint) cum non sint secundū artem & esse videātur: tales omnes contentiosæ, illę autem sunt secundum artē: quæ proprijs ꝓcedūt, vt pseudographiæ, quæ neq; contentiosæ, neq; sophisticæ dicuntur. videntur autem secundum artem esse: quæ non procedunt ex proprijs artis, sed ex cōmunibus, vt ratio Brissonnis. Tres maximopere insudasse ad monstrandā circuli quadraturam ante Aristotelis tempora leguntur. Antiphon, Hippocrates Chius, & Brisson. Antiphō inscribebat quadratū circulo & super quatuor latera quatuor ęquipedos: proueniebatque poligonia octogona, & rursus ęquipedos supra singula æqualium laterum æquipedorum, surgebatque hexadecagona & sic procedendo, censebatque tandē intercepta spatia absumi æquipedis, & illam poligoniam vltimam æquari circulo. at cum datę poligoniæ: quadratum æquale assignabile sit, & circulo quoq;, vt eius ferebat opinio, id falsum sumebat, id spatium interceptum, absidemque illam tandē absumi æquipedis & dari posse vltimam poligoniam, de ratione per lunulas (quæ pseudographa est) Hippocratis Chij ammonuimus secundo priorum analyticorum in notis cap. 25. Brisson opinabatur se hac ratione quadrare circulum. inscribebat enī & circūscribebat circulo quadratū, & tertiū efficiebat maius inscripto & minus circūscripto, ex hoc quoque argumentabatur, quæcunque eisdem maiora & eisdē minora, æqualia igitur hęc oratio, captiosa sophisticaque est, ꝙ communi vtitur, quæcunq; eisdē maiora & eisdem minora, equalia esse. quod etiam sophisticum principium est, & ꝙ in superficie verū apparet. nam viij. & ix. eisdē maiora sunt (nam maiora. vij. & vi) & eisdē minora. nam minora. x. & xi. attamen vi. & viij. nullus fateatur æqualia. Iniusta pugna, contentiosa est. pugna proprie est ea quæ pugnis fit concertatio, hic autem generaliter & pro omni cōflictatione. 60. (vt diximus) non id in diffinitione sophistices dixit, sed sophistæ, ꝙ sit .χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, id est pecuniarum aucupator ab apparente sapientia. LVII. Ex eisdem contentiosa: differendi modo captiose decipit, ex eisdem. nam communibus, ex eisdem etiam pricipijs. nā dialecticam & contentiosam nihil prohibet eisdem vti principijs, sed hæc quidem perperā, illa recte. hęc male intelligens maleque applicans, illa recte. quanq̄ contentiosa etiam peculiaria habeat, quę in cortice apparent, sed introrsus & altiuscule explorata, falsa ementitaque esse deprehenduntur, vt quod liceat semper pro nomine ponere orationem & huiusmodi innumera. Non ex illis vtique erit contentiosa, ex illis, ex proprijs, vt & oratio pseudographa.

Brisson



Hippocrates



Tentatiua quid interroga

Differūt dialecticus & sophista.

Similes sunt syllogism⁹ contētiosus & sophisticus

¶ De interrogatione tentatiue: & quid contentiosum, sophisticumque intersit. Cap. X.

57 AMplius affirmare vel negare qui postulat: id non monstrantis est, sed experimentum sumentis. nam tentatiua. dialectica quædā est. quapropter de omnibus inspicit: & explorat non scientem, sed ignorantem atque simulantem. ¶ Qui igitur secundum rem considerat communia, dialecticus est: qui autem id apparenter facit, sophisticus.

58 ¶ Et syllogismus contentiosus & sophisticus: vnus quidem est apparens syllogismus, circa ea de quibus dialectica tentatiua est: quamuis vera sit conclusio. nā eius quod est propter quid hallucinatorius est.

59 & quæcunque (cum non sint) secundum cuiusque disciplinam captiosæ ratiocinationes, videtur esse secundum artem. nam pseudographiæ non contentiosę (secundum enim ea quæ sub arte sunt: captiosæ sunt ratiocinationes) neque si aliqua est pseudographia circa verum, vt Hippocratis quadratura quæ per lunulas: sed vt Brisso quadrauit circulum. & tametsi quadraretur circulus: quia tamen non secundum rem, ideo sophisticus. quare & qui de his quidem apparet syllogismus: contentiosa est oratio. nam apparens est secundum rem, quare fallax & iniusta. quemadmodum enim ea (quæ in certamine est) iniuria, quandam speciem habet, & est quædam iniusta pugna: sic in contradictione, iniusta pugna contentiosa est. nam & illic qui omnino vincere volunt, omnia tentant: & hic, qui contentioni sunt.

60 ¶ Qui igitur victoriæ ipsius gratia, tales sunt: contentiosi homines & litium amatores videntur esse. qui autem glorię gratia quæ in diuitijs est: sophistici sunt. nam sophisticæ est (vt diximus) pecuniarum quędam aucupatiua ab apparente sapientia. quapropter demonstrationem apparentem appetunt.

61 ¶ Et in eisdem orationibus quidam sunt litium amatores & sophistæ, sed nō propter eadem, & oratio quidem eadē erit so

Quomo uo contētioſa oratio ad dialecticā.

phiſtica & contentioſa . ſed non propter idem . ſed quatenus quidem eſt ob victoriam
apparentem,contentioſa:quatenus vero ob ſapientiam,ſophiſtica : nam ſophiſtice eſt
quædam apparens ſapientia:non autem exiſtens. ℭContentioſa vero eſt quodammo
do ſicſe habens ad dialecticam :vt id pſeudographa geometricam.nam ex eiſdem con
tentioſa,differendi modo,captioſe decipit:vt & pſeudographa,geometrice.ſed hæc qui
dem non eſt contentioſa:quia ex principijs & concluſionibus quæ ſunt ſub arte pſeu-
dographiam facit.quæ autem ex ijs eſt quæ ſunt ſub dialectica:circa alia quidem contē
tioſam eſſe,manifeſtum eſt. vt quadratura quidem quæ per lunulas, non contentioſa.
Briſſonis autem contentioſa , & illam quidem non eſt transferre niſi ad geometriam
ſolum:eo quod ex proprijs fit pricipijs.hanc autem ad plures quicunque neſciunt qd
eſt poſſibile in vnoquoque,& quid impoſſibile.nam accõmodabitur:aut vt antiphon
quadrauit.vel ſi quis non dicat melius eſſe poſt cœnam deambulare per Zenonisrati-
onem:non medicinalis.communis enim eſt.ſi ergo omnino ſimiliter ſe habebat cõten
tioſa ad dialecticā:vt pſeudographa ad geometriam ,non ex illis vtique erit contētioſa.

Vndecimi Cap.ſcolia Quod dialecticus non circa determinatum ſubiectum.nul-
la ſcientiarum interrogatiua.tentatiua interrogatiua.& nullius determinati ge
neris.illiterati,quodam modo dialectica & tentatiua vtuntur.illiterati redargu
uũt cõmuniũ ars,dialectica.epilogus.63. Neque demõſtratiuus vllius:neq; texēs
demonſtrationem.nam demonſtratio ſcientiæ eſt.omnis autem ſciētia ex nume
ro .162.primi poſteriorum determinati generis.Neque talis, qualis vniuerſalis artifex.vniuer
ſalis artifex, metaphiſicus , ſupramundanuſque philoſophus.54. Si autem monſtraret,neq;
dialectica demonſtrat quicquam neque ſua principia(quæ communium locorum elementa
ſunt)interrogat.65.Non ſciens aliquis.nam dialecticus & tentatiuus vt huiuſmodi ſcientes nõ
ſunt,quandoquidem ſcientia circa propria ſit.non tamen ſunt rerum ignari, ſed diſciplinam
habent communem a qua dialectici,tentatiuique dicuntur perinde ac intelligentes , ſcientes
non ſunt,non tamen ignorantes,ſed intellectum tenent, cognoſcendi principia habitũ a quo
intelligentes dicuntur.Neque ex proprijs,ſed ex conſequentibus.ſed ex communibus.
Quæ ſcientem quidem , nihil prohibet neſcire artem nihil prohibet non habere ſpecialem ali
quam ſcientiam.ſed qui illa (communia ſcilicet)neſcierit vt appareat ignarus neceſſe eſt.66.
Quamuis videantur longe extra dicere.illiterati nihil minus ſciunt communia quam qui artes,
profitentur.quãuis plerunque valde aliena dicere videantur.& a cõmunium intelligentia ſemota
quod inſita cuiq; differēdi vis,non ſufficiat,niſi arte: vſuq; exercitatione,fulciatur 68
Sed vt negationes.quia negationes neq; naturam certam,neq; genus dicunt,circa quod exiſtāt 93
ſed quodam modo ſunt circa omnia.

ℭOrationes dialecticorum,tentatiuorumque:non eſſe
ad determinatum genus. Cap.XI:

Dialecticus non eſt determinati generis.

Nulla ſciētia īterrogat:

Nunc autem non eſt dialecticus circa genus aliquod determi- 64
natum,neque demonſtratiuus vllius ,neque talis qualis vni-
uerſalis.nam neque oīa ſunt in vno genere.neque ſi ſint.poſſi
bile eſt ſub eiſdem pricipijs eſſe,ea quæ ſunt. ℭQuare & nul
la ars earum que aliqam naturā demõſtrant:interrogatiua eſt.
nam non poſſibile eſt vtramuis partium dare.ſyllogiſmus eñ
non fit ex vtriſque dialectica autem interrogatiua eſt(ſi autē 65
monſtraret:quid illud,niſi & omnia?)verũtamen prima,pecu
liariaque principia non interrogat.nam ſi non daret:non iam
haberet,ex quibus amplius diſputaret ad inſtantiam. ℭTalis autem eſt tentatiua:

Tētatiua īterrogatiua,& nullius determinati gñis

nam tentatiua non talis eſt qualis eſt geometria:ſed qualem vtique haberet,non ſciens
aliquis.fieri enim poteſt vt periculum ſumat,& is qui neſcit rem:de eo qui neſcit.ſiqui
dem & dat non ex quibus ſcit,neque ex proprijs:ſed ex conſequentibus,quæ omnia ta
lia ſunt quæ ſcientem quidem,nihil prohibet neſcire artem,neſcientem autem neceſſe 66
eſt ignorare.quare manifeſtum quoniam nullius determinati tentatiua diſciplina eſt 67
eo quod de omnibus eſt.nam omnes artes vtuntur quibuſdam communibus. ℭIdeo
que omnes illiterati quodam modo vtuntur dialectica & tentatiua .
ℭNam omnes vſque ad aliquid conantur diiudicare eos qui pronũciant.hęc autē ſunt
communia,nam illa nihil minus ſciunt ipſi,quamuis videantur longe extra dicere. Re
darguũt igitur oēs.nā ſine arte qdē eo participãt:cuius artificialiter eſt dialectica.& ar-

68 te syllogistica, tentatiuus: dialecticus. ¶ Quoniam autē sunt multa quidē hęc & de om
nibus, non talia autem vt natura quædā sint, & genus, sed vt negationes, alia aūt nō ta Dialectica.
lia, sed propria sunt: ex illis de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem
esse quandam, & non talem esse quales quæ demonstrant, eo quod cōtentiosus nō est Ars cō-
omnino sic se habens: vt pseudographus. nam nō erit captiosus ex determinati cuiuspi muniū
69 am generis pricipijs: sed circa oē genus erit eis qui contentiosus. ¶ Loci igitur sophisti epilogus
carum redargutionum hi sunt, & quod dialectici est considerare de his, & res eas posse
facere: non difficile videre. nam quæ circa propositiones est disciplina: omnē habet hāc
speculationem, & de redargutionibus quidem apparentibus: dictum est.

Duodecimi capitis scholia. Sophistici loci ducendi ad falsum & inopinabile duodecim. 70. Et per interrogationem accidit maxime: aut ostendere falsum, aut ducere ad inopinabile. Venatiuum est illorum, falsi & inopinabilis. 73. Consideratio facit, qui respondet se minus obseruat, & liberius loquitur more docentium & interrogans sophista ex attētione ad verba respondētis plerūq; aucupatur argumētandi facultatē. 74. Quemadmodū dictum est prius, libro secundo numero vicesimo. 75. Ex quo genere, ex qua secta philosophātium em̄ Athenis sectæ erāt Academici, Stoici, Peripatetici: speciales aūt quā plurimæ. nā alij Zenonij, alij Cynici, alij Platonici, alij Pythagorei, & hunc in modū ab ijs qui suā stabilire sufficerent hæresim sed in sectarū diuersitate, philosophia veritatis indumentū laceratur atq; discerpitur. & nunc ob id oīa ferme perierunt gymnasia. nam vt veritas vna, & philosophiæ vnius, deceret veritatis amicos esse sequaces. neque dissonantes magistros facere studiorum (aut verius factionum) duces, quæ em̄ cū amore sapiētiæ, factionis cōuentio? LXXVII. Eum vero qui ducit ad has: ad manifestas opiniones, & quas verbotenus confitentur homines. absconsæ aūt quæ animo recte geruntur. 78. Et veteres autem omnes, vsq; oportet autem, verba Callichis sunt in Gorgia, qui dialogus etiam a Platone inscriptus Gorgias est. 80. Vt ij quid circa orationes, vt sapientes qui orationibus & scriptis veritatem determinant, vt voluptates fugiendas esse. honestū vtili proferendum. potius appetendum quā turpe, committendum, & cætera id genus, pro veritate determinata sunt quanuis mēs alligata sensibus, magis ad opposita facienda trahatur. 81. Lex opinio multitudinis id de lege populari. nā lex in regia gubernatione, regis est institutum, in tyrannidr, tyrāni. in optimorum gubernatione, scit a prudentium in paucorum potestate, opulentorum. in republica & sensu potestate mediocriter coniectantium, & in populari popularium. Sed hæc alienæ sunt contemplationis.

¶ Loci sophistici interrogantium ad falsum aut inopinabile. Cap. XII.

70 DE aliquo est falsum quippiam ostendere: & oratione ad inopina- Primus locus.
bile ducere. hoc autem fuit secundum propositum sophisticæ in-
tētionis. primum quidē ex eo q interrogat quodā modo, & per
interrogationē accidit maxime. nā id, ad nullum determinatū in-
terrogare propositum venatiuum est illorum, temere nanque di-
centes: peccant magis. temere autem dicunt: quando nihil habent
71 propositum. ¶ Et id interrogare multa (quanuis id determinatū
sit ad quod disputant) & id, ea quæ vidētur, dicere se postulare: fa-
cit quandam idoneitatem: vt ad inopinabile ducat, aut falsum. ¶ Et si interroga- Secūdus
tus affirmet: aut neget illorum aliquid: ducere ad ea ad quæ promptus est argumenta-
ri. potest tamen nunc minus nocere per hæc quam prius. nā repetunt aliquid ad id qđ Tertius
72 in principio. ¶ Elementum autem deueniendi ad falsum aliquod aut inopinabile: nul
lam statim interrogare positionem, sed affirmare ob id se interrogare, quod discere ve- quartus
73 lit. nam locum argumentationis, consideratio facit. ¶ Ad falsum autem ostendendum
proprius locus sophisticus est ducere ad talia ad quæ abundat orationibus, est autē be- quintus
74 ne & non bene id facere: quemadmodum dictū est prius. ¶ Rursum vt ad inopinabi- Sextus
lia ducat: cōsiderare ex quo gn̄e est qui disputat, deinde interrogare quod pluribus illi
75 dicūt inopinabile, est em̄ singulis quibusque aliquid tale. ¶ Elemētū aūt horum: sume- septim9.
re singulorum quorūque positiones in ꝓpositionibus. Solutio vero & horū cōpetens
76 fertur: ostendere q nō propter orationē accidit inopinabile semper aūt id quoque vult
qui contendit. ¶ Amplius aūt ex voluntatibus & manifestis opinionibus. nam non ea octauus
77 dem volunt & dicunt, sed dicunt quidē decoratissimas orationes, volunt aūt ea quæ vi-
dentur prodesse. vt bene mori magis quā voluptuose viuere dicunt oportere. & agere
iuste magis quā diuitijs affluere praue volunt aūt contraria. cū igitur qui dicit secundū
voluntates: ad has: manifestas opiniones deducendum: eum vero qui dicit secundū has

ad abſcõſas.vtrouis enim modo neceſſarium eſt inopinabilia dicere. nam aut ad mani
Nonus. feſtas aut immanifeſtas opiniones dicũt contraria. ¶ Plurimus autem eſt locus facien 78
di inopinabilia dicere:quemadmodum Callicles in Gorgia ſcriptus eſt:dicẽs.& veteres
autem omnes arbitrati ſunt accidere propter id quod ſecundum naturam & ſecũdum
legem contraria. cantraria eñ eſſe naturam & legem dicunt. & iuſtitia ſecundũ legem
quidem eſſe bonum.ſecundum aũt naturam non bonum . oportet igitur ad eum quis
dem qui dicit ſecundum naturam.ſecundum legem obuiare.ad eum vero qui ſecundũ
legem:ad naturam ducere.nam vtroque modo dicere contingit inopinabilia.erit autẽ
decimus quod ſecundum naturam quidem ipſis verum,ſecundum autem legem quod multitu
dini videtur.quare manifeſtum quod,& illi,quemadmodum & qui nunc:aut redargue
re,aut inopinabilia dicere reſpondentẽ conabantur efficere. ¶ Quędam autem interro 79
Vndeci gationum,hñt vtrinqu e inopinabilẽ reſponſionẽ. vt verum ſapientibus an patri opor
mus teat obedire,& expedientia facere an iuſta,& an iniuriam pati eligibilius quã nocere. 80
¶ Oportet aũt ducere ad ea quæ multitudini & ſapientibus ſunt contraria, nã ſi dicat
aliquis vt ij qui circa orationes: ad ea quæ multitudini. ſi autem vt multi ad ea quæ ijs
qui in oratione.dicunt enim hi quidem ex neceſſitate beatum iuſtum eſſe : multitudi 81
Duode ni aũt inopinabile eſt regem infœlicẽ eſſe. ¶ Eſt aũt ad ea quæ ſic ſunt,inopinabilia di
cimus cere:idẽ ei quod eſt ad eam quæ eſt ſecundum naturam,& ſecundũ legem contrarieta
tem,ducere.nam lex,opinio multitudinis:ſapientes autẽ ſecundum naturam,& verita
tem dicunt & inopinabilia quidem:ex his oportet quærere locis.

DEcimi tertij cap.ſcho. De nugatione cur contingat,captiones,cur apparẽt facere nugari,de ſolœciſmo quomodo fiat,quod dialecticus id efficere poſſit, cur appareant ſolœciſmi,ſolœciſmus ſimilis,figura dictionis. LXXXII. Quod enim nugatio ſit vnius,eiuſdemq; ne quicquam frequens repetitio,notum eſt. Et rurſum ſi pro duplo,duplum dimidij ponat,pro duplo ſcilicet cum dicebatur dimidij duplum. LXXXV. Solœciſmus autem quale quid eſt dictum eſt numero,viii.huius. Latini ſolœciſmũ ſtribliginem appellãt,qui quõ fiat non aũt quomodo fieri debeat(nã fieri non debet)ampliſſime docent grãmatici,dialecticus autem quõ eius captiones,& vtinã nunc dialectici captiũculas ſuas, ſuæ quidẽ artis labes & vitia tã aiose inſectarentur,q̃ grãmatici generoſo ſpiritu ſolœciſmos barbariſmoſq; propulſant,quidnã aliud ſophiſta in logicis,quã barbarus &(vt ita dicam)ſtribliginoſus in grãmaticis. Quẽadmodũ Leuinus inquit. Ariſtoteles ponit de Protagora,qui iracundiã & galeã ponebat maſculina.ſed id latinę locutioni nõ reſpõdet accõmodatũ.
Leuinus Ideo deprõptũ eſt exẽplũ ex Leuino(qui,vt teſtatur Macrobius)venerẽ ponebat maſculinũ,di
cebat eñ,venerẽ igitur almũ adorãs,& ſi venus maſculinũ cũ diceremus venerẽ almã,vt Ver.
Macro. *Tu ne ille Aeneas,quem Dardanio Anchiſæ*
Vergi. *Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam.*
Solœciſmus eſſet ſecundum illum,non apparet autem multis,& ſi diceremus almum,apparet quidem & non eſſet. Vetuſta traductio de ficu ponebat, propter carmen Martialis.

Cum dixi ficus,rides quaſi barbara uerba:
Martial. *Et dici ficos Cecilianæ iubes.*
Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos Cecilianæ tuos.

Ficus pluratiue quartæ,fructus fici arboris ſignificat,pluratiue ſecundæ, morbũ vitiũque corporis facere iocatur in Cecilianũ grãmaticũ.ſingulariter aũt ſecũdæ, & arborẽ & fructũ ſignat fructum. Tullius vt ex tantulo grano fici arborem,Iuuenalis. Diſcutienda valent ſterilis mala robora fici,itẽ pluratiue ſecundæ,fructum etiã ſignificat,vt Horatius , pinguibus & ficis paſtũ iecur anſeris albi. Sed grãmaticis hæc diſcutienda amplius relinquamus. LXXXVI. Ars quędam, ars q̃ docet quõ fiãt captiones ſolœciſticæ dialectica q̃ aũt vtitur,ars apparẽs atque ſophiſtica. LXXXVII. Propter hoc quia videntur colligere & non colligunt. Significat & illa vtraque,ſæpe indicat & maſculinũ & fœmininũ,& etiã neutrũ vt quid hoc? Antonius quid hoc maria,qd hoc? ſcabellũ. Calliope nomen mulieris eſt,etiã eſt nomen muſæ. Et in fœminis noĩbus ſimiliter inſerebat Ariſtoteles de noĩbus ſupellectiliũ habentibus marium & fœminarũ nuncupationẽ, ſed grãmaticæ latinæ non hñt reſponſum,ideo non ab re id in litera omiſſum eſt. Ab hoc enim loco,vt eſt Coriſcus,eſſe Coriſcum,vt vetus exẽplar gręcum habet, exemplar alterum græcũ, q; beneficio Aldi ſtudia tenent impreſſum(cui oẽs meliorum diſciplinarũ amatores debent,etiã plurimũ)ſic ad ſententiã habet,vt eſt Hipponicus eſſe Hipponicũ,& in fœmininis noĩbus eodẽ mõ,& in ijs quæ ſupellectilia nuncupãtur hñt ia quidẽ fœminæ aut maris vocationẽ,quæcunq; eñ in o & n deſinunt,hæc ſola ſupellectilis habent vocationẽ vt lignum,funis.alia autẽ non ſic maris aut fœminæ,quorũ aliqua referimus ad ſupellectilia,vt veter quidẽ maſculinum nomen le

ctica aũt fœmininũ. quare & in talibus & eſt, & eſſe facient differentiã. 88. Nam q̃admodum illic in reb⁹, ſic hic in oĩbus. illic, in paralogiſmis figurę dictiõis, hic. in paralogiſmis ſolœciſmi.

¶ De captionibus nugationis & ſolœciſmi. Cap. XIII.

DE eo quidem quod eſt facere nugari, quidnam dicimus nugari, iã Cur ſit
82 monſtrauimus. oẽs aũt tales orationes id volunt efficere: ſi nihil nugatio.
referat nomẽ ad orationẽ dicere, duplum aũt, & duplum dimidij
idẽ eſt. ſi igitur duplum eſt, dimidij duplum. erit dimidij, dimidij
duplum, & rurſum ſi pro duplo, duplũ dimidij ponatur. ter erit captiões
dictum dimidij dimidij dimidij duplum. Et putas eſt concupiſcẽ-
83 tia delectationis? hæc autem eſt appetitus delectationis. eſt igi-
tur concupiſcentia appetitus delectationis delectationis. ¶ Sũt In qui-
autem omnes huiuſmodi orationum: in ijs quæ ſunt ad aliquid: quæcunq; non ſolum bus ſit
genera: ſed & ipſa ad aliquid dicuntur, & ad idem & vnum aſſignantur. vt appetitus ali nugatio.
cuius appetitus: & in concupiſcentia alicuius concupiſcentia, & duplum alicuius duplũ
& duplum dimidij. & in quibuſcunq; quæ (cum ſubſtantia non ſint) ad aliquid omnino
eorum ſunt, quorum ſunt habitus: aut affectus, aut aliquid huiuſmodi: in oratione ip-
ſorum de illis prædicatorum declaratur. vt impar eſt numerus medium habens. eſt au-
tem numerus impar: eſt igitur numerus numerus medium habens. Et ſi ſimum: caui-
tas naris eſt. eſt autem naris ſima, erit ergo naris naris caua. ¶ Apparent autẽ facere nõ
84 facientes quandoque: eo quod non interrogant ſi ſignificet aliquid per ſe dictũ duplũ
an nihil. & ſi aliquid ſignificat: vtrum idem an diuerſum. ſed concluſionem dicunt ita-
85 tim: & apparet propter nomẽ idem, eſſe idem & ſignificare. ¶ Solœciſmus autem qua Solœciſ
le quid eſt: dictum eſt prius. eſt autem & hoc facere & non facientem videri: & facien- mus
tem non videri. quemadmodum Leuinus dixit, ſi Venus maſculinum eſt. nam qui di-
cit almam, ſolœciſmum quidem facit ſecundum illum, non apparet autem alijs. qui aũt
86 almũ, apparet autem, ſed nam facit ſolœciſmum. ¶ Manifeſtum igitur quoniã & ars
87 quædam hoc poteſt facere. eo quod multæ orationes non colligentes, ſolœciſmũ videñ- Cur ap-
tur colligere, vt & in redargutionibus. ¶ Sunt autem omnes pene apparentes ſolœciſ parẽt ſo
mi propter hoc. & quãdo caſus neque maſculinũ neque fœmininum ſignificat, ſed neu lœciſmi.
trum. nam quidem maſculinum ſignificat, hæc autem fœmininum, hoc vero neutrum
vult ſignificare: ſępe autem ſignificat & illa vtraque. vt quid eſt hoc? Calliopelignum,
Coriſcus. Maſculini igitur fœminini differunt caſus omnes neutri hi quidem, illi autem
non. cum datur igitur hoc: ſæpe colligunt quaſi dictum ſit hunc, ſimiliter autem & aliũ
caſum, pro alio ponunt. captioſa autem ratiocinatio fit eo quod hoc commune ſit plu- Solœciſ
rium caſuum. nam hoc ſignificat quandoque hic: q̃nque autem hunc. oportet autem vi- mus
ciſſim ſignificare, cũ eſt quidẽ hic. cũ eſſe autem hunc, vt eſt Coriſcus: eſſe Coriſcum & Similis
in fœmininis nominibus ſimiliter. nam in omnibus ſimiliter eſt, & eſſe facient differẽ- figurę di
88 tiã. ¶ Et quodã modo in his ſimilis eſt ſolœciſmus ijs redargutionibus quæ propter id ctionis.
quod non ſimilia aut propter figuram, ſimiliter dicuntur. nã quẽadmodũ illic in rebus
ſic hic in nominibus accidit ſolœciſmum facere. nã homo & album & res & nomẽ eſt.
manifeſtum igitur q̃m ſolœciſmum tentandum eſt ex dictis caſibus colligere. Species
igitur ſunt hę cõtentioſarum orationum, & partes ſpecierum & modi qui dicti ſunt.

DEcimi quarti cap. ſcho. De occultatione ſophiſtica & contra moleſte reſpondẽtes ſophiſtæ interrogãtis loci decem & ſeptem. XCI. Ad ꝓlixitatem vero q̃ adducũtur elementis, vtendũ elementis, regulis atq; præceptis, & hæc elementa ſophiſtarum ſunt. XCIIII. Quæ ad occultandum dicta ſunt prius libro. viij. a numero. viij. ad numerũ. xxij. XCVIII. Magis em̃ ſi neceſſe. ſi aſſit neceſſitas, ſintq; pater aut parentes in neceſſitate conſtituti, videbuntur illis potius eſſe tribuenda multa q̃ pauca. XCIX. Non igitur hoc & hoc, non igitur hoc & igitur hoc negatiue ſcilicet aut affirmatiue colligendo. CII. Qui videntur tales qui videntur bene dicere aut agere. CIII. Quandoq; illo, interrogantes debent dublex facere. Vt facit Cleophon in mandrobulo. mandrobulus drama Cleophontis fuit enim Cleophon Athenienſis tragicus tragœdias ſcripſit: quarum nomina. Acteõ, Amphiaraus, Achilles, Bachæ, Dexamenus, Erigone, Thieſtes, Leucippus, Telephus. CIIII. Quod Lycophron fecit, dum propoſitum eſſet ex arte lyram commendare, Lycophrõ grammaticus, & factor tragœdiarum inter ſeptem inſignes vnus apprime nominatus cuius Tragœdiæ: Aeolus, Andromeda, Alethes, Aeolydes, Elephinor, Hercules, Hicete, Hippolytus, Caſſandra, Laius, Maratonij, Nauplius. Oedipus, Orphanus, Pentheus, Pelopidę, Simmachi, Telegonus, Chry

ſippus,& alia quoque ſcripſit poemata compluſcula,apud Græcos.

¶De occultatione ſophiſtica & contra male reſpondentes. Cap. XIIII.

DIffert autem non parum ſi ordinentur quodam modo ea quæ ad 89
Primus locus interrogationem ſunt,vt lateat quemadmodum in dialecticis. de
inceps igitur ex ijs quæ dicta ſunt,hæc primum dicenda. ¶Eſt au 90
tem ad redarguendum:vnum quidem prolixitas.nam difficile ſi- 91
Secūdus mul multa conſpicere. ¶Ad prolixitatem vero quæ adducuntur
elementis,vtendum. Vnum quidem feſtinatio. nam tardiores mi
nus præuident,amplius autem ira & contentio. nam conturbati
minus poſſunt obſeruare omnes. ¶Elementa autem iræ. Mani 92
feſtum quoque eum facere qui vult iniuſte agere, & circa omnia impudentem eſſe.
¶ Amplius permutatim interrogatiões ponere ; ſiue ad idem plures habeat aliquis 93
orationes,ſiue quod ſic & quod non ſic.ſimul enim accidit aut ad plura aut ad contra-
Tertius ria facere obſeruationem . ¶Omnino aūt omnia quę ad occultādum dicta ſunt prius,
vtilia etiā ad contentioſas orationes.nam occultatio latendi gratia eſt . latere autem de 94
quartus ceptionis. ¶Ad eos autem qui renuunt quæcunque opinantur eſſe ad orationē ex ne- 95
quintus gatione interrogandum,ceu contrarium velit,aut etiam ex æquo interrogationem fa-
cere.nam cum dubiū eſt,quid vult ſumere:minus inſoleſcunt. ¶Et quādo in partibus
Sextus dederit quiſpiam ſingula inducenti vniuerſale ſæpe non interrogandum eſt. ſed vt da- 96
to vtendum. nā q̄nque putant & ipſi dediſſe.& audientibus quoque apparet ꝓpter in
ſeptimus ductionis memoriam,veluti perinde atque non interrogauerit vane. ¶Et in quibus
non nomine ſignificatur vniuerſale ſimilitudine tamen vtendum eſt ad id quod expe- 97
octauus dit.nam latet ſimilitudo plerunque. ¶Et ad ſumendum propoſitionem , contrarium. 98
oportet comparando interrogare.vt ſi debeat ſumere quoniā oportet per omnia patri
Nonus obedire, vtrum per omnia oporteat obedire parentibus,an per omnia non obedire? &
Decim⁹ ſæpe id.vtrum multa concedendum an pauca? magis enim ſi neceſſe , videbuntur eſſe
multa.appoſitis enim iuxta ſe contrarijs.minora & maiora apparent , & peiora & me-
Vndeci. liora hominibus. ¶Valde autem & ſæpe facit videri redargui:maxime ſophiſtica calū 99
Duode. nia interrogātium:cum nihil colligentes non interrogationem faciunt id quod eſt vlti-
mum ſed concludenter dicunt veluti colligentes, non igitur hoc,& hoc. ¶Sophiſticū 100
autem eſt & cum ponitur inopinabile quod apparet poſtulare ſe reſpondere , propoſi
to eo quod videtur ex principio,& interrogationem talium ſic facere vtrum tibi vide-
tur?nam neceſſe eſt ſi ſit īterrogatio ex quibus ſyllogiſmus,aut redargutionē,aut ino-
pinabile fieri.cum dat quidem redargutionem:cum autem nō dat, neque dare videtur,
fatetur inopinabile,cum vero non dat,videri aūt fatetur,redargutionis ſimile . ¶Am- 101
plius quemadmodum in rhetoricis:& in redargutionibus ſimiliter contrarietates con-
ſiderandum , aut ad eas quę ab eodem ſunt dictæ , aut ad eos quos confitetur bene di-
cere,aut agere. ¶Amplius ad eos qui videntur tales: aut ad ſimiles , aut ad plurimos,
aut ad omnes. ¶Quemadmodum autem reſpōdentes ſæpe cum redarguuntur faciūt 102
Deci. iij. duplex,ſi debeat accidere redargutio:& interrogantibus vtendū quandoque illo: con- 101
Deci. iiij tra inſtantes:ſi ſic quidem accidat,ſic autem non quoniam ſic ſumpſerit. vt facit Cleo-
Deci.v phon in Mandrobulo.oportet etiam abſiſtentes ab oratione reliqua argumētorum di
cleophō uidere,& reſpondenti (ſi præſenſerit)prius inſtare:& prædicere . ¶Argumentandum
Deci.vi. aūt quandoque & ad aliud ab eo quod dictum eſt, illud ſumentibus : ſi non ad id quod 104
Lyco propoſitū eſt habeat aliquis argumentari. ꝙ Lycophron fecit dum propoſitū eſſet ex
phron. arte,lyrā commendare. ¶Ad eos aūt qui exigunt ad aliquid argumentari: poſtq̄ vide-
Deci. vij tur oportere aſſignare cauſam.dictis aūt quibuſdam obſeruabilius quod vniuerſaliter 105
accidit in redargutionibus, vt dicat contradictionē:vt quod affirmauit negare , aut qđ
negauit affirmare,ſed non quod contrariorum eſt eadem diſciplina:vel non eadem.nō
oportet autem concluſionē vt propoſitionem interrogare . quædam autem neque in-
terrogandum eſt,ſed vt conceſſis vtendum.Ex quibus igitur interrogationes: & quo
modo interrogandum in concertatorijs exercitationibus dictum eſt.

¶PRIMI ELENCHORVM SOPHISTICORVM ARISTOTELIS FINIS.

SECVNDVS ELENCORVM SOPHISTICORVM.

SEcundi Elenchorum Sophisilcorum Aristotelis prlmi capltis scholia. Quid intendicur, vtilitates cognitionis orationum sophisticarum. obsistendum illis ex cognitione rectarum, apparatum, præmeditatumq; esse ad illas diluendas. Cognitio sophisticarum orationum vtilis est non vt vtamur, sed vt vtentes deprehendamus & illas diluẽdo, illorum manifestemus errores. est enim sophista omnis, sycophãta, & similis viro qui soli aliorum deceptioni inuigilat, & ferme hoc tempore vniuersa hoc vitio laborant studia, vt solis, aduersus veritatem & authorum disciplinas, captionibus inuigilent, doceantque auditores suos orationum sophisticarum, captionumq; vsum. sed puto resipiscẽt, quod maxime ad incolumitatem studiorum velim. 1. Et quid, quid solutio numero. xxv. huius dicetur. 2. Nam is qui in orationibus est consocius: is est respondens. qui si culpat vitiosas orationes & non habet quo ostendat earum vitiositates, videtur grauis: onerosus atq; difficilis. Sed propter imperitiam assistentium. 3. Superabundantias sufficienter diuisimus. superabundantias: locos vocat sophisticos æquiuocationem: amphiboliam, compositionem, diuisionem, accentum, figuram dictionis, accidens, secundum quid & simpliciter, inscitiam redargutionis, petitionem principij: consequens: non causam vt causam, plures interrogationes vt vnam. nam hæ argumentationum superfluitates sunt atque abundantiæ, & cum quęuis captio diluetur, illa inquirenda erunt ad ostendendum captionem deficere ob æquiuocationem, aut amphiboliam, aut aliquem aliorum locorum sophisticorum.

¶Secundi Elenchorum Sophisticorum Aristotelis de vtilitate cognoscendi sophisticas orationes & apparatu ad eas diluendas. Cap. I.

1 DE responsione autem, & quo modo oportet soluere, & quid, & ad quam vtilitatem orationes huiusmodi prosunt, post hæc dicendum. ¶Vtiles ergo sunt ad philosophiam propter duo. Intentio
2 primum quidem quia eę quæ vt plurimum propter dictionẽ Vtilitates. fiunt: melius se habere faciunt ad id, quotupliciter quodque dicitur, & ea quæ similiter & quæ aliter in rebus accidunt & in nominibus. Secũdum autem ad eas quę per seipsum inquisitiones fiunt. nam qui ab alio facile captiose fallitur & id non sentit, & ipse quoque a se id patitur persæpe. Tertium vero & reliquum adhuc, ad gloriam. eo quod circa omnia exercitatus esse videbitur, & in nullo se inexperte habere. nam si is qui in orationibus est consocius, orationes vitupe rat, cum nihil habeat quod determinet de vitiositate earum: dat suspitionem quod videri velit insolescere. non quia verum sit, sed propter imperitiam.

3 ¶Respondentibus autem, quo modo obsistendum sit, aduersum huiusmodi orationes, manifestũ: si quidẽ recte diximus prius ex quibus sunt captiosæ ratiocinationes, & si (quæ inquirendæ sunt) superabundantias sufficienter diuisimus. ¶Non est autem
4 idem sumentem orationem videre & soluere vitiositatem, & interroganti posse occurrere celeriter. Nam quod scimus: sæpe transpositum ignoramus. Amplius autem quẽ admodum in alijs, id quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis: sic & in orationibus se habet. quare si manifestum quidem sit nobis: immediati autem simus, priuamur opportunitatibus frequenter. ¶Accidit autem quandoque sicut in linearum descriptionibus. nam & illic soluentes quandoque componere verum non possumus: sic & in redargutionibus, nam scientes propter quid orationem accidit connectere: soluere tamen orationem impotes sumus.

SEcundi capitis scholia. Pro apparenti soutione partim loci viginti. 5. Quare vt non videantur, vt nõvideantur syllogismũ facere & colligere, sunt corrigẽdi ostendendo vitiositatem suę argumentationis. Nam si redargutio est contradictio non ęquiuoca ex quibusdam: propositionibus, nã omnis syllogismus ex quibusdam positis, cõclusionẽ ex necessitate colligit, eo ꝙ illa sunt. Amphibolia, ambigua, & ea sunt quæ sunt secundũ amphiboliam ancipitia. 6. Incertum enim si vera dicit nũc

ſcilicet cum dicebat ſe æquiuoce,aut amphibolice capere, & non in eodem cum interrogante ſenſu.Prius autem magis.priores ſophiſtæ & magis contentioſi quam nunc volebant interrogatum reſpondere ſic vel non,ſine quacunque diſtinctione,ideo fiebat incerta redargutio.Fieri poteſt.fieri poteſt ĩcerta redargutio.nam incertum eſt nam ad intellectum interrogantis ſic autẽ non reſponderit.aſtringebant enim veteres ſophiſtæ ſuos reſpondentes ad omne propoſitum reſpondere ſic aut non.quod minus iam fiebat tempore Ariſtotelis.8.Quodam modo non erit reſpondentem effugere redargutionem . quodam modo apparenter.In ĳs quę oculis ſubiecta ſunt in rebus viſibilibus.vt eſto Coriſcus Thebanus muſicus.Athenienſis autem non muſicus ſi rogetur eſt ne Coriſcus muſicus dato ſic.attamen hic(demonſtrato Athenienſi Coriſco)nõ eſt muſicus:igitur Coriſcus eſt muſicus & non muſicus.ſi putat contradictionem eſſe in æquiuoco,neceſſe eſt vt de Coriſco Athenienſi affirmet eſſe muſicum,quod prius negaſſet,& quod cognoſcitur negandum & neget quod affirmaſſet,cognoſciturque affirmandum,aut duæ contradictoriæ ſimul veræ prius enim affirmaſſet ipſum eſſe non muſicum,& negaſſet eſſe muſicum.12.Et in ea(quæ ad duplex eſt)occurſione.in dilutione captionis quæ prouenit ratione alicuius multiplicitatis,vt pleræque earum quæ ſunt propter dictionem.15. Quia autem quo pacto petitur quod eſt in principio,ex octaui Topicorum numero.90.19.Similiter autem & in alĳs hæc particula eſt ad complementum interrogationis ſophiſticæ,qua quidem data,aſſumitur,atqui homo eſt animalium,& deinde colligendo completur captio.22. Verum in ĳs q̃ ſunt vt ſcientiæ.γνώμη quæ vt ſcientia,notam habet ſignificationem apud morales,vt eam virtutem ſignificet quæ legem ob vniuerſale deficientem corrigit ac emendat.hic autem aliter capi videtur vt eas ſignificet opiniones quæ veræ ſunt,& totas negationes,totaſque eas opiniones quę controuerſæ ſunt & cũ aliarũ negatione,in illis enim plerumque incertum eſt vtro modo propter aſſiſtentes dici oporteat.ſi enim Platonicis & Peripateticis pręſentibus ſciſcitabitur,vtrum ne videamus intus ſuſpicientes an foras quicquã emittentes,ſi dederit intus ſuſcipientes,id falſum Platonicis eſſe uidebitur.ſi etiam dederit foras mittentes,& id quoque falſum Peripateticis.verum poterit dicere ſe male in præſentiarum Peripateticorum partes tutari & viſionem cum quicquam intus admittimus fieri,quamuis aliter Platoni viſum ſit.23.Tranſferens quiſpiam,tranſlatitie loquẽns:vtensque metaphora.

De apparenti ſolutione reſpondentis Cap:II

primus locus PRimum igitur quemadmodum ſyllogizare dicimus,opinabiliter 5
quandoque magis quam vere,eligere oportere,ſic & ſoluendum
quandoque magis opinabiliter quam ad veritatem.nam omnino
aduerſus contentioſos eſt reluctandum : non vt ad eos qui redar-
secũdus guunt,ſed qui redarguere apparent, non enim dicimus eos ſyl
logizare.quare , vt non videantur:emendandi ſunt . nam ſi redar
gutio eſt contradictio,non æquiuoca:ex quibuſdam : nihil opus
eſt diuidere ad amphibola & æquiuocationem.non enim facit ſyl
logiſmum:ſed nullius alterius gratia diuidendum eſt niſi quia concluſio videtur redar 6
gutioni ſimilis. ¶Non ergo redargui:ſed videri redargui cauendum eſt.eo quod in
Tertius terrogat amphibola & quæ propter æquiuocationem ſunt & quæcunque aliæ huiuſ-
quartus modi cauillationes quæ & veram redargutionem adumbrant.& redarguentem atque
quintus non redarguentem incertum reddunt.nam (quia licet in fine cum concluſum fuerit di
cere ſe,non id ipſum quod affirmauit negare,ſed æquiuoce aut amphibolice,quamuis
maxime contingit in idem ferat)incertum,ſi redargutus eſt,incertũ enĩ,ſi vera nũc di-
cit.ſi vero diuidens interrogaſſet æquiuocum,aut amphibolũ non incerta eſſet redar-
gutio:q̃m requirũt(nũc quidem minus,prius autẽ magis)contentioſi ſic vel nõ reſpõde
re eum qui interrogatur,fieri poteſt. ¶Nunc autem quia non bene interrogant inqui 7
rentes neceſſe eſt vt reſpondeat aliquid is qui interrogatus eſt, emẽdans vitiũ interro-
gationis.quia diuiſio ſufficienter:vel ſic:vel non,neceſſe eſt dicere reſpondentem:
¶Si autem aliquis putet ſecundum æquiuocationem redargutionem eſſe , quodam
modo non erit reſpondentem effugere quin redarguatur.nam in ĳs quæ oculis ſubie- 8
cta ſunt:neceſſarium quod affirmauit negare nomen,& quod negauit affirmare.
¶Enimuero vt diluunt quidem.nihil prodeſt.nam non Coriſcum aiunt eſſe muſicum
& nõ muſicum:ſed hunc Coriſcũ muſicum:& hunc Coriſcũ non muſicum.eadem nan-
que erit oratio Coriſcũ.ei q̃ eſt hũc Coriſcũ muſicum eſſe.vel nõ muſicũ,quod ſimul

affirmant & negant. Sed fortasse non idem significant, nam nec illic nomen, quare in
aliquo differt. Si autem hoc quidem simpliciter dicendo, Coriscum assignet, illi autem
addat aliquem, aut hunc: absurdum est. nihil enim magis quam alterum. vtrolibet em̄
10 nihil differt ¶ Non sic igitur sed quia incertus quidem est qui non determinauit am
biguitatem: vtrum redargutus est vel non redargutus, datum autem est in orationibus Sextus:
diuidere: manifestum quod non determinando dare interrogationem, & quidem sim-
pliciter, peccatum est, quoniam & si non ipse: tamen oratio redargutæ similis est.
¶ Accidit autem sæpe videntes amphiboliam torpescere diuidere, eo quod crebra ta- septi.
11 lia proponantur: ne ad omne videantur molesti esse. deinde non putantibus propter
id fieri orationem: sæpe profecto occurrit inopinabile. quapropter quia datum est diui
dere haud cunctandum, quemadmodum dictum est prius.
¶ Si autem duas interrogationes non vnam facit quisquam interrogationem, nō pro
pter æquiuocationem & amphiboliam fiet captiosa collectio. nonne redargutio an nō
quid enim differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint: quam si ambobus
vnum nomen esset existentibus diuersis? Nam si plura significat quam vnum, plura
interrogauit. si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnam responsionem cen
sere sumere simpliciter, manifestum quoniam nulli eorum quæ æquiuoca sunt: conue
nit respondere simpliciter. nec si de omnibus quidem verum sit, veluti censent quidam
nihil em̄ differt hoc quam si interrogasset, Coriscus & Callias vtrū sint domi an non
sint domi? siue assint ambo siue nō assint. vtrinque enim plures propositiones, non e-
nim si verum est dicere: interrogatio propter id vna. possibile est enim ad decies mille-
nas interrogatas quæstiones, omnes sic vel non verum esse dicere. attamen non est res
pondendum vna responsione. interimitur enim disputatio. id autem simile ac si idem
nomen imponatur diuersis. si igitur nō oportet ad duas interrogationes vnam respon
sionem dare: manifestum quoniam nec in æquiuocis sic vel non, dicendum neque em̄
qui dixit respondet: tametsi dixit. sed id admittunt quodam modo in disputationibus:
eo quod lateat quod accidit. octauus
¶ Quemadmodum igitur diximus quod redargutiones quædam videntur esse cum
12 non sunt eodem quoque modo & solutiones quædam videntur esse quæ non sunt: Nonus
quas dicimus quandoque operæprecium magis afferre quam veras in contentiosis o-
rationibus, & in ea (quæ ad duplex est) occursione. decimus
¶ Respondendum autem in ijs quæ videntur, esto: dicendo. nam & sic minime fiet re-
dargutio. ¶ Si vero aliquid quod inopinabile sit cogatur dicere: hic maxime addendū vndeci-
13 videri. sic enim neque redargutio, neque inopinabile videbitur fieri. ¶ Quia autem mus
14 quo pacto petitur quod est in principio, manifestum putant omnino (si sint propīque
interimendum, & non concedenda esse vlla, perinde ac si quod in principio est petat. duodeci
15 ¶ Et quando aliquid tale postulauerit quispiam quod necessarium quidem est accide mus
16 re expositione, sit autem falsum vel inopinabile, idem dicendum. nam quæ ex necessi-
tate accidunt, eiusdem videntur esse positionis. ¶ Amplius quando vniuersale non no decimus
17 mine sumitur sed similitudine: dicendum quod non sic, datum est, neque vt proposuit, tertius
18 sumit. nam propter id fit sæpe redargutio. cum autem prohibetur his, ad id quod non
bene ostensum est redeundum obsistendum autem secudum dictam determinationē. decimus
19 ¶ In ijs igitur quę proprie dicuntur nominibus, necesse est respondere, vel simpliciter quartus
vel diuidendo. ¶ Quæ autem subintelligentes proponimus vt quæcunque non pla-
ne sed truncatim interrogantur, propter id accidit redargutio. vt putasne quicquid est. decimus
Atheniensium possessio est Atheniensium? sic. similiter autem & in alijs? atque homo quintus
est animalium. sic. possessio igitur animalium, homo. nam hominem animalium esse
dicimus: quia animal est. & Lysandrum Lacedęmoniorum: quia Lacedęmonius est. decimus
manifestum igitur quoniam in quibus obscurum est quod proponitur: non simplici- sextus
20 ter concedendum:
¶ Quando vero duobus existentibus cum hoc quidem est, ex necessitate alterum es-
se videtur, cum vero alterum est: hoc non ex necessitate, interrogato vtroque opor-
tet quod minus est dare. ¶ Nam difficilius est colligere de pluribus. ¶ Si autem
argumentetur quod hic quidem est contrarium. illi autem nō est: si oratio vera sit, con

trarium esse est dicendum,at nomen alterius positum non esse. ¶Quoniam autem 21
quædam quidem eorum quę dicuntur plures eum qui non concedit falsum dicere aiũt.
quædam autem non,vt quæcunque ambigunt(vtrum enim corruptibilis vel immor-
talis sit anima animalium non exploratum est multis)in quibus igitur incertum est v-
tro modo soleat dici quod proponitur?vtrum in ijs quæ sunt vt sententiæ? vocat eñ
sententias & veras opiniones,& totas negationes.vt diameter incommensurabilis est. 22
¶Amplius de quo verũ dubitatur,transferens quispiã nomina maxime latebit in il-
lis. nã quia incertum est vtro modo se habet verum:non videbitur sophistice agere
propter id autem quod dubium,non videbitur falsum dicere. nam metaphora faciet
orationem sine redargutione videri. ¶Amplius quascunque interrogationum pręsen 23
sent aliquis:pręinstandũ est,& prædicendum. iam sic maxime interrogãtẽ prohibebit.

deci. vij. deci. viij Quintilianus. Setentiã veteres: quod anímo sẽsissẽt vocauerũt.

TErtij cap. scho. De recta solutione & dilutione captionum propter dictionem loci decẽ & octo. In ea vero quæ est conscire scientem. codex Græcus ex typis cusorijs adiectum habet, vt hoc quidem, sciẽs dicere vel agẽre,& id conscit quod legit,vel agit. hic autẽ scit legere iambica. sed vetustus codex id non habet,neq̃ antiqua traductio, cõscire est duplex.nã id cum alio scire, illud vero cõscium esse significat. Ens,verum duplex est ens. quando vtroque sensu vera est, nõ ens,quando vtroque falsa. significat duplex,quando vno sensu vera & altero falsa est oratio. 30. Vt in eo quod est cæcum videre, cæcum videre duplex est secundũ amphiboliam, vt possibile est quempiam cæcum videre, significat possibile esse vt quispiam cæcum videat,& id verum est: aut possibile esse vt quempiam cæcus videat, & id falsum est. 33. Non enim est idem quod non est conscire,vt non est idem non conscire iambica,& non scire sic(vt dicere) iambica. nã qui ignorat secundum se iambica, scit dicere iambica: at non conscit iambica conscius enim esset esse iãbica. 36. Habet quidem aliquid etiam dubiarum quæstionum. quæstio est, verũ ea deceptio quæ est propter compositionem sit propter duplex, vult proprie non esse propter duplex. nam oratio composita & diuisa non sunt eadem,cum sit alius & alius cõtextus orationis, & dictionis cum dictione ordĩatio. debet tamen diuidendo dilui. vnde sit vt non solum duplex: diuidẽdo soluatur. solent tamen diuersa multiplicia ponere: actu, potestate, phãtasia. at quia hæc Aristotelis vocabula non sunt,& apposita nouam efficiunt phantasiam, idcirco ab illis libẽter abstineo. cui enim, p̃licere summopere cura est: se intra philosophorũ terminos arceat, contineatq̃ oportet, alioqui qui noua meditatur, inusitataque vocabula, laqueos necti ad intelligentiæ lapsus quis enim(si sapiat) barbara atque insulsa recipiat pro aptis. nam vt hæc disciplinæ lege continentur: ita illa nullam legem, nullumque regulæ moderamen patiũtur, sed figmentis similia, plerunque omnem diffugiunt intelligentiæ captum. 38. Ora & hora, accentu exili regionem, aspirato autem densoque tempus significat. Aristoteles ορος posuit, quod hñs exilẽ accẽtum montẽ, aspiratum aũt limitem terminũq̃ significat: sed latina dictione quæ respõdeat caremus. Ideo oram & horam(quæ in analogia respondent) potius posuimus q̃ in antiqua traductione malũ, quæ similem in accentu analogiã non seruant. Et illic iam signa laciunt signa, notæ accentuũ ορος ορος notæ accentuũ φιλαι δ'ασεια faciunt prolata non eadem cũ exiliter & densæ proferuntur,& in ora & hora notæ accentus non eædem. nã ora exiliter scribitur & profertur,& hora aspiratur & dense profertur, estque h nota aspirationis vocis, & nota exilitatis: sed nota raro latini vtuntur, attamen ορος vt pauloante dixi in scriptis idem seu exile: seu densum, eum ex eisdem literis, sit, similiter ora & hora, nam h non litera, sed spiritus, quod manifestius est apud Græcos, vt pote q̃ non in ordine literarum, sed in apicibus collocane vt & cæteroa accentus. Pyreus portus Athenienfium.xl. stadia (vt tradit Strabo) ab vrbe distans.& hæc oratio putasne vidisti tu nunc in Pyreo naues: cum sis in Sicilia, potest coniungere nũc & vidisti, & falsa est vel potest disiungere vt dicatur putasne vidisti tu, in Pyreo naues nunc cum sis in Sicilia, sed non eadem est oratio. Putasne quorũ scientiæ bonæ bonas esse disciplinas? Iungi potest vt intelligatur, putas ea quorũ scientiæ bonæ, bonas esse disciplinas,& id falsum diuidi põe putasne quorũ, sunt sciẽtiæ bonę bonas esse disciplinas?& ĩtelligẽtiã est, putasnẽ disciplinas esse bonas eorũ, quorum scientiæ sunt bonæ. Putasne verũ dicere. nunc q̃ tu factus eo iungitur tunc cum factus es, falsum disiungitur putasne verũ dicere nunc, q̃ tu factus ea verum. Potestatem habet quis, non citharizans vt citharizet: componitur, cum nõ citharizãs ei quod

est vt citharisct adiungitur,& id falsum est.diuiditur,cum non citharisans adiungitur ad potestatem habet,hoc pacto, potestatem habet quis non citharisans,vt cithariset.& id verū est. xxxix. Putasne est quod habitas domus? sic nunquid ne esse quod habitas, negatio eius est quod habitas? sic dicebas autem,ne esse quod habitas domum. negas igitur te habitare domum, exemplū Aristotelis paululum immutatum est. vt locutioni latinæ quam fieri potest accommodetur. Captio eo quod ne potest habere,accentum grauem: tunc interrogans est & non negans,sic putasne est quod habitas domus? sic verum est. aut potest esse vox acuta,sic putasne est quod habitas domus.& sic particula est negatiua. falsum est. Id autem iustos viros iustum est pendere, vetustæ raduxtionis,in nullo literæ respondebat, Idem & secundum idem contingit vt homo videt secundum oculū,& secundū oculum videtur. Secatur,vritur,operatur,græce ponitur ἐκδάνεται quod vocem habet passiui vt præcidentia, sed latine dicitur sentit, haberque vocem actiuam ideo oportuit ponere aliam dictionem,quę vocem habeat passiuam,quale est operatur. Nam vnum solum admittens calculum,non habebit decem calculos id imperfectum perficiatur autē captio.habebat autem prius decem calculos,perdidit igitur decem calculos. Ponit autem Aristoteles nunc ἀστράγαλον nunc ψῆφον quod calculum significat,& hos calcanei animalium. xl. Vt si est quidem quod,est etiam quod non,si est quidem,quod est solutio,est etiam quo non est solutio.nam si concludit,est solutio.si nō id,non est solutio. xli. Quod ambulat aliquis,quod spacium dicit totam diem dicit quando quod ambulat aliquis est via,spaciumve,quando autem ambulat, totam diem aut diluculo, aut vesperi. Nec cum cyphum bibat, putasne quod quis bibit,liquor est,sic cyphum autem quis bibit.cyphus igitur liquor est.calicem vini quis bibit.calix igitur vinum cyphus,calix non quod,sed ex quod dicit. Et putas quod quis sciuit, inueniēs vel discens sciuit? sic. quorum hoc quidem inuenit, illud autem didicit,hæc ambo neque inueniens neque discens sciuit. non igitur quod quis sciuit, vel inueniens, vel discens sciuit hęc omne, vniuersum, & collectum dicit, quod autem. non dicit ideo non accidit,hæc neque inueniens neque discens sciuit igitur non quod sciuit,inueniens vel discens sciuit,sed non quæ sciuit inueniens vel discens sciuit. An hęc quidem omne.dilutio captionis est hæc,omne & aggregatum dicit,hoc autem,non omne aggregatumque,sed singulum. Quis tertius homo a se. quia tertius ab homine,est & ipse homo est,igitur tertius homo a se,& quod sit a quolibet tertius quia tertius ab homine,Callias autem homo,igitur tertius a Callia,& ita de quolibet alio. Quare non est idem exponere,non est eadem eiusdemque prædicamenti expositio. Exponere autem non facit tertium hominem hoc est,captio quod quilibet sit a se tertius homo,non prouenit propter expositionem eo scilicet quod quid substantiaque exponatur,quantum,quale aut aliquid aliorū prædicamentorum.nam Callias in captione exponitur homo.Callias autem & homo eiusdem prędicamenti sunt,& ipsum quid & substantiam esse conceditur. sed hoc aliquid & singulare,commune conceditur,quocirca & quod substantiæ communi conuenit,idem singulari tribuitur, quod si quis contendat id esse propter expositionem quia hoc aliquid,quale quid esse exponitur non censet Aristoteles magnopere esse curandum,si propter expositionem id prouenire dicatur.veruntamen proprie propter expositionem prouenit captio quando quod est vnius prædicamenti per alterum exponitur,vt substantia,quantum quale,aut aliquid huiusmodi.sed eadem putatur expositio,quādo in eodem sit prędicamento,maxime in substantia. nam si forte quanta, quod exponerentur, hallucinatio hæc propter expositionem diceretur. vt quantos heri digitos habuisti,hodie habes.atqui heri decem habuisti decem igitur hodie habes,posito quod digitum vnum perdideris,non quod fuit exponendum,sed determinata aliqua mensura magnos,continuū enim hic exponitur discretum.

De recta solutione loci. Cap. III.

25 QVoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi ab quacunque interrogationem accidat falsum(falsus autem syllogismus dicitur dupliciter.nam aut si collectū est falsum. aut si cū non est syllogismus, videtur esse syllogismus)erit & quæ nunc dicta est solutio,& apparentis syllogismi,ob quam videtur esse,interrogationum correctio.quare cōtingit orationes syllogisantes quidem interimere,apparentes autem diuidentem soluere. Quid recta solutio.

26 Rursum autem quoniam syllogisantium orationum, hæ quidem veram,illę autem falsam habent conclusionem.eas quidem quę secundum conclu-
27 sionem sunt falsæ,duobus modis cōtingit soluere.nam & eo quod interimitur aliquid

solutio.eadem autem non accommodabitur ad omnes, nec omnino ad interrogatas: sed est ad interrogantem,& non ad orationem. ¶ Propter accentum autem orationes non sunt,neque in ijs quæ scribuntur ,neque in ijs quæ dicuntur , præterquam si quæ
38 paucę fiūt.vt hic putasne est quod habitas,domus?.sic.nūquid,ne est quod habitas:negatio eius est,quod habitas?sic.dicebas autem ne esse quod habitas domum.negas igitur te habitare domum.Quomodo autem soluendum est.palam.non enim idem significat grauiter & acute ploratum. Accētuū captiōes

39 ¶ Manifestū autem & in ĩs quæ fiunt propter id quod vt eadem dicuntur ea quę non sunt eadem,quo pacto obsistendum,eo quod habemus genera prædicamentorum.nā hic quidem dedit interrogatus non esse aliquid eorum quæ quid est significant,ille vero ostendit quidem esse aliquid eorum quæ sunt ad aliquid , vel quantitatis. videntur autem quid est significare propter dilectionem . vt in hac oratione. Putasne contingit idem simul facere & fieri?non.at vero videre simul & videri idem & secundum idē cōtingit.Putasne est aliquid eorum quæ sunt pati facere?non.nōne igitur secatur,vritur, operatur similiter dicuntur, & omnia quidem pati significant?rursum autem currere, videre similiter sibijnuicem dicuntur.veruntamen videre operari aliquid est.quare & pati aliquid simul etiam facere. Si autem aliquis illic dans non connngere simul idem facere & pati:videre & videri dicat possibile nondum,redargutus est si non dicat videre facere aliquid & videri pati.indiget enim hac interrogatione sed ab audiente opinatur datum esse,cum & secare facere aliquid & secari fieri aliquid dedit & quęcūque alia similiter dicuntur.nam reliquum ipse addit qui audit,veluti similiter dictum.illud autem dicitur quidem non similiter,videtur autem propter dictionem.idem autem accidit hic quod in æquiuocationibus . putat enim in æquiuocis inscius orationum quam dixit negare rem,non nomen.ideoque adhuc indiget interrogatione,si ad vnum aspiciens dicat æquiuocum.sic enim dante,erit redargutio. Similes autem & hæ orationes illis.si quod quis habens post ea non habet,amisit.nam vnum solum admittens calculum,non habebit decem calculos.An quod non habet quidem . prius habens amisit ; quantum autem habet vel quot,non necesse est tot amittere.interrogans igitur quod habet colligit in eo quot.nam decem aliquot.si igitur dixisset a principio,si quod quis non habet prius habens.putasne amisit tot?nullus vtique dedisset:sed aut tot,aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis quod non habet.non ;enim habet vnum solum calculum: An non dedit quod non habuit , sed vt non habuit?nam solum. non quod significat,neque quale,neque quantum,sed vt se habet ad aliquid,vt quod non cū alio. Quemadmodum si dicat , putasne quod non aliquis habet dabit?non annuente autē, interroget si dabit quis aliquid cito,qui non habet cito?astruente autem colligat quod dabit quis quod non habet,& manifestum quoniam non syllogisauit. nam cito nō est quod dare , sed hoc modo dare , quo autem modo non habet , dabit aliquis . vt quod delectabiliter habet mœste dabit.Similiter autē & huiusmodi orationes.Putasne quā non habet,manu percutiet quis?aut quem non habet,oculo videbit ?non enim habet vnum solum oculum.

Figura dictiōis

Captiones.

40 ¶ Soluunt autem quidam dicentes & quod habet vnum solum oculum,& aliud quid libet qui plura habet quidam autem & vt quod habet accepit,dedit enim vnum solum hic calculum,& hic habet(dicunt)vnum solum ab hoc calculum. accepit enim ab hoc, calculū.accepit enim ab hoc,et quo vnum solum habet hic calculum,alij autem statim in terrogationem interimētes , quia contingit quod non accepit habere.vt vinum accipi entem suaue,si corrumpatur in acceptione,habere acre.Sed quod dictum est prius,hi omnes non ad rationem,sed hominem soluunt.nam si esset hæc solutio dantem oppo situm non possibile esset soluere quemadmodum & in alijs.vt si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio.si simpliciter det dici,concludit,si autem non concludit non erit solutio.in prædictis(omnibus datis)non dicimus fieri syllogismus.

Dilutio antiquorū insufficiens

41 ¶ Amplius autem & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est,

fissimum & vitiosum interrogationum genus Soritas appellant, qui aceruum faciunt vno addito grano, & adeo irrepsit id tortuosum argumentandi genus, vt Sorbona id aliquando vel inuita Soritę sentiat. attamen Athenis hæc Areopagus damnabat. 44. Idipsum quod approbant, scilicet possibile esse idem cognoscere et ignorare. 45 Nam possibile est ostendere quempiam quod falsum quidem syllogisauit. possibile est vt quispiam dicat orationem Zenonis que est impossibile est aliquid moueri, colligere falsum, et insuper illum dicere quare si quis moliatur ratione Zenonis colligere vt ad impossibile peccat, tametsi millies colligat. dicere certe illo modo non est soluere, sed soluere est ostendere id propter quod falsum colligit, & quare si quis moliatur oratione Zenonis colligere vt ad impossibile, peccat. Fortasse autem & id idem cognoscere & ignorare nõ secundum idem, verum et ex emplis eius qui ita solueret, parum accommodatur. Sic enim idem cognoscit et non cognoscit, sed non secundum idem, si quispiam venit aut laruatus, aut velata facie nihil prohibet illum cognoscere et non cognoscere respectu diuersorum predicatorum, non autem secundum idem. vt agnoscis quod venit, quod faciem velatus, quod pullo vestitus indumento, quod calligatus, quod crepidas habeat laceras, et multa fortasse alia huiusmodi predicata que sensus ostendunt nescis tamen an Petrus, an Ioannes, an notus tibi an ignotus, affinis an nulla tibi necessitudine vinctus, an literatus, an literarum expers et innumera huiusmodi: et quamuis cognoscas venientem, hoc est esse venientem atque quod venit et qui venit Petrus sit. non tamẽ oportet te cognoscere quod Petrus is sit qui venit. nam non oportet si accidens cognoscas, et distincte semper eius agnoscere subiectum, remque subiectam & quanquam idem esset pater tuus: non oportet te cognsocere venientem esse patrem tuum non enim si rei subiecte cuiuspiã accidẽs aliquod cognoscimus: et aliud identidem eiusdem rei subiecte accidens cognoscere oportet. esset enĩ Petrus res subiecta, accidentia eius veniens et pater tuus. nã idẽ et veniens et pater tuus. Quod autem vocabula notiones mentis designantia, arceant ad huiusmodi notiones, quod referat enunciare venientem agnosco, et agnosco venientem: recentiorum sunt, et propemodum frigida neotericorum somnia. 46. Quod omnis numerus paucus, sunt ne centũ ad dena milia pauca. et mille ad decies centena milia? sic omnis igitur numerus paucus. 47. Sed non tuum filium. non accidit esse tuum filium, quia scilicet non est filius tuus, accidit tamen, sequiturque quod sit tuus, et quod sit filius. Et si quid ad mala: non sequitur si prudentia est disciplina malorum: ergo est aliquid malorum, sed captio est accidentis, aut propter id quod aliquo modo et simpliciter. Nõ eñ si bonum est et huius: bonum huius simul. vt si est bonum possidentis: quod simul sit bonum mali, si is qui possidet malus sit etiam ee malo, diuitie bone non dicuntur, sed male. Non enim si interdum aliquid significamus auferentes, ceu cum dicitur homo est e numero animalium, cum auferimus e numero et solum id dicimus homo est animalium, idem quoque ĩtelligi volumus: at nõ propterea multiplecetatem aliquam esse oporteat Nam & dimidium dicẽtes versus da mihi Iliada significamus nam et dicentes da mihi dimidium versus significamus Iliada, significamus dimidium versus Iliados: vt verbi causa iram pande dea. non tamen quando tantundem volumus significare auferentes Iliados et dicendo da mihi dimidium versus acsi integre dictum fuisset, da mihi dimidium versus Iliados, propterea illud truncatim dictum multiplex est, iram pande dea, hemistichus dimidiatusque versus est. Illiados Homeri, hoc enim hemistichio incipit Ilias μῆνιν ἄειδε & perinde est ac si puerum interrogans dicerem, da mihi dimidium versus, significans Aeneida, hemisticumque Virgiliane Aeneidos perinde acsi plane interrogarem, da mihi dimidium versus Aeneidos, et protinus subiungeret. Arma virumque cano. non propterea oratio da mihi dimidium versus, multiplex, neque quoque oratio homo est animalium multiplex erit.

¶ De diluendis argutijs accidentis. Cap. IIII.

AD illas vero quæ propter accidens: vna quidem solutio est ad omnes. nam quia indeterminatum est quando dicendum de re: cum Captiões accideẽtis
42 quippiam accidenti inest. & in quibusdam quidem videtur & dicunt, in aliquibus autem non dicunt necessarium esse. dicendum igitur conformantes similiter ad omnes quod non est necessarium. habere autem oportet quo refellat dicendo perinde est vt.
43 ¶ Sunt autem omnes huiusmodi orationes propter accidens, putasne, id scis, quod debeo te interrogare? Age cognoscis ne venientem aut coopertũ? Statua ne tuum opus est? An tuus canis pater? sunt ne paucies pauca, pauca? manifestum enim in omnibus his quoniam non necesse est quod de accidente dicitur: & de re verum esse. solis enim ijs quæ secundum substantiam sunt indifferentia. & quæ vnum sunt: omnia videntur eadem inesse. bono autem non idem est bonũ esse & venturum est interrogare, neque venienti, aut cooperto, & venientem esse &

Coriscum.quare non si cognosco Coriscum,ignoro autem venientem:eundem cogno
sco & ignoro. neque si hoc est meum, est autem opus: meum est opus, sed possessio,
vel res vel aliud quippiam.eodem autem modo & in alijs.

Dilutio antiquorũ insufficiens.

¶Soluunt autem quidam interimentes interrogationem.dicunt enim contingere eã- 44
dem rem cognoscere & ignorare:sed non secundum idem. venientem igitur non no-
scentes. Coriscum autem noscentes:eundem quidem cognoscere: & ignorare dicunt,
sed non secundum idem. Attamen primum quidem(quemadmodũ iam diximus) opor
tet earum quæ propter idem sunt orationum eandem esse solutionem. id autem non
erit si quis non in cognoscere:sed id quod est esse, aut aliquo modo se habere idipsum
quod pprobant,sumat(vt si hic est pater,est autem tuus)nam tametsi quibusdam id ve
rum est,& contingit idem cognoscere & ignorare, tamen hic nihil commune habet qđ 45
dictum est. ¶Nihil autem prohibet eandem orationem plures vitiositates habere:
sed non omnis peccati manifestatio,solutio est.

Insufficiẽs dilutio

¶Nam possibile ostendere quempiam,quod falsum quidẽ syllogizauit:propter quod
autem non ostendere(vt Zenonis orationem quod non est moueri(quare & si quis co
netur colligere vt ad impossibile,peccat,si millies syllogizet, non enim est hæc solutio.
nam erat solutio,manifestatio syllogismi falsi propter quod falsus. si igitur non syllogi
zauit,quamuis aut verum aut falsum conetur colligere:illius manifestatio, solutio est.
Fortasse autem & id in quibusdam nihil prohibet accidere,verum in his nec hoc vide-
bitur.nam & Coriscum quod Coriscus.cognoscit:& venientem, quod veniens, con-
tingere autem videtur idem cognoscere & non. vt quod album quidem cognoscere:
quod autem musicum, non cognoscere.sic enim idem cognoscit & non cognoscit: sed
non secundum idem: venientem autem & Coriscum: & quod veniens: & quod Coris- 46
cus cognoscit. ¶Similiter autem peccant & qui soluunt quoniam omnis nume-
rus paucus:vt ij quos diximus.vtpote qui cum non conclusum est,id omittens:verum
conclusum esse dicunt.omnia enim esse & multum & paucum dicentes:peccant:

Ala dilutio.

¶Quidam autem & duplici soluunt syllogismos. vt quoniam tuus est pater aut fili-
us,aut seruus: Attamen manifestum si eo quod multipliciter dicitur,apparet redargu
tio:oportet nomen vel orationem proprie esse plurium. nunc autem esse huius fili-
um:nemo dicit proprie si dominus est filij.sed propter accidens compositio est (putas-
ne est hoc tuum? sic.est autem hoc filius,tuus igitur filius(quia accidit esse & tuum, &
filium:sed non tuum. Et esse aliquid malorum bonum. nam prudentia est discipli-
na malorum. Hoc autem horum esse nan dicitur multipliciter: sed possessio. siqui-
dem fortasse,multipliciter.nam & esse hominem animalium dicimus esse:sed non pos
sessionem.& si quid ad mala dicitur:vt aliquorum, propter id malorum est: sed non
hoc malorum. propter id igitur quod aliquo modo: etiam simpliciter apparet. quan-
quam contingit fortasse bonum esse aliquid malorum dupliciter: non tamen in ora-
tione hac, sed magis: si quod mancipium. sit bonum mali. fortasse autem: neque sic.
non enim si bonum est & huius: bonum huius simul. neque hominem dicere ani-
malium esse, dicitur multipliciter. non enim si aliquid significamus aufferentes: id
dicitur multipliciter.

Nam & dimidium dicentes versus da mihi:
Iliada significamus.ut iram pende dea.

Vinti capitis scholia. Pro dilutione captionum propter id quod aliquo mo
do & simpliciter; & inscitiam redargutionis,petitionem principij, consequens
non caussam vt causam & propter plures interrogationes vt vnam, loca vnde
cum. XLVIII. Eas vero quæ sunt propter id quod præcipue,præcipuæ, simpli
citer. Vel hoc quidem qua, quatenus. vt Polycletus qua albus,non est statua
rius,& qua statuæ factor,statuarius est,& simpliciter statuarius.

50. An neque esse quid esse, idem? dilutio est. quia non est idem esse quid, esse quiduis, vt opinabile, & esse, esse simpliciter. Quod autem non est, non si est quid. si est quid, suscipit alicuius prædicati affirmationem. vt si est futurum, si est opinabile si præteritum. esse enim quid, esse aliquid, se extendit ad omnem affirmatiuam prædicationem, & non esse quid. ad omnem negationem. vt cum homo non est lapis. dicitur non esse quid, siue aliquid. neque accidit, non est quid igitur non est. 51. Neque si bene iurat. Chrysippus id argutiarum genus, deum testor, pele

ro.ego mentior,ego falsum dico, cum ea sola dicuntur,& similia,inexplicabilia appellabat, q͂ si-
milia telæ Penelopes, constructa pereunt,& vbi perierint,rursus constructa videntur. si quidem Inexplica
construas,eo ipso falsa apparent.si destruas , illico se ementiuntur vera. attamen non ea magni- bilis.
pendit Aristoteles. & merito quidem quia molestum,& odiosum est captionum genus neque di
ceretur inexplicabilia,sed explicandi,vera ne an falsa sint,difficultatem totã,hunc pendere putat,
quod nesciat quis inter simpliciter verum & veracem, & aliquo modo secernere. similiter quoq;
inter simpliciter falsum & mendacem,& aliquo modo. videtur enim simpliciter & periurus qui
iurat tribuendo alicui quod tribui non debet,aut auferendo quod attribui debet,vt qui de certa
re sermoni subiecta peierat. & simpliciter mendax qui de certa re mentitur,si autem id fiat de so
lis signis & propemodum inanibus verbis,aliquo modo veraces sunt,nõ tamen simpliciter nam
50 id vane faciunt tribuendo signo sine re subiecta quod tribui non debet & periuri dicuntur. & cõ
simili modo qui dicunt se mentiri,aliquo modo veri sunt, simpliciter autem mendaces. quod ea
signis absolute tribuunt, quæ minime sine rebus subiectis tribuere deberent. sunt enim signa
præcipue aliorum gratia,si autem quęras de quo tales aut peierat,aut sunt mendaces, & de quo
huiusmodi orationes veræ falsæve sunt,nihil habeas quæ afferas nisi inania verba,perdita , quæ
tenues vanæ difflantur in auras ,in huiusmodi igitur diutule agitandis, videmur potius aerem,
inanemque flatum quatere,quam magnum inde studiorum fructum reportare. Consulto igitur
visi sunt Athenienses fecisse, cum comperissent Chrysippi libros complusculis eius generis nu-
51 gis confartos edicto publico Vulcano mandasse,exterminanda merito esse censentes,quæ bonis
literis & bonis moribus obessent, & satis est hic esse admonitos hæc ad sophisticam pertinere. Vana p
disciplinis autem talia molesta esse,neque ferme vnquam in disputationem venire nisi discolam nunciata
atque grauem vt & videtur hic Aristoteles sentire,simpliciterque vera esse talia,quæ de re subie Recipro
cta vera sunt,falsa etiam si vane & sine re subiecta sint prolata falsum,mendax, negatio, & con cato
similia vane pronunciata,& falsa sunt & falsa se esse dicunt. & quæ se falsa enunciant,vera, at non
idcirco simpliciter vera. vt hæc, falsum dico ego mentior. nulla oratio abnegatiua quæ pro re
subiecta,vera esse possunt. Verum,autem,& affirmatio vane pronunciata(vt verum alio,omnis
enunciatio affirmatiua est)boni naturam imitatur. quod bono non aduersatur,neque ipsum de-
struit.contra autem,falsum mendax,negatio,naturam mali,quod seipsum perdit.ideo postremę
& similes quamuis vane pronunciatæ,veræ concedendæ sunt. & vera,sed vana dicenda. Philoso
phorum tamen mos est,nunquam signa vane pronunciare, sophistarum autem contra quæ igi-
tur ipsi nominabant inexplicabilia,nos non ab re. vane pronũciata appellare poterimus. ad quæ
Protagoræ αναστρεφοντα,reciprocaque reuocabimus,quæ ex hypothesi temere non minus admis
sa,contingere solent. Non enim si malum est fur. non sequitur si fur sit malum , quod malum sit
52 capere furem neque sequitur vult capere furem ,fur autem malum , igitur vult malum quinimo
potius sequitur vult bonum. nam capere furem,bonum. Sed mori iniuste magis est eligendum.
ille moritur iuste qui suis exigentibus culpis morti adiudicatur, iniuste vero qui criminis insons
iniusta morte mulctatur. quis igitur sine crimine nolit quam criminum reus iustas factis morte
pendere pœnas? est igitur potius eligendum iniuste mori quam iuste. non tamen ex hoc efficia-
tur iniustũ iusto magis esse eligendum nam qui iniuste moritur nihil habet iniustum, sed is qui
damnat iniuste ille enim solus iniustitiam habet,iniustusque est qui iniusta vult, iniuriamq; ope-
ratur. Non enim si iustum est hoc modo vel huic,esse aliquid iustum quod sit secundum opinio-
nem iudicantis,non est simpliciter esse iustum,sed ex addito secundum opinionem iudicantis.
Sicut nec si est vtile dicere vtile est dicere morbum suum & sui morbi accidentia declarare medi-
co,non tamen hæc (morbus inquam & accidentia morbi) vtilia sunt. Quare non si quæ dicun-
53 tur iniusta,qui dicit ĩiusta conuincitur non idcirco reus criminis,coniunctusque sceleris habetur;
LIIII. Putasne quadricubitum, tricubito maius sic fieri ne potest.tricubitum secundum longitu-
dinẽ vt cæra tricubita,quadricubita secundum lõgitudinẽ potest,potest fiat igitur. esto erit igi-
tur idem seipso & secundum euem maius & minus. nam secundum lõgitudinem.si quidem qua-
dricubitum,tricubito maius.Captio diluitur.at non simul eodemque tempore. LV. Postulant
enim si hoc cum illo,& illud esse cum hoc.id(quasi proloquium sit)postulant. vt si animal est cũ
homo est.& cum animal est hominem esse,quod minime oportet. Id autem non est, econuer-
so enim consequentia.argumentatur Melissus ac si ita dicat.si quid genitum est. habet principi-
um.igitur si quid ingenitum. non habet principium,id autem minime oportet. nam consequen-
tia non debet esse eodem ordine contra seipsa, sed econuerso (vt secundo Topicorum numero.
xxxi. dictum est) hoc pacto.si quid genitum,habet principium, igitur si quid non habet princi-
pium,ingenitum. LVI. Dicendum quod dedit non vt videretur. quod dedit illam propositio
nem superfluam.non quia videretur,sed vt pertinentem ad orationem.nunc autem cum ea vsus
sit nihil ad orationem pertinet. LVII. Quare cum non simplex est interrogatio, sed multi-
plex.veruntamen in omni significatione vera aut in omni falsa, si simplicier respondet conceden
do si vera,aut negando si falsa.non accidit vt patiatur redargutionẽ simpliciter & quando plu

nem iudicantis.non enim ſi iuſtum eſt hoc modo vel huic,& ſimpliciter iuſtum eſt. Si
militer autem & quæ iniuſta ſunt:nihil prohibet dicere ea,iuſtum eſſe. non enim ſi di-
cere iuſtum eſt.neceſſe eſt iuſta eſſe,ſicut nec ſi eſt vtile dicere,vtilia.ſimiliter autem &
iniuſtis.quare non ſi quæ dicuntur iniuſta,qui dicit iniuſta conuincitur.dicit enim quę
dicere eſt iuſta,ſimpliciter autem & quæ pati iniuſta.
52 ¶ Iis autem quæ propter diffinitionem fiunt redargutiones quemadmodum dictum
eſt prius:obſiſtendum conſiderantibus concluſionem ad contradictionem. vt ſit idem Inſcitia
& ſecundum idem,& ad idem,& ſimiliter & in eodem tempore. Si vero in principio redargu
interroget:non confitendum(quoniam impoſſibile eſt idem eſſe & duplum & non du tiones.
plum)ſed dicendum,non ſic vt forte ſit redarguere confitentem.
¶ Sunt autem omnes hę rationes propter hoc. Putas qui nouit quodque quod quam
que cognouit rem:& qui ignorat ſimiliter? cognoſcens autem quis Coriſcum quod
Coriſcus,ignorabit quod muſicus.quare idem cognoſcit & ignorat. Putaſne quadricu Eius ca-
bitum tricubito maius?fieri enim poteſt ex tricubito quadricubitum ſecundum longi ptiones.
53 tudinem.maius autem minore maius.idem igitur eodē ſecundū idem maius & minus.
¶ Illa vero quæ fiunt propter id quod petunt atque ſumunt quod in pricipio, ſi inter
roganti quidem manifeſtum ſit:non dandum,neque ſi probabile ſit dicentem eſſe ve-
racem.ſi autem lateat:ignorantiam ob vitioſitatem talium orationum ad interrogan-
tem retorquendum,tanquam non redarguentem.nam redargutio ſine eo eſt:quod eſt
in principio.deinde datum eſt,non vt eo vteretur: ſed vt ad illud colligeret contrari-
um.vt in non ſemotis redargutionibus.
54 ¶ Et eas quæ propter conſeques ſunt coniectantes,in ipſa oratione monſtrandum.eſt
aūt duplex ſequentium conſequentia,aut enim vt particulare ſequitur vniuerſale. vt Petitio
hominem animal (poſtulant enim ſi hoc cum illo & illud eſſe cum hoc?aut ſecundum principij
oppoſitiones.nam ſi huic eſt illud conſequens.& oppoſito oppoſitum. propter quod
56 & Meliſſi oratio. nam ſi genitium eſt, habet principium, ingenitum poſtulat non
habere principium.quare ſit ingenitum eſt cælum:& infinitum,id autem non eſt.econ
uerſo enim conſequentia.
¶ Quæcunque autem propter id quod additur aliquid colligunt,conſiderandum ſi(eo
ſublato)accidit nihil minus impoſſibile.deinde id manifeſtandum, & dicendum quod
dedit non tanquam videretur: ſed vt ad orationem.quo vero vſus eſt, nihil ad oratio cōſequēs
nem: ¶ Ad eas autem quæ plures interrogationes vnam faciunt:ſtatim in principio
57 determinandum eſt.
¶ Nam interrogatio vna eſt:ad quam vna reſponſio eſt.quare neque plura de vno ne
que vnum de pluribus,ſed vnum de vno affirmandum vel negandum. Sicut autē
in æquiuocis quandoque quidem ambobus.quandoque neutri ineſt. quare cum non non cau
ſimplex eſt interrogatio,ſimpliciter reſpondentibus nihil accidit pati,ſimiliter & in his ſa vt cau
quando igitur plura vni,vel vnum pluribus ineſt vel non ineſt:ſimpliciter danti:& hoc ſa
peccato peccanti,nihil contrarium accidit.
¶ Quandoq; autē huic quidem ineſt,illi autem non,aut plura de pluribus:& eſt vt in plures i-
ſint ambobus,eſt autem vt non inſint rurſum, quare id cauendum. Vt in his oratio terroga-
nibus.ſi hoc quidem eſt bonum. illud autem malum,quod verum eſt dicere quoniam tiones vt
hæc bonum & malum.& rurſum,neque bonum neque malum,non enim ineſt vtrum vna
que vtrique.quare idem bonum & malum:& neque bonum neque malum.
58 ¶ Et ſi vnumquodque ipſum ſibi idem eſt & alijs diuerſum,quoniam non alijs eadem
ſed ſibi,& diuerſa eiſdem:ipſa ſibimet diuerſa & eadem. Amplius ſi bonum quidem
malum ſit,malum autem bonum,duo vtique fient. Et duorum & inæqualium vtrum
que ipſum ſibi eſſe æquale quare æqualia & inæqualia ipſa ſibi.
¶ Incidunt autem hæ orationes & in alias ſolutiones.nam ambo & omni,plura ſigni
ficant. non igitur idem præter nomen accidit affirmare & negare,id autem non erat re Alia ſo-
dargutio,ſed manifeſtum quoniam ſi non vna interrogatio plures fiant,ſed vnum de lutio
vno affirmet aut neget,id non erit impoſſibile.

iste est Coriscus?ita dicat, igitur illa:non collegit solœcismum, si Coriscus etiam non significet idem quod illa. non dat autem qui respondet, sed oportet hoc præinterrogare, si autem neque est neque dat, non collegit neque in eo quod est esse aliquid. neque ad eum qui interrogatus est. Similiter igitur oportet & illic lapidem significare iste. si autem neque est neque datur: non dicenda conclusio. apparet autem eo quod dissimilis casus nominis, similis appareat. Putasne verum est dicere quoniam ista est id quod esse ais eam, esse autem ais aspidem. est igitur ista aspidem. An non necesse est. si non ista: aspidem significat sed aspis, aspidem autem istam. neque si quem dicis esse iustum est iste. dicis autem istum: esse Cleonem. est igitur iste Cleonem. non enim est iste Cleonem. dictum est enim quoniam quem dico istum esse, est iste non iustum. neque enim Romane dicetur hoc pacto interrogatio dicta. Putas, istud scis? istud autem est lapis, scis igitur lapis. An non idem significat istud in eo quod est putas istud scis. & in hoc, istud autem lapis: sed in principio quidem hunc, in posteriore autem hic. Putasne cuius scientiam habet: scis illud? scientiam autem habes lapidis. scis igitur lapidis. An huius quidem lapidis, dicis. hunc autem lapidem? datum est autem cuius scientiam habes illud scis: non illius sed illud. quare non lapidis, sed lapidem. Quod igitur huiusmodi orationes non colligunt solœcismum, sed apparent & propter quid appareant & quomodo est obsistendum illis, est manifestum ex ijs quæ dicta sunt.

SFprimi capitis scholia. De oratione facili, difficili & acuta per locos sophisticos loci nouem. 62. An vir ferebatur curru in scalas? non ferebatur curru ad scalas. igitur ferebatur curru in scalas: id æquiuocum. nam versus significat & intra.

Vbi venit seruus apud Ceream? sic. si est apud Ceream, non venit apud Ceream. homonymum venit. nam & vendi significat, tunc apte dicitur vbi venit seruus, & significat accidere, & inepte diceretur vbi venit neque si est apud Ceream, venit apud Ceream.

Boreas purus dicitur, quia scopa sit & aeris deuerriculum, nubes purgans, cœlumque serenãs. non autem purus quia non noceat. nam & pauperem lædit: frigoris rigiditate constringens: & ementem, vtpote qui sterilitates inducit, multaque bonorum incommoda.

Vtra boum ante pariet? æquiuocum ante. nam & situm anteriorem significat sic neutra; parit enim bos posteriore parte. aut tempus: & sic illa ante parit, quæ tempore anticipat partum alterius: sed hæc perridicula.

Putasne est Euarchus? percontatus quispiam de tyranno, esset ne Euarchus? facere illum ludens, cum is esset, respondit non: sed Apollonides. Euarchus nunc proprium nomen est, nunc cõmune nomen, bonum principem significans. Apollonides autem oppositum, perdentem & dissipantem dicit, itaque ex communi nomine eum lusit.

Et tale quid habes ex Menechmo Plauti, cum ita inducit Cylindrum & Menechmum (Cylindrus ego sum, non nosti nomen meum? Menech, seu tu Cylyndrus, seu Choriendrus, perieris) in nominis homonimia, æquiuocoque ludens. nam Cylindrus lapis teres: quo solidantur areæ. Choriendrus autem: cui defluunt intestina χορία enim intestina significant. Et loci propter dictionem pro maiore ferme parte (vt notat Aristoteles) ludicra & ludicra sunt ludicrum ne id est? tu ne an mater annosior? mater profecto, inquies. at natus es ante matrem. nam mater tua non pone: sed ante: te peperit. annosior igitur es matre, hæc captior est, quam de boue adduxit Aristoteles. ludicra ne sunt hæc Mercurij & Sosiæ apud Plautum: nunc æquiuoco, nunc amphibolo ludentium.

Nets istuc hodie malo tuo compositis mendacijs
Aduenisti audaciæ columen, consutis dolis?
Immo equidem tunicis consutis huc aduenio non dolis.
At mentiris etiam: certo pedibus non tunicis uenis,
Ita profecto. Mercur. nunc profecto uapula ob mendacium.

Sed nonne Sophistæ pene dicam omnes, non in Mercurium sed in sapientiam ipsam peccantes: merentur hic ob mendacium vt cum sosia vapulent? quid nonne cognoscunt dæmonas vel maxime captionibus vsos: sacra eloquia nunquam? sic Apollo Pyrrhum Amphibolo. Mercuri⁹

Aio te Aeacida Romanos uincere posse,
Sic Crœsum æquiuoco lusit.

Perdet Crœſus Alym transgreſſus, maxima regna.
Sic Thaſios obſcuro: per exules, ſtatuas intelligens.
Exulibus (meſſes præſtabunt rura) reductis.
Sed hec dicta ſunt, ne nos nucleo teſtam, ridicula ſeriis; et noxia preponamus bonis, maxime in hoc preclariſſimo ſtudiorum gymnaſio. 65. Nam cum vna oratio ſit (tranſpoſita contradictione) id ſit per ſyllogiſmum controuerſiuum. 67. Vel vtrum propter falſum an diuiſionem ſolutio, an debeat multiplicare dilui.

De oratione facili, difficili & acuta. Cap. VII.

Primus locus O Portet autem intelligere quoniam omnium orationum aliæ 61
quidem ſunt faciles conſpici: aliæ autem difficiliores propter
id quod in aliquo ſubdole decipiunt audientem, cum frequen-
ter eædem illis exiſtant, nam eandem orationem oportet vo-
care, quæ propter idem ſit. eadem autem oratio aliis quidem
propter dictionem, aliis autem propter accidens, aliis vero pro
pter aliud videbitur eſſe, quia vnum quodque tranſlatitium
non ſimiliter eſt manifeſtum.
Secundus Quemadmodum igitur in iis quæ ſunt propter æquiuoca- 62
tionem (qui modus videtur eſſe ineptiſſimus) captioſarum ratiocinationum: hæc qui-
dem & quibuslibet ſunt manifeſta (nam & orationes pene ridiculoſæ ſunt omnes pro-
pter dictionem. Vt vir ferebatur currum in ſcalas, vbi venit ſeruus: apud Ceream? Et Bo
reas purus nec non certe. perdit enim pauperem & ementem. Et vtra boum ante pari-
et? neutra, ſed retro ambæ. putaſne eſt Euarchus? non certe, ſed Apollonides. eodem
autem modo & aliarum fere quam plurimæ) illa autem & peritiſſimos videntur la-
tere ſignum autem horum quoniam contendunt ſæpe de nominibus. Vt vtrum ſi-
gnificent idem de omnibus ens & vnum, an aliud. aliis enim videtur ſignificare ens & 63
vnum: alii autem Zenonis orationem & Parmenidis ſoluũt: eo quod multipliciter di-
Tertius cant vnum dici & ens. Similiter autem & propter accidẽs & aliorum ſingulũ quod-
que aliæ quidem orationes erunt faciles videri: aliæ vero difficiliores. & ſumere in quo
genere. & vtrum redargutio, an non redargutio, non facile ſimiliter in omnibus eſt.
Quartus Eſt autem acuta oratio quæ dubitare facit maxime. mordet enim hæc maxime. du- 64
bitatio autem eſt duplex, hæc quidem in ſyllogiſantibus: quam eligat quis interroga-
tionum. illa autem in contentioſe ſuſtinentibus, quo modo dicat quis propoſitum.
Quintus Quapropter in iis quæ ſyllogizant, acutiores orationes inquirere magis faciunt. eſt 65
autem ea quæ ſyllogizat quidem: oratio acutiſſima ſi ex quam maxime apparentibus
quam maxime probabile interimit. nam cum vna oratio ſit (tranſpoſita contradictione
omnes ſimiliter habebit ſyllogiſmos. ſemper enim ex probabilibus ſimiliter probabi-
le interimet aut conſtruet. quapropter dubitare neceſſarium eſt.
Sextus Maxime igitur talis acuta: quæ ex æquo concluſionem facit interrogationibus. ſe- 66
cunda autem quæ ex omnibus ſimilibus. hæc enim ſimiliter faciet dubitare: quæ inter-
rogationum interimenda eſt. id autem difficile eſt. nam interimendum quidem: quid
Septimus autem interimendum dubium. Contentioſarum autem acutiſſima, quæ primum ſta
tim dubia eſt vtrum ſyllogizat an non, vel vtrum propter falſum an diuiſionem ſolu- 67
tio. ſecunda autem aliarum quæ manifeſta quidem quod propter diuiſionem vel in-
teremptionem eſt. non tamen eſt exploratum per cuius interrogationum interemptio
nem vel diuiſionem, ſoluenda eſt, ſcilicet verum propter concluſionem, an propter ali
quam interrogationum id eſt.
Octauus Quandoque igitur non ſyllogizans oratio facilis eſt. ſi ſint valde inopinabilia vel
falſa quæ ſumuntur: quandoque autem non digna deſpici. nam quando deeſt aliqua ta 68
lium interrogationum, de qua oratio & propter quam eſt, & qui nõ ſumit illam & col-
ligit. inepta eſt ratiocinatio. quando autem eorum quæ extrinſecus non deſpicienda
vllo modo. ſed oratio quidem iuſta, interrogans autem non probe interrogauit.
Et eſt ſane ſoluendum quandoque quidem ad orationem, quandoque autem ad in- 69
Nonus terrogantem & interrogationem, quandoque vero ad neutrum horum, ſimiliter &

nterrogandum & syllogisandum est & ad positionem: & ad respondentem, tempus, iquando fuerit pluris temporis egens solutio, quam præsentis temporis, quod disputatur, ad solutionem.

Ctaui Capitis scolia epilogus & breuis comprehensio horum duorum & octo librorum præcedentium.

lxx. Causam autem diximus huius in libris Topicorum præsertim in octauo.

Quia & propter id Socrates interrogabat, sed non respondebat, confitebatur enim se non scire.

Varro in academicis Ciceronis de Socrate ita habet. hic omnibus fere sermonibus qui ab ijs qui illum audiuerunt perscripti uarie, copioseque sunt, ita disputat ut nihil affirmet ipse refellat alios, nihil se scire dicat nisi id ipsum, eoque præstare cæteris quod illi quæ nesciant se scire putent ipse uero nihil scire.

¶Epilogus octo præcedentium & duorum præsentium librorum. Cap. VIII.

X quod igitur & ex quibus fiunt ijs qui disputant captiosæ ratiocinationes: & quomodo ostendemus falsum, & inopinabilia dicere faciemus: amplius autem ex quibus accidit syllogismus, & quomodo interrogandum & quis ordo interrogationum, insuper autem ad quid sunt vtiles huiusmodi omnes orationes & de responsione simpliciter omni, & quomodo soluendũ est orationes & syllogismos, dicta sint de omnibus a nobis hæc, reliquum autem est de eo quod a principio erat propositũ ad memoriam reuocantes. quippiam de ea re sub breuitate dicere, & finem imponere dictis. Præmisimus igitur inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam de proposito ex ijs quæ sunt quam probabilissima. id enim opus est dialectices secundum se, & tentatiuæ. Quia autem præinstruitur quis ab ea propter sophistices vicinitatem, vt non solum experimentum possit sumere dialectico more, sed etiam quasi scientifico, propter id non solum dictum negocij officium posuimus orationem posse sumere, sed etiam vt orationem sustinentes tuemur positionem per quam probabilissima simili modo. causam autem diximus huius. quia & propter id Socrates interrogabat. sed non respondebat. confitebatur enim se non scire. manifestum aũt est in prioribus ex quot, & ad quot id erit, & vnde idonei erimus horum. adhuc autem quomodo interroganda vel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus & solutionibus quæ sunt ad syllogismos. patefactum est autem & de alijs quæcunque huiusce disciplinæ sunt orationes, præter hæc autẽ & de captiosis ratiocinationibus pertractauimus quẽadmodum diximus iam prius. quod igitur nacta sunt finem sufficienter ea quæ proposuimus, manifestum.

Dialectica, facultas inueniendi

Oni Capitis scolia, peroratio libri. lxx, Tiseas, Trasimachus Chalcedonius, Theodorus, Bizantius, Gorgias, Leontinus sophistæ fere tempore Platonis qui grandem orationum struem ciuiliumque quæstionum cumulum, auditoribus uenditantes, sic se traditurOS philosophiam pollicebantur.

¶Peroratio. Cap. IX.

Peræprecium autem est nos non latere quid nam accidit circa hoc negocium. nam eorum quæ inueniuntur omnium: quæ quidem ab alijs sumpta sunt prius, elaborata paulatim incrementum sumunt ab illis qui postmodum accipiunt, quæ autem ab initio comperiuntur paruũ in primis sumere solẽt incrementũ, attamen vtilius multo eo quod postea ab aliis fit, accremẽto. maxĩe attamen eñ fortasse principium omniũ, vt dicitur quare & difficillimũ. quãto eñ potestate validissimum tanto mole minimum difficillimum est videri. eo autem comperto, facile ẽ adijce

re,coaptareque reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes accidit. pene autẽ & circa alias artes omnes. nã qui principia inuenire, omnino ad exiguum quid perduxerũt qui autem nunc celebriores habentur vendicantes a multis velut ex successione particulatim colligẽtes: sic auxerunt: Tisias quidem post potiores. Thrasimachus vero post Tisiam. Theodorus autem post hũc: & multi multas coadunauere partes, quapropter nihil mirum: si in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negotij non hoc quidem erat exploratum. illud autem non erat: verum nihil ipsius, prorsus erat. nam eorũ qui circa litigiosa orationes erant mercenarij, similis quidem doctrina, Gorgiæ negotio. orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autẽ interrogatiuas docebant ediscere: in quas sæpius incidere solebant alternatim vtrorumque adinuicem orationes quapropter velox quidem, vtpote quæ sine arte erat doctrina discentibus ab illis. non enim artem, sed quæ ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui eruditæ, perinde ac si quis discipli. nam dicat se trahere vt non doleant pedes. deinde sutoriam quidam non doceat, neque vnde possint comparari talia, det autem quamplurima genera omnimodorum calceorum. hic profecto profuit ad vsum, artem autem non tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta, de syllogismis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicquam quod diceremus, quam mora perquirentes, multo tempore insudauerimus. Si autem videtur ex considerationibus nostris (vt ex ijs quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficienter supra illa negocia quæ ex traditione inducta sunt. reliquum erit omnium vestrum: vel eorum qui audierint hoc opus omissa quidem artis venia dignari, inuenta autem, multa prosequi gratia.

SECVNDI ELENCHORVM SOPHISTICOrum Aristotelis, & totius logices (quã obscurũ nuncupatũt organũ) Finis. Parisijs, Typis ac characteribus Petri Vidouęi vernoliensis, Anno CHRISTI saluatoris omnium M.D.XL.


EX SECVNDO ELEGIARVM MORALIVM libro Ioanni murmelli elegia: XVII.

Quam cito dediscit qui non exercitat artem.
Quique diu stertit quam male currit equus.
Mnemosyne sophiæ genitrix, pater usus habetur.
Hic genera dotes mentis, at illa tenet.
Multa potest nobis aperire scholastica pugna,
Abdita quæ (nisi sic discuterentur) erant.
Concertando quidem ueri scintilla frequenter
Emicat in medium, quæ sine lite latet.
At me nemo putet uanos laudare sophistas,
Gloriolæ tantum quos leuis aura iuuat.
Non est res eadem popularem quærere plausum,
Et sacra frugiferæ Pallados arma sequi.
Quam non armatam finxisset docta poesis:
Ni certaminibus consequeremur eam.
Inclita diuini probat hæc doctrina Platonis,
Qui propter uerum disputat ore pio.
Laudat Aristoteles, extollit stoicus omnis,
Tullius egregio comprobat eloquio.
Contemptor Logices septis Epicuris in hortis
Delcuit chartis somnia uana notans,

IDEM

Sola manet uirtus, labuntur cætera quæque,
Diuitiæ, uires, fama, iuuenta, decor.

BIBLIOTECA NAZ. RON. VITTORIO EMANUELE


I P
I P
·IEHAN· ·PETIT·

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. C. [illegible] COMO
PESCARA
1973